NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
36
17 B
2
CENTRALE V. E. II
ROMA

136-17-B-2

LECTVRA
ABSOLVTISSIMA
In Formalitates Scoti,

F. IOANNIS VALLONIS,
Minoritæ Regularis obſeruantiæ.

Nuper à F. CONSTANTIO à SARNANO, nunc S. R. E. Cardinale ampliſſimo, in multis ampliata, formaque pręſtantiori digeſta, vnà cum textu Antonij Syrecti.

A quo adiecta.
- Iſagogica Expoſitio Laurentij Brixienſis.
- Epitomata Stephani Brulipheri.
- Epitomata Mauritij Hibernatis.
- Formalitates Antonij Syrecti.
- Diſquiſitio in eaſdem Antonij Trombetæ.

Cum duobus Indicibus ſeiunctis.

VENETIIS,

Apud Franciſcum de Franciſcis Senenſem. 1588.

COL. S. BONAVENTURA

BIBLIOTECA NAZ. E ROMA VITTORIO EMANUELE

SIXTO V.
PONT. MAX.
FRATER CONSTANTIVS
Sarnanus perpetuam felicitatem.

CVM me iampridem, Beatiſſime Pater,in Clientelam, ac fidem tuam tradiderim, tuque pro ſingulari humanitate tua humaniſſime complexus fueris,meaque ſtudia prouexeris, ac in hanc,quantulacunque eſt, lucem eduxeris, rationi conſentaneum eſt, vt, ſi quid ab ingenij mei tenuitate proficiſci poſſit, id omne non alij, quàm tibi debeatur. itaq; & non multo ante miſeram ad te commentarios illos eruditiſſimos in Ioannem meis annotationibus auctos,nuncque lucubratiunculas haſce in Scoti formalitates mitto, quæ etiam eam ob cauſam meritiſſimo tibi debentur, quòd eas olim, quo primum tempore editæ ſunt, ſub tuo felici no

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

mine imprimendas curaueram: quare non nouum nunc munus habes, ſed vetus veteris ſerui aliquanto magis ornatum in manus tuas redit. quod quidem, ſi quantum ipſe dignitate auctus es, tantundem ego ornare, atque expolire potuiſſem, alacriori certe animo mitterem: ſed hoc nimirum ab hac ingenij, doctrinæque mediocritate expectari qui poterat? virtuti verò tuæ, ſingularique in Deum pietati quin iſta ipſa dignitas, in qua nunc es, aut amplior etiam, ſi amplior in terris eſſe potuiſſet, deberetur, ne dubitandum quidem erat. quemadmodum nec illud dubitationem iam vllam apud omnes habet, quin inter Pontifices maximos tu vnus vere maximus futurus ſis, hanc enim certam ſpem ea principia, ac fundamenta, quæ Pontificatus tui iecisti, faciunt. ſæpiusque ego mihi ipſi gratulatus ſum, quòd ea, quæ ſtatim atque tu in Sanctiſſimam iſtam Petri ſedem collocatus es, multis in ſermone prædixeram, nos ſcilicet habituros eſſe Paſtorem, cuius cogitationes omnes ad Deum referentur, inque vno Deo fixæ erunt, qui virtutem ſit amplexurus, improbitatem maximis pœnis affecturus, ita comprobarit euentus, vt non mentitus eſſe, ſed longe minora vero dixiſſe videri poſſim. Deus ſanctiſſimas cogitationes tuas, & conſilia fortunet, teque pro communi omnium incolumitate diu incolumem ſeruet. M. D. LXXXVI.

INDEX

INDEX COPIOSISSIMVS IN LECTVRAM VALLONIS.

A.

Abſolutũ cur non poſſit eſſe genus ad tria prædicamenta abſolutorum. 111
Abſolutũ quodlibet num quidditatiuè includat reſpectum ad Deũ. 138
Abſtractionum multitudo & diuerſitas quæ. 260
Abſtractio vnica fit in ſubſtantijs quomodo ſit verũ. 265
Abſtractio duplex præciſiua & diuiſiua. 274
Ab uno & ente nunquid aliquid reale poſſit abſtrahi. 89
Accidens duplex. 61. & 66
Accidens primò intentionaliter captum, quomodo ſit æquiuocũ ad accidens phyſicum & Metaphyſicum. 66
Accidens pro formali & pro connotato quid ſit. 67
Accidentale & eſſentiale prędicatum in quo diſtinguantur. ibid.
Accidentia num componantur ex re & re vel ex realitate & realitate. 126. & 127
Accidens eſſe eſt ineſſe quomodo debet intelligi. 347
Actio & paſſio ſunt idem realiter, habent tamen aliam & aliã quidditatẽ. 11. & 14
Actus collatiuus intellectus: & rectus quid ſint. 23. & 150
Actus intellectus duplex rectus & collatiuus ſeu comparatiuus, per primum ens rationis non eſt ſed per ſecundum. 190

Actus & potentia ſunt eiuſdē generis, de qua potentia intelligatur. 79
Actus intellectus triplex rectus, reflexus & collatiuus. 157
Actus rectus duplex abſtractiuus & collatiuus. ibid.
Actus intelligendi & ſpecies intelligibilis in quo in repræſentando differant. 180
Aequiuocatio duplex ſigni & rei. 92
Aequiuocatio ſigni duplex naturaliter ſignificantis & ad placitum: ſigni ad placitum duplex à caſu & à conſilio. 93
Aequiuocum à caſu ſemper diſtinguendum, ad placitum non item. 93
Aequiuocationes multæ latent in genere, quomodo ſit intelligendum. 96
Aequiuocum qua ratione vnū uel multa ſignificat. 106
Aeternitas non dicit proprietatem niſi conſecutiuè. 196
Aeternitas duplex intrinſeca vel extrinſeca. 313
Aliquid dicitur ens duobus modis vel quidditatiuè uel denominatiuè. 116
Analogum purum non datur ſed omne tale ſtat cum uniuoco & æquiuoco. 18
Analogum omne uel uniuocum vel æquiuocum eſt, & quòd non detur illa mediū. 85. &. 104
Angeli an ſint compoſiti ex materia & forma. 117
Angeli quando dicuntur compoſiti ex actu & potentia, potentia illa non eſt realis ſed rationis. 121
Anima non ſit compoſita ex re & re uel ex realitate & realitate. 127
Anima eſt forma partis quæ conſtructio ſit. 215
Antichriſtus non eſt ens rationis quia poteſt eſſe ſine opere collatiuo intellectus. 23
A plurificatione abſtractorum ad plurificationem concretorum non ualet conſequētia & maximè in accidentibus. 303
Appropriata conueniunt tribus perſonis effectiuè, unitautem terminatiuè. 172
Argumenta pro auctore formalitatum. 11
Ariſtoteles parum eſt loquutus de uoluntate vt diſtinguitur ab intellectu. 23
Ariſtoteles num omnia tractarit quæ ad perfectam logicæ ſcientiam pertinent. 63
Attributum quot modis capitur. 48
Attributa propriè quæ ſint & quid ſint. ibid.
Attributum quodlibet num habeat propriam infinitatem formaliter. 292. & 298

Augu-

Auguſtinus in philoſophia ut plurimum Platonicus. 117

B.

Bonitas cur potius attribuatur ſpirituiſanſto quã filio. 172
Bona plura ſunt meliora paucioribus bonis, quomodo intelligatur. 304

C

Calor unus & idem ſub diuerſis ſpeciebus quomodo. 11. & 13
Caſus nõ datur in ijs quæ ſunt à ſe. 44
Cauſa omnis eſt perfectior ſuo effectu cauſatiuè uerũ eſt entitatiue non ſemper. 335
Cælum ultimum non eſt in loco. ibid.
Cœlum num poſſit eſſe ſine motu uel motus ſine cœlo. 311
Cognitio duplex confuſa & diſtincta. 91. & 92
Communicabile ut quod, & ut quo, quidnam dicatur. 4
Compoſitio entium duplex cum his & ex his & quid ſit. 113
Compoſitio quadruplex metaphyſica, phyſica, gradualis, & ex actu poſitiuo & priuatiuo. 119
Compoſitio duplex realis & rationis. 120
Conceptus indiſtinctus duobus modis, uel ex parte rei uel ex parte intellectus. 162 170
Conceptus aliquis communis deo & creaturis num accipitur ab aliqua realitate generis. 189
Cõceptus quotuplex ſit & quo modo obiectiuus partiatur in qualitatiuum & quidditatiuum. 92
Conceptus confuſus & diſtinctus quid ſint. 98
Conceptus communis entis quod non ſit communis per inexiſtentiam neque per in determinationem ſed per intellectum abſtractiuum. 89
Conceptus communis entis quare dicatur ens rationis. ibidem.
Conceptus entis & cõfuſus & diſtinctus diuerſis reſpectibus. 99
Conceptus entis quo pacto ſit prior Deo & creatura. 110
Conceptus duplex quidditatiuus & qualitatiuus poſitus ab Ariſto. 15
Concordantur omnes opiniones illorum qui de vniuocatione entis differuerunt. 97
Concretum & abſtractũ num formaliter diſtinguantur. 292.

Concretum duplex ſubſtantiuum & adiectiuum, & quo pacto abſtracto diſtinguatur. 305
Conſequentia duplex materialis & formalis. 268
Contingens duplex complexum & incomplexum. 129
Contingens vt aliquid ſit formaliter quæ requirantur. 130
Conuenire formaliter: & conuenire in formalitate in quo differant. 295
Conuertibilitas triplex: definitionis, propriæ paſſionis, & vltimæ differentiæ. 249
Corpore poſito & poſito loco poteſt eſſe corpus ſine loco & ſine reſpectu fundato in loca & quomodo. 56
Corpus eſſe ſine loco quid ſit. ibidem.
Creatura nulla habet entitatem ſecundum perfectionem, quæ nata eſt eſſe entitati in ſe. 117
Creatura omnis vel compoſita vel componibilis. ibid.
Creaturæ compoſitæ ex poſitiuo & priuatiuo, num debeant dici compoſitæ 120.
Creaturæ in eſſe ideali non habuerant aliquod eſſe eſſentiæ. 131
Creaturam habere eſſe neceſſarium ſecundnm quid, & eſſe poſſibile quomodo ſit verum ibid.
Creatura num ſit tantę ſimplicitatis in conceptu entis quantæ eſt Deus, quod non & quare. 206

D

Definibile vt aliquid ſit quæ requirantur. 145
Definitio & definitum quomodo habeant eſſe per intellectum abſtractiuum & non per collatiuum. 182
Definitio & definitum ex natura rei diſtinguuntur, & quare. ibid.
Demonſtratio duplex particularis & vniuerſalis. 252
Denominatio duplex intrinſeca & extrinſeca 255.
Depēdens eſt imperfectius eo à quo dependet, in quibus ſit verum. 335
Dependentia duplex eſſentialis & accidentalis, & quid ſint. 135
Dependentia eſſentialis non ſolum eſt ad Deum, ſed ad materiam & formam. ibidem.
Dependentia eſt cum alteritate naturæ, hinc eſt quòd filius in diuinis non dependet à patre. 136
Depēdentia creaturæ ad Deū quo pacto identificetur illi creaturæ. 348
Dependentia qua obiectum depen-

dependet à ſcientia num identificetur ſibi. 352
De ſubiecto vltimate abſtracto prædicatum non poteſt dici niſi formaliter, in quibus ſit vera hæc regula. 276
De vltima abſtractione abſtracto quid prædicetur. 259. in quo ſenſu regula Scot. de hac materia ſit vera. 264.
Deus non eſt in prædicamento, & cur. 62
Deus quare dicatur ſubſtantia à ſe. 65
Deus quomodo ſit omnium finis. ibid.
Deus quomodo dicatur ſubſtantia. 66
Deus quomodo cognoſcitur à Metaphyſico confuſe & nõ diſtincte. 89 & 91
Deus an ſit ſumme ſimplex. 119
Diuiſio entis in ens ſimplex & & in ens compoſitum ex Ariſtotele. 122
Deus etſi non ſit conſtitutus, perſona tamen poteſt dici conſtituta. 126
Deus per quid diſtinguatur à creatura. 195
Deus num poſſit cauſare reſpectum ſine extremis. 142.
Deus eſt homo eſt prædicatio ſubſtantialis, & quare. 275.
Deus quomodo poſſit facere accidens abſolutum ſine ſubiecto. 347
Deus & creatura non ſunt primò diuerſa & cur. 358
Differentiæ indiuiduales quomodo ſint primò diuerſæ. 67.
Differentiæ ſpecificæ an ſint entia quidditatiuè vel denominatiue. 115
Differentia quæ ſit inter naturam aliquam communem & eſſentiam diuinam. 28.
Differentia quatruplex inter compoſitionem ex his & cum his. 120
Differentia non identitatis in diuinis quadruplex. 158.
Differentia ſpecifica dupliciter conſideratur vel vt ſumitur à forma in qua continentur multæ formalitates, vel vt ab illa in qua non continentur. 115. & 116
Differentia quæ ſit inter differentias vltimas & Deum in ratione ſimplicitatis. 125
Differentia dicit totam eſſentiam rei vltimate non comprehenſiue. 249
Differentia quæ ſit inter diſtinctionem realem & eſſentialem. 349
Diſcrimen inter modum intrinſecum & differentiam eſſentialem quod. 192. & 287
Diſtinctio, diuiſio, non idea

si tat

titas quomodo differant & in quibus reperiantur. 3
Differentia inter naturam diuinam & humanam. 4
Diſtinctio ſtrictè & propriè, vel large & in commune ſumi quomodo dicatur. 8
Diſtinctio propriè ſumpta & extenſiuè ſumpta in quibus prædicamentis fundetur. 9
Diſtinctio formalis ponitur ab Ariſtotele & commentatore. 11
Diſtinctio formalitatum ſtat cum identitate reali. 9
Diſtinctio ponitur ante omnem operationem intellectus inter rationale, & riſibile, & illa non eſt realis. 16.
Diſtinctio operationis in immanentem & tranſeuntem quæ ſit. 58
Diſtinctio creabilium in eſſe obiectiuo penes quid ſpectatur. 76
Diſtinctio realis duobus modis ſumitur. 193
Diſtinctio realis quid ſit. 327. & quænam diſtinguãtur realiter. 328
Diſtinctione reali vt aliqua diſtinguantur requiritur in creaturis diuerſa exiſtentia, in diuinis autem diuerſa ſubſiſtentia. 341
Diſtinctio ex natura rei per quatuor genera oppoſitionis inueſtigatur. 361
Diſtinctio formalis quot modis venetur. 362. Item de inueſtigatione diſtinctionis, realis, eſſentialis & ſe totis ſubiectiuè. 362
Diſtinctiones quomodo varientur ratione tertium & non ratione ſubiecti. 368
Diſtinctio num requirat neceſſariò extrema exiſtentia. 353
Diſtinctio & identitas ſubiectiua quid ſit: quæ inter obiectiuam & ſubiectiuam diſtinctio: quæ tali diſtinctione diſtinguantur. 353
Diſtinctio & identitas ſubiectiua quid ſit & quæ tali diſtinctione diſtinguantur. 354. & 356
Diſtinctio ſe totis ſubiectiuè ex Ariſto. 357
Diſtinctio rationis unde oriatur 360
Diſtinctio rationis octo modis inquiritur. 375. a ſunt & octo genera entium rationis. 376
Diuerſa primò eſſe quid ſit, & num primò diuerſa ſint contraria. 356
Diuerſitas nũ ſit propria paſſio entium. 370
Diuiſio entis in ens reale & rationis poſita ab Ariſt. 22
Diuiſio entis in quantum & non quantum an ſit prima. 39

Diuiſio

Diuiſio entis in ens reale & ens rationis quomodo ſit æquiuoci in ſua æquiuocata. 46
Diuiſionis & ſubdiuiſionis ordo non ſeruatur in quatuor primis entis diuiſionib. 47
Diuiſio entis in abſolutum & reſpectiuum poſitum ab Ariſto. 52
Diuiſio actionis de genere actionis in immanentem & tranſeuntem, quæ ſit. 59
Diuiſio entis in ens per ſe & in ens per accidens & diuiſio entis in ſubſtan. & accidens in quo differant. 63
Diuiſiones & ſubdiuiſiones entis rationis quare nõ ſint poſitæ à Syreto. 64
Diuiſio entis num ſit in uoces: uel in conceptus. 91
Duratio triplex æternitas, æuum & tempus & quid ſint. 311

E.

Ens ab uno magis diſtinguitur quàm ens ab ente. 15. & 15
Ens tranſcendentiſſimè captum diuiditur in ens rei: & rationis. 18
Ens reale quid ſit. 18. & 22
Ens reale prædicatur quidditatiuè de Deo & decem prędicamentis. ibid.
Ens tranſcendentiſſimè captũ ut eſt noſtri intellectus obiectum, habet unitatem proportionis. 19
Entia rationis non terminant, per ſe actum noſtri intellectus. 20
Ens vt diuiditur in ens reale & rationis, eſt obiectum primum noſtri intellectus primitate adæquationis. 19. & 103
Ens tranſcendenter ſumptum non eſt uniuocum enti reali & enti rationis. 20
ad hoc vt aliquid ſit Ens rationis duo requiruntur & quę. 24
Ens rationis quibus modis capitur. 25
Ens rationis ſubiectiue poſitum eſt ab Ariſtotele. 26
Ens obiectiuum eſt in illo prędicamento in potentia in quo erit res cognita. 27
Ens rationis obiectiue poſitũ ab Ariſtotele. 28
Ens rationis depẽdet ab actu intellectus in fieri & in conſeruari. 29
Ens reale diuiditur prima ſui diuiſione in quantum & nõ quantum. 33. & 41
Ens non quantum ponitur iuxta ſententiam Theologorum non Ariſtotelis qui hoc ignorauit. 35. & 36 & 42
Ens diuiditur primò per vnum & multa, quomodo ſit verum. 36. & 41
Ens diuiditur primo in Deum &

& creaturam quomodo ſit verum. 37. & 42
Entia omnia realia, continentur aut ſub ente quanto aut non qu anto. 37
Ens & vnum dicunt eandem naturam quomodo ſit verum. 39
Ens primò diuiditur in ſubſtantiam & accidens quomodo ſit verum. 41
Entis diuiſio in Ens quantum & non quantum Ariſtoteli incognita. 42
Entia omnia alia à Deo ſunt entia per participationẽ. 43
Ens infinitum in vigore ponitur ab Ariſtotele. 43
Enti reali accidit quòd dependeat à termino. 46
Ens quantum non continet abſolutum & reſpectiuum & quare. 47
Ens abſolutum quid ſit, quid item eſt ens reſpectiuum. 48. & 50
Entia omnia eſſe denominatiue ad aliud quid ſit. 49
Entis diuiſio in ens in potentiam obiectiuam, & ſubiectiuam cui ſit ſimilis. 74
Ens ſimpliciter & ens ſecundum quid, quid ſint. 76
Ens in potentia obiectiua num detur, & num ipſum mediet inter ens creatum & increatum. 78
Inter Ens & non ens datur medium & quomodo. 77
Ens dicitur vniuoce de ente ſimpliciter & de eſſe ſecundum quid. 85
Ens duplex tranſcendens & tranſcendentiſſime. 87
Ens quomodo cognoſcatur à perfecto metaphyſico ſub ratione vniuerſali. 85
Ens inquantum eſt ſubiectum metaphy. eſſe obiectum adæquatum noſtri intellectus quid ſit. 88
Ens & intelligibile num conuertantur. 89
Ens reale eſt vniuocum, æquiuocum & analogum & quomodo. 97
Ens tranſcendenter captum dicitur de Deo & creatura vniuocè, etſi non differentijs vltimis & proprijs paſſionibus. 103
Ens tranſcendens dicitur vniuoce de abſoluto & reſpectiuo. 103
Enti reali & rationis nihil eſt commune vniuocu m. 105
Ens ſecundum quid duobus modis captum pro ente in potentia obiectiua & pro ente rationis. ibid.
Ens æquiuocum quacunq; æquiuocatione. 107
Ens reale non eſt obiectum intellectus ex puris naturalibus, poſſibilitate attingentiæ. 109
Ens duplex aliud ſimplex aliud compoſitum. 112

INDEX.

Ens ſimplex quatuor modis capitur.ibid.& acceptiones ſunt ex Ariſt. 122.123
Ens & paſſiones entis ſunt ſimpliciter ſimplices. 122
Ens duplex contingens & neceſſarium. 128.& 129
Ens duplex dependens & independens. 133. & ex Ariſtotele. 135
Entis diuiſio in unum & multa. 143
Ens & res quomodo ſumuntur. 167
Ens quomodo includitur in Deo& in creaturis. 169
Ens num dicatur quidditatiue de materia & forma. 171
Eſſe eſſentiæ nunquam ſeparatur ab exiſtentia realiter. 5
Eſſe ideale & obiectiuum ponitur (& ſi non ab Ariſtotele) à Platone & D. Auguſt. 73
Eſſe eſſentiæ non ſeparatur ab eſſe exiſtētiæ, quomodo intelligatur. 74
Eſſe ideale duplex formale & obiectiuum. 75
Eſſe ad aliud duobus modis capitur & denominatiue & formaliter. 134.& 137
Eſſentia & infinitas nũ faciunt unum conceptũ per ſe. 205
Eſſentia poſſumus frui ſine perſonis 198.cognoſcitur à nobis ut eſſentia non ut exiſtentia. ibid.
Eſſentia diuina quo pacto dicatur quale quid. 342
Exiſtentia in Deo & creaturis nõ eſt eiuſdem rationis.202
Exiſtentia in Deo dicit quidditatem, in creatura autem nõ dicit formaliter ſupple. 204
Exiſtentia in Deo an ſit modus intrinſecus vel ſit de quidditate Dei. 197
Exiſtentia habet modum intrinſecum. 199
Exiſtentia duplex ſpecifica & ſingularis. 342

F

FOrma omnis inhærens ſubiecto denominat ipſum. 27
Forma una & eadem quomodo moueat & moueatur. 295
Formalitas quid,& uariæ eius definitiones, undèque dicatur. 2
Formalitas tribus modis capitur. 175. habetur hæc triplex acceptio ex Ariſt. 179
Formalitas uenit à forma, & quot modis accipiatur forma.209.ex Ariſto. 217
Formalitas quid ſit. 210
Formalis diſtinctionis vbi meminerit Ari.& ei⁹ cōmē. 11
Formalitates infinitæ in vna & eadem re eſſe poſſunt. 2
Formalitates in diuinis num, ſunt plures. 289
Formaliter idem eſſe duobus modis

modis ſumitur uno modo pro eſſe de ratione intrinſeca, altero modo pro eſſe de conceptu formali. 294 49
Formaliter quinque modis ſumitur. ibid. quæ acceptiones habentur ex Ariſt. 217
Fundamentum unitatũ quodnam ſit. 147
Fundamentum capitur dupliciter. 278

G

GEnitiuus conſtructus cũ relatiuo ponitur pro alio relatiuo. 284
Gradus ſicut aſſignantur in entibus realibus: ſic in entibus rationis. 16

H.

HAbitus intellectus ſint ſine opere collatiuo eiuſdem. 23
Habitus ex frequentatis actibus generatur. ibid.
Habens à ſe potentiam actiuam habet à ſe entitatẽ. 44
Hominem accidere animali quid ſit. 66
Humanitas aſſumpta à verbo quomodo ſit indiuiduum & non per ſe ſubſiſtens. 71

I.

IDem eſſe in actu & potentia non repugnat. 140
Idem prædicatum de ſeipſo quomodo diſtinguantur ex natura rei. 162. & 163.
Identitas rationis cur requirat identitatem tam ex parte rei quàm intellectus, diſtinctio autem ſic. 163
Identitas rationis num requirat actum collatiuum intellectus. 64
Identitas duplex actualis & fundamentalis. 164
Identitas rationis abſolutiſſima & quare. 165
Identitas in diuinis eſt aliquid poſitiuum. 165
Identitas rationis ponitur ab Ariſtotele. 167
Identitas formalis quid ſit & quænam diſtinguantur formaliter & quæ ſint eadem realiter. 287
Identitas formalis perfectiſſima identitas. 300
Identitas uel diſtinctio realis requirit extrema poſita actu. 327
Identitas eſſentialis dupl. 349
Identitas ſe totis obiectiue minima identitas. 363
Ignis agens in aquam habet triplicem reſpectum. 53
In conceptis cum materia nõ eſt idem quod quid eſt cum eo cuius eſt, quo pacto intelligatur. 186
In quo modo dicẽdi per ſe ſint propoſitiones in quibus prędicantur per ſe inferiora de ſuis ſuperioribus. 212
Inconueniẽtia in quę incidunt

qui

qui nullam præter realem & rationis diſtinctionem admittunt. 7
Indiuiduum ſubſtantiæ quæ eſt in nobis an ſit indiuiduũ ſapientię tranſcendentis,& quòd ſubſtantia dicatur de illis æquiuoce. 51 5
Indiuiduum apud Scotum quid ſit. 71
Inferius num ſit idem formaliter ſuperiori. 300. 293 294
Infinitas primæ cauſæ ſufficiéter probata ab Ariſt. 44
Infinitas duplex. 45
Infinitas formalis, quid ſit & quotuplex. 45
Infinitas radicalis quid ſit, & de quo dicatur. ibid.
Infinitum à nullo poteſt excedi. 35
Infinitum duplex, in quantitate & in qualitate. 44
Infinitum non poteſt multiplicari. ibid.
Inhærentia nũ ſit de ratione intrinſeca entis abſoluti. 347
Intellectio & uolitio num ſint actiones,& cur. 58
Intellectio & volitio ad quam ſpeciem ſiue modum qualitatis pertineant. 58
Intellectus agit naturaliter, uoluntas nõ naturaliter. 17
Intellectus coniuncti adæquatum obiectum quidditas rei ſenſibilis. 104
Intellectus duplex agens & poſſibilis. fo. 150. a & quòd ſint duæ formalitates. 151
Intellectus agens num concurrat ad intellectioné. 154
Intellectus agentis conditiones & munia quæ ſint. 155. quòd ſit nobilior poſſibili ibidem. & quòd dum abſtrahit & agit uniuerſale concurrit merè naturaliter & ſine cogitatione. ibid.
Intellectus poſſibilis duplex actiuus & paſſiuus. 155. abſolutè eſt perfector agéte. ib.
Intellectus intelligens rem aliter quàm ſit, num ſit falſus. 161
Intelligere num ſit paſſio. 60
Intelligétiæ multæ, prima excepta, carent potentia. 117
Intentiones ſecundę quas cauſas habeant. 31
Intétiones imaginatæ nõ poſſunt mouere ītellectũ. 156

L

Locus à caſibus affirmatiue valet in prædicatis eſſentialibus non autem in accidentalibus. 106

M.

Materia & forma quomodo non ſint in conceptu entis primò diuerſa, & ſi in realitate ſint. 69
Materia totius quid ſit & num ſit primo diuerſa à forma totius. 216
Mathematicus quomodo ſpeculatur

culatur quantitates. 273
Medium datur inter vniuoce & æquiuoce prædicari, & quod. - 104
Medium in demonſtratione potiſſima, quodnam ſit. 185
Modi intrinſeci in diuinis qui & in creaturis qui. 187
Modos intrinſecos differre a ſuis quidditatibus negatiuè quid ſit. 187
Modi intrinſeci poſiti ab Ariſtotele. 202
Modos intrinſecus diſtinguere quidditates quid ſit. 207
Modi intrinſeci variant ſed nō faciunt diſtinctionem eſſentialem. 207
Modus intrinſecus de ſe non dicit cōceptū & quare. 114
Modus intrinſecus quid ſit & vnde dicatur. 186
Modus intrinſecus num dicat formalitatem. 194. & 195
Modus intrinſecus in quo à ſua quidditate differat. 195
Modus primus dicendi per ſe, num habeat gradus ex Ariſtotele. 225. in quo differat à ſecundo. 227
Modus intrinſecus duplex, vnus qui conſequitur eſſe ſpecificum, alius qui conſequitur eſſe indiuiduale. 343
Motus non eſt ad formam abſolutam. 57
Motus cur ſit ad ſex vltima prędicamenta & non ad quartum. 57
Motus ſpecie diſtincti num poſint continuari. 68
Motus & motum quando diſtinguantur ſubiectiue, & quando non. 359
Multiplicato aliquo multiplicantur omnia quæ ſunt de intrinſeca ratione illi⁹, quo modo habeat eſſe verum in creatis & non in diuinis. 200

N.

Natura omnis num ſit ſubſtantia. 173
Natura aliter à philoſopho, aliter à Theologo deſcribitur. 174
Natura de ſe eſt multiplicabilis, per accidens autem eſt immultiplicabilis. 183. 184
Neceſſariū duplex complexū & incōplexū, & q̄d ſint. 129
Neceſſarium incomplexū uni cū apud Theologos: plura ſecundū Philoſophos. 129
Negatio antepoſita facit æquipollere ſuo contradictorio. 331
Notionalia alia poſitiua alia negatiua. 50
Notionales relationes unde dicantur. ibid.
Notionalia inter ſe diſtinguūtur realiter. 341
Notitia duplex adæquata & inadæquata. 99
Notitia intuitiua duplex perfecta & imperfecta. 157
Notitia abſtractiua nō poteſt cauſari

cauſari ab obiecto ut habet eſſe cognitum. 174
Nullum imperfectum eſt cauſa perfectionis quomodo intelligatur. 174. & 175
Num ſit neceſſum ponere intellectũ poſſibilẽ. 155. & 156
Num ad uniuocationem entis ad Deum & creaturam, ſequatur Deũ eſſe compoſitum quod nõ: & quare. 205
Numerus quare ſit uniuocum & analogum ad ſuas ſpecies. 96

O.

OBiectum intellectus noſtri duplex motiuum & terminatiuum. 20
Obiectum terminatiuum duplex, quod per ſe terminat & quod per aliud. ibid.
Obiectum in intellectu, & ſpecies intelligibilis quomodo differant. 27
Obiectum intellectus tripliciter conſideratur. 109
Obiectum poteſt mouere & terminare intellectũ. 175
Omne obiectũ cuiuſlibet potentiæ habet unitatem. 19
Omnia eſſe ad aliquid de duobus modis uel quidditatiuè & hoc eſt falſum, uel denominatiuè & hoc eſt uerum. 137
Omnia in diuinis atributa sũt idẽ ſe totis ſubiectiuè. 358
Oppoſitum poteſt prædicari de oppoſito in ſecundis intentionibus, non autem in primis. 166
Ordo eſſentialis inter ſpecies non inter indiuidua. 95
Ordo originis eſt quadruplex. 314
Ordo eſſentialis duplex ſecundum quid & ſimpliciter. 345
Ordo qualis inter ſubſtantiã, naturam, eſſentiam & quidditatem, & num unum inferat aliud. 168

P

PArmenedis & Meliſſi omnia unum eſſe aientium opinio improbatur. 7
Partes homogeneæ & etherogeneæ quid ſint. 70
Paſſio realiter idẽtificatur ſuo ſubiecto. 105. & cur non cauſetur à ſuo ſubiecto. 105
Paſſio quomõ poſſit dici cauſata à ſuo ſubiecto. 334
Paſſio inferioris num demonſtretur de ſuo ſupiori. 252
Paſſiones entis & differẽtię vltimę dicũt conceptũ obiectiuum, & non qualitatiuum ſimul. 114
Paſſiones entis aliæ ſimplices, alię coniunctæ. 15
Paſſionũ entis datur ordo. 16
Paſſiones vnius, & entis eadẽ ſunt. 40
Pater in diuinis principium filij & non cauſa, & cur. 142.

Pater prius eſt beatus quã generet, quomodo debeat intelligi. 324
Perfectiſſimũ duplex, in genere vel extra genus. 305
Perſonæ quot ſunt in diuinis tot ſunt ſubſiſtentiæ: non exiſtentiæ. 200
Perſonæ in diuinis nũ ſint idẽ ſe totis ſubiectiuè. 256
Plato & ſocrates in eſſe cognito & ideali realiter diſtinguebatur & quomõ. 75
Plato & ſortes num diſtinguãtur realiter. 330
Potentia cogitatiua ſecundum Auerroẽ eſt cõparatiua. 24
Potentia infinita in duratione ſtat cum magnitudine. 44.
Potentia infinita in virtute nõ ſtat cum quãtitate molis. ib.
Potentia mouendi, in via Ariſtotelis eſſe neceſſario coniuncta actui. 45
Potentia & actus ſunt eiuſdem generis, de potentia obiectiua intelligitur, & quare. 79
Potentia obiectiua in quõ differat à potentia ſubiectiua. 73. & 79 & 85
Potentiæ animæ num ſint idẽ realiter inter ſe. 151
Potentia aliqua executiua pręter voluntatẽ, nũ detur. 304
Prædicamentum vndecimum num poni debeat. 62
Prædicamenta ſunt de eſſe eſſentię, & non de eſſe exiſtentię quo pacto debeat intelligi. 202
Prædicamenta per quid diſtinguantur, num per modos vel per quidditates. 195
Prædicatio denominatiua duplex propria, & impropria. 255
Prædicatio quidditatiua quatuor habet gradus. 210. qd- nam ſit. 211
Prædicationes & 2. modi ſolũ ſunt per ſe, aliæ per accidens. 100
Prædicatio identica quid ſit. 258. & 263. duplex in diuinis & in creaturis. 264
Prædicatio identica quid differat à prædicatione identice identica. 263
Prædicatio denominatiua, quid ſit & quot habet gradus. 253. ex Ariſtotele. 257
Prædicatio formalis duplex formalis quidditatiua & formalis ſimpliciter. 275
Prædicatio eſſentialis quid ſit & in quibus ſit. 281. quas exigat conditiones. 281
Prædicatum aliquod ad hoc vt ſit tranſcendens quæ requirantur. 86
Prædicatum vniuocum vniuoce dictum, poſitum ab Ariſtotele. 101
Prædicatum denominatiuum quomodo ſit aliquando prędicatum per ſe. 255
Prædicatum duplex actualę & poten-

potentiale. 365
Primitas duplex adæquationis & perfectionis, & quid ſint. 109
Primò diuerſa aliqua eſſe duobus modis ſumitur. 297
Primũ mouens mouet à ſe. 44
Priora generatione ſunt poſteriora perfectione, quomodo non ſit vera in diuinis neque in diuerſis generibus. 307. & 322
Prioritas multiplex perfectionis, generationis & naturæ. 305
Prioritas naturæ duplex poſitiua & priuatiua. 308
Quomodo dicat perfectionem & imperfectionẽ. 308
In quibus ſit. 310
Eſt duplex primò vt eſt præſuppoſitio huius ab hoc, alio modo vt eſt: à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia. 310
Eiuſmodi ex Ariſtotele habentur. 310
Prioritas originis quid ſit. 314 & 312
Prius dicitur duobus modis primò in prædicando, ſecundo in præſupponendo. 267
Proceſſus in infinitum in diſtinctionibus ex natura rei non datur. 75
Profunditas Scoticæ diſcipinæ nonnullorũ delicatulorum mentes obnubilat. 22
Propoſito de vero contingenti, quare conuertitur in contingens falſum. 132
Propoſitio, fortes eſt homo an ſit per ſe. 220
Propoſitio per ſe an inferat propoſitionẽ de omni. 220.
Propoſitiones per ſe dantur quæ nõ ſunt neceſſariȩ. 249
Propoſitio hæc eſſentia mouet eſt vera, & eſſentia generat eſt falſa & quare. 280
Propoſitio filius eſt eſſentiȩ an ſit vera. 282
Propoſitio, nulla eſſentia diuina diſtinguitur formaliter ab eſſentia diuina quo pacto ſit regulanda. 291
Propria paſſio eſt realiter ens ſed non formaliter, & quod ſit diſcrimen. 88. & 89
Propria paſſio cuiuſque rei, in quo ſit prædicamẽto. 254
Proprietas notionalis & perſonalis quid ſit & quod inter illas diſcrimen. 50

Q.

QVantitas duplex alia molis alia virtutis. 34
Quantitas vigoris poteſt demonſtrari de quidditate vltimate abſtracta, in ſecundo ſigno. 381
Quantitas in Euchariſtia num ſit ſubiectum vltimum qualitatis. 351
Quantum & nõ quantum modi intrinſeci entis. 33

Quæ diſtinguuntur realiter & quæ non. 350
Quæ requirantur ad inferendam diſtinctionem ex natura rei. 178
Quæ ſint idem ratione & quæ ratione diſtinguantur. 160 & 162
Quæcunque ſunt eadem vni tertio: illa ſunt eadem inter ſe quomodo debeat intelligi. 270
Quæcunque diſtinguuntur in ſuperiori diſtinguuntur & in inferiori, quomodo ſit uerum. 332
Quæſtio principalis per totũ hoc opus tractata quare & ad quid moueatur. 6
Quidditas omnis eſt prior ſuo modo. 37
Quidditas in ultima abſtractione nec diſtinguitur nec nõ diſtinguitur à ſuo modo formaliter. 38
Quidditas quomodo perfectè uel imperfectè concipitur. 189
Quidditatiuum ſex modis capitur. 176. ex Ariſt. 180
Quidquid competit ſuperiori cõpetit & inferiori, quo pacto ſit uerum. 184
Quodlibet poſitum in genere prædicamentali eſt compoſitum ex materia & forma, quomodo debeat intelligi. 127
Quot modis dicitur vnum oppoſitorum tot modis & alterũ quo pacto ſit uera. 132

R.

Ratio propria duplex 24. ad formandas ſecundas intentiones reqſita, quæ. 29
Ratio capitur quatuor modis. 159. relatio num poſſit eſſe per actum rectum intellectus. 158
Ratio ratiocinans & ratio ratiocinabilis quid ſint & in quo differant. 160
Ratio quidditatiua in quo differat à ratione quidditatiua & formali. 192
Ratio quidditatiua poteſt conuenire habentib. conceptũ cõmunem quidditatiuum, & qualitatiuum q̃ pacto debet ſumi. 208
Ratio in ſe falſa quid ſit. 251
Rationale & rationalitas in quo differant. 116
Rationale duobus modis capitur primò pro parte formali, ſecundò pro aptitudine ratiocinandi. 211
Rationalitas quomodo includat ens quidditatiuè, rationale non niſi denominatiuè. 297
Ratione alia conditus homo & alia equus, quo pacto intelligatur. 75
Rationes Scoti quæ uniuocationem entis probat, num concludant. 87. & 94

Rela-

Relatio realis debet habere extrema realia. 31
Relationes originis nullā dicunt perfectionem neque imperfectionem. 35
Relatio in creaturis eſt finita & quanta. 35
Relationum aliæ intrinſecus aduenientes aliæ extrinſecus. 53
Relatio nulla realis poteſt de nouo fundari in Deo. 54
Relationes quæ de nouo aduęniunt Deo, ſunt relationes rationis. ibid.
Relatio duplex actualis & potentialis: & quę relatio exigat terminum à fundamento diſtinctum. 85
Relatio in diuinis quomodo dicatur modus rei & non res. 119
Rationes quæ identificentur ſuis fundamētis, & quæ nō. 134
Relatio omnis poſterior ſuo fundamento. 138. eſt eadem fundamento ſine cuius termino fundamētum eſſe nō poteſt, quomodo ſit uera. 139. & 140
Relatio omnis habet duas habitudines & quas. 140
Relatio omnis denominat suū fundamentum. ibid.
Relatio realis debet eſſe inter extrema realia, de quibus ſit uerum. 141
Relatio non poteſt ſeparari à ſuo fundamento & cur. 143
Relatio nihil poteſt cauſare. 9(?)1
Relatio realis duplex, completa & incompleta. 208
Relatio num poſſit abſtrahi à termino ſicut abſtrahitur à fundamento. 276
Relationē omnem primi modi denominare vtrunque extremum, quo pacto debeat intelligi. 300
Relatio in diuinis duplex cōmunis & propria. 302
Res unde dicatur, & quotupliciter. 5
Res ſubſiſtens quid ſit. 4
Res exiſtens, quid & quomodo in quolibet prædicamento reperiatur. 5
Res exiſtens in plus ſe habet quàm ſubſiſtens. ibid.
Res numero eadem poni in diuerſis categoris. 14
Res quot modis capiatur. 72. ut uenit à ratus, rata, ratum quot modis ſumatur. 73
Res in diuinis dupliciter ſumitur eſſentialiter & perſonaliter. 313
Reſpectus rationis acquiruntur ſine aliqua nouitate abſoluti in fundamento. 30
Reſpectuum intrinſecus aduenientium & extrinſecus, quænam ſit differētia 56
Reſpectus ad extra quòd non ſint perfectiones quidditatiuæ ſed denominatiuæ. 196

Re-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Reſpectus extrinſecus, & intrinſecus aduenientes quid ſint. 53
Reſpectus extrinſecus adueniens quare ſic dicatur. 53
Reſpectus intrinſecus adueniens præcedit reſpectum extrinſecum. 54. & 55
Ridere an ſit terminus riſibilitatis. 140

S.

Sapientia noſtra eſt indiuiduum ſapientiæ tranſcendentis & limitatę: & de duplici ſubalternatione in genere & extra genus. 107
Sapientia tranſcendens non eſt paſſio entis. 107
Sciẽtia quas habeat cauſas. 9
Scientia poteſt haberi de re non exiſtente. 21
Scientia dicitur æquiuocè de ſcientia Dei & noſtra. 51
Scientia abſtrahit ab exiſtentia. 198
Scientiam de Deo quomodo poſſimus habere pro ſtatu iſto. 201
Scotus in quo ſenſu concedat inhærentiam eſſe genus ad nouem prædicamenta. 110
Secunda intentio non eſt comparatio paſſiua formaliter ſed conſequutiuè. 30
Secundæ intentiones non poſſunt cauſari à Deo nequæ à brutis. 32
Secundæ intentiones non poſſunt cauſari à chymera: etſi à partibus chymerę poſſint. 32
Secundarum intentionum gradus triplex. 33
Secundæ intentiones poſitę ab Ariſtotele in omnibus categorijs & quomodo. 62
Senſus communis eſt potentia comparatiua & quare. 24
Simplicitas non dicit negationem formaliter, licet dicat ex conſequenti. 120
Singularia ſunt reijcienda ab arte quo pacto intelligatur. 221
Sortem in potentia obiectiua & ineſſe exiſtentiæ eſſe eiuſdem ſpeciei, quo pacto debeat intelligi. 80
Sortes eſt, quomodo ſit propoſitio ęterna. 220
Species qualitatis aſſignatæ ab Ariſtotele in prædicamentis non ſunt propriæ ſpecies ſed modi qualitatis. 13
Species intelligibilis duplex cauſata & infuſa. 28
Species ſunt ſicut numeri, quo pacto intelligatur. 96
Spiratione actiua nulla perſona conſtituitur. 50
Subalternatio duplex in genere & extra genus. 51
Subiectum an cauſa materialis ſcientiæ dici poſſit. 10
Subiectum phyſicę, mathematicæ & metaphyſice idē. 14
Subiectum idem quomodo ad diuer-

INDEX.

diuerſas ſcientias contrahatur. ibid.
Subſtantia à ſe, per ſe, & ad ſe, poſita ab Ariſtot. 65
Subſtantiæ partes quotuplices ſint. 67
Subſtantia etſi prædicatur de partibus ſubiectiuis, non tamen de integralibus & eſſentialibus. 67
Subſtantia diuiditur in materiam & formã, ergo ſubſtantia prædicatur de illis quddi tatiue, num valeat conſequentia. 69
Subſtātię analogia qd ſit. ibid.
Subſtantiæ pars eſt ſubſtantia, num ſit uera propoſitio in ſubſtantijs homogeneis & heterogeneis. 70
Subſtantiales formę quomodo non ingrediuntur directè prædicamentum. 69
Subſtantia quot modis capiatur. 61
Subſtantiua nomina in diuinis, duobus modis enunciantur. 261
Superius & inferius num diſtinguãt ex natura rei. 183

T.

Terminus formaliter quot modis capitur. 49
Terminus formaliter in definitione abſoluti & reſpectiui quomodo capitur. 50
Totum homogeneum & totũ uniuerſale num in eodem poſſint concurrere. 71
Totũ num diſtinguatur realiter à ſuis partibus. 334
Totum eſſentiale diſtinguitur realiter à ſuis partib⁹. 334
Totum integrale diſtinguitur realiter à ſuis partib⁹. 337
Totũ quãtitatiuum realiter à ſuis partib⁹ diſtinguit. 337
Totius multiplices acceptiones. 339
Totum habet aliam exiſtentiam à partibus. 344
Tractatus formalitatum quæ ſit cauſa efficiens, quæ finalis, & quod ſubiectum. 9
Tractat⁹ iſte, cur poti⁹ formalitates quàm realitates inſcribatur. 10

V.

Via cõtradictionis potior modus ad probandam diſtinctionem. 163
Vnitas maior infert minorẽ. 147. & 148
Vnitas multiplex, aggregationis, ordinis, per accidens, ex principijs eſſentialibus, ſimplicitatis, formalis. 283 habentur ex Ariſto. 286
Vnitas ſimplicitatis, perfectior vnitate formali. 301
Vniuerſalia ſunt in rebus per indifferentiam & non exiſtentiam 27
Vniuerſale quot modis capitur: 28
Vniuerſale contrahitur ad ſingulare

gulare per materiam metaphyſicam. ibid.
Vniuocatio duplex trãſcẽdens & limitata, & quid ſint 86
Vniuocatio duplex rei & ſigni. 92
Vniuocationis tres ſpecies, Phyſica logica & metaphyſica & quid ſint. 94.
Vniuocationis quatuor gradus per quos vniuocum ad ſua vniuocata deſcẽdit. 95
Vniuocatio entis ad ſubſtantiã & accidẽs vt ſit minima. 97
Vniuocatio nõ datur penes intellectũ diſtincte cõcipientẽ etſi apud cõfuſe concipientem datur. 93. & 40. & 31
Vniuoca prædicatio non ſolũ eſt in primo modo dicendi per ſe, ſed & in ſecũdo. 99
Vniuocatio tranſcẽdens & limitata poſita ab Ariſt. 101
Vniuocum prædicatum & vniuocè prędicari quid ſit & in quo differant. 85
Vniuocum logicum ſtat cum æquiuoco phyſico. 194
Vnũ capitur quinq; modis. 143
Vnitas duplex, rei & rõnis. 145

FINIS.

ERRATA SIC CORRIGITO.

Pagina. 9. linea. 18. poſt metaph. adde, tex. 19 p 31. l. 24. eſſd, eſſe. & l 27. ſationis, rationis. p. 61. l. 24. multiplex, duplex p. 95. l. 26. in 2, phyſic. in 7. p. 101. l. 28. poteſt, eſt delendum. p. 106. lin. 3. albo, albè. p. 109. l 21. nota errorem, nam poſt dictionem ſermo, debuit contextus inſeri id quod ſeorſim eſt in margine. p. 109. lin. 32. ſignificantes, dignificantes. p. ibid. in marg. 9. poſt adaquationes, adde. & eſt. p. 149. l. 18. ſicu, crea & l. 19. crea ſicu p. 228. l. vlt. poſt vult, eſt omittenda tota ſequens linea cum dictione, calefacit p. 352. l. 6. tranſfundo, tranſcendo. p. 266. l. 25. omnem; adde, moleſtiam. p. 366. l. 7. idem omnia idem genere; lege, idem genere. pag. 329. lin. 22. pradicati, prædicamenti.

COMMENTA VALLONIS IN FORMALITATES SCOTI.

Quæſtio Metaphyſica.

Num illa quæ diſtinguuntur formaliter, diſtinguantur etiam realiter.

CIRCA formalitates doctoris ſubtilis Scoti, maxima eſt concertatio inter Thomiſtas, & doctoris ſubtilis ſectatores: quæ in hoc potiſſimum conſiſtit, vt reſolutam hanc habeāt quęſtionem, qua quęritur. Vtrùm illa quæ diſtinguũtur formaliter. diſtinguātur etiam realiter. *Propoſitio diſputāda inter Thomiſtas, & Scotiſtas.*

Declaraturus Formalitates Scoti, primùm explanabo titulum quæſtionis, & quia ponuntur hic tres termini, quorum vnus eſt formalitas, ſecundus diſtinctio, tertius eſt realitas, cùm in quæſtione dicatur: vtrùm illa quæ diſtinguuntur formaliter, diſtinguantur realiter? Primus

Quid formalitas.

igitur terminus eſt formalitas, & de hoc dico, quòd formalitas quantum ad propoſitum noſtrum facit, eſt ratio conceptibilis ex natura rei, & ſic omnis ratio, ſub qua tu concipis aliquid ex natura rei, eſt formalitas. Vnde ſi concipis ſortem in quantum eſt homo, vel ſubſtantia, homo, & ſubſtantia ſunt formalitates, & ita formalitas dicta eſt à forma, quæ idem eſt, quod actus, & omne quod intelligitur, eſt ratio & actus. Hinc eſt, quòd Ariſtoteles, formam, rationem & actum appellat. 2. Phyſicorum, textu comm. 28. cap. 3. & 5. Meta. tex. comm. 2. & ab Auerroe. 2. de Anima comm. 6. formare per intellectum intelligere dicitur: ergo ratio obiectiualis ſub qua intelligitur aliquid, meritò formalitas dicitur.

Quid formalitas ſecundũ Franciſcum de Mayronis, i 1. art. ſuarũ formalitatum.

Aliam deſcriptionem formalitatis, adducit Franciſcus Mayronis, in ſuis formalitatibus, ipſam definiens hoc pacto. Formalitas nil aliud eſt, niſi quidditas vniuſcuiuſque rei, ſiue ſit diffinibilis ſiue non: quod vltimum dicit: propter tranſcendentia, quæ verè formalitates nuncupari poſſunt.

Quid formalitas clarius.

Vel aliter clariùs, formalitas vocatur illud, quo aliquid eſt extra nihil, vt materia prima, voluntas, intellectus, & ſic de omnibus alijs: & vt omnia perſtringam, & commodatiſſimo exemplo me explicem: formalitas eſt ſicuti eſt ens, & ſuæ paſſiones, vt Bonum, verum, vnum, modi intrinſeci, genera generaliſſima, ſubalterna, ſpecies ſpecialiſſimæ, indiuidua, differentiæ vltimæ & intermediæ, paſſiones repoſibilium in prædicamento, & cuncta quæ ſunt in diuinis: omnia enim hæc formalitates appellantur, ſi pro materiali accipiuntur, vt ecce exemplum, ſortes eſt ens: ens eſt formalitas, quia omnibus alijs circumſcriptis poteſt apprehendi & concipi intellectu noſtro, per quam ſortes eſt extra nihil: ſi pro materiali accipiantur ſortes eſt bonum, bonum eſt formalitas, & ſimiliter verum, per quod ſortes eſt extra nihil. Et ſi quæras quot formalitates poſſunt eſſe in vna re? dico, quòd infinitæ, vt ſortes eſt ens, corpus animatum, corpus currit, nauigat mare liguſticum, legit, ſedet, eſt Romæ, eſt in hac hora, & ſic de omnibus alijs.

Infinitæ formalitates poſſunt eſſe in vna, & eadem re.

Secun-

Secundus terminus declarandus eſt diſtinctio, ideò quæro quid ſit diſtinctio, quid diuiſio, & quid, non identitas: & dicimus, quòd iſta tria, videlicet diuiſio, diſtinctio, non identitas ſe habent ſicut magis commune & minus commune. Vnde omnis diuiſio eſt diſtinctio, & non è contra, & omnis diſtinctio eſt non identitas, & non è contra. nam diuiſio eſt inter partes materiales quantas, aut inter partes entitatiuas non quantas: primo modo diuiditur vna pars ligni ab alia: ſecundo modo diuiduntur partes entitatiuæ materiæ: nam ſi materia ſecluderetur à quantitate, & à qualibet alia forma ſiue accidentali, ſiue ſubſtantiali, vt poſſe fieri docet Scotus in 2. diſtinct. 12. q. 2. adhuc diuideretur in partes entitatiuas, & integrantes, vt meditatur Tart. in 1. de auditu phyſic q 7. & partem extra partem haberet: omnia igitur illa, quæ diuiduntur, diſtinguuntur neceſſariò, & non è contra: multa enim diſtinguuntur, quæ non diuiduntur: vt duo Angeli, videlicet Michael, & Gabriel, diſtinguuntur, & non diuiduntur. potentiæ animæ vt intellectus & voluntas, diſtinguuntur, & tamen non diuiduntur. & diſtinctio eſt inter partes habentes actum poſitiuum, & in rerum natura exiſtentes: diuiſio verò inter partes quantitatiuas, aut entitatiuas. ſimiliter omnis diſtinctio eſt non identitas, & non è contra: nam diſtinctio debet habere ambo extrema poſitiua, non indentitas verò vnum ſolùm poſitiuum: vt Franciſcus non eſt idem chymeræ, lux non eſt eadem tenebræ: habitus non eſt idem priuationi formaliter acceptæ, licet ſit idem negatiuè, id eſt non aliud ab illo. patet igitur quomodo accipitur iſte terminus in titulo quæſtionis, ſcilicet diſtinguuntur.

Diſtinctio, Diuiſio, non Identitas ſe habent ſicut magis commune, & minus cōe. vide etiam Trombetā. Diuiſio quid.

Diſt. quid. Diuiſio quid.

Tertius terminus eſt realitas, & pro hoc nota, quòd iſte terminus venit à re: res autem venit à ratus, rata, ratum, quod eſt firmus, firma, firmum: & res trifariam ſumitur & iſti modi accipiendi rem ſe habent per ordinem, ſcilicet res ſubſiſtentiæ, exiſtentiæ, & eſſentiæ, vnde res ſubſiſtentię, ſiue ſubſiſtens eſt illud, quod eſt incommunicabile, vt quo, & vt quod: & quia incommunicabile eſt priuatiuum ſeu magis negatio: & priua-

Realitas venit à re.

Res triſariam ſumitur.

Singulara enim nōē cō

municabile vt quod, niſi ſit illimitatũ, vt eſſentia diuina. Vide Sco. in 3. di. primi.

De cõicabili vt quo: & quod vide Sco ĩ 7. diſt. 1. q vnica.

De in cõicabili verò, vide 3. diſ. 1. q. 1. & in quolibet. q 9.

Differentia inter naturã diuinam & humanã hac eſt, quia natura humana eſt limitata, natura autem diuina eſt illimitata: et ideo licet ſit cõmunicata tribus perſonis, nõ tamẽ ſunt plures natura, ſed una & eadẽ natura in patre & filio, & ſpi-

tio intelligitur per habitum, ut Ariſtoteles 3. de Anima tex comm. 25. & idem habet commen. in eodem loco, hinc eſt, quòd erit primò videndum quid eſt communicabile, vt quod, & vt quo: unde communicabile ut quod eſt illud, quod de pluribus prædicatur, ut ſunt vniuerſalia, ſubſtantiæ ſecundæ, vt homo & animal: & breuiter omnia ſuperiora reſpectu ſuorum inferiorum, quibus illa eſſe communicant, dicuntur communicabilia vt quod: quia verò ſubſtantiæ primæ ſiue ſingularia non prædicantur de pluribus, per oppoſitum ſunt incommunicabiles vt quod: ſicuti eſt Cicero, & Plato. Nullum enim ſingulare eſt communicabile ut quod: niſi ſit illimitatum, vt eſſentia diuina, vt ſubtiliter docet Sco. in 3. diſtin. 1. q. 1. Communicabile verò vt quo eſt illud, quo aliquid eſt tale, ut forma tam ſubſtantialis quàm acciddntalis, eſt illa, qua aliquid eſt tale, uel ſubſtantialiter, vel accidentaliter. vnde Ariſto. 1. Phyſic. tex. comm. 27. forma tam ſubſtantialis quàm accidentalis eſt ratio eſſendi illius, cui communicatur, vel quò ad eſſe ſimpliciter, vel quò ad eſſe ſecundùm quid: ſuppoſitum igitur exiſtens in natura ſubſtantiali, ſiue ſit limitatum, vt ſuppoſita in prędicamento ſubſtantiæ, ſiue in natura illimitata, ſicut ſunt ſuppoſita in eſſentia diuina, dicuntur res ſubſiſtentes, quæ de pluribus prædicari non poſſunt: nec ſunt ratio eſſendi alicui in aliquo eſſe, cùm habeant vltimatam actualitatem, non ordinabilem ad vlteriorem actum: ideo talia ſuppoſita ſimiliter ſunt incommunicabilia, vt quo: ex quo patet ꝙ ſuppoſita dupliciter ſunt incõmunicabilia: & vt quod; quia non prædicantur de pluribus, & vt quo, quia non ſunt ratio eſſendi alicui, ſubſtantialiter, vel accidentaliter.

Vel clariùs res ſubſiſtens eſt, quæ eſt in ultima actualitate, & non ordinatur ad vlteriorem formam ſubſtantialem, nec eſt ratio eſſendi alicui: & notanter dico ſubſtantialem & non accidentalem, quia primæ ſubſtantiæ & ſi ſint in vltima actualitate ſubſtantiali, & non poſſint actuari per aliam formam ſubſtantialem, bene tamen poſſunt ordinari ad formam accidentalem, quia poſſunt recipere accidentia, & notanter dico, nec eſt ratio eſ-

tio eſ-

tio eſſendi alicui. nam hæc albedo, licet ſit in vltima actualitate, tamen eſt ratio eſſendi alicui accidentaliter, quia ſortes hac albedine eſt albus. vnde ſequitur, quod albedo non eſt res ſubſiſtens: quia alicui ſubſtantiæ dat eſſe ſecundum quid. ſimiliter tam materia quàm forma, cùm ſint rationes & cauſæ eſſendi compoſito, non ſunt res ſubſiſtentes, cùm vtraque pars ſit propter compoſitum. vnde Commen. 2. de Anima.37. comm. anima & corpus ſunt propter animatum. Aliam verò definitionem huic penè ſimilem adducit poſt Scotum in Quotl. quæſt. 9. Trombeta, quam non pigebit hic apponere. res ſubſiſtens eſt per ſe ens habens vltimam actualitatem ſubſtantialem non ordinabilem ad vlteriorem actum, neque eſt alteri cauſa eſſendi.

ritu ſancto, eadem eſſentialiter, & realiter cũ illis omnib.

Res ſubſiſtẽs quid ſit.

Qua ſit res ſubſiſtens vide Trõbetã, quam diffinitionem excepit a Sco. in q 9. quolibet. & hæc res ſubſiſtẽs eſt ens per ſe habens vltimam actualitatem non ordinabilẽ, ad vlteriorẽ actum.

Secundò eſt res exiſtens: & iſta eſt vniuerſalior quàm ſubſiſtens. & eſt illa, qua aliquid habet eſſe, extra cauſam & intellectum. vt ſortes, poſtquàm eſt productus: & hoc eſt eſſe entitatiuum, quod habet materia prima, quæ eſt extra cauſam & intellectum, vt tenet Scot. 12. diſtin. 2. q. 1. & non ſubſiſtit, vt diximus, reſtat quod tantùm exiſtit: & dicimus, quòd res exiſtens in prædicamento quolibet reperitur: vt aſſerit Trombeta, in principio ſuorum ſcholiorum, ſed non vt exiſtens eſt: quia prædicamentum abſtrahit ab exiſtentia & ſingularibus: & illa, quæ in prædicamento ponuntur, conſiderantur vt habent eſſe cognitum: vt declarabitur in tertio articulo partiali ſecundi principalis. Et ſic patet, quòd in plus ſe habet res exiſtens, quàm ſubſiſtens: nam exiſtens eſt in quolibet prædicamento, ſubſiſtens verò tantùm in prædicamento ſubſtantiæ.

Exiſtẽs quid

In plus ſe habet res exiſtens, quàm ſubſiſtens.

Vltimò eſt res eſſentiæ, quæ eſt ipſamet eſſentia: quæ aut eſt in ſingulari exiſtente, aut eſt in intellectu, vt in illo relucet obiectum per ſpeciem intelligibilem: & notanter dico in ſingulari exiſtente: quia ſecundùm Sco. ſecundo ſen. diſt. 1. quæſt. 2. nunquàm eſſe eſſentiæ ſeparatur ab exiſtentia realiter: & idem habet in primo dum inuehitur in Henricum Gandenſem, qui volebat creaturas inquantum à diuina mente cognoſcebantur, ab æterno habuiſſe eſſe verum & reale: diſtin. 36. ſed contra

Res eſſentiæ quid.

Eſſe eſſẽtiæ non ſeparatur ab exiſtentia realiter: vide Sco diſt. 36 primi q. vnica.

Vide Henricum in ſumma Arti. 2. q. 23. & 25. An eſſe eſſentiæ & exiſtentiæ ſint idem realiter.

iſtam determinationem poſſet obijci. Scotus dicit, quod eſſentia non ſeparatur ab exiſtentia, ſed roſa in hyeme habet eſſe eſſentiæ, & tamen non exiſtit: ergo pars illa Scoti videtur falſa. Reſpondeo & dico, quòd eſſe reale eſſentiæ realiter exiſtens, non ſeparatur ab exiſtentia, ſed eſſe eſſentiæ cognitum, quod habet roſa in hyeme, quod quidem non exiſtit in roſa, ſed in intellectu, bene ſeparatur ab exiſtentia: ex quo ſequitur, quòd omne exiſtens eſt res eſſentiæ, & iſta tria ſe habent per ordinem. nam ſubſiſtens eſt exiſtens, & non è contra: exiſtens eſt res eſſentiæ & non è contra. Et ſic patet declaratio terminorum poſitorum in quęſtione.

Omnis quæſtio unũ præſupponit, & aliud quærit.

Sed vt ampliori hauſtu ex limpidiſſimis ſubtilis Scoti fontibus, huiuſce ſcientiæ profundum poſſimus degustare, operę pretium erit, hic nonnullas mouere quæſtiunculas, vt his ſolutis, addiſcentis animus ad nobiliora & abſtruſiora, quæ in hoc volumine ſcoticè tractantur, adducatur. Primùm ergo ſuppoſito, quod omnis quæſtio, vt eruditè docet Philoſophorum omnium facilè princeps Ariſtoteles 7. Metaph. tex. comm. 59. vnum præſupponit & aliud quærit: ſupponit enim primò, quod dentur formalitates, & quidditates, & eſſentiæ diſtinctè conceptibiles. ſecundò quod dentur res ſubſiſtentiæ & exiſtentiæ. quærit autem, num iſta talia quæ formalitates ſunt, & ſecundum modum formalitatum diſtinguuntur, diſtinguantur ſicut res, & res exiſtentiæ, vel ſubſiſtentiæ, & ſic realiter? Quæro ergo in primis ad quid mouetur iſta quæſtio principalis quæ per totum huiuſce voluminis corpus reſoluitur? Ad hoc dico, quòd talis quæſtio mota fuit propter illos, qui dixerunt eſſe tantùm duas diſtinctiones: vnam per intellectum, quæ rationis vocatur, aliam non per intellectum, quæ realis dicitur: & non poſuerunt mediam diſtinctionem inter has duas, negantes diſtinctionem formalem, & alias, quæ infrà ponentur, ideò auctor vult probare quòd datur in re diſtinctio formalis, & ex conſequenti poſtea & minùs principaliter ponet alias diſtinctiones, vltra illas duas poſitas à via communi, & quòd illa, quæ ſunt diſtincta per formalitates, non ſunt diſtincta realiter, proprie

Propter quid moueatur hæc qō, reſpondetur quòd mouetur propter Thomiſtas, Egidianos, & Nominales.

priè & ſtrictè ſumendo diſtinctionem realem: propter
hoc igitur mota fuit quæſtio. Qui omnes tam D. Tho-
mæ aſſeclæ, quàm Egidiani & Nominales, mihi quam-
plurimum à vero alieni & exules videntur: & incidunt
indubiè in Carybdim, in quam Ariſtoteles lib. Phyſico- *1. Phyſi. con*
rum, adducit Parmenidem & Meliſſum. hi dum aſſere- *tex.41.*
rent, omnia vnum ens eſſe, coacti fuerunt poſtea nega-
re equum eſſe diſtinctum ab albedine, & multa alia in-
conuenientia poſuerunt. contra quos arguit Ari. primo
phy. ſupponens primò, quòd principium maximè pro-
prium, ad diſputandum contra Parmenidem & Meliſ- *Opinio Par-*
ſum eſt, quia ens dicitur multipliciter, hoc ſuppoſito *menidis, &*
arguit ſic. illi qui dicunt omnia eſſe vnum ens, aut dicunt *Meliſſi.*
omnia eſſe ſubſtantiam tantùm, aut quantitatem, aut
qualitatem, aut ſubſtantiam cum qualitate & quantita-
te: ſi dicunt omnia eſſe vnum, id eſt ſubſtantiam tantùm:
aut dicunt omnia eſſe equum vel hominem, vel aliquod
aliud animal. & ſic iſti ſi dicerent omnia eſſe equum, ne-
garent diſtinctionem entium ſecundum exiſtentiam:
nam ſortes exiſtit, & hæc albedo exiſtit: & ſi omnia ſunt
tantùm homo, tunc ſortes & hæc albedo non eſſent di-
ſtincta realiter. & ſic negando iſta eſſe diſtincta reali-
ter; coguntur negare diſtinctionem entium ſecundùm
exiſtentiam. Nec poſſent dicere antiqui, quòd omnia
ſunt vnum, & hoc erit quantitas tantũ, quia tunc aut erit
hoc parui quantum, aut hoc magnum, ſicut dicit Philoſo-
phus: aut qualitas tantùm, quia tunc erit aut hoc album,
aut hoc nigrum, & iſta impoſſibilia ſunt, quia tunc eſſent
accidentia ſine ſubſtantia. & ponendo quòd omnia ſunt
aut hoc album, aut hoc nigrum, negarent diſtinctionem
entium ſecundum exiſtentiam, quod eſt propoſitum no-
ſtrum. Similiter contingit iſtis qui tantùm ponunt diſtin-
ctionem rationis & realem, & negant formalem, coacti
ſunt dicere, quòd ſapientia & eſſentia diuina ſunt omni-
no eædem & non ſunt diſtincta niſi per intellectũ: ſimili-
ter ſpiratio actiua & paternitas eædem omnino erunt:
idẽ oportet dicere de actione & paſſione quòd omnino
erunt indiſtincta, & ſi diſtinguuntur, per intellectum ſo-
lùm erunt diſtincta, quæ omnia falſa ſunt, vt probabitur.

Agitari etiam hæc quæſtio poteſt, num author dum loquitur de diſtinctione, & non identitate, loquatur propriè vel largè, id eſt, num loquatur de diſtinctione propriè dicta, quæ requirit extrema poſitiua, vel de diſtinctione communi, quorum vnum extremorum eſt poſitiuum, aliud verò non: ſicuti eſt inter ſortem qui actu eſt, & Antichriſtum qui actu non eſt. Reſpondeo, quod propriè loquitur de diſtinctione reali, quæ eſt inter duo poſitiua, ſiue corporalia ſiue incorporalia ſint. Notandum interim, quod à propoſito nequaquam alienum videtur, huiuſmodi diſtinctionē propriè acceptam & identitatem ei oppoſitam, poſſe accipi duobus modis: primo ſtrictè, & ſic ſunt ſolius ſubſtantiæ: ideſt diſtinctio ſiue diuerſitas, & identitas ſtrictè accepta ſolum in prædicamento ſubſtantiæ ſunt, vel extenſiuè vt ſunt omnis entis ſub diſiunctione: ideſt extenſiuè & largè loquendo diſtinctio, & identitas ſunt omnis entis & in quolibet prædicamento: & etiam in diuinis, ſub diſiunctione: hoc eſt, quia omne ens eſt idem vel diuerſum: vt tenet Scotus 19. primi & 6. diſt. quarti, & quinto Meta. Et quòd detur identitas & diſtinctio ſtrictè ſumpta declaro ſic: Ari. 5 Meth. t. c. 10. ponit tres relationes fundatas ſuper vnum, ſcilicet idem, ſimile, & æquale, & loquendo de iſtis ſtrictè, dico quòd approprientur diuerſis generibus, vt identitas & diſtinctio ſubſtantiæ, æqualitas vel inæqualitas quantitati: ſimilitudo vel diſſimilitudo qualitati: & ita fortè propriè & ſtrictè loquendo poſſent aliæ relationes fundari ſuper res aliorum prædicamentorum: ſicut proportionalitas ſuper relationem ſiue ſimilitudinem duarum proportionum: & hoc videtur Auicen. dicere ſaltem de his tribus communibus, quas expreſsè ponit Philoſophus. Tamen fundamentum remotum iſtarum relationum eſt res illius generis: putà fundamentum æqualitatis eſt res de genere quantitatis: fundamentum ſimilitudinis eſt res de genere qualitatis, fundamentum identitatis eſt res de genere ſubſtantiæ. Proximum tamen fundamentum vel ratio proxima fundandi eſt vnitas talis rei: quia ſuper rem talis generis ſubſtantiæ fundatur diſtinctio & identitas: & ſic de alijs

Quod ſit fundamētū remotum relationum.

duabus

duabus vnitatibus dicas. patet igitur qualiter ſtrictè loquendo de identitate, & diſtinctione, quòd fundantur in prædicamento ſubſtantiæ.

Secundò declaro (loquendo extenſiuè) de identitate & diſtinctione, quòd fundantur in diuinis & in quolibet genere. nam quodcunque ens eſt in ſe quid, & habet aliquem gradum determinatum in entibus & ſecundùm hoc ſicut poteſt tripliciter conſiderari quodcunque ens, ita etiam ſuper ipſum poteſt fundari triplex relatio communiter ſumpta: quia identitas ſuper quodcunque ens in quantùm eſt quid: & æqualitas vel inæqualitas ſuper quodcunque ens in quantùm habet magnitudinem aliquam perfectionis: & quæ dicitur quantitas virtutis, de qua Auguſt. ſexto de tri. cap. ſeptimo, quod in his, quæ non magna mole ſunt, idem eſt melius quod maius: ſimilitudo autem vel diſſimilitudo poteſt fundari ſuper quodcunque ens inquantùm eſt quale. & de hoc modo qualitatis loquitur Ariſt. 5. Meta. quòd vnus modus qualitatis eſt differentia ſubſtantiæ, id eſt differentia eſſentialis, & hoc modo indiuidua eiuſdem ſpeciei ſunt eſſentialiter ſimilia, inquantùm habent eandem differentiam ſpecificam, quæ eſt qualitas eſſentialis ipſorum. Et ſic communiter & non ſtrictè accipiendo iſtas relationes, dicit Philoſ. 10. Meta. tex. commen. 12. quòd omne ens omni enti comparatum eſt idem vel diuerſum. ſicut igitur fundamentum identitatis, æqualitatis, & ſimilitudinis hoc modo communiter ſumptum eſt ens in communi comparatum ad quodcunque ens in communi, ita illæ relationes ſimiliter ſunt tranſcendentes diuidentes ens in communi: ſicut diuiditur in neceſſarium & poſſibile: & ita tale ens in communi diuiditur in identitatem & diſtinctionem ſiue diuerſitatem. patet igitur qualiter identitas & diſtinctio poteſt ſumi ſtrictè & extenſiuè. Hic denuò poſſet moueri ſcrupulus, num ſicut multarum ſpecierum ſingularia, à quatuor cauſis cauſantur, ſic hæc formalitatum ſcientia, à quatuor cauſis gignatur, & producatur. Reſpondetur, quod propriè loquendo ſcientia non habet cauſam materialem & formalem: ſed tantùm duas, ſcilicet efficientem & finalem: quia

Auguſ. 6. de Trini. cap. 7

Quatuor cauſæ huius tractatus.

Scientia eſt qualitas ani.

ſcientia

ma & acci dēs ſpūale: & ideo non habet mate riam, et for mam: uide Tartaretū in prin. ſum mularum.

ſcientia eſt qualitas animæ & accidens ſpirituale, & nullum accidens habet materiam & formam: & ſi quæras quæ eſt cauſa efficiens, & quæ finalis, dico quòd cauſa efficiens huius tractatus non eſt niſi intellectus, & ſubiectum huius tractatus: quia huiuſmodi ſcientia ab his duobus cauſatur ſcilicet à potentia & ſubiecto; ſiue obiecto, vel ſaltem à ſpecie intelligibili talis obiecti. Cauſa verò finalis eſt duplex, ſcilicet immediata & intrinſeca: & mediata & extrinſeca: immediata & intrinſeca non eſt aliud quàm cognitio ſubiecti: ſed cauſa finalis mediata & extrinſeca, eſt illud ad quod ordinatur perfecta cognitio ſubiecti talis tractatus ſcilicet ad cognoſcendum omnes identitates & diſtinctiones omnium rerum: quæ erunt in mundo. Quod verò dicit Scot. in prologo. q. tertia, quòd cauſa materialis ſcientiæ eſt ſubiectum illius ſcientiæ, & quòd diuiſio ab aliquibus ponitur cauſa formalis, hoc eſt impropriè loqui & communiter. nam ſubiectum habet magis rationem cauſæ efficientis, quàm materialis. Cum ab obiecto & potentia pariatur notitia [ſubiectum tamen eius poteſt poni hoc diſiunctum. idem vel diuerſum: vel ens in ordine ad iſta: vel formalitas, vel aliquid huiuſmodi.] Nec te conturbet, quòd idem vel diuerſum eſt complexum, & propter hoc non erit ſubiectum, quia ſubiectum, debet eſſe incomplexum, quia per idem & diuerſum circumloquimur aliquid incomplexum. hoc verò dignum inueſtigatione videtur: Cur potius hic tractatus inſcribitur formalitates, quàm realitates. Ad hoc dico, quòd diſtinctio realis, quæ poſſet eſſe inter duas res & inter duas realitates, non negatur ab aduerſarijs, ſed bene diſtinctio formalis: & quia hic fit quæſtio & tractatus principaliter ad probandum talem diſtinctionem dari, hinc eſt, quòd vocantur magis formalitates quàm realitates: vel dicuntur formalitates & non realitates à magis communi, quia formalitas eſt magis communis quàm realitas: & denominatio fit à communiori & ſuperabundanti.

Quod cauſa materialis ſcientia eſt ſubiectū, im propriè loquitur Scot. in 3. q prolo.

Quid ſit ſubiectum in hoc libro.

Scotiſtæ dicunt, quòd ens conceptibile ſit ſubiectū, forſan non eſſet ab re dictum.)

Sed nunquid Ariſtoteles cæteriue Philoſophi harum mentionem fecerint? Ad primum dico, quòd Ariſt. vtique mentionem fecit de diſtinctione formali ſcilicet in prædi-

Quomodo Ariſt. men-

prædicamentis in cap. de qualitate. In tertio Phyſicorum tex. commen. 21. in Ethicis: in quarto Metaphy. tex. commen. tertij: in quarto To. capitulo primo, cuius auctoritates & formalia verba ſuperfluum eſt hic ponere, cùm infra ab aucto, in arguendo ad partem affirmatiuam omnia diſtinctè & clarè ponantur. Ad ſecundum dico, quòd Commẽtator benè ponit hanc diſtinctionem formalem in tertio de Cœlo & Mundo commen. 28. vbi dixit, quòd eadem forma elementi mouet & mouetur, & tamen eſt eadem forma: mouet inquantùm forma: mouetur inquantùm materia. Arguitur ergo ſic, de eadem forma verificantur contradictoria, ergo in eadem fundatur diſtinctio formalis: & iſta formaliter ſcilicet moueri & mouere.

tionem fecerit de diſtinctione formali, et ubi.

In oppoſitum arguitur ex quintuplici auctoritate, & primò ex auctoritate logicali ſic, quia dicit Ariſto. in prædicamentis. c. de qualitate, quod idem calor numero qui eſt de prima ſpecie qualitatis, vt eſt diſpoſitio, eſt de tertia vt eſt paſſibilis qualitas. ſed certum eſt, quod idem calor vnus numero eſt realiter idem, & tamen facit diuerſas ſpecies, vel ponitur ſub diuerſis ſpeciebus. ergò oportet ponere diuerſas formalitates, per quas facit diuerſas ſpecies, vel per quas reponatur ſub diuerſis ſpeciebus: & ſic cum identitate rei reali ſtabit, immo neceſſariò oportet ponere diuerſas formalitates. Secundò probatur idem auctoritate naturali. Dicit enim Philoſophus tertio phyſicorum, quod actio & paſſio, cùm idem ſignificent realiter in numero, habent tamen quodquid erat, alterum & alterum diſtincta. ſed diſtinctio per quod quid erat, arguit diſtinctionem formalitatum: ergo cum eadem re

Argumenta pro auctore.

3. Phyſ. com tex. 21.

dem re

dem re eſſentialiter, ſtabit diuerſitas formali-tatum. Tertiò arguitur auctoritate morali. Dicit enim Philoſophus in ethicis, quod virtus & iuſtitia ſunt eædem res, ſed tamen ſunt diſtincta ſecundum rationem quiditatiuam. ſed diſtingui per rationem quiditatiuam eſt diſtingui formaliter: ergo cum identitate reali ſtat pluralitas formalitatum. Iſtæ tres auctoritates concludunt contra aduerſarium, licet non concludant contra Scotiſtam, vel contra Mayroniſtam. Quartò arguitur auctoritate metaphyſicali. Dicit enim Philoſophus quarto metaphyc. capit. iij. quod ens & vnum ſunt vna natura. & hoc idem dicit. iiij. Topicorum. capit. 1. Diſtincta verò ratione quiditatiua, & per conſequens ſunt idem realiter & diſtincta formaliter. ergo cum identitate eſſentiæ & eſſentiæ, rei & rei, naturæ & naturæ, ſtabit diſtinctio quiditatiua & formalis.

5. Ethico. & alibi quare.

Et ſi dicatur non ſoluendo, ſed proteruiendo: ſicut conſueuerunt, quòd Philoſophus capit ibi ens & vnum vt diſtincta ſecundum rationem, ideſt, per intellectum: Contrà, magis diſtinguitur ens ab vno, quàm ens ab ente, ſed ens ab ente diſtinguitur per intellectum. ergo oportet quod ſumatur maior diſtinctio ibi, quàm diſtinctio ſecundum intellectum: & per conſequens ſumetur ratio pro ratione quiditatiua, & non pro ratione intellectus: quæ ratio vel diſtinctio quiditatiua eſt maior quàm ratio vel diſtinctio intellectus. Quintò probatur idem auctoritatè

Theolo-

Theologica, quia certum eſt, quod eſsentia diuina à ſuppoſito, puta à patre & filio, non eſt alia eſsentialiter & realiter: quia ſi hoc, iam eſſet pluralitas rerum in diuinis, quod eſt hæreticum: & tamen conceditur quòd ibi eſt diuerſitas formalis. patet quia pater dicitur ad alterum, ſcilicet ad filium, & filius ad patrem: & tamen eſſentia non dicitur ad aliud: quia quod ad aliud dicitur ſecundum beatum Auguſt. de Trinitate libro ſeptimo. cap. primo, non eſt eſſentia, & debet intelligi formaliter. ergo cum identitate rei ſtabit diſtinctio formalitatum.

IN oppoſitum arguit auctor, quinque rationibus, quibus probat quòd datur diſtinctio formalis, Et prima inter omnes eſt logicalis; & eſt Ariſt. in prædicamentis in capitulo de qualitate. vbi voluit quòd idem calor numero, qui eſt de prima ſpecie qualitatis, poteſt eſſe in tertia. Et tu dicas ampliando quod erit in tribus, erit in prima vt eſt diſpoſitio: erit in ſecunda, vt eſt naturalis potentia, mediante qua ignis poteſt comburere lignum: & in tertia, in quantum eſt forma immutatiua ſenſus. Et nota, quòd Scot. in 6. diſt. quarti dixit, quòd illæ non ſunt ſpecies, ſed ſunt modi. nam impoſſibile eſſet, quòd idem numero in diuerſis ſpeciebus ſaltem diſparatis poneretur. Et Ariſt. in capitulo de qualitate, poſtquam poſuit illas quatuor ſpecies qualitatis dixit, fortè apparebunt alij modi qualitatis, ſed qui maximè dicuntur tot ſunt. Ecce illa, quæ appellauerat ſpecies, nunc vocat modos: & hoc dixit propter alias acceptiones qualitatis, quas in quinto Metaph. proſequutus eſt tex. commen. 19. Vnde Commen. ibidem non intendit hic de ſpeciebus qualitatis & quantitatis ſecundùm quod ſunt prædicamenta, ſed ſolùmmodò intendit numerare intentiones, quas ſignificant hæ dictiones quantitas & qualitas, in illo commento has ſpecies quandoque genera appellat:

Species qualitatis non ſunt propriè ſpecies ſed modi, vide Sco. in 4. diſ. 6. q. 10.

appellat: Ariſto. in prædicamentis capitulo de qualitate ſecundam & quartam ſpecies genus appellat: & non ſpeciem primam & tertiam ſpeciem vocat, vt innuat quòd ſunt ſpecies & genera: & intelligas ſpecies ſubalternas, & non ſpecialiſſimas: quia tunc eſſet impoſſibile, quod idem poſſit eſſe ſpecies & genus. Intelligas etiam, quod ſunt genera ſubalterna, quia generaliſſima eſſe non poſſunt, cùm ſint in ordine qualitatis. Sed quid mirum, ſi idem numero calor in diuerſis ſpeciebus eſſe poteſt? cùm eadem res numero poteſt eſſe in diuerſis prædicamentis, vt inquit Boethius in prædicamentis. qui vult, quòd ſortes eſt ſubſtantia quatenus pater albus & ſimilia. Et Sco. 12. diſt. quarti voluit, quòd inhærentia eſſet in prædicamento ad aliquid, & in prædicamento paſſionis. idem teſtatur Ariſt. 6. Meta. tex. c. ſecundi, quòd habitus ſcientiarum eſſentialiter abinuicem diſtinguuntur ſecundùm diuerſum modum conſiderandi, & tamen dico, quòd idem ſubiectum naturaliter in omnibus tribus ſcientijs, philoſophia, methaphyſica & mathematica poteſt eſſe. vnde commen. Phyſicorum. tex. comm. 20. voluit, quòd eadem res à phyſico, & à mathematico conſiderari poteſt, à phyſico vt habet materiam: à mathematico vt habet trinam dimenſionem; ſed tamen ſecundum diuerſas rationes formales: quia ſicut in phyſicis, genus, animal limitatur & determinatur ad hominem per differentiam eſſentialem: ſic idem ſubiectum ad varias ſcientias contrahitur, ſecundum alias & alias rationes formales. & ſic non eſt inconueniens, quòd eadem res numero poſſit conſiderari ſecundum alium & alium modum, quod non eſſet, niſi haberet aliam & aliam conceptibilitatem, & diuerſas formalitates.

Secunda ratio, quam ponit auctor eſt phyſica, & vult ex Ariſt. 3. Phy. tex. comm. 21. & inde, quòd actio & paſſio ſunt idem realiter, tamen habent aliud & aliud quod quid erat eſſe. per quæ intellige aliam & aliam formalitatem. hoc dictum poſſet comprobari per ea, quæ habet Sco. 13. quodlibet. vbi voluit, quod motus qui eſt forma fluens. idem numero poſſit eſſe actio & paſſio: actio vt eſt ab agente; & paſſio vt eſt in paſſo. Sed contra

tra

tra hoc arguitur, quòd actio & paſſio non ſunt idem ſecundum mentem phil. vt tenuit auctor. Et probo ſic, Ariſt. 3. phy. tex. comm 22. voluit, quòd doctio & doctrina non ſunt idem, neque actio cum paſſione, ſed cui inſunt hæc ſcilicet motui: nam cum motu ſunt idem actio & paſſio, ſed non inter ſe. hæc Ariſtot. Ad hoc reſp. quòd uerum eſt, quòd actio & paſſio non ſunt idem, ſcilicet formaliter inter ſe, ſicut Ariſt. innuit in eodem textu: quod enim huius in hoc & quod huius ab hoc actum eſſe ratione alterum eſt, ideſt actio, quæ eſt huius in hoc, & paſſio, quæ eſt huius ab hoc, actum eſſe ratione alterum eſt, ideſt diſtincta ſunt diſtinctione, quæ eſt diſtinctio formalis. ſunt igitur actio & paſſio formaliter diſtinctæ, & ſunt idem motus, ideſt eſt vnus motus realiter, & hoc eſt propoſitum noſtrum. Quartò arguitur authoritate metaphyſicali. Dicit enim philoſophus 4. metaphyſicæ tex. cap. 3. quòd ens & vnum ſunt vna natura. Et hoc idem 4. Topic. cap. 3. diſtincta verò ratione quidditatiua, & per conſequens ſunt eadem realiter & diſtincta formaliter. Thomiſtæ dicerent ratione quidditatiua, ideſt per intellectum. Contra arguit auctor, magis diſtinguitur ens ab vno, quàm ens ab ente: ſed ens ab ente diſtinguitur per intellectum, ergo oportet, ꝙ ibi inter vnum, & ens ſumatur maior diſtinctio, quàm per intellectum: & per conſequens ſumetur ratio pro ratione quidditatiua, & non pro ratione intellectus: quę ratio vel diſtinctio quidditatiua eſt maior quàm ratio vel diſtinctio intellectus. Inſ. per cùm quæritur à Thomiſtis, quænam ſit diſtinctio inter intellectum & voluntatem, animæ potentias ſiue facultates: reſpondent in 3. de anima eſſe diſtinctionē realem. ſic argumentor: aut diſtinguuntur illæ huiuſmodi potentiæ, diſtinctione reali propriè ſumpta, & vt conſtituit vnam ſpeciem ſex diſtinctionum: quæ ſunt præter opus collatiuum voluntatis, intellectus, uel alterius potentiæ collatiuæ: aut diſtinctione formali propriè ſumpta, quæ eſt inter res per ſe conceptibiles non ſecundo modo, quia ſic habetur intentum: ergo primò. quòd non primo probo. Nam illa magis diſtinguuntur, de quibus prædicata magis remota & oppoſita poſſunt enunciari,

Quod dupli ces ſunt paſſiones entis, ſimplices & cōpoſita. ſimplices unum verū, bonū.

Compoſita uel diſiuncta ſunt contingens neceſſarium actus.

Thomiſtarū ſententia.

Inter paſſiones ſimplices datur ordo: vide Antonīū Andream in pri q. pri. Metaph.

Oppoſitū habet Tartaretus. 1. Meta. 2. notabili, pro hac conciliatione: vide Doctiſ

ſimum Bargium. 1. q. prologi.

ri, quàm de quibus non. ſed de anima & corpore, oppoſitiora prædicantur, quàm de intellectu & voluntate, ergo magis diſtinguuntur, quàm voluntas & intellectus: ſed inter illa non eſt niſi diſtinctio realis, ergo cùm voluntas & intellectus minus diſtinguātur: alia altera diſtinctione à reali diſtinguuntur: ergo eſt alia ſpecies diſtinctionis, à reali & rationis: Adde quod quæ ſunt realiter diſtincta ſunt ſeparabilia, ſi vnum non dependeat ab alio. voluntas autem ab anima ſeparari non poteſt, ergo non realiter diſtinguitur. &c.

His duobus Scoti argumentis poſſet reſpondere Thomiſta, ſic. Magis diſtinguitur ens ab vno, quam ens ab ente, ſiue magis diſtinguitur anima & corpus, quàm intellectus & voluntas, magis id eſt in maiori gradu diſtinctionis rationis, & ſic quando ens ab vno diſtinguitur, ratione diſtinguitur. quia vos Scotiſtæ in diſtinctione rationis ponitis gradus, vt patet per Scotum, ſexta quęſtione vniuerſalium, quando dicit, quòd paſſio vniuerſalis non eſt nihil, ſed ens in minori gradu, quàm vniuerſale: quia ſicut in entibus realibus, ſic in entibus rationis dantur gradus. Per hoc fundamentum Thomiſta poſſet adducere inſtantiam, & deſtruere omnes diſtinctiones, quas ponimus: & dicere, quòd datur una diſtinctio realis, & omnes aliæ ſunt rationis: ſed formalis erit rationis in vno gradu, ex natura rei rationis in alio gradu: eſſentialis rationis in alio gradu: & ſic de alijs. Et ex hoc ſequitur per fundamentum Scoti, quòd tantùm duæ diſtinctiones erunt, ſcilicet realis & rationis: quæ multiplices habebit gradus, & non ſeptem, ſicut ponunt Scotiſtæ. ſed deliras, totoque vt dicitur cęlo erras: ſi enim ueritati conſentaneum eſt quod dicis, accipio hominem, qui eſt ſubiectum, & riſibilitatem, quæ eſt propria paſſio: tunc dicam, magis diſtinguitur homo à riſibilitate, quàm homo ab homine: ſed homo ab homine diſtinguitur per intellectum: ergo homo à riſibili in maiori gradu quàm per intellectum: quod eſt cōtra vos, qui dicitis, quòd homo & riſibilitas diſtinguuntur realiter: & tamen idem modus arguendi eſt de ente & vno, ſicut de homine & riſibili, ſaltem pro quanto Tomiſta

contra nos arguere poſſet. & deduco in abſurdum ſi ens & vnum diſtinguuntur per intellectum, cùm diſtinctio per intellectum ſit ſecundarum intentionum, ſequeretur quòd ens & vnum eſſent ſecundæ intẽtiones: & ſic cùm Metaph. ſit vniuerſaliter de ente, cuius vnum eſt propria paſſio, ſicut ipſi tenent: tunc Metaphyſica eſſet ſcientia rationalis, & ſecundarum intentionum: & non [illegible]alis. Sed vltra quinque rationes, quas poſuit auctor, poſſunt addi plures aliæ ex fundamẽtis Scoti. Prima ſit iſta, accipiatur vna res verbi gratia homo:& in ea ponantur duæ formalitates, vt rationale,& riſibile:tũc quæro de iſtis poſſunt, ſecluſo opere intellectus, verificari duo contradictoria, aut non? non eſt dicendum, quòd non: quia riſibilitas, & rationale ſic ſe habent, quòd vnum eſt propria paſſio,& aliud non eſt propria paſſio: vnum eſt differentia eſſentialis,& aliud non eſt differentia eſſentialis, quæ ad inuicem contradicunt. igitur iſta duo non erunt diſtincta per opus intellectus: quia de eis verificantur contradictoria ſine opere intellectus: non diſtinguuntur realiter, quia ſunt vna res: ergo media diſtinctione diſtinguũtur: & ſic datur diſtinctio media, quę in propoſito eſt formalis. Secundò poſſet argui ſic: de intellectu dicitur, quòd eſt cognoſcitiuus, de voluntate quòd non eſt cognoſcitiua. Nam dicimus voluntatem noſtram eſſe cæcam. de intellectu, quòd agit naturaliter. de voluntate quòd agit liberè,& nõ naturaliter. Tunc arguitur ſic, eſſe cognoſcens & non eſſe cognoſcens, ſunt contradictoria: agere naturaliter, & non agere naturaliter contradicunt: ergo illa, ſuper quibus fundantur talia prædicata cõtradictoria, nõ ſunt diſtincta per intellectum: quia de his verificantur prædicata contradictoria ſecluſo opere collatiuo intellectus: igitur intellectus & voluntas non ratione diſtinguuntur: non realiter, quia ſunt vna res, ergo media diſtinctione,& ſic formaliter: iſtæ & ſimiles rationes ex dictis Scoti formari poſſunt.

Poſſunt addi plures aliæ ex fundamentis Scoti.

TEXTVS.

R*Eſpondeo. In iſta quęſtione ſic procedam. Primò aliquas diuiſiones præponam. Secundò,*

numerum cuiuſlibet diſtinctionis & idẽtitatis aperiam. Tertiò, dabo modum inueſtigandi & inferendi vnam diſtinctionem & identitatem ex alia. Quantum ad primum, dico quòd ens diuiditur in ens reale & in ens rationis: & iſta eſt diuiſio æquiuoci analogi in ſua analogata æquiuocata. Ens reale eſt, quod habet eſſe, aut poteſt habere eſſe, ſecluſa quacunque operatione intellectus, ſiue quocunque actu collatiuo cuiuſcunque potentiæ, ſiue intellectus, ſiue voluntatis, ſiue cuiuſcunque alterius potentiæ: & ſic ens reale prædicatur quiditatiuè de Deo & de decem prædicamentis.

Reſpondeo in iſta quæſtione ſic procedam: Primò aliquas diuiſiones proponam. Secundò numerum cuiuſlibet diſtinctionis & identitatis aperiam. Tertiò dabo modum inueſtigandi & inferendi vnam diſtinctionem & identitatem ex alia. Quantùm ad primum dico, quod ens diuiditur in ens reale & ens rationis. Et iſta eſt diuiſio æquiuoci analogi, in ſua æquiuocata analogata.

Fit hic quæſtio.

Prima difficultas. Hic moueo duas difficultates: prima eſt, quia Scotus tertia quolibet, dixerat quod ens vt diuiditur per ens reale & rationis, poſſet poni primum obiectum noſtri intellectus: ſiue ſit vniuocum ſiue analogum. Quæro modò quam primitatem & vnitatem habet? non primitatem perfectionis, quia hoc falſum eſt, vt patet: non originis, quia ſimiliter falſum eſt in propoſito: quia de iſta Scotus non loquitur. tum etiam, quia, vt ſic eſt commune ens primis & ſecundis intentionibus, non priùs origine intelligitur à nobis, nam ſecundæ intentiones non ſunt illa, quæ primò occurrunt intellectui noſtro: nec in notitia intuitiua, nec abſtractiua. ergo intelligitur primum obiectum intellectus noſtri primitate, ſcilicet adæquationis, id eſt ens ſic

Secundũ Sco. nõ datur purũ analogũ ſed omne tale ſtat cum vniuoco & æquiuoco vide in prim. ſen. diſt. 3. q. 3. & 7.

ſumptum eſt primum , id eſt adæquatum & vnum obiectū intellectus noſtri. Et tunc quæro iterum,quam vnitatem habet ens iſto modo ſumptum ? non habet vnitatem vniuocationis: quia enti reali & enti rationis nihil eſt vniuocum: non habet vnitatem æquiuocationis: quia in æquiuocis non eſt vnitas: non analogiæ: quia iſta non mediat inter æquiuocationem & vniuocationem , ſed ſemper ſtat cum altero extremo ſecundum Scotum, ergo nullo modo habet primitatem & vnitatem ſic ſumptum . quod tamen eſt falſum quia omne obiectum cuiuſcunque potentiæ debet habere vnitatem, vt patet de obiecto voluntatis,quod habet vnitatem ſuam, de obiecto viſus & auditus, quæ ſimiliter habent vnitatem ſuam: & tamen ens iſto modo nullam vnitatem habet. Secunda eſt iſta, quæro quomodo ens iſto modo ſumptum eſt æquiuocum: nam, ſi paſſio ſua eſt vniuoca, ipſum erit vniuocum. Accipio intelligibilitatem , quæ eſt paſſio entis: ipſa vniuocè competit primis & ſecundis intentionibus: ergo ens vniuocè competit primis & ſecundis intentionibus: quòd intelligibilitas competat vniuocè primis & ſecundis: probo ſic de ſecundis, quia de primis patet. Secundæ intentiones ſunt per ſe ſcibiles , & per ſe entia: probo, de eis fiunt demonſtrationes, & diffinitiones : ergo per ſe ſciuntur: ergo per ſe intelliguntur: ergo intelligibilitas per ſe competit eis, ſimiliter per ſe competit primis. ergo intelligibilitas vniuocè competit ambabus: ergo eſt paſſio vniuoca: ergo ſubiectum eius ſcilicet ens eſt vniuocum enti reali & rationis: ergo iſta diuiſio eſt vniuoci: ergo non eſt æquiuoci in ſua æquiuocata, ſicut auctor dicebat. Ad primūm reſpondeo ſic, quòd ens iſto modo ſumptum habet primitatem non perfectionis, nec originis,ſed habet primitatem adæquationis. Et quando quæris quam vnitatem habet? quia omne obiectum debet habere vnitatem, vt patet in omnibus obiectis quibuſcunque potentiæ. Dico, quòd habet vnitatem proportionis & hoc intelligo ſic, quia ſicut ſe habet ens reale reſpectu ſuorum inferiorum in ſuo ordine,ſic ſe habet ens rationis reſpectu ſuorum inferiorum in ſuo ordine: hanc tantùm primitatem & vnitatem inuenio in ente iſto modo diuerſum, & non aliam. Et ſi tu di-

Secūda difficultas.

ceres, omne obiectum cuiuſcunque potentiæ vniuocum, vt patet de obiecto viſus, qui eſt color, eſt vniuocus ſuis inferioribus: & ſic de obiectis quarumcunque aliarum potentiarum: ergo, ſi ens illo modo ſumptum commune primis & ſecundis intentionibus eſt obiectum intellectus, ſicut Scotus dicit tertia quolibet. ergo erit vniuocum. Ad hoc reſpondeo, quòd duplex eſt obiectum intellectus. vno modo pro illo quod mouet, vel primò terminat actū intellectus, cuiuſmodi ſunt primæ intentiones, & hoc erit vniuocum. alio modo ſaltem pro illo, quod per ſe terminat: & ſic ens reale non eſt obiectum intellectus, ſed ens commune enti reali & rationis: quia entia rationis non termināt actum intellectus, niſi primò entia realia terminent actum intellectus, quæ entia realia ſunt fundamenta ſecundarum intentionum. Ad propoſitum modò dico, quod quando Scotus dicit, quod ens communiſſimè ſumptum ſcilicet commune enti reali & enti rationis eſt obiectum noſtri intellectus, intelligitur de obiecto per ſe terminatiuo, non autem de obiecto motiuo, nec per ſe primò terminatiuo; & tale obiectum per ſe terminatiuū, non debet eſſe vniuocum: ſed ſufficit quòd ſit æquiuocum: ſed bene verum eſt, quod omne obiectum potentiæ eſt vniuocum, ſcilicet obiectum motiuum vel per ſe primò terminatiuum: cuiuſmodi non eſt ens indifferens enti reali & enti rationis. Ad ſecundum principale reſpondeo ſic: quòd ſecundæ intentiones ſunt bene intelligibiles: ſed intelligibilitas communis primis & ſecundis, non eſt paſſio vniuoca: quia non vniuoce competit primis & ſecundis. vnde intelligibilitas competit primis per ſe & primò: ſed ſecundis competit per ſe, reductiuè tamen: quia continentur ſub adæquato obiecto noſtri intellectus, tantùm reductiuè. Et ſi dicas, ergo per accidens habent eſſe, & per accidens conſiderantur à logico. Ad hoc dico, quòd non per accidens, ita quòd excludantur ab arte. nam Logicus per ſe de eis conſiderat, inquantum inſeruiunt illi ad dirigendas mentis actiones ne erret in agendo, ſed poſſet impropriè concedi per accidēs: ideſt non habent eſſe per ſe & primò, ſed tantum per ſe: & ſic patet reſponſio ad argumentum: quia, ſi intelligibilitas primæ & ſecundæ intentionis

Duplex eſt obiectum intellectus.

Secūda intentiones ſunt per ſe intelligibilitas eſt paſſio ipſius entis realis primò per anthonomaſiā vel aliter quod eſt formaliter vnius. & reductiuè alterius vide Mauritiū i vniuer. q. 5.

tentionis non eſt paſſio vniuoca, nec ens commune primis & ſecundis intentionibus erit vniuocum. Vel aliter dicendum eſt, quod ſolùm ens reale eſt vniuocum ſuis inferioribus: & quòd intelligibilitas non eſt paſſio vniuoca competens vniuocè primis & ſecundis intentionibus, ſed ſolùm primis, & non ſecundis: & tunc dicemus, quòd tantùm ens reale eſt obiectum adæquatum noſtri intellectus ſecundùm rationem formalem: ſecundæ verò intentiones continentur virtualiter in ente reali: & ſic virtualiter intelliguntur: ex quo remanet, quòd ſolùm ens reale eſt vniuocum ſuis inferioribus. illud verò ens commune primis & ſecundis eſt æquiuocum: & ſic eſt diuiſio æquiuoci analogi in ſua æquiuocata analogata. Neque cogunt nos verba. Scot. 3. q quoli. ad ponendum ipſum vniuocum, ſi ponitur primum obiectum, vt eſt indifferens ad primas & ſecundas intentiones: quia Scotus ibi videtur, quòd non loquatur de mente propria: nam dixit quòd iſto modo poſſet poni primum obiectum intellectus, ſed non dixit quòd ponat primum obiectum.

Hic verò annotandum, poſtquam de ſecundis intentionibus eſt ſermo, quod ad hoc quod de aliquo habeamus ſcientiam, non eſt opus, quod illud habeat verum eſſe exiſtentiæ: ſed ſufficit quod habeat eſſe cognitum. Nam de roſa in hyeme non exiſtente, & quod plus eſt de ſecundis intentionibus, poſſumus veram habere ſcientiam: quod tamē dubium videtur. nam cùm ſcientia pariatur ab obiecto & potentia: & ſecundæ intentiones ſint de genere ſterilium, videtur quod de illis non poſſit eſſe ſcientia. deinde, nil poteſt producere aliquid ſeipſo perfectius: ſcientia autem eſt aliquid reale, & ſic perfectius quid, ſecundis intentionibus, ergo cùm obiectum ſit cauſa partialis ſcientiæ, de ſecundis intentionibus non poterit eſſe ſcientia. Reſpondeo, quod etſi ſecundæ intentiones per ſe non poſſint comproducere ſcientiam, vt cauſæ partiales: ſcientia tamen quæ de illis habetur virtute extremorum in quibus fundantur producitur. Deinde omnis notitia quæ de aliquo ente reali, ſiue rationis habetur, eſt realis: quia operatio intellectus ſeu notitia ipſa, eſt accidens reale, de hac re vide Tartaretum, in magna logica in proœmio.

Doctrina ſubtilis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INCIPIT CONFORMATIO doctrinæ Scoticæ cum Ariſtotele.

ET quia à nonnullis Thomiſtis,& à quibuſdam alijs:qui ſiue nimis delicutali, ſiue hebetudine mentis preſſi propter eximiam diſputandi ſolertiam, doctrinæque profunditatem,per celebris Scoti Theoria contemnitur & irridetur per neceſſarium eſſe iudicaui, vt illorum ora obtunderem,hic, & per decurſum totius Tractatus, Ariſtotelis ſectæ peripateticæ principis,auctoritates & rationes in medium proferre:quibus comprobem Scoticam ſpeculationem, ex copioſiſſimis & limpidiſſimis Ariſtot. fontibus hauſtam & depromptam eſſe. Incipio ergo à diuiſione entis in ens reale & rationis, & dico quod philoſophus poſuit illam in 6. Metaph.cap.2. text.comment.8. vbi dicit:cum autem complexio diuiſioque non in rebus ſit, ſed in mente id autem, quod hoc pacto eſt ens, diuerſum ſit ab hiſce,quæ propriè entia ſunt.vult dicere,quòd complexio & diuiſio ſunt ab intellectu, & mente: & vocantur entia rationis:& hoc ens rationis iſto pacto acceptum diuerſum eſt & ſeparatum ab his, quæ propriè ſunt entia, ideſt ab ente reali:& ſic datur iſta diuiſio ſecundum Ariſtotelẽ.

Hic eſſet difficultas de his, quæ habent eſſe ſolum in potẽtia vt ſunt antichriſt°, ſortes, & plato procreandi.

Ens reale dicit auctor, &c. Ens reale dicit auctor, eſt quod habet eſſe ſecluſa quacũq; operatione intellectus,ſiue quocunq; actu collatiuo cuiuſcunq; potentiæ ſiue intellectus ſiue voluntatis ſiue cuiuſcunq; alterius potentiæ, & ſic ens reale prædicatur quidditatiuè de deo & de decem prædicamentis.Hic eſſet difficultas de his, quæ habent eſſe ſolùm in potentia vt ſunt antichriſtus, ſortes & Plato procreandi, quia iſta ſunt entia realia, & tamen non ſunt ſine quacunque operatione intellectus. Secunda difficultas eſt de habitibus ſcientificis, de ſpeciebus & actibus intellectus, quæ ſunt entia realia: & tamen non habent eſſe ſine quacunque operatione intellectus. Ad primam reſpondet Sco.in quolibetis, q.3.quòd ens reale eſt ſine opere intellectus, vel poteſt eſſe modò,licet antichriſtus non habeat eſſe ſine opere intellectus, tamen poteſt habere eſſe.Vel dicas,eſto,quòd non habeat eſſe antichriſtus ſine opere recto intellectus, poteſt habere eſſe ſine opere col-

latiuo

latiuo intellect⁹. & ſic tenet Sc 35. & 36. primi ꝙ antichriſtus hēt eſſe reale, ꝙ verò hic auctor dicit, ꝙ hēt eſſe ſine ope intellect⁹ tu intelligas ſine ope collatiuo intellect⁹, & ſine quacūq; operatiōne collatiua intellectus. Ad ſecūdam dicas reſpōdēdo per idē, quod talia entia ꝑdicta ſ. habitus, & ſimilia habent eſſe extra intellectum, id eſt ſine opere collatiuo intellectus, ſed nō ſine opere intellectus, id eſt quod ſint omnino ſine omni opere intellectus. nam cum tales habitus ſiue ſcientifici ſiue morales, non producantur niſi per actus multoties continuatos, & repetitos: fieri non poteſt, in via naturæ, quod huiuſmodi habitus, ſint abſque actione mentis: etſi eſſe poſſint, & ſint, ſine actu collatiuo. Et ſi quæras, quomodò actus collatiuus, & actus rectus diſtinguuntur? dicas quòd rectus eſt qui immediatè fertur in aliquod obiectum. Collatiuus eſt comparatiuus, & eſt tunc quando comparatur vnum obiectum ad aliud.

Reſponſio, quòd antichriſtus pōt habere eſſe ſine opere collatiuo intellectus.

Conformatio cum Ariſt.

ET ſi quæras, an iſti duo actus poſiti ſint ab Ariſto. & vbi, dico, quòd actus rectus poſitus eſt tunc in tertio de anima: quando meminit de intelligentia ſimpliciū, quia ad hunc actum reducitur actus rectus. De actu collatiuo meminit in quinto Metaph. c. 9. de eodem, & eſt textus non habens commentum, immediatè ſequens text. commen. 15. vbi dicit, quòd intellectus vtitur vno vt duobus, ſed nulla eſt relatio eiuſdem ad ſe, niſi ſit per actum collatiuum intellectus: comparando vnum & idem ad ſe: ſicuti ſi eſſent duo: & ſic ambos actus habemus ex Ariſt. Sequitur in tex. ſiue quocunq; actu collatiuo cuiuſcunq; potentiæ ſiue intellectus, ſiue voluntatis.

Conformatio cum Ariſt.

Sed vbi actus collatiuus voluntatis ſit poſitus ab Ariſt. Iſtum actum collatiuum voluntatis apud Ariſt. non reperio, immo Ariſt. parum loquutus eſt de voluntate, vt diſtinguitur ab intellectu: nam 9. Metaphyſicæ textu commen. 10. prohæreſim vocat. Aliquando intellectum communiter: ſecundùm quod cum voluntate conſtituit vnum principium reſpectu artificialium, aliquando appellat eā agens a propoſito, & diſtinguitur contra intellectum, vt

patet ſecundo phyſico. nunquàm tamen actum collatiuū poſuit ipſius voluntatis, ſed bene ſecundum Theologos ponitur actus collatiuus voluntatis, & eſt tunc, quando voluntas noſtra vult virtutes, & opera miſericordiæ propter Deum. Scoto. 3. ſecundi, & 25. tertij, & 45. primi. Sequitur in textu ſiue cuiuſcunque alterius potentiæ. optimè dixit alterius potentiæ, quia non tantùm intellectus, & voluntas ſunt potentiæ collatiuæ, ſed etiam ſenſus communis.

Secundum Theolo. ponitur actus collatiuus ipſius uoluntatis vid. Sco. 30. diſt. prim.

Conformatio cum Ariſt.

Sed vbi Ariſt. poſuit aliam potentiam collatiuam præter intellectum: Dico, quòd poſuit Ariſt. 146. ſecundi de anima, vbi probat, quòd potentia ponens differentiam inter aliqua duo perfectè cognoſcit illa, & ſub propria ratione, & quia ſenſus communis ponit differentiam inter viſibile, & audibile, hinc erit potentia collatiua. Et ſi dicas, quomodò ſenſus communis poteſt cognoſcere aliqd ſub propria ratione, ſi intellectus, qui eſt nobilior potentia, non poteſt hoc facere? Dicas, quòd duplex eſt rō propria: vna eſt propria ex proprijs, alia eſt propria ex cōmunibus, primo modo non cognoſcit ſenſus communis, ſecūdo modo bene poteſt cognoſcere.

Qui facit differentiā inter aliqua cognoſcit vtrunq; pro pria ratione conuenienti ſibi, & non alteri, uide Mauritium in uniuerſalibus. q. 5.

Conformatio cum Auer.

Sequitur in textu, ſiue cuiuſcunque alterius potentiæ, hoc dictum eſt propter potentiam cogitatiuam, quæ habet cognoſcere particularia per Comm. 3. de anima. tex. comm. 10. nam poteſt in via Auerr. comparare etiam vnum obiectum particulare ad aliud. Sed hic inſurgit dubium, quia ex auctore habemus quòd illud eſt ens non reale, quod habet eſſe per opus collatiuum intellectus, tunc ſequeretur, quòd habitus ſcientificus, qui ex frequētatis actibus acquiritur, & per opus collatiuum, eſſet ens rationis. Ad hoc reſpōdeo, quòd ens rationis mediatè eſt in intellectu, quia verò fundatur in vno obiecto cognito, & obiectum cognitum eſt in intellectu, & iſto modo eſt in intellectu, ſed habitus & actus, & alia, quę ibi ſunt immediatè ſunt in intellectu. Ad hoc igitur, quod aliquid ſit ens rationis duo requiruntur, vnum, quòd ſit per opus collatiuum, ſecundum quòd ſit in intellectu mediatè, quia verò

Duo requiſita ad hoc vt aliquid ſit ens rōnis.

habitus

habitus non eſt in intellectu mediatè,ſed immediatè,deficit ſibi ſecunda conditio,ideò non eſt ens rationis:ſi bene eſſet per opus collatiuum ſed poſſit in huiuſmodi diuiſionem,adhuc quis inſurgere,& oſtendere eam inualidã, & inſufficientem eſſe:nam datur ens,quod nec eſt reale, nec rationis. & tale nõn eſt chimera, aut nihil, ſed verè eſt ens poſitiuum.immo Scotus in illa 45 diſtin primi dicit,quòd relatio in communi diuiſa in relationem realẽ, & rationis,non eſt ſufficienter diuiſa. Et ſi quæras, quod eſt hoc ens, quod nec reale erit, nec rationis? Dico, quòd eſt relatio rationis, cauſata per actum collatiuum voluntatis: & vocatur vſus, de quo ſupra dixi. huius ambiguitatis reſolutio, poteſt faciliter elici ex dictis Scoti. 45. diſtinctione prima, vbi diſtinguit de duplici relatione rationis: vno modo ſtrictè, & ſic eſt tantùm intellectus: alio modo largè, & ſic eſt tam intellectus, quàm voluntatis, quàm alicuius alterius potentiæ ſic nos dicamus in propoſito, quòd ens diuiſum in reale, & rationis, accipiendo rationis largè, quod eſt per collatiuum opus tam intellectus, quàm voluntatis, quàm alterius potentiæ collatiuæ, eſt ſufficienter diuiſum, & ſic loquitur auctor. Alio modo accipitur ens rationis, quod præcisè habet eſſe per intellectum. Et ſi diuiſio fiat hoc modo in ens reale, & in ens rationis, quod habet eſſe ſolùm per intellectum, non eſt ſufficiens diuiſio: & hoc idem clariùs dicit Scot. decimaſeptima quæſtio. quolibet articu. tertio, quòd duplex eſt relatio: vno modo ſtrictè ſiue per eſſentiam, & ſic inter ens reale, & rationis, bene mediat ens rationis, & relationis, quæ habetur per actum collatiuum voluntatis. Alio modo ens rationis accipitur pro illo, quod eſt ens rationis per participationem, ſiue largè: & ſic eſt ens rationis: ſiue relatio illa, quæ eſt per intellectum, ſiue voluntatem: & ſic tunc nihil mediat inter ens reale, & rationis. Et iſto modo loquutus eſt auctor: & eſt ſufficiens diuiſio ſic, non autem primo modo.

Duplex eſt relatio.

TEXTVS.

Ens ratio-nis capitur trib. modis.

ENs vero rationis capitur tribus modis ſecundum Scotum in 1.diſt.4.ſententiarum,quæſt. ſecunda.

Primo modo pro illo, quod habet eſſe in anima ſubiectiuè,vt ſpecies,actus,& habitus. Secundo modo obiectiuè, ſicut vniuerſalia ſunt in anima per ſpecies a rebus cauſatas, vel a Deo impreſſas. Tertio modo pro comparatione paſſiua, qua per intellectum vnum obiectum cognitum comparatur. Ens rationis duobus primis modis non diſtinguitur contra ens reale,accipiendo ens reale ſicut capiebatur in præcedēti diuiſione:ſed ens rationis tertio modo captum, nullo modo continetur, nec continet ſub ſe ens reale tanquam ſuperius ſuum inferius;Vltra dico,quod ens rationis capitur tripliciter.Vno modo ſubiectiue in anima: ut eſt ſpecies,actus,& habitus.

Conformatio cum Ariſt.

3.de ani. cō tex 6.& vi de Them. ſtium ibi.

SEd vbi poſuit Ariſt.ens rationis ſubiectiuè?Dico:quod hoc ens poteſt comprobari per Ariſt.3.de anima, qui dicit, quòd intellectus eſt locus ſpecierum: & ponitur a Sco 3 diſt.primi & 38.lapis non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis,quia obiectum relucet in ſpecie intelligibili. Alio modo accipitur pro ente rationis obiectiuè:& eſt illud quod obijcitur intellectui noſtro.vnde ſicut in ſenſu viſus ſunt duo conſideranda,quādo erit in actu videndi, verbi gra ia quando videt colorem: poteſt ibi conſiderari ſpecies coloris:& ipſe color, qui relucet in ea: pariformiter dicamus de intellectu,& ſpecie intelligibili, quia in intel lectu

lectu eſt obiectum & ſpecies intelligibilis: & non tantum obiectum intelligitur, ſed ſpecies intelligibilis etiam: in hoc ſpecies intelligibilis, & obiectum ſimilia ſunt: quia ſcilicet ambo intelliguntur, ſed quantum ad aliud, quia ſpecies eſt in intellectu ſicut accidens in ſubiecto: & ideo dicitur ens rationis ſubiectiue: obiectum eſt in intellectu non ſicut forma in materia, aut accidens in ſubiecto: quia tunc denominaret ipſum, & intellectus lapidis diceretur lapideus: omnis enim forma inhærens ſubiecto denominat ipſum in quo eſt. Eſt igitur obiectum in potentia, cui obijcitur, in eſſe abſtracto vt cognitum in cognoſcente, & non vt accidens in ſubiecto. Et propter hoc talia vniuerſalia relucentia in ſpeciebus intelligibilibus, dicuntur entia rationis obiectiuè. vnde obijci intellectui nihil aliud eſt, niſi cognoſci ab intellectu: unde ens rationis pro actu intelligendi, pro ſpecie intelligibili, & pro habitu eſt ens reale: & in prædicamento qualitatis Si autem quęras ens rationis obiectiuè quid ſit? Secundo in quo prædicamento eſt? Ad primum quæſitum reſpondeo, quòd ens obiectiuum eſt duplex, aut relucens in ſpecie: & tunc eſt vniuerſale in potentia proxima: aut vt actu cognoſcitur, & ſic eſt vniuerſale in actu. Dicunt ergo aliqui, quòd notitia rei eſt eſſe obiectiuum eius. Nos autem dicimus alio mō, quòd ipſamet res cognita eſt notitia rei. Ad ſecundū dico quòd ens obiectiuum eſt in illo prædicamento in potentia, in quo prædicamento erit res cognita: tūc quando habebit eſſe eſſentiæ. vnde paternitas, vt habet eſſe cognitū, eſt in prædicamento ad aliquid in potentia: & ſortes, & Plato futuri ſunt in prædicamento ſubſtantiæ: quia quando verè erunt in tali ponentur prædicamento. vnde nota, ꝙ ens rationis obiectiuum, ſicut ſunt vniuerſalia ſecundū Scotum non ſunt in rebus per in exiſtentiam, ſed tantùm per indifferētiam: & iſta ſunt naturæ communes, vt habet videri tertia diſt. 2. Quod intelligo ſic, in ſorte eſt humanitas, qua pro tanto vocatur natura communis de ſe, pro quanto ſic eſt in ſorte, quòd ſibi de ſe non repugnat eſſe in Platone: vel ſic eſſe in ſorte non eſt de ſua quidditate, tamen eſt ſingularis per accidens ratione differentiæ indiuidualis. non dicitur ergo natura communis per inexiſten-

Quid ſit obijci intellectui.

Ens rationis obiectiue, et in quo prædicamento. Ens obiectiuum eſt duplex.

Vna & eadem res pōt eſſe ī diuerſis prædicamentis diuerſimode conſiderata ſecundum quod de illa alia & alia prædicata poſſunt dici teſte Boetio.

tiam,

appellat: Ariſto. in prædicamentis capitulo de qualitate ſecundam & quartam ſpecies genus appellat: & non ſpeciem primam & tertiam ſpeciem vocat, vt innuat quòd ſunt ſpecies & genera: & intelligas ſpecies ſubalternas, & non ſpecialiſſimas: quia tunc eſſet impoſſibile, quòd idem poſſit eſſe ſpecies & genus. Intelligas etiam, quod ſunt genera ſubalterna, quia generaliſſima eſſe non poſſunt, cùm ſint in ordine qualitatis. Sed quid mirum, ſi idem numero calor in diuerſis ſpeciebus eſſe poteſt? cùm eadem res numero poteſt eſſe in diuerſis prædicamentis, vt inquit Boethius in prædicamentis, qui vult, quòd Sortes eſt ſubſtantia quatenus pater albus & ſimilia. Et Sco. 12. diſt. quarti voluit, quòd inhærentia eſſet in prædicamento ad aliquid, & in prædicamento paſſionis. idem teſtatur Ariſt. 6. Meta. tex. c. ſecundi, quòd habitus ſcientiarum eſſentialiter abinuicem diſtinguuntur ſecundùm diuerſum modum conſiderandi, & tamen dico, quòd idem ſubiectum naturaliter in omnibus tribus ſcientijs, philoſophia, methaphyſica & mathematica poteſt eſſe. vnde commen. Phyſicorum. tex. comm. 20. voluit, quòd eadem res à phyſico, & à mathematico conſiderari poteſt, à phyſico vt habet materiam: à mathematico vt habet trinam dimenſionem, ſed tamen ſecundùm diuerſas rationes formales: quia ſicut in phyſicis, genus, animal limitatur & determinatur ad hominem per differentiam eſſentialem: ſic idem ſubiectum ad varias ſcientias contrahitur, ſecundùm alias & alias rationes formales. & ſic non eſt inconueniens, quòd eadem res numero poſſit conſiderari ſecundùm alium & alium modum, quod non eſſet, niſi haberet aliam & aliam conceptibilitatem, & diuerſas formalitates.

Secunda ratio, quam ponit auctor eſt phyſica, & vult ex Ariſt. 3. Phy. tex. comm. 21. & inde, quòd actio & paſſio ſunt idem realiter, tamen habent aliud & aliud quod quid erat eſſe. per quæ intellige aliam & aliam formalitatem. hoc dictum poſſet comprobari per ea, quæ habet Sco. 13. quodlibet. vbi voluit, quòd motus qui eſt forma fluens idem numero poſſit eſſe actio & paſſio: actio vt eſt ab agente, & paſſio vt eſt in paſſo. Sed contra

tra hoc arguitur, quod actio & paſſio non ſunt idem ſecundum mentem phil. vt tenuit auctor. Et probo ſic, Ariſt. 3. phy. tex. comm 22. voluit, quòd doctio & doctrina non ſunt idem, neque actio cum paſſione, ſed cui inſunt hæc ſcilicet motui: nam cum motu ſunt idem actio & paſſio, ſed non inter ſe. hæc Ariſtot. Ad hoc reſp. quòd uerum eſt, quòd actio & paſſio non ſunt idem, ſcilicet formaliter inter ſe, ſicut Ariſt. innuit in eodem textu: quod enim huius in hoc & quod huius ab hoc actum eſſe ratione alterum eſt, ideſt actio, quæ eſt huius in hoc, & paſſio, quæ eſt huius ab hoc, actum eſſe ratione alterum eſt, ideſt diſtincta ſunt diſtinctione, quæ eſt diſtinctio formalis. ſunt igitur actio & paſſio formaliter diſtinctæ, & ſunt idem motus, ideſt eſt vnus motus realiter, & hoc eſt propoſitum noſtrum. Quartò arguitur authoritate metaphyſicali. Dicit enim philoſophus 4. metaphyſicæ tex. cap. 3. quòd ens & vnum ſunt vna natura. Et hoc idem 4. Topic. cap. 3. diſtincta verò ratione quidditatiua, & per conſequens ſunt eadem realiter & diſtincta formaliter. Thomiſtæ dicerent ratione quidditatiua, ideſt per intellectum. Contra arguit auctor, magis diſtinguitur ens ab vno, quàm ens ab ente: ſed ens ab ente diſtinguitur per intellectum, ergo oportet, ꝙ ibi inter vnum, & ens ſumatur maior diſtinctio, quàm per intellectum: & per conſequens ſumetur ratio pro ratione quidditatiua, & non pro ratione intellectus: quę ratio vel diſtinctio quidditatiua eſt maior quàm ratio vel diſtinctio intellectus. Inſuper cùm quæritur à Thomiſtis, quænam ſit diſtinctio inter intellectum & voluntatem, animæ potentias ſiue facultates: reſpondent in 3. de anima eſſe diſtinctionē realem. ſic argumentor: aut diſtinguuntur illæ huiuſmodi potentiæ, diſtinctione reali propriè ſumpta, & vt conſtituit vnam ſpeciem ſex diſtinctionum: quæ ſunt præter opus collatiuum voluntatis, intellectus, uel alterius potentiæ collatiuæ: aut diſtinctione formali propriè ſumpta, quæ eſt inter res per ſe conceptibiles non ſecundo modo, quia ſic habetur intentum: ergo primo. quòd non primo probo. Nam illa magis diſtinguuntur, de quibus prædicata magis remota & oppoſita poſſunt enuncia-

Quod dupli ces ſunt paſſiones entis, ſimplices & cōpoſita. ſimplices unum verū, bonū.

Compoſita uel diſiuncta ſunt contingens neceſſarium actus.

Thomiſtarū ſententia.

Inter paſſiones ſimplices datur ordo: vide Antoniū Andream in pri q. pri. Metaph.

Oppoſitū habet Tartaretus. 1. Meta. 2. notabili, pro hac conciliatione: vide Doctiſ

ri,

ſimum Bargium. 1. q. prologi.

ri, quàm de quibus non. ſed de anima & corpore, oppoſitiora prædicantur, quàm de intellectu & voluntate, ergo magis diſtinguuntur, quàm voluntas & intellectus: ſed inter illa non eſt niſi diſtinctio realis, ergo cùm voluntas & intellectus minus diſtinguãtur: alia altera diſtinctione à reali diſtinguuntur: ergo eſt alia ſpecies diſtinctionis, à reali & rationis: Adde quod quæ ſunt realiter diſtincta ſunt ſeparabilia, ſi vnum non dependeat ab alio. voluntas autem ab anima ſeparari non poteſt, ergo non realiter diſtinguitur. &c.

His duobus Scoti argumentis poſſet reſpondere Thomiſta, ſic. Magis diſtinguitur ens ab vno, quam ens ab ente, ſiue magis diſtinguitur anima & corpus, quàm intellectus & voluntas, magis id eſt in maiori gradu diſtinctionis rationis, & ſic quando ens ab vno diſtinguitur, ratione diſtinguitur. quia vos Scotiſtæ in diſtinctione rationis ponitis gradus, vt patet per Scotum, ſexta quęſtione vniuerſalium, quando dicit, quòd paſſio vniuerſalis non eſt nihil, ſed ens in minori gradu, quàm vniuerſale: quia ſicut in entibus realibus, ſic in entibus rationis dantur gradus. Per hoc fundamentum Thomiſta poſſet adducere inſtantiam, & deſtruere omnes diſtinctiones, quas ponimus: & dicere, quòd datur una diſtinctio realis, & omnes aliæ ſunt rationis: ſed formalis erit rationis in vno gradu, ex natura rei rationis in alio gradu: eſſentialis rationis in alio gradu: & ſic de alijs. Et ex hoc ſequitur per fundamentum Scoti, quòd tantùm duæ diſtinctiones erunt, ſcilicet realis & rationis: quæ multiplices habebit gradus, & non ſeptem, ſicut ponunt Scotiſtæ. ſed deliras, totoque vt dicitur cęlo erras: ſi enim ueritati conſentaneum eſt quod dicis, accipio hominem, qui eſt ſubiectum, & riſibilitatem, quæ eſt propria paſſio: tunc dicam, magis diſtinguitur homo à riſibilitate, quàm homo ab homine: ſed homo ab homine diſtinguitur per intellectum: ergo homo à riſibili in maiori gradu quàm per intellectum: quod eſt cōtra vos, qui dicitis, quòd homo & riſibilitas diſtinguuntur realiter: & tamen idem modus arguendi eſt de ente & vno, ſicut de homine & riſibili, ſaltem pro quanto Tomiſta

contra

contra nos arguere poſſet. & deduco in abſurdum ſi ens & vnum diſtinguuntur per intellectum, cùm diſtinctio per intellectum ſit ſecundarum intentionum, ſequeretur quòd ens & vnum eſſent ſecundæ intẽtiones: & ſic cùm Metaph. ſit vniuerſaliter de ente, cuius vnum eſt propria paſſio, ſicut ipſi tenent: tunc Metaphyſica eſſet ſcientia rationalis, & ſecundarum intentionum: & non [illegible]ualis. Sed vltra quinque rationes, quas poſuit auctor, poſſunt addi plures aliæ ex fundamẽtis Scoti. Prima ſit iſta, accipiatur vna res verbi gratia homo: & in ea ponantur duæ formalitates, vt rationale, & riſibile: tũc quæro de iſtis poſſunt, ſecluſo opere intellectus, verificari duo contradictoria, aut non? non eſt dicendum, quòd non: quia riſibilitas, & rationale ſic ſe habent, quòd vnum eſt propria paſſio, & aliud non eſt propria paſſio: vnum eſt differentia eſſentialis, & aliud non eſt differentia eſſentialis, quæ ad inuicem contradicunt. igitur iſta duo non erunt diſtincta per opus intellectus: quia de eis verificantur contradictoria ſine opere intellectus: non diſtinguuntur realiter, quia ſunt vna res: ergo media diſtinctione diſtinguũtur: & ſic datur diſtinctio media, quę in propoſito eſt formalis. Secundò poſſet argui ſic: de intellectu dicitur, quòd eſt cognoſcitiuus, de voluntate quòd non eſt cognoſcitiua. Nam dicimus voluntatem noſtram eſſe cæcam. de intellectu, quòd agit naturaliter. de voluntate quòd agit liberè, & nõ naturaliter. Tunc arguitur ſic, eſſe cognoſcens & non eſſe cognoſcens, ſunt contradictoria: agere naturaliter, & non agere naturaliter contradicunt: ergo illa, ſuper quibus fundantur talia prædicata cõtradictoria, nõ ſunt diſtincta per intellectum: quia de his verificantur prædicata contradictoria ſecluſo opere collatiuo intellectus: igitur intellectus & voluntas non ratione diſtinguuntur: non realiter, quia ſunt vna res, ergo media diſtinctione, & ſic formaliter: iſtæ & ſimiles rationes ex dictis Scoti formari poſſunt.

Poſſunt addi plures alia ex fundamentis Scot.

TEXTVS.

R*Eſpondeo. In iſta quęſtione ſic procedam. Primò aliquas diuiſiones præponam. Secundò,*

numerum cuiuſlibet diſtinctionis & idẽtitatis aperiam. Tertiò, dabo modum inueſtigandi & inferendi vnam diſtinctionem & identitatem ex alia. Quantum ad primum, dico quòd ens diuiditur in ens reale & in ens rationis: & iſta eſt diuiſio æquiuoci analogi in ſua analogata æquiuocata. Ens reale eſt, quod habet eſſe, aut poteſt habere eſſe, ſeclusa quacunque operatione intellectus, ſiue quocunque actu collatiuo cuiuſcunque potentiæ, ſiue intellectus, ſiue voluntatis, ſiue cuiuſcunque alterius potentiæ: & ſic ens reale prædicatur quiditatiuè de Deo & de decem prædicamentis.

RESpondeo in iſta quæſtione ſic procedam: Primò aliquas diuiſiones proponam. Secundò numerum cuiuſlibet diſtinctionis & identitatis aperiam. Tertiò dabo modum inueſtigandi & inferendi vnam diſtinctionem & identitatem ex alia. Quantùm ad primum dico, quod ens diuiditur in ens reale & ens rationis. Et iſta eſt diuiſio æquiuoci analogi, in ſua æquiuocata analogata.

Fit hic quæſtio.

Prima difficultas.

HIc moueo duas difficultates: prima eſt, quia Scotus tertia quolibet, dixerat quod ens vt diuiditur per ens reale & rationis, poſſet poni primum obiectum noſtri intellectus: ſiue ſit vniuocum ſiue analogum. Quæro modò quam primitatem & vnitatem habet? non primitatem perfectionis, quia hoc falſum eſt, vt patet: non originis, quia ſimiliter falſum eſt in propoſito: quia de iſta Scotus non loquitur. tum etiam, quia, vt ſic eſt commune ens primis & ſecundis intentionibus, non priùs origine intelligitur à nobis, nam ſecundę intentiones non ſunt illa, quæ primò occurrunt intellectui noſtro: nec in notitia intuitiua, nec abſtractiua. ergo intelligitur primum obiectum intellectus noſtri primitate, ſcilicet adæquationis, ideſt ens ſic

Secũdũ Sco. nõ datur purũ analogũ ſed omne tale ſtat cum vniuoco & æquiuoco vide in prim. ſen. diſt. 3. q. 3. & 7.

ſumptum eſt primum, id eſt adæquatum & vnum obiectū intellectus noſtri. Et tunc quæro iterum, quam vnitatem habet ens iſto modo ſumptum? non habet vnitatem vniuocationis: quia enti reali & enti rationis nihil eſt vniuocum: non habet vnitatem æquiuocationis: quia in æquiuocis non eſt vnitas: non analogiæ: quia iſta non mediat inter æquiuocationem & vniuocationem, ſed ſemper ſtat cum altero extremo ſecundum Scotum, ergo nullo modo habet primitatem & vnitatem ſic ſumptum. quod tamen eſt falſum quia omne obiectum cuiuſcunque potentiæ debet habere vnitatem, vt patet de obiecto voluntatis, quod habet vnitatem ſuam, de obiecto viſus & auditus, quæ ſimiliter habent vnitatem ſuam: & tamen ens iſto modo nullam vnitatem habet. Secunda eſt iſta, quæro quomodo ens iſto modo ſumptum eſt æquiuocum: nam, ſi paſſio ſua eſt vniuoca, ipſum erit vniuocum. Accipio intelligibilitatem, quæ eſt paſſio entis: ipſa vniuocè competit primis & ſecundis intentionibus: ergo ens vniuocè competit primis & ſecundis intentionibus: quòd intelligibilitas competat vniuocè primis & ſecundis: probo ſic de ſecundis, quia de primis patet. Secundæ intentiones ſunt per ſe ſcibiles, & per ſe entia: probo, de eis fiunt demonſtrationes, & diffinitiones: ergo per ſe ſciuntur: ergo per ſe intelliguntur: ergo intelligibilitas per ſe competit eis, ſimiliter per ſe competit primis. ergo intelligibilitas vniuocè competit ambabus: ergo eſt paſſio vniuoca: ergo ſubiectum eius ſcilicet ens eſt vniuocum enti reali & rationis: ergo iſta diuiſio eſt vniuoci: ergo non eſt æquiuoci in ſua æquiuocata, ſicut auctor dicebat. Ad primū reſpondeo ſic, quòd ens iſto modo ſumptum habet primitatem non perfectionis, nec originis, ſed habet primitatem adæquationis. Et quando quæris quam vnitatem habet? quia omne obiectum debet habere vnitatem, vt patet in omnibus obiectis quibuſcunque potentiæ. Dico, quòd habet vnitatem proportionis & hoc intelligo ſic, quia ſicut ſe habet ens reale reſpectu ſuorum inferiorum in ſuo ordine, ſic ſe habet ens rationis reſpectu ſuorum inferiorum in ſuo ordine: hanc tantùm primitatem & vnitatem inuenio in ente iſto modo diuerſum, & non aliam. Et ſi tu diceres,

Secūda difficultas.

ceres, omne obiectum cuiuſcunque potentiæ vniuocum; vt patet de obiecto viſus, qui eſt color, eſt vniuocus ſuis inferioribus: & ſic de obiectis quarumcunque aliarum potentiarum: ergo, ſi ens iſto modo ſumptum commune primis & ſecundis intentionibus eſt obiectum intellectus, ſicut Scotus dicit tertia quolibet. ergo erit vniuocum. Ad hoc reſpondeo, quòd duplex eſt obiectum intellectus. vno mod pro illo quod mouet, vel primò terminat actũ intellectus, cuiuſmodi ſunt primæ intentiones, & hoc erit vniuocum. alio modo ſaltem pro illo, quod per ſe terminat: & ſic ens reale non eſt obiectum intellectus, ſed ens commune enti reali & rationis: quia entia rationis non terminãt actum intellectus, niſi primò entia realia terminent actum intellectus, quæ entia realia ſunt fundamenta ſecundarum intentionum. Ad propoſitum modò dico, quod quando Scotus dicit, quod ens communiſſimè ſumptum ſcilicet commune enti reali & enti rationis eſt obiectum noſtri intellectus, intelligitur de obiecto per ſe terminatiuo, non autem de obiecto motiuo, nec per ſe primò terminatiuo; & tale obiectum per ſe terminatiuũ, non debet eſſe vniuocum: ſed ſufficit quòd ſit æquiuocum: ſed bene verum eſt, quod omne obiectum potentiæ eſt vniuocum, ſcilicet obiectum motiuum vel per ſe primò terminatiuum: cuiuſmodi non eſt ens indifferens enti reali & enti rationis. Ad ſecundum principale reſpondeo ſic: quòd ſecundæ intentiones ſunt bene intelligibiles: ſed intelligibilitas communis primis & ſecundis, non eſt paſſio vniuoca: quia non vniuoce competit primis & ſecundis. vnde intelligibilitas competit primis per ſe & primò: ſed ſecundis competit per ſe, reductiuè tamen: quia continentur ſub adæquato obiecto noſtri intellectus, tantùm reductiuè. Et ſi dicas, ergo per accidens habent eſſe, & per accidens conſiderantur à logico. Ad hoc dico, quòd non per accidens, ita quòd excludantur ab arte. nam Logicus per ſe de eis conſiderat, inquantum inſeruiunt illi ad dirigendas mentis actiones ne erret in agendo, ſed poſſet impropriè concedi per accidens: ideſt non habent eſſe per ſe & primò, ſed tantum per ſe: & ſic patet reſponſio ad argumentum: quia, ſi intelligibilitas primæ & ſecundæ intentionis

Duplex eſt obiectum intellectus.

Secũda intentiones ſunt per ſe intelligibiles, tas eſt paſſio ipſius entis realis primò per antonomaſiã vel aliter quod eſt formaliter vnius. & reductiuè alterius vide Mauritiũ i vniuer. q. 5.

tentionis non eſt paſſio vniuoca, nec ens commune primis & ſecundis intentionibus erit vniuocum. Vel aliter dicendum eſt, quod ſolùm ens reale eſt vniuocum ſuis inferioribus: & quòd intelligibilitas non eſt paſſio vniuoca competens vniuocè primis & ſecundis intentionibus, ſed ſolùm primis, & non ſecundis: & tunc dicemus, quòd tantùm ens reale eſt obiectum adæquatum noſtri intellectus ſecundùm rationem formalem: ſecundæ verò intentiones continentur virtualiter in ente reali: & ſic virtualiter intelliguntur: ex quo remanet, quòd ſolùm ens reale eſt vniuocum ſuis inferioribus. illud verò ens commune primis & ſecundis eſt æquiuocum: & ſic eſt diuiſio æquiuoci analogi in ſua æquiuocata analogata. Neque cogunt nos verba. Scot. 3. q quoli. ad ponendum ipſum vuiuocum, ſi ponitur primum obiectum, vt eſt indifferens ad primas & ſecundas intentiones: quia Scotus ibi videtur, quòd non loquatur de mente propria: nam dixit quòd iſto modo poſſet poni primum obiectum intellectus, ſed non dixit quòd ponat primum obiectum.

Hic verò annotandum, poſtquam de ſecundis intentionibus eſt ſermo, quod ad hoc quod de aliquo habeamus ſcientiam, non eſt opus, quod illud habeat verum eſſe exiſtentiæ: ſed ſufficit quod habeat eſſe cognitum Nam de roſa in hyeme non exiſtente, & quod plus eſt de ſecundis intentionibus, poſſumus veram habere ſcientiam: quod tamẽ dubium videtur. nam cùm ſcientia pariatur ab obiecto & potentia: & ſecundæ intentiones ſint de genere ſterilium, videtur quod de illis non poſſit eſſe ſcientia. deinde, nil poteſt producere aliquid ſeipſo perfectius: ſcientia autem eſt aliquid reale, & ſic perfectius quid, ſecundis intentionibus, ergo cùm obiectum ſit cauſa partia is ſcientiæ, de ſecundis intentionibus non poterit eſſe ſcientia. *Doctrina ſubtilis.* Reſpondeo, quod etſi ſecundæ intentiones per ſe non poſſint comproducere ſcientiam, vt cauſæ partiales: ſcientia tamen quæ de illis habetur virtute extremorum in quibus fundantur producitur. Deinde omnis notitia quæ de aliquo ente reali, ſiue rationis habetur, eſt realis: quia operatio intellectus ſeu notitia ipſa, eſt accidens reale, de hac re vide Tartaretum, in magna logica in proœmio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

INCIPIT CONFORMATIO *doctrina Scotica cum Ariſtotele.*

ET quia à nonnullis Thomiſtis,& à quibuſdam alijs:qui ſiue nimis delicutali, ſiue hebetudine mentis preſſi propter eximiam diſputandi ſolertiam, doctrinæque profunditatem,per celebris Scoti Theoria contemnitur & irridetur per neceſſarium eſſe iudicaui, vt illorum ora obtunderem,hic, & per decurſum totius Tractatus, Ariſtotelis ſectæ peripateticæ principis,auctoritates & rationes in medium proferre:quibus comprobem Scoticam ſpeculationem, ex copioſiſſimis & limpidiſſimis Ariſtot. fontibus hauſtam & depromptam eſſe. Incipio ergo à diuiſione entis in ens reale & rationis, & dico quod philoſophus poſuit illam in 6. Metaph.cap.2. text.comment.8. vbi dicit:cum autem complexio diuiſioque non in rebus ſit, ſed in mente id autem, quod hoc pacto eſt ens, diuerſum ſit ab hiſce,quæ propriè entia ſunt.vult dicere,quòd complexio & diuiſio ſunt ab intellectu, & mente: & vocantur entia rationis:& hoc ens rationis iſto pacto acceptum diuerſum eſt & ſeparatum ab his, quæ propriè ſunt entia, ideſt ab ente reali:& ſic datur iſta diuiſio ſecundum Ariſtotelē.

Hic eſſet difficultas de his, quæ habent eſſe ſolum in potētia vt ſunt antichriſt°, ſortes, & plato procreandi.

Ens reale dicit auctor, &c. Ens reale dicit auctor, eſt quod habet eſſe ſecluſa quacūq; operatione intellectus,ſiue quocunq; actu collatiuo cuiuſcunq; potentiæ ſiue intellectus ſiue voluntatis ſiue cuiuſcunq; alterius potentiæ, & ſic ens reale prædicatur quidditatiuè de deo & de decem prædicamentis.Hic eſſet difficultas de his, quæ habent eſſe ſolùm in potentia vt ſunt antichriſtus, ſortes & Plato procreandi, quia iſta ſunt entia realia, & tamen non ſunt ſine quacunque operatione intellectus. Secunda difficultas eſt de habitibus ſcientificis, de ſpeciebus & actibus intellectus, quæ ſunt entia realia: & tamen non habent eſſe ſine quacunque operatione intellectus. Ad primam reſpondet Sco.in quolibetis,q.3.quòd ens reale eſt ſine opere intellectus, vel poteſt eſſe modò,licet antichriſtus non habeat eſſe ſine opere intellectus, tamen poteſt habere eſſe.Vel dicas,eſto,quòd non habeat eſſe antichriſtus ſine opere recto intellectus, poteſt habere eſſe ſine opere col-

latiuo

latiuo intellectꝰ.& ſic tenet Sc 35.& 36.primi ꝙ antichriſtus hēt eſſe reale,ꝙ verò hic auctor dicit, ꝙ hēt eſſe ſine ope intellectꝰ tu intelligas ſine ope collatiuo intellectꝰ, & ſine quacūq; operatione collatiua intellectus.Ad ſecūdam dicas reſpōdēdo per idē,quod talia entia ꝓdicta ſ. habitus, & ſimilia habent eſſe extra intellectum, idest ſine opere collatiuo intellectus,ſed nō ſine opere intellectus, id eſt quod ſint omnino ſine omni opere intellectus. nam cum tales habitus ſiue ſcientifici ſiue morales,non producantur niſi per actus multoties continuatos, & repetitos: fieri non poteſt, in via naturæ, quod huiuſmodi habitus, ſint abſque actione mentis: etſi eſſe poſſint,& ſint, ſine actu collatiuo.Et ſi quæras, quomodò actus collatiuus, & actus rectus diſtinguuntur? dicas quòd rectus eſt qui immediatè fertur in aliquod obiectum.Collatiuus eſt comparatiuus, & eſt tunc quando comparatur vnum obiectum ad aliud.

Reſponſio, quòd antichriſtus pōt habere eſſe ſine opere collatiuo intellectus.

Conformatio cum Ariſt.

ET ſi quæras,an iſti duo actus poſiti ſint ab Ariſto.& vbi,dico,quòd actus rectus poſitus eſt tunc in tertio de anima:quando meminit de intelligentia ſimpliciū, quia ad hunc actum reducitur actus rectus.De actu collatiuo meminit in quinto Metaph.c.9.de eodem, & eſt textus non habens commentum,immediatè ſequens text.commen.15.vbi dicit,quòd intellectus vtitur vno vt duobus, ſed nulla eſt relatio eiuſdem ad ſe, niſi ſit per actum collatiuum intellectus:comparando vnum & idem ad ſe: ſicuti ſi eſſent duo:& ſic ambos actus habemus ex Ariſt.Sequitur in tex.ſiue quocunq; actu collatiuo cuiuſcunq; potentiæ ſiue intellectus, ſiue voluntatis.

Conformatio cum Ariſt.

Sed vbi actus collatiuus voluntatis ſit poſitus ab Ariſt. Iſtum actum collatiuum voluntatis apud Ariſt. non reperio,immo Ariſt.parum loquutus eſt de voluntate, vt diſtinguitur ab intellectu: nam 9. Metaphyſicæ textu commen.10.prohæreſim vocat. Aliquando intellectum communiter: ſecundùm quod cum voluntate conſtituit vnum principium reſpectu artificialium,aliquando appellat eā agens a propoſito, & diſtinguitur contra intellectum, vt

Secundum Theolo. ponitur actus collatiuus ipſius uoluntatis vid. Sco. 30. diſt. prim.

patet ſecundo phyſico. nunquàm tamen actum collatiuũ poſuit ipſius voluntatis, ſed bene ſecundum Theologos ponitur actus collatiuus voluntatis, & eſt tunc, quando voluntas noſtra vult virtutes, & opera miſericordiæ propter Deum. Scoto. 3. ſecundi, & 25. tertij, & 45. primi. Sequitur in textu ſiue cuiuſcunque alterius potentiæ. optimè dixit alterius potentiæ, quia non tantùm intellectus, & voluntas ſunt potentiæ collatiuæ, ſed etiam ſenſus communis.

Conformatio cum Ariſt.

Qui facit differentiã inter aliqua cognoſcit vtrunq; propria ratione conuenienti ſibi, & non alteri, uide Mauritium in uniuerſalibus. q. 5.

Sed vbi Ariſt. poſuit aliam potentiam collatiuam præter intellectum: Dico, quòd poſuit Ariſt. 146. ſecundi de anima, vbi probat, quòd potentia ponens differentiam inter aliqua duo perfectè cognoſcit illa, & ſub propria ratione, & quia ſenſus communis ponit differentiam inter viſibile, & audibile, hinc erit potentia collatiua. Et ſi dicas, quomodò ſenſus communis poteſt cognoſcere aliqd ſub propria ratione, ſi intellectus, qui eſt nobilior potentia, non poteſt hoc facere? Dicas, quod duplex eſt rõ propria: vna eſt propria ex proprijs, alia eſt propria ex cõmunibus, primo modo non cognoſcit ſenſus communis, ſecũdo modo bene poteſt cognoſcere.

Conformatio cum Auer.

Sequitur in textu, ſiue cuiuſcunque alterius potentiæ. hoc dictum eſt propter potentiam cogitatiuam, quæ habet cognoſcere particularia per Comm. 3. de anima. tex. comm. 10. nam poteſt in via Auerr. comparare etiam vnum obiectum particulare ad aliud. Sed hic inſurgit dubium, quia ex auctore habemus quòd illud eſt ens non reale, quod habet eſſe per opus collatiuum intellectus, tunc ſequeretur, quòd habitus ſcientificus, qui ex frequẽtatis actibus acquiritur, & per opus collatiuum, eſſet ens rationis. Ad hoc reſpõdeo, quòd ens rationis mediatè eſt in intellectu, quia verò fundatur in vno obiecto cognito, & obiectum cognitum eſt in intellectu, & iſto modo eſt in intellectu, ſed habitus & actus, & alia, quę ibi ſunt immediatè ſunt in intellectu. Ad hoc igitur, quod aliquid ſit ens rationis duo requiruntur, vnum, quòd ſit per opus collatiuum, ſecundum quòd ſit in intellectu mediatè, quia verò

Duo requiſita ad hoc vt aliquid ſit ens rõnis.

habitus

habitus non eſt in intellectu mediatè, ſed immediatè, deficit ſibi ſecunda conditio, ideò non eſt ens rationis: ſi bene eſſet per opus collatiuum ſed poſſet in huiuſmodi diuiſionem, adhuc quis inſurgere, & oſtendere eam inualidā, & inſufficientem eſſe: nam datur ens, quod nec eſt reale, nec rationis. & tale non eſt chimera, aut nihil, ſed verè eſt ens poſitiuum. immo Scotus in illa 45 diſtin primi dicit, quòd relatio in communi diuiſa in relationem realē, & rationis, non eſt ſufficienter diuiſa. Et ſi quæras, quod eſt hoc ens, quod nec reale erit, nee rationis? Dico, quòd eſt relatio rationis, cauſata per actum collatiuum voluntatis: & vocatur vſus, de quo ſupra dixi. huius ambiguitatis reſolutio, poteſt faciliter elici ex dictis Scoti. 45. diſtinctione prima, vbi diſtinguit de duplici relatione rationis: vno modo ſtrictè, & ſic eſt tantùm intellectus: alio modo largè, & ſic eſt tam intellectus, quàm voluntatis, quàm alicuius alterius potentiæ. ſic nos dicamus in propoſito, quòd ens diuiſum in reale, & rationis, accipiendo rationis largè, quod eſt per collatiuum opus tam intellectus, quàm voluntatis, quàm alterius potentiæ collatiuæ, eſt ſufficienter diuiſum, & ſic loquitur auctor. Alio modo accipitur ens rationis, quod præcisè habet eſſe per intellectum. Et ſi diuiſio fiat hoc modo in ens reale, & in ens rationis, quod habet eſſe ſolùm per intellectum, non eſt ſufficiens diuiſio: & hoc idem clarius dicit Scot. decimaſeptima quæſtio. quolibet articu. tertio, quòd duplex eſt relatio: vno modo ſtrictè ſiue per eſſentiam, & ſic inter ens reale, & rationis, bene mediat ens rationis, & relationis, quæ habetur per actum collatiuum voluntatis. Alio modo ens rationis accipitur pro illo, quod eſt ens rationis per participationem, ſiue largè: & ſic eſt ens rationis: ſiue relatio illa, quæ eſt per intellectum, ſiue voluntatem: & ſic tunc nihil mediat inter ens reale, & rationis. Et iſto modo loquutus eſt auctor: & eſt ſufficiens diuiſio ſic, non autem primo modo.

Duplex eſt relatio.

TEXTVS.

Ens rationis capitur trib. modis.

ENs vero rationis capitur tribus modis ſecundum Scotum in 1.diſt.4.ſententiarum,quæſt. ſecunda.

Primo modo pro illo, quod habet eſſe in anima ſubiectiuè,vt ſpecies,actus,& habitus. Secundo modo obiectiuè, ſicut vniuerſalia ſunt in anima per ſpecies a rebus cauſatas, vel a Deo impreſſas. Tertio modo pro comparatione paßiua, qua per intellectum vnum obiectum cognitum comparatur. Ens rationis duobus primis modis non diſtinguitur contra ens reale,accipiendo ens reale ſicut capiebatur in præcedēti diuiſione:ſed ens rationis tertio modo captum, nullo modo continetur, nec continet ſub ſe ens reale tanquam ſuperius ſuum inferius;Vltra dico,quod ens rationis capitur tripliciter.Vno modo ſubiectiue in anima: ut eſt ſpecies,actus,& habitus.

Conformatio cum Ariſt.

3.de ani. cō tex 6.& vide Themiſtium ibi.

SEd vbi poſuit Ariſt.ens rationis ſubiectiuè?Dico:quod hoc ens poteſt comprobari per Ariſt.3.de anima, qui dicit, quòd intellectus eſt locus ſpecierum: & ponitur a Sco 3 diſt.primi & 38.lapis non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis,quia obiectum relucet in ſpecie intelligibili. Alio modo accipitur pro ente rationis obiectiuè:& eſt illud quod obijcitur intellectui noſtro.vnde ſicut in ſenſu viſus ſunt duo conſideranda,quādo erit in actu videndi, verbi gratia quando videt colorem: poteſt ibi conſiderari ſpecies coloris:& ipſe color, qui relucet in ea: pariformiter dicamus de intellectu,& ſpecie intelligibili, quia in intel

lectu

lectu eſt obiectum & ſpecies intelligibilis: & non tantum obiectum intelligitur, ſed ſpecies intelligibilis etiam: in hoc ſpecies intelligibilis, & obiectum ſimilia ſunt: quia ſcilicet ambo intelliguntur, ſed quantum ad aliud, quia ſpecies eſt in intellectu ſicut accidens in ſubiecto: & ideo dicitur ens rationis ſubiectiue: obiectum eſt in intellectu non ſicut forma in materia, aut accidens in ſubiecto: quia tunc denominaret ipſum, & intellectus lapidis diceretur lapideus: omnis enim forma inhærens ſubiecto denominat ipſum in quo eſt. Eſt igitur obiectum in potentia, cui obijcitur, in eſſe abſtracto vt cognitum in cognoſcente, & non vt accidens in ſubiecto. Et propter hoc talia vniuerſalia relucentia in ſpeciebus intelligibilibus, dicuntur entia rationis obiectiuè. vnde obijci intellectui nihil aliud eſt, niſi cognoſci ab intellectu: unde ens rationis pro actu intelligendi, pro ſpecie intelligibili, & pro habitu eſt ens reale: & in prædicamento qualitatis Si autem quæras ens rationis obiectiuè quid ſit? Secundo in quo prædicamento eſt? Ad primum quæſitum reſpondeo, quòd ens obiectiuum eſt duplex, aut relucens in ſpecie: & tunc eſt vniuerſale in potentia proxima: aut vt actu cognoſcitur, & ſic eſt vniuerſale in actu. Dicunt ergo aliqui, quòd notitia rei eſt eſſe obiectiuum eius. Nos autem dicimus alio mõ, quòd ipſamet res cognita eſt notitia rei. Ad ſecundũ dico quòd ens obiectiuum eſt in illo prædicamento in potentia, in quo prædicamento erit res cognita: tũc quando habebit eſſe eſſentiæ. vnde paternitas, vt habet eſſe cognitũ, eſt in prædicamento ad aliquid in potentia: & ſortes, & Plato futuri ſunt in prædicamento ſubſtantiæ: quia quando verè erunt in tali ponentur prædicamento. vnde nota, ꝙ ens rationis obiectiuum, ſicut ſunt vniuerſalia ſecundũ Scotum non ſunt in rebus per in exiſtentiam, ſed tantùm per indifferẽtiam: & iſta ſunt naturæ communes, vt habet videri tertia diſt. 2. Quod intelligo ſic, in ſorte eſt humanitas, qua pro tanto vocatur natura communis de ſe, pro quanto ſic eſt in ſorte, quòd ſibi de ſe non repugnat eſſe in Platone: vel ſic eſſe in ſorte non eſt de ſua quidditate, tamen eſt ſingularis per accidens ratione differentiæ indiuidualis. non dicitur ergo natura communis per inexiſtentiam,

Quid ſit obiecti intellectui.

Ens rationis obiectiue, et in quo prædicamento.

Ens obiectiuum eſt duplex.

Vna & eadem res põt eſſe ĩ diuerſis prædicamentis diuerſimode conſiderata ſecundum quod de illa alia & alia prædicata poſſunt dici teſte Boetio.

tiam,

Nõ dicitur natura communis per inexiſtẽtiam, ſed per indifferentiã, uide Tartaretum in 1. q. prædicab. dubio 3.

tiam, i. ꝙ realiter ſi in pluribus: nã alia eſt natura ſortis, & alia eſt Platonis: ſed dr̃ cõis per indifferentiã id eſt ꝙ talis natura cõis quantum eſt de ſe, eſt indifferens ad ſortem, & Platonem vt ſuperficies eſt indifferens ad albedinem, vel nigredinem; tamen naturæ humanæ, vt eſt in ſorte rẽpugnat per accidens ideſt ratione differentiæ indiuidualis, quòd ſit in Platone. Quod eſt totum oppoſitum de natura diuina: illa enim eſſentia glorioſa & ſingulariſſima ſic eſt communis tribus perſonis, quòd realiter exiſtit in tribus perſonis, & actualiter. Pro quo tu debes notare, ꝙ vniuerſale tripliciter capitur. Vno modo in potentia remota, & ſic vniuerſale eſt in Sorte. Secundò modo in potentia propinqua, ideſt habet potentiam proximam, vt de pluribus poſſit prædicari: & ſic eſt relucens in ſpecie intelligibili: tertiò accipitur vniuerſale in actu, & hoc eſt quãdo actu prędicatur de pluribus, & actu ab intellectu cognoſcitur. Natura cõis, quæ eſt in particularibus, vocatur vniuerſale in potentia remota, ſicut habet Cõm. in 1. cœli 92.

Vniuerſale tripliciter capitur.

Conformatio cum Ariſt.

Iſtud ens rationis obiectiuè, quòd eſt vniuerſale in anima. poſuit Ariſto. 2. de anima. tex. comment. 60. dicens, ꝙ ſcientia eſt vniuerſalium, hæc ſcilicet vniuerſalia in anima ſunt quodammodo, & ſi ſunt in anima, ſunt entia rationis: & dicit quodammodò ideſt non inhærenter, ſed obiectiuè: quia dicit quodammodò. Vnde vniuerſale eſt forma, cui de ſe non repugnat eſſe in pluribus, ſed repugnat ſibi ratione materiæ, metaphyſicæ differentiæ ſcilicet indiuidualis quæ non poteſt eſſe per multiplicationem in pluribus ſcilicet eadem numero: ita dicamus, quòd homo, qui eſt in Sorte, ratione formę, non repugnat ſibi quantum eſt de ſe eſſe in pluribus, ſed repugnat ſibi per accidens ratione ſorteitatis, quæ ſorteitas conſtringit ſiue contrahit & determinat naturam humanam, quæ eſt in Sorte, vt non poſſit eſſe in pluribus. Vltimò eſt aduertendum, ꝙ ſicut duplex eſt ſpecies intelligibilis, vna eſt cauſata à rebus ꝑ intellectum & obiectum: Alia eſt à Deo impreſſa. nam Deus: vt tenet Scot. 7. quolibet poteſt imprimere ſpecies intelligibiles in intellectu noſtro, ſicut etiã in angelis impreſſit quando creauit eos. vt per illas poſſent intelligere, quid

Duplex eſt ſpecies intelligibilis.

quid illis ad beatam fœlicitatem obtinendam & adipiſcē dam agendum eſſet. Ita etiam eſt duplex vniuerſale, vnū quod per ſpecies cauſatas à rebus intellectui noſtro obijcitur, aliud, quod obijcitur eidem intellectui per ſpecies intelligibiles à Deo impreſſas. Sequitur in textu ens ratio nis tertio modo, nullo modo continetur, nec continet ſub ſe ens reale, tanquam ſuperius ſuum inferius. de hoc loquitur Scotus in quarto diſt. 1 q. 2. vbi inueſtigat num ſacramentum propriè poſſet definiri. tale ens rationis eſt illud, quod diſtinguitur contra ens reale, & tale dependet præciſè in eſſe & conſeruari ab actu collatiuo rationis, & tam diu eſt, quàm diu conſideratur ab intellectu. Vt hoc facilius percipi poſſit, datur à Philoſophis appoſitiſſimum & familiariſſimum exemplum, nam ſicuti tandiu relucet ſimilitudo vultus mei in ſpeculo, quandiu ego vultu hæreo oppoſitus illi: ſic ſecundæ intentiones tandiu ſunt, quandiu de illis intellectus cogitat, cum non ſint niſi quędam paſſiuæ comparationes, quæ adueniunt rebus intellectis & volitis, poſt harum facultatum & potētiarum ope rationem. ſed ens rationis obiectiue alio modo diſtingui tur contra ens reale quàm ſecunda intentio, quia tale ens rationis habet modum intentionis primæ & præcedit om nem actum intellectus, cum ipſum poſſit mouere, intelligibile enim intellectionem natura præcedit, ſicut cauſa ſumpta pro materiali natura præcedit ſuum effectum, cū ad illam ſequatur effectus, vt tenet Scotus in theorematibus. 19. principio concl. 1. ſed ens rationis, quod habet eſſe per actum collatiuum, non poteſt præcedere actum omnem intellectus, immo habet eſſe per actum collatiuum intellectus. Et ſi quæras de ente rationis tertio modo, & propriè accepto quomodo fit & habet eſſe ſuum? Dico, ꝙ aliquid requiritur ex parte potentiæ, & aliquid ex parte obiecti, ex parte potentiæ vnum requiritur, quòd ſit potētia collatiua, ex quo ſequitur, quòd nulla potentia non col latiua poteſt fabricare ſecundam intentionem, & aliquid requiritur ex parte obiecti, & ex illo latere requiruntur duo obiecta cognita in potentia propinqua, id eſt, quod re luceant in ſpecie intelligibili, vel quòd ſit vnum obiectum cognitum loco duorum, vt ſortes eſt ſortes, ſecundò requi ritur

Secundæ intētiones sūt dum fiunt. Secundū eſſe actualis exiſtentiæ, ſed ſecūdū eſſe quidditatiuū ſemper ſunt. Vide Mauritium in uniuerſalib. q. 3

Secunda intentio habet quatuor cās Vnā efficiētem & eſt itellec. Aliā occaſionalē, & eſt rei proprietas. Tertiam originalem, & eſt obiectū. Quartā inſtrumentalem vel ſine qua non, & eſt actus collatiuus intellectus.

ritur quòd habeat proprietates aliquas. Exemplum, intellectus noſter cognoſcit actu recto colorem & albedinem, deinde videt, quòd color habet iſtam proprietatem, quod ſit communicabilis pluribus differentibus ſpecie, & albedo eſt communicabilis pluribus differentibus numero ſolum, comparat igitur duo obiecta ad inuicem, & primò eſt vnus reſpectus rationis actiuæ intellectus comparantis ad obiecta comparata, deinde eſt ſecundus reſpectus paſſiuæ rationis, obiectorum comparatorum ad intellectum comparantem: ex his reſpectibus relinquitur quidam reſpectus rationis in colore, qui vocatur genus: & alius in albedine, qui vocatur ſpecies, & eſt ſimile, quando rex donat tibi villam, poſtquam donata eſt relinquitur ſibi vnus reſpectus, ſcilicet quòd illa villa vocatur villa donata, & talis reſpectus rationis acquiritur de nouo ſine nouitate abſoluti in fundamento vel termino, vt tenet Scotus in 4. diſtin. prima. q. 2. reſpondendo ad vltimum argumentũ: vbi vult, quòd ſufficit noua comparatio abſoluti ad alterum per actum intellectus: hoc modo poteſt deus dici dominus de nouo ſine nouo abſoluto ipſo, vel magis ad propoſitum poteſt nummus dici precium de nouo: eſſe.n. preciũ non dicit niſi relationem rationis. Sed dices ex dictis ſic videtur ſequi, quòd ſecunda intentio ſit quoddam derelictum ex illa comparatione paſſiua. Sed contra hoc Scotus in 4 diſt. 1. vult quòd ſecunda intentio ſit comparatio paſſiua, & non aliquid derelictum, vt dicis. Reſpondeo, ꝙ dictum Scoti intelligitur dupliciter, vel quòd ſecunda intentio ſit comparatio paſſiua formaliter, & hoc non eſt verum, quia illa comparatio paſſiua, eſt reſpectus realis, vel quòd ſit, eſt comparatio paſſiua, conſequutiuè, & ſic eſt verum, quia conſequitur comparationem paſſiuam. Sed hic oritur difficultas & videtur, quòd ſecunda intentio ſit prima, & pro hoc ſuppono duo, primò illud quod habet Scotus in vniuerſalibus, q. 4. quòd ſecunda intentio effectiuè eſt ab intellectu, & materialiter ſiue originaliter ſiue occaſionaliter à proprietate reperta in re. Tunc arguo ſic proprietas eſt ens reale, intellectus eſt ens reale, tu dices, iſtæ non ſunt veræ cauſæ: contrà ſaltem intellectus eſt verè cauſa, quod probo ſic, à parte in modo ad ſuum totum

Scotus in 4. q. diſtin. 2. vult quod 2. intentio ſit comparatio paſſiua conſequutiuè.

Vtrum ſecũda intentio ſit prima.

valet

valet conſequentia, intellectus per Scotum, eſt cauſa effectiua, ergo eſt cauſa. Ad hoc dico, quòd ibi ponitur cauſa effectiua impropriè & non vere, nam ſi vere cauſa effectiua eſſet intellectus, tunc ſecunda intentio eſſet ens reale. Sed contra adhuc ſtat difficultas, iſta duo, ſcilicet intellectus & proprietas ambo ſunt realia, & ſi non cauſant ſecundam intentionem ſaltem dant eſſe ſibi, tunc arguo ſic, entia realia dant eſſe ſecundę intentioni, ergo iſta datio erit realis, probo ſic ſi non eſſet datio realis, tunc iſta, quæ dãt eſſe, darent eſſe contra proprium eſſe eorum, quia iam realia ſunt ambo, & non poſſunt aliter dare eſſe, niſi modo reali, quia tale eſt eſſe eorum dantium, ergo terminus dationis eorum ſiue productionis erit quoddam reale: probo conſequentiam iſtam, videlicet ſi datio eſt realis, ergo terminus dationis eſt quoddam reale, quia, ſi relatio eſt realis, extrema debent eſſe realia, ſed datio eſt realis relatio. ergo extrema ſua realia debent eſſe, ſed ſecũda intentio eſt vnum extremum, ſcilicet terminus huius dationis quæ eſt realis, ergo debet eſſe iſta ſecunda intentio quoddam reale, & ſic ſecunda intentio eſt prima quod erat propoſitum noſtrum. Ad hoc reſpondeo, quòd tunc ſequeretur argumentum, quòd ſecunda intẽtio eſſet quoddam reale, quando intellectus & proprietas darent ſic eſſe, quòd cauſarent aut producerent ſecundam intentionẽ quorum neutrum eſt verum, quia cauſari & produci dicuntur abuſiue & impropriè de intẽtionibus, quæ non producuntur productione reali, ſed productione ſationis ſiue ſecundum quid: ſed tantum ſecunda intentio derelinquitur ex actibus comparatiuis intellectus habita occaſione à proprietate reperta in re, & ſunt in ipſis denominatiue non ſubiectiue neque inhæſiue vt docet Tart. q. 1. prædicab. notab. 4. & in hoc valet exemplum de rota figuli, ex qua derelinquuntur multæ reliquiæ materiæ vaſis conſtruendi, quæ reliquiæ non producuntur neque cauſantur à figulo, ſed ex actibus ſuis, & reuolutione rotæ derelinquuntur, ſic pariformiter dicendum eſt de ſecundis intentionibus, quòd ex actibus collatiuis noſtri intellectus derelinquuntur ſecundæ intentiones. Et per hoc patet quid ſit dicendum ad argumentum. Secundò dubito, an ſecunda

intentio

Secunda intentio eſt effectiue ab intellectu vide Mauritium in vniuer qui dicit quòd Sco. loquitur extenſiue. q. 4.

Reſponſio quòd non eodem modo concurrunt intellectus, & pri. intentio ad cauſãdam intentionem vide Scot. in 4. q. vniuerſaliũ

intentio ſit in poteſtate voluntatis, vt poſſit attribui cuicunque obiecto? Tertiò quæro, An bruta poſſint cauſare ſecundas intentiones? Quartò, an Deus poſſit cauſare ſecundas intentiones. Quintò quæro, an chimera poſſit eſſe fundamentum ſecundarum intentionum? Ad ſecundum iſtorum reſpondeo ſic, quòd ſpecies non derelinquitur in quocunque obiecto, verbi gratia, ſpecies non poteſt fundari, aut derelinqui in ſorte, ſed derelinquitur talis, qualis eſt proprietas reperta, & comparata ad aliam, & ratio eſt, quia ſortes non habet proprietatem ex natura rei, vt de pluribus vniuoce poſſit prædicari, ideo non poteſt fundare ſpeciem. Ad tertium reſpondeo, quod bruta non poſſunt cauſare, vel dare eſſe ſecundis intentionibus, ſed bene enti rationis, & ratio eſt, quia habent actum collatiuum exiſtimatiuæ, vt per exiſtimatiuam poſſint comparare vnam herbam virentem alteri herbæ non viridi, patet igitur, quòd ens rationis poſſunt cauſare, ſed nõ ſecundas intentiones: hoc probo ſic, quia ad cauſandas ſecundas intentiones neceſſe eſt cognoſcere proprietates herbarum, & poſtea comparare ad inuicem: hanc cognitionem proprietatum herbarum bruta habere non poſſunt, ideo ſecũdas intentiones non poſſunt cauſare. Ad quartum dico, ꝙ Deus non poteſt cauſare ſecundas intentiones, & ratio eſt quia in Deo actus rectus non diſtinguitur ab actu collatiuo: Deus ergo quicquid poteſt cauſare cauſauit ab æterno, & quicquid poteſt comparare, comparauit ab æterno, ſecundum eſſe ideo dixi, quia non poteſt cauſare ſecundas intentiones, tales ergo ſecundæ intentiones in mente Dei ab æterno habuerunt eſſe. Ad quintum, quod eſt vltimũ, dico quod chymera vt chymera eſt, non poteſt fundare ſecundas intentiones, quia debilius eſſe eſt chymeræ quàm ſecunda intentio, & fundamentum debet habere verius eſſe ſuo fundato, ideo non poteſt chymera fundare ſecundam intentionem, ſed bene partes chymeræ, quæ ſunt, & entia realia ſunt, poſſent fundare ſecundam intentionem, quia ſic habent verius eſſe quam ſecũda intentio. Vltimò eſt hic vna difficultas, quęro de diſtinctione duarum ſecundarum intentionum, vt eſt ſpecies attributa homini, & de genere attributo animali, quia certum eſt, quòd vna non

An bruta poſſint cauſare ſecundas intentiones.

An Deus poſſit cauſare ſecundas intentiones.

eſt alia: quæro modo, an talis diſtinctio ſit realis, an rationis? ꝙ non realis patet, quia illa eſt inter extrema realia: quod non rationis probo ſic, quia talis diſtinctio nõ fit per opus collatiuum, ſed inſurgit ex natura extremorum, ſed diſtinctio, quæ inſurgit ex natura extremorũ, non eſt rationis, talis eſt huiuſmodi, ergo non eſt rationis id eſt non eſt ſecunda intentio. Ad hoc reſpondeo, quòd triplex eſt gradus ſecundarum intentionum: primus, qui derelinquitur ex comparationibus primarum intentionum, vt cognito homine & animali, in homine fundatur ſpecies, & in animali genus. Alius gradus eſt, quando ſecunda intentio inſurgit ex comparatione duarum ſecundarum intentionũ: vt comparando ſpeciem ad genus, ſpeciei attribuitur illa ſecunda intentio, quæ dicitur minus commune: & generi, illa quæ dicitur magis commune. Tertius gradus in propoſito eſt, quando ſecunda intentio derelinquitur ex natura ſecundarum intentionum: & licet non derelinquatur ex comparatione paſſiua intellectus, tamen inſequitur comparationem paſſiuam, ſic dicimus in propoſito de diſtinctione, quæ eſt inter ſpeciem & genus, licet non ſit ſecunda intentio primo, aut ſecundo modo, eſt ſecunda intentio tertio modo.

Triplex eſt gradus ſecũdarum intẽtionum.

Conformatio cum Ariſt.

Sed vbi Ariſt. poſuit ens rationis tertio modo acceptũ? Dico, ꝙ poſuit tale ens 6. Metaph. text. cõm. 8. vbi dicit, ꝙ entis per accidens eſt cã indefinita, ſed cã huius entis rõnis eſt paſſio mentis, vnde dixit, illius verò mentis aliqua paſſio, & idem hẽt Cõm. ibi ens qđ eſt veridicans, non habet cãm niſi animam, numeratur in genere entis diminuti.

TEXTVS.

Vltra dico, quod ens reale prima ſui diuiſione diuiditur per ens quantum & non quantum, ſecundum Scotum. 5. quolib. & ſunt modi intrinſeci. Ens quantum per finitum & infinitum, abſolutum & reſpectiuum.

Quantum, & non quãtum modi intrinſeci ſunt.

Paternitas & filiatio in diuinis ſunt entia formaliter reſpectiua: & tamen non continentur

ſub ente quanto. At quodlibet ens eſt formaliter abſolutum vel reſpectiuum ſiue ſit ens quantum, ſiue non quantum, ideo videtur quod ens continuo diuiditur in abſolutum & reſpectiuum. & hoc patet, quia dicit paternitatem in diuinis, quæ non eſt ens quantũ, eſſe ens formaliter reſpectiuũ.

ENS reale diuiditur per quantum & non quantum, & non ens rationis, cum ſit ens imperfectum & diminutum, dependens ab opere animæ, vt dicit Comment. vltimo commento ſexti primæ Philoſophiæ, & ideo dico ꝙ tale ens rõnis non põt diuidi per quãtitatem perfectionalem, & imperfectionalem, ſed tm̃ ens reale ſic diuidit. Secundò nota, ꝙ quantitas eſt duplex, molis & virtutis, quantitas molis eſt corporalis, & eſt in prædicamento quantitatis, quantitas virtutis eſt quantitas vigoris & perfectionis, & iſta eſt tranſcendens, & reperit̃ tam in rebus corporeis q̃ incorporeis, in creaturis & in diuinis. Sed hic ſunt duæ inſtantiæ contra hanc diuiſionẽ. Prima, quia non reperit̃ ſecũdum membrum huius diuiſionis, ſcilicet ens non quãtum, cum non ſit aliquod ens, quod non habeat perfectionem ſuam, & quantitatem perfectionalem, quia oẽ ens eſt quantum. Præterea Cõm. 8. Phyſic. cõm. 79. in calce dixit: in his potentijs incorporeis non põt intelligi vna maior alia, eo ꝙ non ſunt corporeæ potentiæ: magis & minus ſolius eſt quãtitatis: ergo potẽtia incorporea, ſi nõ eſt maior alia, nõ habet quantitatẽ virtutis, & perfectio virtutis erit per eum in ſola quantitate molis. Ad primam reſpondeo ſic, ꝙ prima diuiſio, ſ. per quantum, & non quantum ponit̃ iuxta fundamentum Theologorum, tenentiũ relationem originis in diuinis non eſſe formaliter quantam, nec non quantã ſicut doctiſsimè probat Sco 5. quotlib. ex tribus locis, primo ex vnitate entis infiniti: ſecundo ex eius cõicabilitate. tertio ex ſimplicitate. Ad auctoritatem Commen. 8. Phyſic. dico, quòd in illo loco non ſoluit quæſtionem per illam reſponſionem, ſed eſt quędam fuga, & euaſio. vnde vera ſolutio quæſtionis illius, eſt in tertio capitulo de Subſtantia orbis, vbi manifeſtè concedit aliud eſſe finitum

De quantitate perfectionali vide Augu 6. de Tri. c. 7.

tum

tum finitate vigoris,& velocitatis: & aliud infinitum infinitæ actionis,& paſſionis in ſe:vltra hoc ſecũdo cœli commen.71.expreſſè dicit, quòd iſta perplexio accidit in hac quęſtione:quia iſti nõ poſſunt diſtinguere infinitũ in qualitate,à finito in quãtitate. ecce quòd ſecundũ eum datur infinitas,quæ reperitur extra quantitatẽ.& ſic poteſt dari quantitas virtutis,& infinitas: & tamen non erit iſta infinitas, & quantitas virtutis ſolius quantitatis corporalis, vt priùs indeterminatè dixit. Vlteriùs circa iſtam diuiſionẽ in duobus dubito.Primò,vnde moti ſunt Theologi,& maximè Scotus ad ponendum iſtam diuiſionẽ entis per quantum & nonquantum?Secundò, an rationes Scoti valeant, propter quas tenet iſtam diuiſionem eſſe veram? Quantum ad primum dico, quòd prima ratio Scoti, à qua mouetur ad ponendum iſtam diuiſionem eſt iſta. Quod non poteſt excedere neque excedi non dicit perfectionem neque imperfectionem:relationes originis non poſſunt excedere neque excedi: ergo non dicunt perfectionem, nec imperfectionem, probo minorem pro prima parte: non poſſunt excedere,quia exceſſus illi conuenit,quod habet rationẽ menſuræ:relatio autem cùm non ſit ens primum, neq; habeat rationem totius,ex cuius perfectionis plenitudine poſſit metiri quodlibet aliud,ſic mẽſurare nequit. ergo nullomodo poteſt excedere: non excedi, quia ſunt idem realiter cum eſſentia diuina, quæ eſt formaliter infinita.infinitũ autem à nullo poteſt excedi. Secũda ratio eſt ſi relationes originis dicerent aliquam perfectionem:ſequeretur abſurdum:nam cùm alia ſit relatio in patre,& filio: alia etiam & alia eſſet perfectio in illis, ergò illæ perſonæ eſſent æquales, nec eiuſdem perfectionis: quod aſſerere & hæreticum & iniquiſſimum eſt. Tertia ratio eſt, quia in diuinis non poſſunt eſſe plura realiter diſtincta formaliter infinita,ſed iſtæ relationes ſunt realiter diſtinctæ, cùm conſtituant perſonas realiter diſtinctas: tunc ſi quantæ eſſent,formaliter eſſent infinitæ: & ſic eſſent tria formalitater infinita. Sed,an iſtæ rationes concludant?videtur quòd non: primo non, quia contra primam ſequeretur quòd attributa in diuinis non eſſent perfecta ſimpliciter: quia non poſſunt excedere nec excedi. probo quòd

Iſtæ relationes nullã dignitatem dicunt, vide Scot. quinta quólibet.

Relationes communes quia sũt formaliter infinita ideo ſunt quãta. Non tamen ſunt eſſẽtialiter infinite,ſed vt ſic ſola eſſentia eſt infinitã.

Relatio in creaturis eſt finita & quanta.

Relatio in diuinis neq; finita neque infinita vide Trombetam.folio 5. 5.pag.2.

Dubitatio de attributis.

non poſſunt excedere, quia in diuinis talia ſunt infinita, quibus repugnat excedi: ergo iſta attributa non poſſunt excedere: non poſſunt excedi iſta attributa, quia ſunt perfectiſſima. Contra ſecundam dicitur, quòd ſi illa ratio valeret, ſequeretur quòd eſſentia diuina cum attributis eſſet perfectior, quā ſolus Deus, quod eſt falſum: ergo ratio illa non concludit. contra tertiam eſt Scotus ſexta quolibet. quòd magnum & paruum tranſlatiuè ſumpta, ſunt paſſiones totius entis: ergo conuenient cuilibet enti: ſed relationes ſunt entia: ergo magna vel parua: ergo quanta. Ad primum dico, quod non eſt ſimile de relationibus, & attributis: quia relationes originis competunt vni perſonæ, attributa verò tribus. Ad ſecundum dico, quòd Deus cum attributis, & cum toto mundo eſt perfectior formaliter: ſed ſolus Deus ſine iſtis eſt perfectior eminenter, & radicaliter. Ad tertium dico, quòd magnum & paruum ſunt paſſiones totius entis quanti: & non entis in ſua communitate. & ſit patet vnde moti ſunt Theologi ad ponendum hanc diuiſionem entis: & quòd rationes eorum tenent: quæ duo erant priùs examinanda.

Reſpōſio ad primum de attributis.

Quæſtio de prima diuiſione entis realis.

Diuiſio entis per quantum & non quātum eſt prima Theologalis diuiſio, nō eſt prima ſimpliciter ſed in genere modorum entis.

SEd hic moueo quæſtionem principalem, an iſta diuiſio entis per quantum, & non quantum, ſit prima diuiſio entis realis: & hic ſunt multæ opiniones. Aliqui volunt quòd ens prima ſui diuiſione diuidatur per vnum & multa: & iſti fuerunt Thomiſtæ, qui dixerunt, quòd vnitas eſt maximè intima enti ex 4. Meta. Moderni etiam conātur hanc opinionem tueri: & dicunt contra Scotum, quòd iſta erit prima diuiſio entis, ſcilicet in vnum & multa, quorum ratio inferiùs ponetur. Aliqui dicunt, quòd prima diuiſio entis realis eſt in ſubſtantiam & accidens: & non in quantum & non quantum, & aſſignant rationem dicentes, & quantum & non qnantum ſunt modi intrinſeci: omnis modus eſt poſterior eo cuius eſt modus: ſicut contrahibilis eſt prior contrahente, ergo quantitas, cum ſit poſterior ſubſtantia, & accidente, non erit prima diuiſio entis per quantum & non quantum, quæ poſteriora ſunt,

ſed

ſed per ſubſtantiam & accidens, quæ ſunt priora. Aliqui dicunt, quòd prima diuiſio eſt entis per Deum & creaturam: & illa, quæ eſt per quantum & non quantum, eſt poſterior & aſſignant rationem dicentes, quidditas eſt prior modo ſuo: cùm autem Deus & creatura ſint quidditates: & in hæc oportet priùs diuidi ens: & poſt per quantum & non quantum. Aliqui dicunt, quòd prima diuiſio eſt per finitum & infinitum, & in hoc ſunt plurimę auctoritates Scoti. Aliqui, ſicut Simplicius per primam cauſam & primum cauſatum: Aliqui ſicut eſt Scotus & ſui ſequaces veluti eſt auctor & alij dixerunt, quòd prima diuiſio entis eſt per quantum & non quantum. Probat. Scot. 5. quolibet. quòd per quantum & non quantum, primò diuiditur: antequàm per finitum & infinitum, & rationes ſuæ poſſunt eſſe, iſtæ. De ratione optimæ diuiſionis eſt quòd diuiſum complectatur membra diuiſa & diuiſa econtra diuiſum: ita quod illud membris latius non pateat nec in oppoſitum, ſed nulla ſunt entia quę non contineantur ſub aliquo iſtorum duorum membrorum, ſcilicet aut ſub quanto, aut ſub non quanto. aut de quibus quantum & non quantum non prędicētur. & ſi daretur aliqua alia prima diuiſio, tūc ſub illius diuiſionis membris contineri non poſſent relationes originis, quæ nec quantæ ſunt nec non quantæ: formaliter nec iſtę relationes continentur ſub finitate, aut infinitate, quia nec finitæ, nec infinitæ ſunt ergo partitio in quantum & non quantum, antecedit illam, quæ eſt in finitum & in infinitum. Secunda ratio poſſet ex dictis ſuis elici ſic. Accipiatur humanitas, aut quæcunque alia quidditas in ſua vltima & maxima abſtractatione, adhuc illa eſt perfectior altera, vt puta humanitas eſt perfectior afinitate. Et confirmatur, accepta aliqua quidditate in vltima ſui abſtractione, habet ordinem ad Deum: & ad alias quidditates. quia ſpecies teſte Ariſt. 8 Meta. tex. comm. 19. ſunt ſicut numeri: & tunc non eſt finita, nec infinita, nec vna nec plures: quia equinitas eſt tantum ipſa, nec vna nec plures: vt teſtatur Auicen. & in iſta abſtractione ordinem habet ad Deum: & eſt imperfectior Deo: & perfectior aliqua alia quidditate & natura: ergo ſic abſtracta adhuc eſt quanta. & Tromb. voluit, quod de quidditate

Relatio in creatura ideò eſt quanta. quia eſt finita formaliter.

Relatio autem diuina quia non eſt infinita, neque finita, formaliter ideo non poteſt eſſe quãta.

ſic abſtracta eſt demonſtrabilis quantitas virtutis. Nam in tali præciſione competit ſibi differentia ſua eſſentialis, quæ indubie & præſtantior & nobilior eſt differentia aſini: relinquitur ergo quod omnibus alijs circunſcriptis homo erit quãtus. & tamen ſic abſtrahitur ab vnitate & multitudine, & ab omni alio poſt. Sed cõtra iſtam diuiſionem entis primam in quantum & non quantum inſurgunt moderni quidam Thomiſtæ: & probant quòd prima diuiſio eſt per vnum & multa, & arguunt ſic. Accipiatur illa natura ſic abſtracta, vt humanitas, illa eſt diſtincta à ſuo modo intrinſeco ex natura rei per vos, ergo eſt indiuiſa à ſe & diuiſa à quolibet alio, quod non eſt ipſa, ergo non eſt indiuiduum, ergo eſt vna, & tamen non eſt quanta, ergo malè dicitur, ꝙ ens prima ſui diuiſione diuiditur per quantũ, & non quantum. Ad hęc dico, quod quidditas vt prior modo intrinſeco, nec diſtinguitur, nec non diſtinguitur à modo formaliter, ſed tantum fundamentaliter ideſt qñ aduenit ſibi talis paſſio, tunc poterit diſtingui formaliter poſitiue, quia equinitas, eſt tantum equinitas, & ſic tũc nullo modo diſtinguitur in iſto primo ſigno, ſed in ſecundo ſigno diſtinguitur à modo ſuo ideſt à quantitate, quia in ſecundo ſigno eſt quanta & ſi dicas, quomodo diſtinguetur in ſecundo ſigno à quantitate? Dicas quòd formaliter poſitiue.

Secundò dubito in hoc quod dixi, quòd de quidditate ſic vltimate abſtracta, poteſt demonſtrari quantitas vigoris, vt patuit ſupra de intentione Scotiſtarum. Contra quod arguo ſic: Ariſt. ſecundo Poſt. & 6. Meta. text. comment. 1. voluit, quòd demonſtratio non poteſt eſſe ipſius quod quid erat eſſe, ideſt diffinitionis: nec ipſius ſubſtantiæ, ſed eſt accidentium propriorum: iſta enim poſſunt de ſubiecto demonſtrari, & non diffinitiones aut ſubſtantiæ, ſed quantum, & non quantum non ſunt accidẽtia propria: ergo quantitas virtutis de humanitate vltimate abſtracta demonſtrari non poteſt. Secundò, ſi quantitas poſſet demonſtrari de humanitate vltimate abſtracta, tunc ſequeretur, quod quantitas virtutis eſſet accidens proprium reſpectu humanitatis, & non modus intrinſecus, cuius oppoſitum tenuimus. Quod ſi fortè dicatur, ꝙ talis quantitas non eſt demonſtrabilis de hoĩe, in illo ſigno, in quod quidditatiue

ditatiue conſideratur,ſed in ſequenti ſigno, à pari: ego dicam,quòd in ſequenti ſigno ſunt demonſtrabiles etiã paſſiones entis,& paſſiones propriæ de homine: & ex hoc nõ ſequitur, ꝙ quantitas præcedit vnitatem. ſicut diximus. Tertiò quomodo poſſunt dicere Scotiſtæ,quòd vnum dicitur paſſio entis? cum Ariſt.dicat quarto primæ philoſ.tex. commen. 3. ꝙ ens & vnum ſignificant eandem naturam, vnde Comment.10 Metaph.tex.commen.8.probat quòd eodem modo vnaquæque ſubſtantia eſt per ſe ens, & per ſe vna. Quartò Ariſt.ibidem concludit,quod quot ſunt ſpecies vnius,tot ſunt & entis. Vltimò 4 Metaph. text. comment.5. dicit quòd eædem ſunt paſſiones vnius, & entis. Ad primum dico, quòd finitas & infinitas ſecundum Scotum 5.quolibet,ſunt quaſi paſſiones entis. Similiter dicamus de quanto, & non quanto, ꝙ iſta ſunt quaſi paſſiones entis,i deſt habent modũ paſſionis entis, & per hoc reſpondeo ad argumenta,quod demonſtratio debet eſſe accidẽtium propriorum,& quod iſti modi intrinſeci, quando de aliquo demonſtrantur,ſunt quaſi accidẽtia propria, vnde patet reſponſio ad dictum Ariſt. accidentia vel quaſi accidentia demonſtrantur, & quantum & non quantum, per Scot.ſunt quaſi accidentia propria:quia finitum & infinitũ vult quod ſint quaſi accidentia propria. Ad ſecundã rationem,qñ dr̃,quod quantitas iſta erit proprietas & non modus intrinſecus, dico, quod eſt bene modus intrinſecus,& proprietas,& propria paſſio,ad hunc ſenſum, i.habet modum propriæ paſſionis,ſiue ſicut paſſio conſequitur ſuum ſubiectum,ſic quodlibet ens,conſequitur quantum & non quantum. Ad tertium dico, ꝙ licèt ens & vnũ dicant eandem naturam pro materiali,non tñ eandem pro formali, & qñ tu dicis,ſi eandem naturam dicunt,vnum non põt eſſe paſſio entis,ad hoc reſpondeo,ꝙ conſequentia non valet: nam homo & riſibilitas,licet eandem naturam dicãt, tñ riſibilitas eſt propria paſſio hoĩs. Ad quartum dico, ꝙ etſi ens & vnum habeãt eaſdem ſpecies,non ex hoc ſequitur,ꝙ vnum non ſit propria paſſio entis, quia cum habeãt eandem naturam,eaſdẽ habebunt ſpecies. ſed ex hoc nõ ſequit̃, quod vnũ non ſit paſſio entis,ſed ſit ipſummet ens, ſed hoc tunc ſequeret̃,qñ vnum & ens eodem modo dicerentur

rentur de ſpeciebus:quod tñ eſt falſum quia ens quidditatiue dr̃ de ſpeciebus,ſed vnum dr̃ denominatiuè. Ad vltimum,qñ dr̃,ꝙ eædem paſſiones ſunt vnius & entis:hoc debemus concedere. nam diximus, ꝙ dicunt eandem naturam,& cum infers,ergo vnum non eſt paſſio entis,ſed erit idem met cum ente hoc nego.nam dicimus,ꝙ licèt homo, & riſibile habeant eaſdem paſſiones,vt patet,quia homo eſt flebilis,& riſibile ſimiliter eſt flebile,& tñ ſtat ꝙ riſibile ſit propria paſſio hominis, ſic dicamus de vno & ente, quod habent eaſdē proprias paſſiones,& tñ vnum eſt paſſio alterius. His rõnibus labefactatis reſpondeo ad qõnē principalem,qñ quæritur,quæ eſt prima diuiſio entis realis,dico, quod loquendo de diuiſione entis realis in ſe, qđ primo diuidit̃ in Deum & creaturam q̃ inquantum & non quãtum,aut per finitum & infinitum, & rõ eſt cum modus intrinſecus inſequatur quidditatem, & poſterior ſit quidditate ſua:Deus & creatura ſunt quidditates reſpectu finiti & infiniti quanti & non quanti: ideo prima diuiſio entis realis erit in Deum & creaturam, tanquam per priora, & per quidditates, & hoc loquendo de diuiſione entis in ſe, & apud intellectum diſtinctè concipientem & fantaſmatibus non indigētem.Alio modo iſta diuiſio entis poteſt capi reſpectu noſtri, & intellectus confuſè concipientis, & quia nos ponimus vniuocationem entis realis apud intellectum confuſè concipientem & non ex parte rei & in ſe, nam apud intellectum diſtinctè concipientem, vt apud intellectum Diuinum, ens non habet vniuocationem, ſed apud nos habet vniuocationem, ideo reſpectu noſtri, & modi noſtri confuſè concipiendi,dicimus,quòd ens prima ſui diuiſione diuiditur per finitum & infinitum, aut per quantum & non quantum, priuſquam per Deum & creaturam : & hoc,quia tenemus ens eſſe vniuocum, quæ vniuocatio entis non eſt nihil penes intellectum confuſè concipiētem.Propterea ſequitur, quòd cum auctor ponat ens eſſe vniuocum,poſuit primam diuiſionem entis non in ſe, & ex natura rei,aut ex parte intellectus diſtinctè concipiētis,ſed ex parte intellectus confuſè concipientis.ideo dixit,ꝙ ens vniuocum prima ſui diuiſione,ſcilicet apud nos diuiditur per quantum & non quantum, & non dixit per

Reſpond. & ad quæſtionem principalem de diuiſione entis.

Deum

Deum & creaturam: cùm tamen hæc ex natura rei & in ſe ſit prima diuiſio, ſcilicet per Deum & creaturam.

Reſponſio ad rationes principales quæſtionis.

Reſtat modò ſolutio rationum principalium. Ad primam, quæ eſt Thomiſtarum, dicentium, quòd prima diuiſio eſt per vnum & multa: quia vnitas eſt maximè intima enti: dico, quòd vnitas eſt maximè intima enti: qa ſunt idē realiter. & loquendo de paſſionibus illa eſt prima diuiſio entis, ſcilicet in vnū & multa: quia tamē quidditas eſt prior paſſione, ideò primò diuidetur per Deum & creaturam, quàm per vnum & multa. Ad rationes modernorum, qui ſimiliter probabant, quòd primò diuiditur ens per vnum & multa, quàm per modos intrinſecos: reſponſum eſt ſuperius, quando argumentati ſunt contra Ant. Trombetam: & conceſſimus quòd prima erat diuiſio entis per modos, quàm per paſſiones: quia modi ſunt magis intimi quidditatibus: maximè loquendo de quanto & non quanto, quàm ſint paſſiones, ſed prima in ſe eſt per quidditates: iſta quæ eſt per vnum & multa, eſt prima accidentium communium & omnium poſteriorum: quę inſequuntur poſt ens & vnum.

Vide de diuiſione entis paduanum Barolitam.

Ad alios dicentes, quòd prima diuiſio entis eſt per ſubſtantiam & accidens, hoc concedo, quòd prima diuiſio, ſcilicet entis finiti & limitati, eſt per ſubſtantiam & accidens, tanquam per quidditates ambas finitas, quàm per quantum & non quantum. ſed, quia quantum & non quātum non diuidunt ens finitum ſolùm ſed ens, quod abſtrahit à finito & infinito, ideò erit prior diuiſio per quantum & non quantum, quàm per accidens & ſubſtantiam. nam Theologicè licet non phyſicè datur ens, vt iam in ſuperioribus ex Scoto demonſtrauimus, quod nec finitum nec non finitum eſt: nec eſt quantum nec non quantum formaliter ſupple: ideo iſta per ſubſtantiam & accidens, ſecundùm Theologos omnibus non poſſet competere: nec diuideretur totum ens. nam paternitas aut filiatio nō cadit ſub ente finito, quod diuiditur in ſubſtantiam & accidens. ideò prior diuiſio erit per quantum & non quantum

Datur ens quod non eſt quātum neque nō quantum Theologicè non phyſicè.

quantum,quàm per ſubſtantiam,& accidens.Nec imagineris,quòd ſit prima diuiſio per finitum, & infinitũ: quia ſicut diximus,& eſt ſententia Scot. 5.q.quolib. datur ens, quod nec finitum,nec infinitum eſt Et per hoc patet quid ſit dicendum ad illos,qui voluerunt,quòd ſit prima diuiſio per finitum,& infinitum,quia falſa opinantur,nam tũc non diuideretur totum ens. Si tamen opinio eorum poſſet habere aliquem ſenſum,dicamus ſic,quòd ens ſcilicet quantum prima ſui diuiſione diuiditur per finitum,& infinitum,ſed non eſt verum de ente communi quanto, & nõ quanto.Ad illos,qui dixerunt, quòd prima diuiſio eſt per cauſam,& cauſatum,ſicut eſt Simplicius,dico ꝙ eſt falsũ. nam in ſe prima diuiſio eſt per Deum , & creaturam: ſed reſpectu noſtri eſt per quantum,& non quantum: quia illud,quod primo inſequitur Deum,& creaturam eſt quãtitas,& non quantitas:ſed cauſa & cauſatum ſunt reſpect⁹ extrinſeci:ideo ſunt in Deo,& creatura poſt quantitatem & non quantitatem.ideo non erit iſta prima diuiſio, & ad Simplicium dico,quòd ens primò diuiditur per cauſam, & cauſatum tanquam per reſpectus extrinſecos.Patet igitur,quòd prima diuiſio eſt per quantum, & non quantum ſecundùm modum noſtrum concipiendi, & ſecundũ hunc modum loquutus eſt auctor: ſed diuiſio entis in ſe eſt per Deum,& creaturam:& entis finiti in ſe eſt per ſubſtantiã, & accidens.& ſic eſt finis quæſtionis principalis, primæ diuiſionis entis.

1. diuiſio eſt per quantũ, & non quãtum, ſecundum noſtrũ modum conciepiendi.

Conformatio cum Ariſt.

SEd vbi Ariſt. poſuit hanc diuiſionem entis per quantũ & non quantum? Dico,quod nullibi,quia Ariſt.nõ imaginatur entia non quanta:ſicut eſt paternitas , & filiatio, quæ nec quantitatem habent,nec non quantitatem. Sed hanc diuiſionem entis per quantum , & non quantum poſuerunt Theologi,vide Sco.5.q.quolib.

Declaratio Textus.

Alia a Deo ſunt entia per participationem.

Sequitur in textu(ens quantum diuiditur per finitũ,& infinitum:& hoc totum ſumptum eſt ex Sco.q.5 .quodlib. quòd omne illud,quod habet perfectionẽ,aut habet partialem,

tialem, aut totalem: ſi totalem, ſic eſt ens infinitum, ut Deus: aut habet partialem,& ſic eſt ens finitum, vt creatura.) nota, quòd entia finita iſto modo ſunt entia per participationem: non quod partem capiant à Deo, ſed per participationem, quia aliquid ſibi deficit in quantum entia ſunt: ſaltem deficit eis perfectio Dei.

Conformatio cum Ariſtotele.

SEd vbi Ariſt. poſuit ens infinitum in vigore? vt vera ſit diſtinctio per finitum,& infinitum. Scotus tenet infinitatem in vigore eſſe in Deo, ſecundùm mentem Ariſt. 2. diſt. 1. par. 1. q. 2. & adducit rationem Ariſt. 8. phyſi. tex. c. 78. primum mouens mouet motu infinito: ergo eſt infinitæ potentiæ. Sed hæc concluſio non poteſt intelligi tantùm de infinita potentia in duratione: ac ſi probaret, quod eſt ſolùm infinitus in tempore, dicit Scotus, quia Ariſtot. per infinitatem potentiæ probat, quòd non poſſit eſſe in magnitudine: vnde vult, quòd illud, quod habet potentiā infinitam, non habet quantitatem molis: ſed potentia infinita in duratione ſtat cum magnitudine ſecundùm Ariſt. quia ponit cœlum habere magnitudinem, & potentiam infinitam in tempore: quia videlicet poteſt durare per infinitum tempus. ergo, ſi Ariſt. probat Deum habere infinitam potentiam, iſta potentia non erit infinita tantùm in tempore, quia talis ſtat cum quantitate: Deus autem non eſt quantus,& habet potentiam infinitam: ergo non habet ſolùm illam, quæ ſtat cum quantitate, ſcilicet potentiam infinitam in tempore, ſed habet illam, quæ eſt infinita in vigore. Et ſi contra Scotum inſtares, iſta ratio Ariſto. non concludit infinitatem Dei in vigore: vnde aliquis poſſet dicere Scoto, quòd verum eſt, quòd infinita potentia non ſtat cum magnitudine, ideſt non datur orbis, qui componatur ex magnitudine,& intelligentia, quæ eſt infinita in potentia, ſed bene datur orbis habens magnitudinē, cui aſſiſtit intelligentia, quæ eſt infinitæ potentiæ,& ſic potentia infinita non informat magnitudinem, ſed aſſiſtit magnitudini: & ideo Ariſt. non probat, quòd illud, quod eſt infinitæ potentiæ, non poſſit aſſiſtere magnitudini, ſed vult, quòd

Et ſi contra Sco. inſtares quòd ratio Ariſtot. non includit infinitatē Dei.

quòd illud, quod eſt infinitæ potentiæ, non poteſt informare magnitudinem, & ſic intelligendo probationem Ariſt. patet, q; non probat Ariſto. Deum eſſe infinitum in vigore, quia mouet motu infinito, ſed bene probat, q; eſt infinitæ potentiæ. ſ. in duratione, quæ poteſt ſtare cum aliqua quantitate, cui aſſiſtat, ſed non quòd illud, quod eſt infinitæ potentiæ informet illam quantitatem. Patet igitur, quòd ratio illa Ariſt. nõ ponit infinitatem in vigore. nec poſſum reperire phyſice loquendo, quomodò poſſit ex principijs naturalium indagari iſta infinitas. Rationes ſimiliter, quas adducunt Theologi, omnes poſſunt ſolui a Philoſophis. Ad hoc ego reſpondeo, quòd per iſtam vnã rationem Philoſophi, ſufficienter habemus infinitatẽ Dei quæ adducitur a Sco. 7 quolib. circa medium, & in 2. q. diſtin. 20. primi ſenten. Vnde Ariſt. 8. phyſ. probat, quòd primus motor mouet motu infinito: tu dicis motu infinito. ſ. in tempore: tunc ex hoc probo, quòd erit Deus infinitus intenſiue. Nulla virtus poteſt per infinitum tempus mouere, niſi vel a ſe, vel virtute alterius, & tandem oportet ſtare ad aliquam primam, quæ mouet ex ſeipſa: Ariſt. ergo arguit de potentia primi mouentis, qui non mouet virtute alterius, ſed a ſe. Et ex hoc poteſt inferri, quòd ipſa ſit infinita intenſiue.. Quod autem habet a ſe potentiam actiuam, habet a ſe entitatem. Quod habet a ſe aliquid, habet illud in tota plenitudine, quæ ſibi poteſt competere. Nihil enim habetur limitate in aliquo, niſi habeatur ab aliquo agente determinante illud ad certum gradũ: quia, ſi vnum ens habeat a ſe plenitudinem entitatis, & aliud ens non haberet a ſe talem plenitudinem, ſed entitatem limitatam, omnino nulla eſſet ratio, quare illud plus haberet plenitudinem entitatis, quàm iſtud: ſed videretur eſſe caſus, qui non poteſt eſſe in his, quę ſunt a ſe. Ex hoc igitur, quòd primum mouens mouet a ſe, & per conſequens eſt a ſe, quia qui habet principium operandi a ſe, poteſt a ſe operari: cum enim tota plenitudo potẽtiæ actiuæ, & entitatis, non poſſit eſſe ſine infinitate intenſiua, ſequitur, quod ipſum ſit infinitæ potentiæ intenſiue. Et quia iſta ratio Ariſt. eſt octaui phyſ. 78. quam Scot. iſto modo pertractauit, colorauit, fortificando eam ſic ſeptima.

Per vnam rõnem philoſophi ſufficienter habemus infinitatem Dei, quæ adducitur a Sco. 7. quol.

ma.quolib.& eandem ponit Sco.2.diſt.primi: ſi fortificetur, & declaretur iſto modo, valet ratio, quam adducit Scotus ſecunda primi,& arguas ſic, primum mouens mouet motu infinito a ſe:ergo habet a ſe potentiam infinitã mouendi:ergo habet a ſe entitatem: ergo non determinatam ad certum gradum,& ſic infinitam intẽſiue, & iſto modo ceſſant inſtantiæ contra infinitatem Dei intenſiuã, ſecundùm viam naturalem. Notanter dicitur in iſto antecedente primum mouens mouet, & non dicitur põt mouere:quia in via Ariſtotelis iſta potentia mouendi eſt neceſſariò coniuncta actui, quia inter extrema immutabilia cuiuſmodi eſt Deus,& cœlum vt vult Stagirita, eſt habitudo neceſſaria,neceſſitate immutabilitatis,quę negat oppoſitum poſſe ſuccedere oppoſito.i.quietem motui. iſ ſi diceretur poteſt mouere motu infinito ergo eſt infinit⁹ non valeret, quia antecedens non concederetur ab Ariſ. Principale etiam confirmatur per Auer.in 3.c.de ſubſtãtia orbis,vbi poſuit aliud infinitum actione,& velocitate aliud infinitum actione & paſſione in ſe.Idem hẽt ſecundo cœli 71.iſta perplexio accidit,quia non poſſunt diſtinguere infinitum in qualitate a finito in quantitate,ſed infinitum in qualitate infinitum eſt intenſiue:ergo ſecundũ eum datur infinitas vigoris,& intenſiua.

Sed vlterius hic quæro duo:primò, an omnia ſint infinita in diuinis eodem modo.Secundò,an ſint tot infinitates in diuinis quot ſunt attributa. Quantum ad primũ dico, quòd duplex eſt infinitas: vno modo infinitas poteſt ſumi formaliter,alio modo identice, & iſto ſecundo modo relationes diuinæ ſunt infinite identice, & non formaliter, infinitas formalis eſt tunc,quando aliquid eſt infinitum ex ratione ſua,ſed iſta infinitas adhuc capitur dupliciter. vno modo formaliter radicaliter, alio modo formaliter pullulatiue, primo modo eſſentia diuina ſola eſt infinita formaliter radicaliter,ideſt radix eſt & fundamentum totius infinitatis. Alio modo ſumitur infinitum formaliter pullulatiue,& iſtud eſt infinitum ab alio, vt ſunt attributa in diuinis: quæ pullulant a radice infinitatis, ideſt ab eſſentia, quæ eſt infinita a ſe fundamentaliter. Et ſic patet quid ſit reſpondendum ad primum quæſitum. Ad ſecun-

An oĩa ſint infinita i diuinis.

Secundo an ſint tot infinitates i diuinis quot sũt attributa.

ſecundum reſpondet Franciſcus, quòd tãtum eſt vna infinitas in Deo, quæ dicitur infinitas eſſentiæ. vnde ſi alia in Diuinis dicantur infinita, non propria infinitate dicuntur infinita, ſed tantùm infinitate eſſentiæ. Alij dicunt, quòd eſt vna infinitas in Deo radicalis, quæ eſt infinitas eſſentiæ, & tamen cum hoc ſunt tot infinitates modaliter diſtinctæ, quot ſunt attributa. v.g. infinitas ſapientiæ eſt modaliter diſtincta ab infinitate iuſtitiæ, & ſic ponuntur plures infinitates in diuinis, & non dicas, quòd iſtę infinitates ſunt diſtinctę formaliter, ſed tantùm modaliter: quia infinitates, quæ ſunt modi intrinſeci, non dicunt formalitatem. Vltimò hic quæro, quando dicimus, quod diuiditur ens, quid diuiditur, & qualis eſt diuiſio? Ad hoc dico, quòd prima diuiſio entis in reale, & rationis fuit diuiſi ò æquiuoci, ideſt vocis in ſua æquiuocata: ſecunda, & tertia ſcilicet quando diuiditur ens per quantum, & non quantũ in ſecunda diuiſione: & per finitum, & infinitum, in tertia diuiſione, eſt diuiſio conceptus entitatis, quaſi in ſuas partes eſſentiales. & eſt tunc, quando diuiditur ens per modos intrinſecos. quarta diuiſio eſt per abſolutum, & reſpectiuum: & iſta eſt quaſi ſubiecti in accidentia, ſicut hominis in album, & nigrum: & notanter dico, quòd eſt diuiſio ſubiecti in accidentia: quia accidit enti reali, quòd dependeat ad terminum, vt eſt reſpectiuum: & quòd non habeat talem dependentiam, vt eſt abſolutum.

Franciſ. de Mayronis dicit, quod ē una iſinitas in Deo radicalis, quæ ē infinitas eſſentia.

Notandum in primis circa hunc Syrecti textum venit quòd non poteſt circa has entis diuiſiones poni ordo neceſſarius, & requiſitus ad legitimam diuiſionem, vt in arbore prædicamentali. nam aliquod membrũ vnius continet, & continetur: interdum a membris alterius particulariter ſaltem, vt patet diſcurrendo, & maxime comparãdo reſpectiuum ad ens quantum.

Hoc ſic declaro, in iſtis quatuor diuiſionibus entis, non datur ordo diuiſionis, & ſubdiuiſionis, ſicut fit in arbore prædicabilium. nam ibi diuiditur ſubſtantia in corporeã, & in incorpoream, deinde ſubdiuiditur corporea in corpus animatum, & in corpus inanimatum: ita vt nullum horum membrorum contineatur ſub altero, ſed hic non diuiditur ens quantum per finitum, & infinitum: & poſt finitum,

tum,

tum,& infinitum per abſolutum, & reſpectiuum,quia illa diuiſio ſupponeret falſum. & aliquod membrũ vnius con tineret & contineretur, ſicuti eſt quando ens reale diuiditur per ens quantum & non quantum,ens reale continet, & continetur interdum a membris alterius: quia ſcilicet ens reale continet potentialiter ens quantum,& non quãtum, & continetur à membris alterius ſcilicet diuiſionis quia ens reale continetur eſſentialiter ab ente quanto, & non quanto:quia ens quantum & non quantum includunt ens reale, eſſentialiter ſaltem quantum. Et dixit prius interdum, & particulariter ſaltim : quia hoc non eſt verum in omnibus diuiſionibus, vt patet diſcurrendo, ſicut ipſe exemplificat, comparando reſpectiuum ad ens quantum quia ens quantum non continet abſolutum, & reſpectiuũ potentialiter : nec ens quantum continetur eſſentialiter in abſoluto,& reſpectiuo, ideſt abſolutum, & reſpectiuũ non includunt ens quantum eſſentialiter. & probo ſic, ꝙ ens quantum non diuiditur in abſolutum, & reſpectiuũ. nam ſi quantum diuiditur in abſolutum, & reſpectiuum, tanquam ſuperius in ſua inferiora, tunc omne reſpectiuũ includet ens quantum, & ſic relationes originis erunt quantæ, quod eſt omnino falſum. Si verò dixeris non diuiditur ens quantum, ſed ens non quantum in abſolutũ, & reſpectiuum: ergo relationes creatæ erunt non quantæ:quod abſurdum eſt. Patet ſimiliter, quòd non ſeruatur ordo diuiſionis, & ſubdiuiſionis in omnibus iſtis diuiſionibus. Quia ens finitum,& infinitum non diuiditur per abſolutum, & reſpectiuum : quia ſi infinitum diuideretur per abſolutum, & reſpectiuum, tunc omnia abſoluta creata, & omnia reſpectiua creata, eſſent infinita, cùm membra diuiſa naturam participent diuiſi, quod manifeſtè eſt, & erroneum, & abſurdum. ſimiliter ens finitum non diuiditur per abſolutum, & reſpectiuum: quia tunc omnia abſoluta, & reſpectiua eſſent entia finita:& tunc Deus, & quæcunque ſunt in Deo eſſent finita, quod claudit manifeſtam contradictionem. reſtat igitur, quòd ens reale ſolum diuiditur per abſolutum, & reſpectiuum.

TEXTVS.

Omne enim ens dicitur formaliter abſolutum, quod non eſt formaliter ad aliud: ſicut eſt Deus, & omnia attributa in diuinis, & tria genera generaliſſima tantum, ſcilicet ſubſtantia, quantitas, & qualitas. Ens vero reſpectiuum dicitur illud, quod formaliter eſt ad aliquid, ſicut ſunt in diuinis proprietates notionales, & relationes communes, & iſta ſeptem prædicamenta, ſcilicet ad aliquid, actio, paſſio, quando, vbi, ſitus, & habitus. Et iſtarum relationum quædam dicuntur intrinſecus aduenientes, ſicut ſunt omnes relationes de prædicamento ad aliquid: Aliæ verò ſunt relationes extrinſecus aduenientes, vt ſunt relationes de ſex vltimis prædicamentis.

OMne ens dicitur formaliter abſolutum, quod nõ eſt formaliter ad aliud. Dixit auctor, ſicut eſt Deus, & omnia attributa in diuinis: & tria genera generaliſſima, ſ. ſubſtantia, quantitas, & qualitas, & tu intelligas, non eſt formaliter ad aliud, ideſt cuius eſſe quidditatiuum non eſt eſſe ad aliud, ſed ad ſe, & ſic eſt Deus, & alia prædicta. Et pro declaratione huius termini, attributum, debes ſcire: quòd attributum dupliciter capitur. primo modo largè pro perfectione quidditatiua ſiue qualitatiua: quidditatiua vt ſubſtantia ſpiritus: qualitatiua vt ſapiens, iuſtus, & ſic de alijs. Alio modo proprie, & ſic dicitur eſſe perfectio ſecundaria, non quidditatiua, quæ accipitur à creaturis, & attribuitur Deo via remotionis, & eminentiæ. dico via remotionis, quià ab accidentibus remouemus accidentalitatem, & finitatem, & alias imperfectiones, quæ ſunt in ſapientia & iuſtitia: dico via eminentiæ: quia ablatis imperfectionibus ab his accidentalibus ſcilicet à iuſti

Quæcunque accipiuntur ex creaturis, & attribuuntur ipſi Deo via remotionis, &

tia,

tia,& ſapientia,attribuimus ei ſummitatem, & infinitatẽ, & iſto modo dicimus eſſe in Deo ſapientiam ſummam & infinitam,& ſimiliter iuſtitiam.dicitur perfectio ſecundaria,ad differentiam perfectionis primarię:quia prima perfectio dicitur illa,quæ quiditatiuè prædicatur de Deo.vnde Ariſt. 7. Metaphyſicæ text. comment. 4. comparando iſta prædicata ad inuicem: dixit ſcire autem tunc ſingula maximè putamus, quando quid eſt homo cognoſcimus, aut ignis,magis quàm cuius quale,aut quantum, aut vbi, vnde cognitio, qua rei quiditas cognoſcitur, dicitur intellectus:& illa,qua cognoſcitur rei proprietas,dicitur ſcientia:intellectus autem nobilior eſt quàm ſcientia. Hic autem nomine intellectus intelligit vnum ex habitibus intellectualibus cuius eſt cognoſcere principia,vt aſſerit Ariſt. in 6.Ethico.c.3.Ens verò reſpectiuũ,dicitur quod formaliter eſt ad aliud,ideſt eſſe quidditatiuũ entis reſpectiui eſt eſſe ad aliud,verbi gratia eſſe quidditatiuũ & forma ſe filiationis,eſt eſſe ad patrẽ. Vnde notare debes pro iſto termino formaliter,quia in diffinitione dicitur, quòd ens reſpectiuũ eſt quod eſt formaliter ad aliud,quòd iſte terminus formaliter, multipliciter capi poteſt:primo modo formaliter tantũ valet ſicut quidditatiuè, ſicut dicimus, ꝙ homo formaliter eſt animal, ideſt quidditatiuè eſt animal.ſecũdo modo vt diſtinguitur cõtra virtualiter, & iſto modo dicimus quòd ſol nõ eſt formaliter calidus,ſed virtualiter: ſed paries iſto modo nõ eſt virtualiter albus,ſed formaliter.Tertio modo ſumitur formaliter ideſt vniuerſaliter,vt ignis eſt formaliter calidus, ideſt vniuerſaliter: & iſtud membrum coincidit cum ſecundo. Quarto modo ſumitur formaliter vt idem eſt quod habere aliquod principium actiuum, & ſic homo eſt formaliter animatus ideſt homo habet animam qua poteſt agere, & planta eſt formaliter animata,ideſt planta habet animam, qua poteſt agere. Quando verò in diffinitione abſoluti ponitur, quòd non eſt formaliter ad aliud, ſimiliter in diffinitione reſpecti quòd eſt formaliter ad aliud, accipitur formaliter primo modo,ideſt quidditatiuè: vt dicẽdo ſic:ens abſolutum eſt illud,quod non eſt formaliter ad aliud,ideſt cuius eſſe quidditatiuum non eſt eſſe ad aliud.

eminentia & non ſunt prædicata quiddıtatiua ſunt propriè attributa.

Intellectus & ſcientiæ diſcrimen.

Iſte terminus formaliter multipliciter capi poteſt.

D Obſerua-

Obſeruatione etiam mihi dignum videtur, quod auctor definiens abſolutum & reſpectiuum vtitur iſto termino formaliter quod non vacat myſterio. quia abſoluta omnia denominatiuè bene poſſunt eſſe ad aliud, & fundare relationem, tamen non propter hoc ſunt formaliter & quidditatiuè ad aliud, & reſpectiua. vt ecce exemplum: Deus, vtique abſolutum eſt, ſed vt creator eſt, denominatiuè habet reſpectum ſaltem rationis quantitas formaliter eſt abſoluta, ſed denominatiuè eſt æqualis vel inæqualis: ſimiliter ſubſtantia omnis eſt eadem vel diuerſa: & qualitas eſt ſimilis vel diſſimilis. propterea igitur in diffinitione abſoluti ponitur, formaliter, quia quidditatiuè non eſt reſpectiuum.

Relationes ſunt quæ cõpetunt vni perſonæ tantũ aut duabus, ſicut paternitas, ſpiratio actiua & dicũtur notionales à noſco noſcis quia per ipſas noſcuntur & notificantur perſonæ Diuinæ.

ENs verò reſpectiuum dicit autor erit ſicut ſunt in diuinis proprietates notionales: & relationes communes: & iſta ſeptem prædicamenta, ſcilicet ad aliquid, actio paſſio, quãdo, vbi, ſitus, & habitus, quia verò dixit proprietates notionales aduerte, quòd differentia eſt inter proprietatẽ notionalem, & perſonalem: proprietas perſonalis eſt quæ competit vni ſoli perſonæ: vt paternitas patri, filiatio filio: ſpiratio paſſiua ſpiritui ſancto. Sed notionale eſt illud quod non eſt commune tribus perſonis, ſiue per ipſum conſtituatur perſona, ſiue non, nam ſpiratio actiua eſt vnum notionale, quod competit patri & filio, & per ipſum nulla perſona conſtituitur: in patre aliqua notionalia ſunt poſitiua vt paternitas & generatio actiua: quæ idem ſunt & per paternitatem conſtituitur pater: aliqua ſunt negatiua, vt innaſcibilitas.

QVia verò diximus, quod attributum in diuinis eſt perfectio ſecundaria, quæ ſibi attribuitur via remotionis & eminentiæ, & diximus, quòd ſapientia, & iuſtitia, & ſimilia in nobis ſunt accidentia: & quando Deo attribuuntur, ab his remouetur accidentalitas, & ſubſtantiæ ſunt. Hic in duobus dubito. primò, ſi ſapiẽtia in Deo dicitur eſſe ſubſtantia, in nobis non poteſt eſſe accidens: quia per Philoſophum quod verè eſt, nulli accidit, ex primo phyſicorum: ſed in Deo eſt ſubſtantia: ergo in nobis

non

non poteſt eſſe accidens. Secundò quæro indiuiduum ſapientiæ, quæ eſt in nobis, vtrùm ſit indiuiduum ſapientiæ tranſcendentis & qualitatis ſimul, an alterius tantũ? Quòd non vtriuſque probo: quia nihil idem continetur ſub diuerſis prædicatis dictis in quid de eo non ſubalternis: ſapientia autem tranſcendens, & qualitas non ſunt ſubalterna, ergo non poteſt eſſe indiuiduum vtriuſque. Si hoc argumentum valet, vnum videtur dandum, quòd ſapientia in nobis vel ſit tantùm indiuiduum ſapiẽtiæ tranſcendentis, vel tantùm indiuiduum generis qualitatis: nõ videtur dandum ſecundum, quia tunc non eſſet in nobis perfectio ſimpliciter, quod eſt contra Auguſt. Si detur primum: ergo non omnis habitus formaliter eſt in genere qualitatis, ſed omnes ſunt tranſcendentes, qui important perfectionem ſimpliciter. Ad primum dico, quòd in nobis eſt alia ſapientia & alia in Deo: quia noſtra eſt in genere, & illa Dei extra genus: modò ad dictum Ariſt. quando dicebat quod verè eſt nulli accidit, ideſt idem indiuiduum: aut eadem natura, aut idem genus ſubalternum: vel generaliſſimum: quod eſt ſubſtantia non poteſt eſſe accidens: & hoc adducebat Ariſtoteles contra Parmenidem & Meliſſum: ſed non loquebatur de ſubſtantia extra genus, qualis eſt in Deo: quia Deus & ea quæ in Deo ſunt, nullo modo ſunt in genere: ſed ſubſtantia de qua loquitur ibi Ariſt. erat genus aut in genere. Ad ſecundum dico, quòd indiuiduum ſapientiæ noſtræ, eſt indiuiduum ſapientiæ generis qualitatis, & quando dicis, nihil idem continetur ſub diuerſit prædicatis dictis in quid, non ſubalternis. dico, quod duplex eſt ſubalternatio, vna eſt generica: & illo modo ſapientia, quæ eſt in genere qualitatis: & ſapientia tranſcendens non ſubalternantur. Alio modo eſt alia ſubalternatio, quæ eſt extra genus, & iſto modo bene ſapientia noſtra poteſt eſſe indiuiduum duorum prædicatorum dictorum in quid, quę extra genus ſubalternantur, & iſto modo ceſſant illæ duæ difficultates ideſt quod non ſit in nobis perfectio ſimpliciter propriè: ſicut probabatur ceſſat ſimiliter, quòd habitus formaliter non ſit in genere qualitatis.

Scientia in Deo eſt ſubſtãtia, et ratio eſt quia ſcientia non vniuocè, ſed æquiuocè dicitur de ſciẽtia noſtra & de ſcientia Dei vide Zi. Theo. 4. & Auer. 12. metha. com. 51.

Conformatio cum Ariſtotele.

SEd vbi Ariſtot. ponit iſtam diuiſionem entis in abſolutum & reſpectiuum? Dico, quòd in prædicamentis ponitur ens abſolutũ genericum diſtinctum à reſpectiuo generico: & vult quòd ens reſpectiuum ſit ad aliud in capitulo de relatione: ſubſtantiam verò quantitatem & qualitatem non ponit habere eſſe ad aliud, & per hoc habetur iſta diuiſio.

TEXTVS.

Dicitur autem relatio intrinſecus aduenjens, quæ neceßariò ponitur poſitis fundamento & termino; ſicut eſt paternitas, filiatio, ſimilitudo. implicat enim cõtradictionem ponere duo alba, quin ſit ſimilitudo etiam per diuinam potentiam, ſecundum Scotum. ij. & iij. Sententiarum, & in multis alijs locis. Sed relatio extrinſecus aduenjens eſt, quæ non neceſſariò ſequitur extrema poſita in actu, ita quòd per aliquam potentiam fundamentum & terminus poßunt poni, & tamen non erit relatio, vt patet de relatione agentis ad paßum: poſſibile eſt enim ponere ignem & ſtuppam, & tamen non erit combuſtio. Et ſi dicatur quòd ignis non eſt proximum fundamentum combuſtionis, ſed approximatio agentis ad paſſum: licet hoc ſit falſum, quia illa approximatio non denominatur agens vel patiens: tamen adhuc poßunt eſſe combuſtiuum & combuſtibile approximata, vt patuit de tribus pueris in camino ignis ardentis Danielis. 3. & non erit combuſtio: & ſit patet quod tales relationes ſunt extrinſecus aduenientes.

IBi (dicitur autem relatio intrinſecus adueniens, quæ neceſſariò ponitur poſitis fundamento & termino, de qua habet Scotus ſexta diſt. quarti q decima, quòd nõ dicitur eſſe intrinſecùs adueniens ratione extremorum ſed quia per aliquam potentiam eſt impoſſibile fieri, quòd poſitis fundamento & termino, non inſurgat talis relatio etiam in quacunque diſtantia: vt poſito patre Romæ, & filio Burdegalæ neceſſariò inſurgit relatio. & de iſta pono duas concluſiones: prima, implicat cõtradictionem quòd ſint extrema, & non ſit talis relatio, & ratio eſt, quia dicit Sco. eadem productione, qua producuntur extrema, producitur relatio. & de hac loquitur Scotus. 17. diſt. primi, q. 2. quòd relatio non habet propriam cauſam intrinſecùs aduenientem, non vult dicere, quòd non habet cauſam, ſed quòd non habet propriam & ſibi particularẽ: quia eadem productione, qua extrema producuntur, producitur relatio. Secunda concluſio, non poteſt eſſe talis relatio ſine ratione fundandi: quia genuiſſe vel potentia actiua generatiua, eſt ratio fundandi paternitatem & ex hoc ſequitur. quòd paternitas nonpoteſt eſſe ſine ea. Sequitur ex hoc corollarium, quòd malè dicunt illi Theologi aſſerentes, quòd quando Chriſtus dixit in cruce, Mulier ecce filius tuus: deinde diſcipulo Ecce mater tua: quòd Deus potuit capere filiationem Chriſti & ponere in Ioanne, hoc eſt falſum, quia ibi in Ioanne non erat ratio ſua propria fundandi talem relationem.

Quæ ſit relatio intrinſecus adueniens.

Sequitur ex hoc corollarium.

IBi, cũ dicitur (ſed relatio extrinſecùs adueniens eſt quę nõ neceſſariò ſequitur extrema poſita in actu, ita quòd per aliquam potentiam fundamẽtum & terminus poſſunt poni: & tamen non erit relatio, vt patet relatione agentis ad paſſum. poſſibile eſt enim ponere ignem & ſtuppam, & tamen non erit combuſtio, & ſi dicatur, quòd ignis non eſt proximum fundamẽtum combuſtionis, ſed approximatio agentis ad paſſum, hoc eſt falſum: quia illa approximatione non denominatur agens, vel patiens. Hic te oportebit notare, quòd in igne agente in aquam paſſam eſt triplex reſpectus: primò eſt reſpectus ignis agentis ad aquam paſſam & èconuerſo: ſecundò reſpectus ignis educentis formam de potentia materiæ & formæ eductæ

Quæ ſit relatio extrinſecus adueniens.

ad ignem: tertio ignis producentis totum per accidens, ſcilicet aquam calidam ad totum productum per accidens. Hic ſunt duæ opiniones: vna nonnullorum dicentiū, quòd primus reſpectus ſit producentis ad productum. ſecundus educentis ad eductum de potentia materiæ. Tertius & vltimus agētis ad paſſum. Et pro iſta via ſunt multæ rationes: prima Sco. in ſecundo diſt. prima quę. 2. & in primo diſt. 35. dicit, quòd primò eſt abſolutum in cauſa. ſecūdò ſequitur abſolutum in effectu. tertiò ſequitur reſpectus, effectus ad cauſam. in quarto eſt reſpectus in cauſa rationis, vel nullus: prius igitur ſecundùm eum erit caliditas in aqua, quàm reſpectus inſurgat, ideſt reſpectus agentis ad paſſum: ergo prius erit reſpectus producentis ad productum, quàm ſit reſpectus agentis ad paſſum. Secunda ratio: quandocunque ex aliquibus extremis inſurgunt reſpectus, quorum aliqui ſunt intrinſecus aduenientes, & aliqui extrinſecus, prius ſunt illi intrinſecus aduenientes, quàm extrinſecus, ſed producentis ad productum, vel educentis ad eductum, ſunt reſpectus intrinſecus, & reſpectus agentis ad paſſum. ſunt extrinſecus, ergo prius ſunt illi, quàm iſti agentis ad paſſum. Alia eſt opinio primæ contraria, & pro iſta ſecunda opinione ponatur iſta ratio: ſi relatio agentis ad paſſum eſt vltimus reſpectus ſequitur, quòd actio ſit reſpectus intrinſecus: ſed hoc eſt falſum, & probo conſequentiam, quia neceſſariò inſurgit poſitis extremis, & Deus non poteſt impedire, quin inſurgat, ſtante quòd alij reſpectus anteceſſerint, ſcilicet producentis ad productum, & educentis ad eductum. hoc autem abſurdum eſt, quia actio eſt reſpectus extrinſecus. Ponitur ergo talis ordo: primò eſt reſpectus agentis ad paſſum. ſecundò educentis ad eductum. tertiò producentis ad productum. Ad argumenta & primò ad primum, & ad regulam Scoti, dico, quòd regula Scoti habet veritatem in illis, quæ ſe habent, ut cauſa & cauſatū. Sed quia in Deo non poteſt de nouo fundari aliqua relatio realis, ſicut in creatura ideò prius eſt abſolutum in Deo. ſecundò abſolutum in creatura. tertiò relatio realis in creatura: & ſi aliqua relatio eſt in Deo, vel rationis eſt vel nulla: ſed ſi in Deo poſſet fundari

Si aliqua relatio ē ī deo ē relatio rationis.

relatio

relatio realis prius in Deo eſſet reſpectus agentis ad paſſum,dehinc reſpectus producentis ad productum. Ad ſecundam rationem dico,quòd non inconuenit,ꝙ prius inter duo extrema inſurgat reſpectus extrinſecus,quàm intrinſecus.Contrarium tamen uidetur ſequi ex præmiſſis: nam ſuperius dictum eſt, quòd reſpectus intrinſecus aduenientes non producuntur productione ſibi propria,ſed illa qua fundamenta eorum producuntur: ergo cum ſyllogiſmus ſecundus primæ opinionis in hac hypotheſi ſit conſtitutus, quòd duo reſpectus ex productione aliquorum duorum extremorum abſolutorũ cauſentur, & quæratur quis nam prior producatur:certe cum relatio neceſſariò conſequatur extrema,reſpectus autem non niſi contingenter,& accidentariò: uidetur reſpectum intrinſecus aduenientem,qui eſt intimior,prius conſurgere reſpectu intrinſecus aduenienre. Etſi concedendum ſit in relationibus creaturæ ad Deum reſpectus fundatos in creatura præcedere illos rationis qui Deo adueniunt.

Sed quia dictum eſt, quòd reſpectus extrinſecus eſt, qui non neceſſariò ſequitur extrema poſita in actu, ita quòd per aliquam potentiam fundamentum, & termin⁹ poſſunt poni,& tamen non erit relatio. poſſet ſic argui. Ponatur res temporalis,& tempus,vt ſit Franciſcus in iſto die, tunc Deus non poſſet per potentiam ſuam facere, quòd reſpectus quando non neceſſariò inſurgeret. nam ſi tempus ponitur, & res temporalis,neceſſariò reſpectus quando erit:ergo quando erit reſpectus intrinſecus adueniens.Ad hoc reſpondeo, quòd quando eſt reſpectus extrinſecus adueniens, quia non neceſſariò ſequitur extrema poſita ineſſe, & quando arguis, quòd Deus non poſſet facere,ſi extrema eſſent poſita in eſſe,ut res temporalis,& tempus.quòd non inſurgeret reſpectus. dico, quòd hoc verum eſt,ſi illa res poneretur infra cœlum ubi eſt tẽpus:tunc enim poſito tempore, & re temporali, neceſſariò reſpectus ſequitur, & ſic inſtantia procedit, tamen ſi res temporalis poneretur extra cœlum,cum tempus ponatur menſura motus cœli, quia ea, quæ ſunt infra cœlum,menſurantur,tunc eſſet tempus ineſſe, & actu.& res temporalis in eſſe, & actu, abſque huiuſmodi adiacen-

tia temporis ſcilicet,& rei illius,quæ eſſet in tempore, & ſic abſque quando,& hoc,quia tunc ponitur res temporalis extra cœlum.

VLterius reſtat videre, quomodò vbi eſt reſpectus extrinſecus adueniens? quia iam dictum eſt, ꝙ ille eſt reſpectus extrinſecus, qui non neceſſariò conſurgit poſitis extremis ineſſe,vt poſito loco,& poſito corpore poteſt eſſe corpus ſine loco,& ſine reſpectu fundato in loco. Sed tu dices hoc eſt falſum, ꝙ poſſit eſſe corpus ſine loco, & ſine reſpectu vbi. Nam mens non capit,ꝙ corpus maneat ſine loco. Ad hoc reſpondeo, ꝙ non includit contradictionem, corpus eſſe ſine corpore aliquo continente, & per conſequens ſine vbi:immo ita eſt de primo cęlo,quod quidem eſt in loco,quo ad locare inquiũt philoſophi,nõ quoad locari. vltra hoc dico ad formam difficultatis,ꝙ quando dicitur,ꝙ corpus poteſt eſſe ſine loco, intelligitur ſine aliquo loco determinato, ſed ꝙ ſit omnino ſine omni loco,hoc non eſt verum,ſed bene ſine iſto,vel illo,& ſic ſine reſpectu. Et vt clarius intelligas qũo reſpectus vbi non eſt intrinſecus adueniens.i.non neceſſariò cõſurgit extremis poſitis,vide Sc.11.q.quodlib.vbi declarat, ꝙ poteſt Deus conſeruare idem locabile,& eundem locum,& tamẽ non manebit eadem circunſcriptio : quia corpus ab illo loco poteſt remoueri,& manere in alio loco,vt ſit hoc lignum in iſta ſchola,remoueatur modò lignum, & ponatur in eccleſia,Deus poteſt conſeruare lignum idem,& eundẽ locum,& non erit eadem circunſcriptio,quia remoto ſcãno ligno,a ſchola,non manet amplius eadem circunſcriptio. Hoc etiam poteſt facere natura ponendo aliud corpus pſens illi loco, remoto primo corpore locato tunc erit locabile,& locus,& non idem reſpectus: nõ igitur iſta extrema locus,& locabile neceſſariò ſequuntur ipſum vbi.

Quid ſit corpus eſſe ſine loco.

Sed quæres,eſt ne aliqua alia differẽtia inter reſpectũ intrinſecum,& extrinſecum : vltra hanc ꝙ ille qui eſt intrinſecus neceſſariò inſurgit poſitis extremis. qui verò extrinſecus non neceſſariò inſurgit? Dico,quòd adhuc eſt reperibilis aliqua alia differentia,quæ ponitur a Sc.11.quolibet vbi vult, ꝙ ad quartum prædicamentũ quod eſt relationis

Differentia inter reſpectum intrinſecum,et extrinſecum.

tionis non poteſt eſſe per ſe motus: & ſic ſimiliter intelligitur dictum Ariſt.5.phyſico. quòd ad relationes non eſt per ſe motus, & intelligitur de relatione propriè dicta, quæ facit quartum genus:ſed ad alias relationes extrinſecus aduenientes,vt ſunt ſex vltima prædicamenta: bene poteſt eſſe per ſe motus.immo Ariſt.5.phyſico.ca.3. tex. comm.10.concedit motum eſſe in vbi,qui motus communiter non dicitur eſſe motus ad formam abſolutam,quia vbi,vt videtur eſt reſpectus corporis contenti ad locũ cõtinentem.Sed dices cupio ſcire,quæ eſt cauſa, ꝙ ad ubi, & ad quinque alia prædicamenta,poteſt eſſe per ſe motꝰ & ad relationem, quæ eſt quartum prædicamentum non poteſt eſſe per ſe motus? Reſpondeo,ꝙ cauſa eſt iſta: ex quo relatio proprie dicta, quæ eſt quartum prædicamentum neceſſariò conſequitur extrema poſita in eſſe, nunquam poteſt ipſa acquiri per ſe,ſed tantummodo per accidens.i.alio abſoluto acquiſito in altero extremo,vt nũquam poteſt acquiri paternitas in Franciſco, niſi acquiſito de nouo aliquo abſoluto in aliquo extremo, & talia q̃ non acquiruntur niſi per accidens. i. alio nouo abſoluto acquiſito philoſophus non vult,ꝙ poſſint per ſe terminare motum 5 phyſi.ſed loquendo de ſex vltimis generibꝰ, quæ ſunt reſpectus extrinſecus aduenientes, dico ꝙ iſta ſex poſſunt habere propriam nouitatem, abſque nouitate vnius,vel alterius extremi,& ideo poſſunt habere propriam acquiſitionem,& poſſunt per ſe terminare motum ſine aliquo alio nouo,& per ſe acquiri, ſed non quartum genus,quia, cum non poſſit acquiri ſine nouo abſoluto, non poteſt per ſe terminare motum, ſed per accidẽs præſuppoſito nouo abſoluto acquiſito, ad cuius acquiſitionẽ per ſe,& motum per ſe, ſequitur acquiſitio relationis proprie:propter hoc per ſe non terminat motum.

Ad relationem non eſt per ſe motꝰ, ad ubi autẽ ſic. Hoc expreſſe fuit dictũ ab Ariſt.5.phyſi. cõ.10.& 7. phyſ.tex.cõ. 21.

Reſpõ. quod Ariſ. loquitur de relatiõe, de prædicamento relationis, quæ ẽ reſpectus intrinſecus aduenienſ, nã neceſſario ſequitur poſitis fundamento, & termino non negat ãt ad ubi eſſe motũ localem, ut declarat Auerro. 8. phyſi.cõ.32.

QVia verò auctor dixit,quòd actio,&paſſio ſunt reſpectus extrinſecus aduenientes. Hic quæro de intellectione, & volitione, an ſint relationes extrinſecus de genere actionis, aut an ſint abſoluta: & quòd ſint probo ſic,nulla relatio,& ſic nulla actio, & paſſio põt eſſe perfectio vltima agentis,vel operantis,ſed intellectio &

volitio ſunt perfectiones vltimæ intelligentis, & volẽtis: ergo non poſſunt eſſe relationes, nec ex conſequenti actiones, vel paſſiones: ſi igitur non poſſunt eſſe relationes, ſubſtantiæ non ſunt, nec quantitates, reſtat igitur, quòd ſint qualitates. Et ſi quæras in qua ſpecie qualitatis ſunt intellectio, & volitio? vno modò poteſt dici, quòd diſcurrendo per ſpecies qualitatis rationabilius videtur ponendum, quòd ſint in prima ſpecie, quia in nulla alia poſſunt poni: patet de ſecunda & quarta, de tertia etiam patet, quia ſi in illa non ſit niſi qualitas ſenſibilis, ſicut videtur haberi in prædicamentis, in illa etiam prima ſpecie uidẽtur poni omnes qualitates ſpirituales, ſiue ſint in eſſe quieto, ſicut ſunt habitus, ſiue in fieri, ſicut ſunt operationes. Niſi velis dicere, quòd operationes, vt intellectio & ſimilia, pertinent ad tertiam ſpeciem qualitatis, & quòd ſunt paſſiones ſpirituales, & quòd philoſophus mentionẽ ibi fecit expreſſe de paſſionibus corporalibus, tanquã manifeſtioribus, & quòd per illas debent intelligi paſſiones ſpirituales. Quicquid autem dicitur de hoc, aut quòd ſint in prima, aut in tertiã, hoc ſaltem videtur probabile, ꝙ operatio ſit in genere qualitatis, & ſic intellectio, & uolitio abſoluta erunt. Sed contra hoc videtur dictum Ariſt. 9. Metaph. tex. commẽt. 16. qui ad literam habet: quorum inquit, non eſt aliud opus præter actionem, in iſtis oxiſtit actio, vt viſio in vidente, & ſpeculatio in ſpeculante. intentio ſua eſt diſtinguere inter actionem tranſeuntem, & in immanentem: vult igitur ibi, quòd aliqua actio ſit immanens, ſicut exemplificat de uiſione, & ſpeculatione, tamen conſtat, quòd iſtæ ſunt operationes. igitur operatio eſt actio ſecundum eum. Ad hoc dictum Ariſtotelis reſpondeo ſic, quòd Ariſtoteles vocat operationes immanentes vt ſunt intellectio, volitio, ſpeculatio, & ſic de alijs, actiones tantum denominatiue, ſed non quidditatiue, & per ſe, quia per ſe, & quidditatiue huiuſmodi operationes ſunt qualitates: vnde intellectio, volitio, ſpeculatio, & ſimiles operationes vocantur actiones denominatiue: propter duas conditiones, in quibus cõueniunt cum actione, prima eſt, quia tales operationes immanẽtes ſemꝑ ſunt in fieri, non dico ſucceſſiue, quia operatio eſt diuiſibilis, ſed

In qua ſpecie qualitatis ſunt itellectio, & volitio.

Duplex eſt operatio immanens, & tranſiens.

ſic in fieri quòd in continua dependentia ad cauſam eandem,& ſecundum idem ſicut dependentia rei conſeruatę ad cauſam conſeruantem. Secunda conditio etiam quia operatio omnis immanens vt intellectio & ſic de alijs trãſit in obiectum,ſicut in terminum, non enim eſt intelligibile,quod ſit intellectio & volitio, & quòd non ſit alicuius termini.& propter iſtas duas conditiones operatio immanens dicitur actio,ſicut propter iſtas conditiones operatio dicitur actus ſecundus, & ſignificatur grammaticè per verbum actiuum.Sed per ſe vt dixi,operatio immanens qualitas eſt.His habitis, pono tres propoſitiones de operatione immanente.Prima,quando actio diſtinguitur in tranſeuntem & in immanentem non eſt diſtinctio generis in ſpecies ſed vocis in ſignificationes. Nam actio trãſiens eſt vera actio de genere actionis, actio immanens eſt qualitas:ſed denominatiuè dicitur actio propter prædictas conditiones.

Actio tranſiens eſt vera actio.

Secunda propoſitio. Alio modo poteſt actio de genere actionis diuidi in actionem immanentem & tranſeuntem ſicut ſuperius in inferiora, & tunc eſt diuiſio vniuoci in vniuocata, & non accipitur actio denominatiue, ſed per ſe & quidditatiue, & ſolum in genere actionis, nã non ſolum ad formam inductam per motum in paſſum aliud & diſtinctum ab agente eſt actio de genere actionis, ſed etiam ad formam inductam per mutationem in ipſomet agente,illa enim forma abſoluta,cum de nouo inducta ſit, eſt terminus alicuius actionis proprie dictæ per quam accepit eſſe. Quando forma terminat actionem extra agens, ſiue quando forma illa recipitur in patiente, tunc actio illa vocatur tranſiens,vt quando ignis producit calorem in aqua, quando verò producit calorem in ſe ipſo,eſt actio immanens. Tertia propoſitio, quando dicitur, quòd actio diuiditur tanquam vox in ſignificationes, in actionem tranſeuntem,quæ eſt vera actio, & in immanentem,quæ eſt qualitas, ſicut eſt intellectio & ſimilia, iſta actio,quæ denominatiue vocatur actio ſecundum propriũ vocabulum,dicimus eam eſſe elicitionem, & hoc dicebat Scotus in primo,diſtinct.3.q.vlt.& ad ſignificandum gignitionem talem,quæ eſt actio de genere actionis,denominatiue tamen dicimus potentiam elicere actum intelligendi,

di,hæc Scotus. Quarta propoſitio, iſta ſecunda diſtinctio de actione in immanentem, & tranſeuntem, quæ eſt vniuoci in ſua vniuocata,ſemper ſtando in genere actionis,licet dicatur verior quam illa,quando diuiditur actio in immanentem, quæ eſt qualitas, ſed denominatiue dicitur actio, & in tranſeuntem quæ eſt verè actio, & eſt diuiſio æquiuoci in æquiuocata:tamen iſta ſecunda non eſt ita de intentione Philoſophi,ſicut prima, vt patet per verba ſua in 9.Metaph.t.c.16. non eſt aliud opus præter actionem, opus vocat operatum præter illam actionem, qua inducitur operatio non eſt aliquod opus ideſt terminus operationis,puta ipſamet operatio,& ſequitur Philoſophus,in iſtis exiſtit actio vt viſio in vidente,& ſpeculatio in ſpeculante, vbi ſatis exprimit, quòd viſionem & ſpeculationem vocat actionem immanentem,non autem aliquam aliam,cui viſio ſit terminus, ex hoc apparet, quòd viſio ſit actio immanens denominatiue tamen accepta, & quòd iſtam diſtinctionem de actione tanquam de ſuperiori in immanentē, & tranſeuntem non habemus ab Ariſt. ſed tu dicis contrà Ariſto.voluit,quòd intelligere ſit paſſio, nam dixit tertio de Anima.18.textu intelligere quoddam pati eſt,ergo intelligere eſt paſſio,& non qualitas Adhoc dico, ꝙ intelligere non eſt paſſio formaliter, ſed quia intelligere eſt recipere realiter,recipitur enim intellectio in intellectu paſſibili cum ſit operatio immanens potentiæ, ideo ad intelligere ſequitur concomitanter paſſio.

Intelligere ē quoddā pati.

Conformatio cum Ariſtotele.

SED vbi Ariſt.poſuit diuiſionem de reſpectu intrinſecus adueniente & extrinſecus adueniente? Dico, ꝙ non reperio apud Ariſt. hoc formaliter dictum: Quamuis ex eius doctrina poſſit faciliter elici, cum enim ipſe loquutus ſit de ad aliquid & de alijs ſex generibus reſpectuum,& ex eius doctrina cõcludamus aliquos eſſe reſpectus qui neceſſario conſequuntur,alios qui non niſi contingenter, non eſt abſurdum aſſerere Ariſtotelem de his verba habuiſſe: & hoc eſt quod dixit Scotus 11.quæſt. quotlibet,verba ſua ſunt iſta, poteſt autem diſtinctio reſpectus, quos important ſex genera, ab illo reſpectu, qui dicitur

pro-

propria relatio, quæ eſt genus quartum, accipi ex illo dicto communi, quo dicuntur reſpectus de genere relationis intrinſecus aduenientes, reſpectus autem illorum ſex generum ſunt extrinſecus aduenientes.

TEXTVS.

Entis diuiſio.

Subſtantia multis modis dicitur.

Dico vltra quòd ens diuiditur in ſubſtantiam, & accidens, & loquor de ente finito & creato. Iuxta quod nota quòd ſubſtantia capitur tribus modis. Vno modo ſubſtantia dicitur, quod eſt à ſe, vel ad ſe, & per ſe, vt eſt Deus: & ſic non capitur hic ſubſtantia: quia clarum eſt quòd Deus non eſt ens creatum nec finitum. Alio modo dicitur ſubſtantia, quæ eſt per ſe & ad ſe, ſed non à ſe, vt eſt ſubſtantia perfecta prædicamenti ſubſtantiæ, incipiendo à genere generaliſſimo vſque ad indiuidua incluſiue. Tertio modo dicitur ſubſtantia, quæ nec eſt per ſe, nec à ſe, ſed in alio: quia eſt pars ſubſtantiæ perfectæ & completæ, ſicut ſunt formæ ſubſtantiales. Et dico quod ſunt in alio, ſicut pars eſſentialis, vel integralis ſubſtantiæ eſt ſubſtantia. Secundo nota, quòd circa vltimam diuiſionem nuper dictam, ly accidens poteſt capi dupliciter. Vno modo pro omni illo quod conuenit alicui, & non eſt de diffinitione quiditatiua eius, & ſic propria paſſio eſt accidens ſuo ſubiecto, & omne accidens commune eſt accidens ſuo ſubiecto, & omne inferius ſuo ſuperiori. Et ita poſſet concedi quòd propriæ paſſiones entis accidunt enti, & cuilibet inferiori ad ens, capiendo iſto modo accidens.

Accidens multiplex.

dens. Secundo modo accipitur accidens pro illo quod accidentaliter perficit illud quod exiſtit in ſe perfectum: nec neceſſario conſequitur ipſum, ſed ineſt ei contingenter: & ſic ſumitur, quando dicitur quod accidens eſt quod adeſt & abeſt,&c.

Deus nõ eſt in prædicamento.

EX hoc ſequuntur duo corollaria. Primum, ꝙ Deus non eſt in prædicamento, nec aliquid dictum de eo, quod probatum fuit a Scot.diſt.6.primi quæſt.3.argumẽtis deſumptis ex ratione infinitatis, & ex ratione neceſſe eſſe poſt Auicennam 8.Metaph.cap.4.Secundum corollarium, quòd intentiones ſecundæ omniaque entia rationis non ſunt in prædicamento, nam omne ens aut ſubſtantia eſt, aut accidens, ſecundæ intentiones in neutro membro clauduntur. Sed tu quæres & dices, Scotiſtæ proclamitãt, quòd ſecundæ intentiones ſunt in prædicamento, moti ex pluribus fundamentis Scoti: in quo igitur prædicamento erunt ſi ſubſtantiæ non ſunt, neque accidentia? Secundò non poſſunt Scotiſtæ collocare eas in vndecimo prædicamento: tum quia Scot.10. diſt. quarti tantum ponit decẽ prædicamenta. Tum & fortius, quia tunc Ariſt. diminutus eſſet, quia hoc vndecimum prædicamentum apud eum non reperitur, & ſi daretur, incomplete tradidiſſet nobis logicam non ponendo illud, vnum igitur ex duobus ſequitur, ſi datur: Ariſt.diminutus eſt, ſi non datur Scot.ſuperfluus eſt ponendo illud. Ad hoc reſpondeo, quòd Ariſtot. tantum aſſignauit 10. prædicamenta realia, & ſimiliter Scot.in illa 10.diſt.quarti, tamen vltra hæc datur vndecimum quod eſt intentionale. & quando dicis Ariſt.diminutus eſt: quia non ſufficienter tradidit nobis artem logicæ, dimittendo vnum ex prædicamentis, dico, quòd Ariſt.non eſt diminutus, neque dimiſit aliquod prædicamentum, quia omnia prædicementa realia ſufficienter nobis aſſignauit: & quando dicis, ergo Scot.ſuperfluus, quia addidit vnum ſupra decem, dico, quòd non eſt ſuperfluus: quia nõ addidit vnum reale ſupra decem, ſed tantum intentionale: & ſi replices & dicas, ſi hoc vndecimum Ariſt. non aſſignauit vtique diminutus eſt dico, quod Ariſt. poſuit ſimiliter

An detur vndecimũ prædicamẽtum.

liter vndecimum prædicamentum, & ſi quæres in quo loco poſuit? Dicas, quòd in omni prædicamento reali illud poſuit: vnde in prædicamento ſubſtantiæ bene poſuit illud: nam ſubſtantia eſt genus generaliſſimum, ecce ſecūda intentio: corpus, corpus animatum, animal, ſunt genera: ecce ſecundæ intentiones: animal, ſpecies ecce ſecunda intentio: corpus, corpus animatum, animal, ſunt genera, ecce ſecundæ intentiones, animal ſpecies ſubalterna, homo ſpecies ſpecialiſſima, ecce intẽtiones: & omnia alia quæ ad hoc genus pertinent poſita ſunt in prædicamento ſubſtantiæ, vt differentiæ & ſimilia, & ſic poſitum eſt totū vndecimum prædicamentum in ſubſtãtia & in omni alio prædicamento, vnde huius prædicamenti genus generaliſſimum erit ſecunda intentio ſiue ens rationis, deinde genus, deinde ſpecies ſubalterna, deinde ſpecies ſpecialiſſima, deinde indiuiduum, & differentiæ. Vnde quidditatiue omnes hæc ſecundæ intentiones ſunt in iſto vndecimo prædicamento, ſed denominatiue ſunt in omni prædicamento reali: eo modo quo loquitur Scotus de inhærentia, quæ ſecundum eum in vno prædicamento eſt per ſe & quidditatiuè, & in omni alio eſt denominatiuè. Etſi hęc reſponſio ſit ſat ſuperque ſufficiens, non videtur tamen abſurdum neque à vera ratione alienum dicere: Ariſtotelē de vndecimo hoc intentionali prędicamento loquutus nō fuiſſe: nam neque in organo ſuo logico omnia tractauit, quæ ad perfectam logices artem pertinẽt, ſunt enim tres principales intellectus functiones, ad quas, ne erret mens dirigendas, adiumento eſt logica: nempe diuidere, definire & argumentari, & tamen vt videre eſt, paucula tradidit de definitione & diuiſione, ſed omnia videtur tractaſſe vt habent ordinem ad argumentationem. De ſolo etiā optime ſyllogizandi modo a ſe perfecte adinuento gloriatur iuſte in lib. 2. Elenchorum c. vlt.

Conformatio cum Ariſt.

SED vbi poſuit Ariſtote. diuiſionem entis in ſubſtantiam, & accidens? Dico quòd alia eſt diuiſio, qua ens diuiditur in ens per ſe & in ens per accidens, & alia eſt diuiſio entis in ſubſtantiam & accidens. Nam 5. Metaph. textu Comment. 12. ponitur prima diuiſio, ſecunda ponitur

in

in eodem lib.5. textu comment.14. Et vltra illa, quæ habet Philoſophus dico, quòd differt prima à ſecūda. Nam ens per ſe primo modo poteſt accipi pro omni prædicato quidditatiuo cuiuſcunque prædicamenti, ſiue accidentalis ſiue ſubſtantialis, & ſic ens per ſe poteſt eſſe ens per accidens: patet: nam calor, qui per ſe prædicatur de albedine eſt ens per accidens, ſiue ſecundum accidens. Ens ſecūdum accidens in prima diuiſione accipitur pro prædicato denominatiuo; in ſecunda diuiſione nunquam vnum prædicatum incidit cum alio, vt nunquam ſubſtantia, quæ eſt per ſe prædicatum, eſt accidens: nec accidens eſt ſubſtantia. Vlterius eſt animaduertendum, quod ens vltra has diuiſiones, quas ponit Auctor, multas alias habet. Diuiditur enim ens, in ens in ſe, & in ens ab alio, de qua Ariſtoteles 7. Metaphy. diuiditur in vnum & multa de qua loquitur Ariſt. lib.6. Metaph. in actum & potentiam, de qua in 10. Metaph. In vnum & multa in 10. Metaph. textu 12. & doctor ſubtilis in 1. diſt.2. Vltra diuiditur ens in ens a ſe, & in ens ab alio de qua diuiſione tractat Scotus in 7. q. quotl. vbi probat, quod Deus à ſe mouet, & à ſe habet eſſe. Diuiditur in ens dependens & in ens independens, de qua Ariſtot. 12. Metaph. text. com. 38. & Scot. in 3. diſt. 1. q. 1. vbi vult quòd Deus qui eſt indepēdens poteſt terminare dependentiam naturæ humanæ, quæ poteſt dependere, diuiditur in ens ſimplex & in ens compoſitum: de quo Scotus. 8. primi.

Quomodo ens per ſe poſſit eſſe ens per accidens.

Poſſet autem aliquis vocum loco quærere, quare iſte auctor ponit tot diuiſiones & ſubdiuiſiones entis realis, vt apparet intuenti eius literam, & tamen non meminit de ſubdiuiſionibus entis rationis tertio modo accepti, quod eſt ſecunda intentio maximè quia non dixit, quod ens rationis, quod eſt ſecunda intentio, habet triplicem gradū, logicalem, grammaticalem, & rhetoricalem. Reſpondeo quod hoc fecit ex eo, quia finis huius aucto. eſt conſiderare formalitates metaphyſicaliter, & non alio modo, metaphyſici enim eſt de ente reali diſſerere, ideo proſequutus eſt ſubdiuiſiones, & diuiſiones entis ex natura rei, & non ſecundæ intentionaliter accepti.

Anno-

Annotatio in Textu.

SVbſtãtia cap.tribus modis,dixit auct.vno modo dicitur ſubſtantia,quod eſt à ſe ad ſe & per ſe,vt eſt Deus, tu tamen intelligas, quod hoc verbum à ſe, dupliciter ſumi poteſt vel poſitiuè,vel negatiuè,ſi poſitiuè, non datur ens à ſe, quia non datur ens quod gignat vel producat ſe ipſum:& iſto modo nec Deus eſt à ſe. Alio modo negatiuè: & hoc dupliciter, vel negatiuè productiuè, vel negatiuè effectiuè:ſi primo modo.ſ negatiuè productiuè, ſic prima perſona eſt à ſe: ſed filius & ſpiritus ſanctus non ſunt à ſe negatiuè productiuè:quia ab alio producuntur:ſi ſecundo modo,ſic omnes tres perſonæ ſunt à ſe,negatiuè effectiuè quia nulla illarum efficitur ſiue cauſatur. Alio modo ſumitur ſubſtantia,quæ eſt per ſe,& ad ſe,ſed non à ſe, vt eſt ſubſtantia perfecta prædicamenti ſubſtantiæ incipiendo à genere generaliſſimo vſque ad indiuidua incluſiuè: & tu intelligas breuiter,quòd ſubſtantia iſto modo ſumitur, vt negat dependentiam ad terminũ:quia per hoc excluditur omne accidens. Alio modo accipitur ſubſtantia pro illo,quod nõ eſt à ſe,nec per ſe,ſed in alio:quia eſt pars ſubſtantiæ perfectæ,& completæ:ſicut ſunt formæ ſubſtantiales. quæ non ſunt ad ſe aliquo modo,cùm ſecundum quid & denominatiuè poſſint eſſe relatiuæ.

Conformatio cum Ariſt.

Sed vbi poſuit hoc Ariſt. quod Deus eſt ſubſtantia à ſe per ſe & ad ſe?Dico quod 12.Met.ponit,quod ſit prima intelligentia,ergo habet eſſe à ſe, quod ſit ſubſtantia ad ſe, & per ſe ponit 12.Met.t.c.29 quòd prima intelligentia eſt ſubſtantia,& ſi ſubſtantia eſt,ergo per ſe & ad ſe:quia non eſt niſi prima ſubſtantia.

Sed vbi Ariſt.poſuit ſubſtantiam ſecundo modo, quæ eſt per ſe?dico quod in prædicamentis,vbi vult,quòd prima ſubſtantia non eſt in ſubiecto,neq; dicitur de ſubiecto & ſic eſt per ſe.quòd ſit ad ſe poſuit in prędicamentis,quia non ponit eſſe ad aliud:quod nõ ſit à ſe ponit 12. Met. 38. quia, ex eodẽ principio depẽdet cęlũ & natura & totus mũdus,ſic ſubſtãtia nõ eſt à ſe.Sed vbi poſuit ſubſtantiã tertio modo pro illo ꝙ nõ eſt per ſe?dico,qđ in prædicamẽto ſubſtãtię,vbi vult, ꝙ ſecũdę ſubſtãtię ſunt quę sũt in ſubiecto.

Quare De⁹ dicitur à ſe quia non eſt ab alio eſt ĩ depẽdẽs non hẽt cauſam ſui Sed magis eſt oĩum prima cauſa à quo oĩa depẽdẽt & finis oĩum ẽ.

Tu quæres quõ eſt finis omnium.

Dico,cũ oĩa habeãt principiũ ab ipſo & per ipsũ creata ſint mõ quodam ſpeciali D.⁹ finis eſt omniũ nã dẽt reuerti ad deũ tanquã per lineã rectã quia primus homo rectus creatus fuit & propter prauaricationẽ auerſus eſt ab ipſo: verum aſtuate charitate diuina redẽpt

 Declara-

Declaratio Textus.

ET quia dictum eſt,quòd Deus vocatur ſubſtantia : dices tu,quomodo Deus eſt ſubſtantia?cum Sco. dicat poſt Aug.& Damaſc. Deum abuſiuè vocari ſubſtantiam. dico quòd Deus abuſiuè vocatur ſubſtantia, quæ ſubſtat alijs. Deus autem nec accidenti nec alteri ſubſtat. ſed Deus vocatur ſubſtantia à ſubſiſtendo,i. per ſe exiſtendo: tamen appropriatiori vocabulo vocatur Deus eſſentia:eſt enim verè ſolus, & verè eſſe ſibi competit, iuxta illud, Qui eſt miſit me ad vos.

Accidens dupliciter ſumitur:vno modo pro extraneo, alio modo pro illo, quod perficit accidentaliter aliquid: quod eſt in ſe perfectum vltimè: prædictam diuiſionẽ poſuit Scot.ſecunda diſt. primi,tamen autor vtitur alijs vocabulis:& dixit,quòd accidens accipitur vno modo pro omni illo,quod eſt extra diffinitionem quidditatiuã alicuius.

Conformatio cum Ariſtotele.

Sed vbi poſuit hoc Ariſt. dico, quòd in prædicamentis poſuit,quando dixit, quòd homo accidit animali, & vniuerſaliter inferiora accidunt ſuperioribus: quia nõ ſunt de quidditate eorum : Alio modo pro eo quod poteſt adeſſe & abeſſe:& iſtud eſt quod cum ſubſtantia diuidit ens, quando ens diuiditur in ſubſtantiam & accidens: & hoc ponitur à Porphyrio in prædicabilibus.

Declaratio Textus.

ACcidẽs ſimiliter poteſt capi multipliciter,primo modo,vt eſt nomen primæ intentionis,& ſic eſt æquiuocum ad duo prima membra antedicta, vt diſtinguitur 5. Metaphy tex.c.vltimi, & hoc modo loquitur Ariſt. in illo textu,& ſimiliter Commentator,qui ibidem diſtinguit de accidente,uno modo pro illo quod poteſt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem : alio modo pro omni illo, quod non eſt de quidditate alicuius. & exemplificat Com. vt triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis. Alio modo ſumitur ut eſt nomen ſecundæ intentionis,& ſic iſto modo idem ſignificat quod extraneum: vt ſumitur in elenchis in fallacia accidentis:& aduerte, quòd extraneum iſto modo nõ eſt extraneum, de quo loquitur auctor hic,ideſt, pro illo quod eſt extra quidditatem alicuius:

cuius:

ſumus & reuertimur ad eũ vt in noſtrũ finem vltimũ, tanquam per lineam ſphæralem. i. per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ. illud eſt à ſe propriè quod hẽt eſſe per eſſentiã ſicuti eſt ſolus, deus,cætera autem vel Ang. vel homines,vel animalia habent eſſe per participationẽ, & ob id hæc non ſunt à ſe ſed ab alio.

Deum abuſiuè vocari ſubſtantiã ſecũdũ Au. & Damaſcenũ vt ait Sco.q̃uo propriè eſsẽtia & non ſubſtantia debeat appel-

cuius:quia ſic eſt prima intentio, ſed extraneum in propoſito ſumitur prout à logico conſideratur: Alio modo ſumitur:pro omni illo quod eſt à ſolo opere collatiuo intellectus: & iſto modo, non tantum vltimum vniuerſale, ſed omnia quinque vniuerſalia ſunt accidentia. Alio modo ſignificat idem quod prædicatum non eſſentiale: & ſic diſtinguitur contra prædicatum eſſentiale, & eſt commune duobus vltimis vniuerſalibus, & ſic ponitur in diffinitione proprij. Alio modo dicitur idem quod prædicatum non eſſentiale, nec per ſe, nec conuertibiliter, & ſic eſt quintum vniuerſale, id eſt quædam ſecunda intentio, quæ applicatur omnibus accidentibus communibus. Poteſt ſimiliter ſumi accidens pro formali, & pro connotato: de formali, ſignificat accidentalitatem, ſeu inhærentiam: de connotato, ſignificat rem, cui inhæret. prædictam diſtinctionem vltimam ponit Scot. 12. diſtinct. 4. quæſt. 1. circa principium.

lari: vide in prima quolibet doctorē bene declarantem.

Quæſtio quomodo ſubſtantia prædicatur de inferioribus?

SEd, vt magis declaretur iſta diſtinctio entis in ſubſtantiam & accidens, aduerte, quòd auctor dixit, ſubſtantia tertio modo accepta eſt illa, quæ nec eſt à ſe, nec per ſe, ſed in alio: ſicut ſunt formæ ſubſtātiales. Circa hoc quæro, an ſubſtantia prædicetur de omnibus partibus ſubſtantiæ quidditatiuè? Et videtur, quòd non: quia non prędicatur de vltimis differentijs: quia illæ ſunt primò diuerſæ. Secundò non prædicatur quidditatiuè de materia & forma. Ad quod reſpondeo & pono aliquas diſtinctiones. Partes ſubſtantiæ multiplices ſunt: quædam ſunt ſubiectiuæ? vt Sortes & Plato reſpectu hominis, quædam ſunt quantitatiuæ ſicut ſunt partes integrales, aliæ ſunt eſſentiales vt animal & rationale reſpectu hominis, meta. acceptæ, aliç phyſice vt materia & forma. His prehabitis dico quod ſubſtantia quidditatiuè prædicatur de partibus ſubiectiuis: nam iſtę prædicationes quidditatiuè ſunt Sortes eſt homo, Plato eſt homo & ſic de alijs. Dico ſecundò quod de partibus quantitatiuis, i. integralibus non prędicatur quidditatiuè ſubſtantia. nam iſtę nō ſunt quidditatiuæ, brachiū eſt homo, caput eſt homo, & ſic de alijs. Dico tertiò, quod

A quo formæ ſubſtātiales ſunt. haec res eſt valde difficilis, & pulcherrima. videndum eſt primo quot ſunt genera formarum.

de partibus eſſentialibus phyſicis ſubſtãtia nõ prædicatur quidditatiuè.nã iſtæ non ſunt quidditatiuę prædicationes, materia eſt ſubſtantia, forma eſt ſubſtantia: ex quo ſequitur corollarium primum,quòd cadauer nullo modo eſt in prædicamento ſubſtantiæ directè, quidditatiuè, ſimiliter nec lignum ſiccum,& multa alia, de quibus ſubſtãtia quid ditatiuè prædicari non poteſt & directè:pro quibus videas Comm.in 2.de Anima.cap.8. ſequitur ſecundum corollarium quòd cùm ſubſtantia non prædicetur quidditatiuè de forma,& directè,quòd de nouo in iſtis formis ſeparatis à cõpoſito non introducitur aliqua forma vicaria,vt Thomiſtę dicũt.Et hoc probo duabus rationibus: quia ſi ſic eſſet:primò ſequeretur,ꝙ corpus Chriſti in triduo non eſſet idem cũ corpore Chriſti in cruce poſito quod deduco ſic, quia per te cũ anima ſeparata eſt à corpore,natura immediatè introducit formã vicariã in cadauere illo,quia tu nõ ponis formã corporeitatis: & cũ alia forma faciat aliud & aliud corpus,quia dat eſſe rei cuius eſt forma:ergo corpus Chriſti poſitũ in ſepulchro,cũ hẽat per te formã vicariam nõ eſt idẽ cũ corpore Chriſti poſito in cruce: quia illud poſitũ in cruce habet formã verã ſcilicet animã intellectiuã.

Doctrina ſingularis.

Secundò ſequeretur, quòd ſi Petrus conſecraret corpus Chriſti tunc quando pendebat in cruce, ſimiliter ſi cõſecraret etiam tunc in triduo, quando corpus erat in ſepulchro, non eſſet idem corpus Chriſti in duabus hoſtijs conſecratis.nam in illa hoſtia cõſecrata quando pendebat corpus in cruce eſſet verum corpus Chriſti: quia tunc haberet formam ſcilicet animam: & in hoſtia conſecrata in triduo non eſſet verum corpus Chriſti :quia tunc non haberet veram formam,ſed formam vicariam.Tertiò ſequeretur,quòd motus diſtincti ſpecie poſſent ad inuicem continuari:nam proijciatur de loco eminẽti ouis,& moriatur in medio:vel illa ouis ſtabit & amplius non mouebitur:vel dicendum eſt,quòd cùm mobilia diſtincta ſint propter diſtinctas formas,ante mortem illius & poſt mortem, quòd & motus ſimiliter diſtincti ſpecie erunt:& tamen cõtinuabuntur:quod eſt contra Ariſt.7.ph.Patet igitur, quòd non datur forma iſta vicaria. & qđ illã ponere eſt mera fictio.

Sed hic inſurgunt dubia plurima difficilima & ſcitu digna.

gna. quorum Primum erit iſtud dictum eſt, quòd ſubſtantia non prædicatur quidditatiuè de materia & forma: contra hoc arguo ſic, Ariſt. ſecundo de Anima. t. c.2.&.7. Met.t.c.ſeptimi.12. Met. tex.commen.12 diſtinguit ſubſtantiam in materiam, formam, & compoſitum: tunc arguo ſic omne ſuperius diſtinctum in inferiora, per ſe prædicatur de illis inferioribus: ergo ſubſtantia prædicatur de materia, & forma. Secundo Scot. tertia diſtinct. primi quæſt. 3 circa medium voluit, quod ens quidditatiuè & per ſe prædicatur de materia & forma: tunc arguo ſic, ſi forma quidditatiuè eſt ens, aut erit ens quantum, aut non quantū: non ſecundum, ergo primū, ſi quantū aut finitum aut infinitum: non ſecundum, ergo finitum: ſi finitum, ergo ſubſtantia vel accidens: non ſecundum: ergo ſubſtātia, ergo erit quidditatiuè ſubſtātia. Ad has rationes reſpondeo & primo ad primā: quòd materia & forma reductiuè ponuntur in prædicamento ſubſtantię. & ad Ariſt. qui diuidit ſubſtantiam in materiam & forma, ergo prædicatur de eis quidditatiuè: dico, quod nō valet conſequentia, ſed tunc valeret quādo diuideretur ſubſtātia ſic, quòd deſcēderet in inferiora directè: modo nō directè & per ſe deſcēdit in materiā & formā, ſed indirectè & lateraliter.

Materia & forma reductiuè ponuntur in prædicamēto ſubſtantia.

Ad ſecundum argumentū vbi eſt nodoſa difficultas: dico, quòd ens deſcēdit in ſubſtantiam analogam: & per finitatē, & non ſubſtantiam, quæ eſt genus generaliſſimum: & voco ſubſtantiam analogam, ſubſtantiā communē omnibus, quæ ponuntur in prædicamento ſubſtantiæ tam propriè quàm reductiuè, vt forma & materia: ſubſtātia poſtea analoga deſcendit in ſubſtantiam, quę eſt genus per modos intrinſecos: vt dicendo ſic, ſi eſt ens finitum, aut accidēs, aut ſubſtantia analoga: non accidens, ergo ſubſtātia analoga: ſubſtantia, analoga, ſimplex aut compoſita, nō compoſita: quia illa eſt, genus, aut in genere directè, ergo ſubſtantia ſimplex, & quæ eſt in prædicamento indirectè: ſimplex, ergo materia, aut forma. Et ad dicta Scoti reſpondeo, quòd ens prædicatur quidditatiuè, & per ſe de materia, & forma, & ſic in conceptu entis non ſunt primò diuerſa, ſed bene ſunt primò diuerſa in realitate, id eſt in ſubſtantia & inferioribus ad ſubſtantiam, ſed non in conceptu entis:

Quomodo materia & for ſunt pri. diu & non ſunt pr. diu.

& ſecundùm hunc modum loquebatur 12. diſtin. ſecundi quando dixit, quòd materia & forma non includunt ſubſtantiam,& ſunt primò diuerſa: & tu intelligas in realitate.& in primo dixit,quòd non ſunt primò diuerſa, & tu intelligas in conceptu quidditatiuo.

Secundum dubium principale eſt tale, vtrum partes quantitatiuæ ſubſtantiæ,ſint ſubſtantiæ quidditatiuè.Quantum ad iſtud dico primò, quòd duplex eſt ſubſtantia,quædam animata, quædam inanimata. Secundò duplices ſunt partes: quædam homogeneæ, & quædam heterogeneæ,ideſt quædam ſunt partes eiuſdem rationis & naturæ cum toto,aliæ non.

Prima concluſio. Tertiò quædam habent habitudinem partium ipſis ſeparatis à compoſito, & quædam habent modum, & habitudinem totius ipſis ſeparatis à compoſito.His notatis pono duas concluſiones.prima ſit iſta, in ſubſtantijs heterogeneis,non quęlibet pars ſubſtantiæ eſt ſubſtantia: vt manus in caſu non eſt ſubſtantia, & loquor de manu ſeparata à corpore, quia nec genus, nec ſpecies, nec proprium, nec differentia,ergo nullo modo reponitur in ſubſtantia, quæ eſt genus generaliſſimum. *Secunda cõcluſio.* Secunda concluſio, in ſubſtantijs homogeneis quælibet pars ſubſtantiæ eſt ſubſtantia,& ſi quæras vel erit ſubſtantia, quæ eſt genus, vel ſpecies,vel differentia,vel indiuiduum?Reſpondeo,quòd erit indiuiduum:& ſi replicabis, & ſi pars aquæ, quæ eſt ſubſtantia homogenea, ſit ſubſtantia, quæ eſt indiuiduum, eſt ne iſta pars aquæ ſubſtantia quidditatiuè, quãdo eſt coniuncta,vel quando eſt ſeparata à toto homogeneo?Si ſecũdum,ergo per ſeparationẽ aliquid cõſtituitur in eſſe indiuiduali:hoc eſt falſum, quia tunc aliquid cõſtitueretur in eſſe indiuiduali per relationẽ: ſi primũ, ideſt qđ ſit indiuiduũ aquæ,quãdo eſt cõiũcta, cõtra:illud eſt indiuiduũ,quod eſt indiuiſum à ſe & diuiſum à quolibet alio:ſecundò indiuiduũ eſt ꝑ ſe ſubſiſtẽs, talis aqua nõ erit ſic,ergo nõ erit indiuiduũ. Tertiò ſequeretur, ꝙ erunt indiuidua ĩfinita ſubſtãtiæ in quolibet homogeneo,ſed hoc eſt falsũ :ergo pars aquæ,cùm eſt coniuncta toti,nõ eſt indiuiduũ.& ꝑ conſequens de ipſa nõ prædicatur quidditatiuè,ſicut dicebas.Reſpõdeo,ꝙ dũ eſt cõiuncta, eſt indiuiduum,

duum,& per conſequens ad inſtantias reſpondeo. Ad primam,dico quòd prima illa propoſitio, & ſi ſit famoſa eſt tamen multotiens falſa, ſcilicet ꝙ indiuiduum eſt quod eſt indiuiſum à ſe,& diuiſum & quolibet alio, immo Scotus ſpernit hanc diffinitionem. Sed vera diffinitio indiuidui erit talis, indiuiduum eſt quod eſt incommunicabile, vt quo,& vt quod. Ad ſecundam inſtantiam dico negando maiorem, quia humanitas aſſumpta à verbo eſt indiuiduum,& ſingularis, non tamen eſt per ſe ſubſiſtens, ſed ſubſiſtit & ſuppoſita eſt per ſuppoſitum diuinum,patet igitur, quòd datur indiuiduum ſubſtantiale & non ſubſiſtit. Ad tertiam dico, quòd indiuidua infinita per ſe exiſtentia exiſtunt in quolibet homogeneo, non tamen vt per ſe ſubſiſtentia. Tertium dubium eſt: cum dictum ſit, quòd iſta eſt prædicatio quidditatiua: hæc pars aquæ eſt aqua. Contra hoc arguo ſic: iſta prædicatio non eſt vera, ergo non eſt quidditatiua,quòd non ſit vera, probo ſic, nullum totum quãtitatiuum prædicatur verè de partibus diuiſim ſumptis,probo,quia hęc pars aquę ſumpta diuiſim ab alijs nõ eſt tota aqua: ſicut ſimiliter patet,quòd totum hetero geneum non prædicatur de partibus diuiſim ſumptis. nã hæc eſt falſa, manus eſt homo & ſimiles: ergo totum homogeneum non prædicatur de partibus diuiſim ſumptis. Secundò arguo ſic, in prædicatione quidditatiua nunquã inferius poteſt eſſe ſine ſuperiori: patet:hæc eſt prædicatio quidditatiua,homo eſt animal,& homo nunquam poteſt eſſe ſine animali: & tamen dicendo ſic,hæc pars aquæ eſt aqua,inferius ideſt,hæc pars aquæ poteſt eſſe ſine ſuperiori,& ſine tota aqua,ergo iſta propoſitio nec vera,nec quidditatiua eſt.

Indiuiduũ quid ſit ſecũdum Scotũ.

Ad hoc reſpondeo,quòd in iſta prædicatione, hæc pars aquæ eſt aqua, concurrunt duo tota diuerſarum rationũ, & ſimiliter duæ partes diuerſarum rationum,nam hoc totum quod dicitur eſſe quantum homogeneum,non prædicatur de aliqua ſua parte quantitatiua propter rationes prætactas,& ſecundum hoc militant rationes:ſicut nec totum heterogeneum prædicatur vere aut quidditatiue de partibus ſuis heterogeneis. Sed quia idem totum quantũ homogeneum eſt ſimiliter totum vniuerſale,ſic ẽt partes

quantæ homogeneæ ſunt partes ſubiectiuè, propter concurſum iſtorum duorum totorum in vno, & partiũ in vno, remanebit prædicatio vera & quidditatiua inquantum tota aqua eſt totum vniuerſale: & partes ſunt partes ſubiectiuæ: ſed non eſt vera prædicatio ſecundum hoc, quòd tota aqua eſt totum quantitatiuum homogeneum, quia tũc militant rationes in oppoſitum: & per hoc patet quid ſit dicendum ad rationes. ſed iſta prolixius examinabuntur infra: hæc tamen ſint dicta in tantum, & vt difficultati prę libatæ ſatis faciamus: &, Ad primum dicas, quòd nullum totum prædicatur de partibus diuiſim ſumptis. dico, quòd eſt verum quando eſſet ſolum totum homogeneum, ſed quando eſt ſimul totum homogeneum, & totum vniuerſale, ideo iſtud bene poteſt prædicari. Ad ſecundum quando dicis, in prædicatione quidditatiua inferius non poteſt eſſe ſine ſuperiori: verum eſt quando totum vniuerſale ſolum prædicatur: ſed quando eſt ſimul vniuerſale, & totum homogeneum, bene poteſt prædicari.

TEXTVS

Conſequenter dico quod res aliquando venit de ratus rata ratum, quod eſt firmus, ma, mum, & iſta eſt ſemper cum exiſtentia actuali. Alio modo dicitur res à reor, ris, &c. quod eſt opinor, aris. Et ſic omne quod eſt tam in eſſe obiectiuo, ſicut omnes res mundi ab æterno fuerunt, quàm in eſſe imaginabili, poteſt dici res. &c.

Dubia circa Textum.

DVbium interim non pertranſeundum circa finem huius textus occurrit, quia hic dicitur, quòd res vt venit à ratus rata ratum, accipitur pro re, quæ ſemper eſt cũ actuali exiſtentia: totum oppoſitum dicit in 4. art. ſecundi principalis, nam ibi diſtinguit, & dixit, quòd res, vt ad propoſitum ſpectat, ſumitur à ratus, rata, ratum, & talis eſt triplex, quædam eſt eſſentiæ: ſicut ipſa quidditas abſolute conſiderata, quædam exiſtentiæ, & talis eſt in omni prædicamento, quædam ſubſiſtentiæ, & talis eſt in prædicam en-

eamento ſubſtantiæ ſolum, quia accidentia etſi exiſtunt non tamen ſubſiſtunt: patet ex eius verbis, quòd res primo modo dicta, non habet exiſtentiam quia res eſſentiæ abſtrahit ab exiſtentia: & tamen ipſe hic dicit, quòd res vt venit à ratus rata ratum, ſemper eſt cum actuali exiſtétia, ecce, quòd videtur manifeſta cõtradictio. Ad contradictionem quæ videtur ineſſe dictis auctoris reſpondeo, quòd res, vt venit à ratus rata ratum, capitur dupliciter, vno modo pro re exiſtentiæ, vel ſubſiſtentiæ, & iſta eſt ſemper cum actuali exiſtentia: & ſic loquutus eſt auctor in iſto primo articulo: & iſta eſt cum hic & nunc non abſtracta: alio modo accipitur res, vt venit à ratus rata ratum, & ſic eſt res eſſentiæ, quæ abſtracta eſt ab exiſtétia, & ſubſiſtentia: ad propoſitum auctor in quarto artic. ſecundi, princip. loquutus eſt de omni re, vt venit à ratus rata ratum, tam de re, quæ eſt ſemper cum actuali exiſtentia, quàm de re, quæ non habet exiſtentiam actualem, ſed abſtracta eſt ab illa, hic verò ſolum de re, quæ habet ſemper actualem exiſtentiam, & accipitur tantum pro re ſubſiſtentiæ, & exiſtentiæ.

Conformatio cum Ariſt.

SEd vbi ponitur ab Ariſtot. iſta diſtinctio de ente, vt venit à ratus, ta, tum, & vt venit à reor reris: quæ ſunt entia in eſſe obiectiuo, ſicut omnes res fuerunt ab æterno. Dico, quòd Ariſtotel. hanc diſtinctionem non ponit: quia ipſe negauit ideas & exemplaria omnium rerum in mente diuina: eſſe obiectiuum & ideale, accepit Scotus à Platone, & Auguſtino vt tenet 35. primi, ſed Ariſtot. non poſuit mundum habere eſſe ab æterno in mente diuina, ſed poſuit mundum ab æterno eſſe & exiſtere, licèt Plato in Phædone à Theologis aliqualiter in ponendis ideis differat, ſi credimus ijs quæ imponit illi diſcipulus ſuus Ariſtoteles in vltimo capite libro 1. Metaphyſi. & in multis alijs ſuorum operum locis: ſiue falſo ſiue non: multi multa, eaque diuerſa dicunt. Crediderim tamen ſi aliquãdo diuinus ille Plato tenuerit huiuſmodi ideas eſſe ſeparatas nõ de reali & ſecũdum locum ſeparatione, ſed de formali, & præciſiua intellexiſſe, in quo ſenſu Theologi oẽs illi ſubſcribunt, ſed à Platone habuere fundamentũ Theologi.

Eſſe obiectiuũ & ideale, accepit. Sco. à Platone & Aug.

TEX-

TEXTVS.

Conſequenter dico quòd ens diuiditur in ens ſimpliciter, & in ens ſecundum quid, ſiue in ens in potentia ſubiectiua, & in ens in potentia obiectiua: & iſta diuiſio eſt eadem cum præcedente, dempto eo quod addebat in ſecundo membro, quàm in eſſe imaginabili: & non capio hic ens ſecundum quid, vt ſub ſe continet entia rationis, ſiue relationes rationis & fictitia, ſed vt continet ſub ſe præcisè illud, cui nõ repugnat verum eſſe exiſtentiæ.

IStæ tres quæ modo præceſſerunt diuiſiones ſunt idem quaſi: vt dixit auctor dempto eo, quod addebatur in ſecundo membro primæ (quam in eſſe imaginabili) & non capio hic ens ſecundum quid, vt ſub ſe continet entia, ſiue relationes rationis, & fictitia, ſed vt continet ſub ſe præcisè illud, cui non repugnat verum eſſe exiſtentiæ. Et quia hic facta eſt mentio de exiſtentia. Aduertas, quòd ſecundum Scotiſtas, exiſtentia eſt idem realiter cum eſſentia, licet diſtinguatur formaliter ab illa. Thomiſtæ tenent, ꝙ exiſtentia eſt res diſtincta ab eſſentia, & probant iſto modo, oppoſitum exiſtentiæ prædicatur de eſſentia, ergo ab inuicem diſtinguuntur, patet, quia Adam habet eſſe eſſentiæ, & tñ iſta eſt vera, Adam non exiſtit. Ad hoc reſpõdeo, ꝙ oppoſitũ exiſtentiæ prædicatur non de eſſe eſſentiæ vero, quod eſt idem cũ eſſentia, ſed de eſſe eſſentiç in eſſe cognito. Secunda ratio eſt iſta, illa, quæ ab inuicem ſeparari poſſunt realiter diſtinguũtur, ſed eſſentia, & exiſtẽtia ſunt huiuſmodi: nam antichriſtus modo aut Cæſar habent eſſe eſſentiæ, non tamen exiſtentiæ. Ad hoc reſpõdeo, quòd quando Scotus dicit, quòd eſſe eſſentiæ, non ſeparatur ab eſſe exiſtentiæ, intelligit de vero eſſe eſſentiæ, quod eſt extra cauſam ſuam, & intellectum, & reponitur in re exiſtente, modo antichriſtus, & Cæſar non habent verum eſſe eſſentiæ, ſed tantum eſſe eſſentiæ cognitum.

Secundum Scotiſtas exiſtentia eſt idem cum eſſentia.

Alio

Alio modo dicitur res, vt venit a reor, reris, quod eſt opinor opinaris: & ſic omne quod eſt tam in eſſe obiectiuo, ſicut omnes res mundi ab æterno fuerūt, quàm in eſſe imaginabili, poteſt dici res, & dicitur eſſe res in eſſe cognito ab intellectu diuino, & non a quocunque alio intellectu, ſiue humano, ſiue angelico, & iſtud eſſe cognitum uocatur eſſe ideale, & eſt tantum in intellectu diuino, & nō eſt aliud niſi res cognita, & ſic Sortes, & Plato habēt eſſe cognitum, & realiter diſtinguebantur in mente diuina, antequam fuiſſent, & tu intelligas realiter potentialiter nō autem realiter actualiter, quia diſtinctio, cum ſit relatio realis requirit extrema fundamentum ſcilicet, & terminum actu poſita. Sed hoc eſſe cognitum, ſiue ideale dupliciter accipitur: vno modo formaliter, alio modo obiectiue: vnde idea Petri in mente diuina, formaliter eſt cognitio Dei, qua cognoſcitur Petrus: & ſic idea eſt una reſpectu omnium. & eſt realiſſima, & actualiſſima. Alio modo idea Petri eſt ipſe Petrus cognitus, & quodlibet obiectū in tali eſſe, & ſic ſunt plures ideæ, & ſunt tot, quot ſunt obiecta, & hoc modo intelligitur dictum Auguſt. 83. q. 46. alia ratione, conditus eſt homo, & alia ratione cōditus eſt equus: vnde talia obiecta in tali eſſe non habuerunt aliqđ eſſe eſſentiæ verum, vel exiſtentiæ, ſed ſolum eſſe eſſentiæ cognitum. Et nota, quòd in iſtis diuiſionibus non loquimur de ente rationis, ſed tantùm de ente reali. Et, quando in ſecunda diuiſione dicitur, quòd accipitur ens pro eſſe obiectiuo, & ſic dicuntur ſecundæ intentiones, & ficticia: hoc conformiter fecit auctor ad dicta Ariſt. nam poſtquam Ariſt. diuiſit ens in 5. metaphy. tex. commen. 14. in ens in anima, & ens verum, poſtmodum in 6. tex. commē. vltimi abiecit a ſua conſideratione ens in anima, & poſt in 7. & 8 metaph. incępit perſcrutari de ente, quod eſt extra animam. i. de ſubſtantia, & accidente, quæ ſunt ſpēs entis: deinde de potentia & actu in nono: deinde de uno, & multis in decimo, & ita patet, ꝙ omnes iſtæ diuiſiones sūt entis extra animam: unde figmenta, & entia rationis non cadunt ſub aliquo membro iſtarum trium diuiſionum directè. Et additur in prima diuiſione (tam pro eſſe obiectiuo, quàm pro eſſe imaginabili,) hoc eſſe imaginabile

Res dicitur a reor reris, quod eſt opinor opinaris eſt aduertēdū, quod res dicitur, quæ habet firmitatem, qua res eſt res eſſentia, uel exiſtentia.

lo

le conſideratur per accidens,& reductiuè, & ſic ſimiliter omnia alia impoſſibilia.

Ens ratum duob. modis ſumitur.

Hic etiam tranſeundo eſt animaduertendum ens ratũ dupliciter accipi:vno modo ſumitur pro re eſſentiæ, exiſtentiæ,vel ſubſiſtentiæ,alio modo pro illo, cui non repugnat exiſtentia,hæc diſtinctio ſumitur a Sco. in 36 diſtinctione primi ſentent.in reſponſione ad principale argumentum.

Dixit Margo (ſed ſi eſt ſolũmodo vna idea formalis in mẽte diuina,& ideę obiectiuæ ſint tot quot obiecta cogni ta, penes quid erit diſtinctio creabilium in eſſe obiectiuo qa dictũ eſt,ꝙ duo creabilia,vt ſortes,& Plato creaturi in mẽte diuina diſtinguũtur realiter, ꝙ ſi recurras ad ideas qualiter tunc plures ideæ repræſentant plura creabilia.) Contra ſic arguo inquiſitiuè,per quod diſtinctiuũ ſortes, & Plato diſtinguuntur in mente diuina?tu non potes dicere,ꝙ diſtinguũtur per ideas diuerſas, quia vna eſt idea in mẽte diuina reſpectu omnium creabiliũ, ergo nullo mõ diſtinguentur.Ad hoc reſpondeo pro aucto. Quod licet in mente diuina ſit vna idea formaliter, reſpectu omniũ creabilium,quæ ab intellectu diuino cognoſcuntur, tamẽ obiectiuè tot ideæ ſunt,quot ſunt obiecta creabilia, vnde alia eſt idea patris,& alia Franciſci:& penes iſtas ideas ſecundo modo creabilia in mente diuina diſtinguuntur.

Multa circa iſtas ultimas diuiſiones quæ ferè ſunt eædem animaduertenda ſunt, & primò uidendum eſt, an membra coincidant.& dicimus,quòd non,quia ens ſecundum quid in propoſito eſt illud,quod non eſt,& poteſt eſſe. ens verò ſimpliciter eſt illud, quod vere eſt in rerum natura.ſecundò videndum eſt,an ſit diſtractiua? ideſt per hoc.quod dico ſecundum quid an ſiat aliqua diſtractio. Et ad hoc dico,quod non,quia diſtractio deſtruit ſignificatum,& oppoſitum eius ponit. modò ens in potentia obiectiua ly potentia obiectiua non totaliter deſtruit ſignificatum entis,nec ponit eius oppoſitum,ita ꝙ nullo modo ſit, quia iam eſt ſuo modo: tamen diminuit ly potentia obiectiua de eſſe eſſentiæ,quia omne eſſe cognitum,aut in potentia obiectiua,eſt ens diminutum,ſed ſi eſſet ly potẽtia obiectiua dictio diſtrahens, ſicut homo mortuus ly mortuus

tuus deſtruit eſſe hominis,& ponit eius oppoſitum.i. ponit eſſe cadaueris, quod eſt oppoſitum eſſe hominis. non ſic ens in potentia obiectiua, quia ly potentia nõ ponit oppo ſitum entis i.non ens,& impoſſibile.

Tertiò videndum, an diuiſum prædicetur de diuidétibus?& ad hoc dico,ꝙ ſic ſecundum iſtum, quia ens prædicatur de ente ſecundum quid,& de ente ſimpliciter,& vniuocè,ſed non ſecundum alios.Quarto quæro. Quid cor reſpondeat conceptui entis in re?dico, ꝙ ens ſecundũ qd habet in re non repugnantiam ad eſſe,uel potétiam ad eſ ſe,ideo non eſt fictitium, & ens ſimpliciter eſt aliquid in re verè:& propterea enti in quantum ens, vt prædicatur de ente ſecundum quid,& de ente ſimpliciter, in re aliqd ſibi correſpondet,a quibus abſtrahetur, ſed in re iſte con ceptus non eſt realiter.

Conformatio cum Ariſt.

DE iſta diſtinctione entis ſimpliciter, & entis ſecundũ quid,uti loquitur Ariſt.nón ponimus hic,quia eſt ea dem cum illa,qua ens diuiditur in potentiam obiectiuã, & ſubiectiuam,& quia non ponemus hic ſecundam diſtin ctionem eſſe datam a philoſopho, conſequenter non ponetur prima,& ſic non erunt de mente Ariſto.quia ſortes ab æterno cognitus ab eo.

Quæſtio de potentia obiectiua.

ET,quia auctor meminit de potétia obiectiua:dicẽs, ꝙ ens diuiditur in ens in potẽtia obiectiua,& in ens ĩ po tétia ſubiectiua.Quęro primò,an detur talis potétia obie ctiua?Secũdo vbi ponitur a philoſopho & Theologo?Tertiò an dicat relationé ad actũ:Primò examinabo primum dictum:& probo,ꝙ nõ datur talis potétia obiectiua, quia ens in potétia obiectiua,aut eſt ens creatum,aut increatũ non põt eſſe ens creatum,quia oẽ quod eſt ens creatũ,ſiue terminus creationis,eſt ens in actu exiſtẽs: ſi eſt increatũ, ergo eſt ens a ſe,ergo neceſſe eſt eſſe:ergo De⁹: hoc argu mẽtum facit aliquibus difficultaté. Secũdo arguo, ꝙ non *An detur potẽtia obie ctiua.*

datur

datur talis potentia obiectiua, quia tale ens in potentia obiectiua, aut eſt generatum, aut creatum, & tũc tale ens erit ſubiectum generationis, aut creationis, & tunc erit ens in potentia ſubiectiua, quia illud, quod poteſt aliquid recipere, & eſſe ſubiectum alicuius, eſt ens in potẽtia ſubiectiua: ergo iſtæ duæ potentiæ non differunt. Ad primũ reſpondeo, quòd iſta potentia, nec eſt creata, nec increata: tu dicis, omne ens aut eſt creatum, aut increatum: dico, ꝙ uerum eſt de omni ente exiſtente, ſed non de ente non exiſtente. ſicuti eſt ens in potentia obiectiua. Replicabis & dices, ergo inter contradictoria datur medium, ſed ens creatum, & increatum ſunt contradictoria, & tu ponis ens in potentia obiectiua, nec eſſe creatum, nec increatũ. reſpondeo, quòd ens in potentia obiectiua poteſt mediare inter ens creatum, & increatum: tu dices, iſta ſunt contradictoria, nihil inter ea mediat: dico, quòd nullum ens in actu mediat inter ea verum eſt, cum hoc tamen ſtat, ꝙ mediat ens in potentia patet. nam Ariſt. in 1. phy. tex. commẽ. 71. quærit, illud quod generatur, aut ex ente generatur, aut ex non ente? Reſpondet, quòd generatur ex uno tertio, quod mediat inter ens, & non ens, quia ex ente nõ fit, quia tunc præeſſet, nec ex non ente, quia ex nihilo, ſiue non ente nihil fit, ſed fit ex ente in potentia, quod mediat inter purum nihil, & ens in actu: ſic inter ens creatũ, & increatum mediat ens in potentia obiectiua: unde ſicut Ariſt. inter ens, & nihil poſuit ens in potentia ſubiectiua, ſic nos inter creatum, & increatum ponimus ens in potentia obiectiua, quod non eſt, & poteſt eſſe. Ad argumentum modò dico: quòd iſtud ens in potẽtia obiectiua, nec eſt ens creatum, nec increatum, ſed quando diuiditur ens in actuali exiſtentia, & non ens indifferens ad illud quod exiſtit, & ad illud quod non exiſtit: ſed poteſt exiſtere. Ad aliud quando dicebatur, quod potentia obiectiua eſt ſubiectiua, & ideo fruſtra ponitur, quia non differunt, quia omne, quod poteſt fundare reſpectum, eſt ens in potentia ſubiectiua. Ad hoc dico, quòd iſta potentia non fundat reſpectum generationis, nec creationis, ſed tantùm ens in actu fundat, & quando exemplificatur de reſpectu creationis, & generationis dico, quòd ſemper iſti reſpectus præ-

Quæ ſunt in potẽtia obiectiua, non ſunt creata nec icreata

Inter ſubſtãtiam, & accidẽs datur iſta potẽtia obiectiua, qua nõ ẽ ſubſtãtiam, neque accidẽs vide Sco. in 2. d. 12. q. 1. uide Padu. Barolitam ĩ contradict. ſuis.

Quis actus correſpõdet potẽtiæ obiectiuæ. Dico quòd opp. actus non formalis, ſed exiſtentia. Potentia ſubiectiua opp. actus formalis.

præſupponunt fundamentum actualiter exiſtere, quod non eſt potentia obiectiua.

Conformatio cum Ariſt.

SEd vbi ponitur ab Ariſt. potentia obiectiua, & ſubiectiua? Quantum ad ſecundum dictum dico, ꝙ talis potentia obiectiua ponitur ab Ariſt. 9. metaph. tex. commēt. 13. vbi dicitur, potentia & actus ſunt eiuſdem generis: qa illud idem genere, & ſpecie, & numero, quod eſt in potētia, poſtea erit in actu. Sortes. n. qui eſt in potentia, non diſtinguitur a ſeipſo numeraliter, vt eſt in actu, & nō loquitur de potentia ſubiectiua, quia potentia ſubiectiua, & actus non ſunt eiuſdem generis, aut ſpeciei, aut numeri nam ſubſtantia, quæ eſt ſubiectum reſpectu accidentium, non eſt eiuſdem generis, cum accidentibus. Sed clarius hoc habemus ex Ariſt. vt optime deducit Sco. 11. di. quarti. Nam Ariſt. 7. meta. 56. ait, quòd ex actu, & potentia fit vnum. ibi dari ponitur potentia ſubiectiua. i. illud quod eſt, & poteſt aliquid recipere, & tale eſt materia, ſimiliter 8. meta. tex. c. 15. vbi ex materia, & forma ex actu, & potētia conſtituit compoſitum. clarum eſt, quòd in his locis ponitur potentia ſubiectiua. ſ. materia, quæ eſt, & poteſt aliquid recipere: ſed potentia obiectiua diſtincta a ſubiectiua ponitur 9. metaph. tex. cap. 11. vbi dicitur. eſt autem actus exiſtere rem, non ita ſicut dicimus potentia, & poſt explanando iſtam deſcriptionem, manifeſtat, in multis oppoſitis, vt vigilans ad dormiens, & videns ad claudens oculum, & elaboratum ad illaboratum. Quæro, quæ potentia eſt iſta, quando aliquis eſt videns, & habet potentiam ad claudēdum oculum: eſt illaboratum, & habet potentiam ad elaboratum eſſe? certum eſt, quòd eſt potētia, cum ipſe in fine ſubdat, huiuſmodi inquit, differentiæ alteri parti, eſt actus determinatus, alteri autem potentiale: iſta non poteſt eſſe potentia ſubiectiua, quia ſubiectiua manet cum actu, quia ex actu, & potentia fit unum per ſe, vt dicebat Ariſt. ſed vigilans non ſtat ſimul cum dormiente, ita quod ex eis fiat unum, elaboratum non ſtat cum illaborato, quia implicant contradictionem: ergo eſt potentia

Potentia, et actus ſunt eiuſdem generis, quia pōt eſſe quod potentia ſit ſubſtantia, & actus eius ſit accidens, potentia n. rōnalis eſt ſubſtātia, attamē forma ītelligibiles, & actus eius ſunt accidētia, & tō nō intelligitur de hac potētia ſubiectiua, ſed magis de alia aliqua potētia.

cognitum ſuper naturale, quod fundat reſpectum ad uoluntatem diuinam, potentem illud eſſe cognitum ponere in actu & producere, & ſic dicimus, quòd cognitio infuſa in anima noſtra à Deo, materia prima, Angeli, animæ, habuerũt eſſe poſſibile, ſiue obiectiuum ſupernaturale, quia fundauerunt reſpectum ad voluntatem diuinam ſupernaturalem. Sed roſa in hyeme habet eſſe poſſibile naturale, quia fundat reſpectum ad cauſas naturales potentes illam producere. Sed dicent aduerſarij, Antichriſtus in potentia obiectiua fundat reſpectum ad Antichriſtum in actu exiſtentem, & tunc idem eſt fundamentum, & terminus, quod implicat. Secundò omnis potentia aut eſt actiua, aut paſſiua. Antichiſtus nec eſt in potentia actiua, nec paſſiua: ergo nullo modò datur iſta potẽtia obiectiua. Ad primum dico, quòd duplex eſt relatio, actualis, & potentialis: actualis, requirit termiunum diſtinctum à fundaméto & actu exiſtere: Sed potentialis non requirit terminum diſtinctũ a fundamento, & actu exiſtere: Ad ſecundũ dico, quòd verum eſt, quòd eſt duplex potentia actiua, & paſſiua, in ente exiſtente: de ente vero ſecundùm quid, hoc non eſt uerum ſicuti eſt Antichriſtus. Vltimò quæres penes quid differunt iſtæ duæ potentiæ, ſubiectiua & obiectiua. Ad hoc reſpondeo, quòd potentia ſubiectiua eſt tũc, quando aliquid eſt actu, & poteſt aliquid recipere, obiectiua quando non eſt, & poteſt eſſe.

TEXTVS.

Et ſic dico quod ens vt eſt ſubiectum metaphyſicæ, & adæquatum obiectum intellectus noſtri, dicitur vniuocè de ente ſimpliciter & de ente ſecundum quid, ſaltem ad illa eſt vniuocum prædicatum.

Vniuocum prædicatũ & æquiuocum.

Differentia inter eſſe vniuocũ prædicatum, & vniuocem prædicari.

PRo quo eſt notandum, quòd ſecundum Sco. diſtinctione 7. pri. Sent. quæſt. tertia, & diſt. 3. eiuſdem, quæſt. 3. differentia eſt inter eſſe vniuocum prædicatum, & vniuocè prædicari. Vniuocum enim prædicatũ eſt vniuerſaliter,

 quando

quando conceptus illius quod prædicatur,in ſe vnus ex na tura rei,ſi ſit res primæ intentionis. Et hoc modo album dictum de ligno & lapide eſt prædicatum vniuocū, & vniuerſaliter omnis prędicatio accidentis de ſubiecto. Et per oppoſitum illud dicitur æquiuocum quod prędicatur non ſecundum vnitatem conceptus. Et ſic inter vniuocum & æquiuocum non eſt medium. Patet clarè ex rationibus ip ſorum. Vniuoca enim dicuntur,quorum nomen eſt commune,& ratio ſubſtantiæ eſt eadem:Aequiuoca vero,quorum nomen eſt commune, & ratio ſubſtantiæ non eſt eadem.Modo habere eandem rationem,& non habere eandem rationem, cùm ſint contradictoria, nullo modo poſſunt compati medium.Ex quo infero,quòd omne analogum vel eſt æquiuocum vel vniuocum. Vniuocè verò prædicari eſt,quando ratio ſeu diffinitio prædicati includitur in ratione ſeu diffinitione ſubiecti:& hoc quidditatiue,ſic quod nō prædicatur,vt album de lapide:nec vniuerſaliter,vt quodcunq; accidens de ſubiecto,ſiue proprium ſiue commune:nec vt inferius de ſuperiori, nec vt genus de differentia,nec ut differentia de genere,nec vt modus intrinſecus de eo cuius eſt modus intrinſecus: ſed vt ſolus conceptus quidditatiuus & qualitatiuus,pertinētes ad primum modum dicendi,per ſe prædicantur. Vlterius eſt aduertendū, quod duplex eſt vniuocatio vt ad præſens ſpectat,ſcilicet vniuocatio tranſcendens & vniuocatio limitata. Vniuocatio limitata eſt reſpectu alicuius prædicati potentis prædicari de multis ſecundum habitudinem alicuius vniuerſalium à Porphyrio aſſignatorum: & iſto modo ens non prædicatur vniuocè de entibus, ſicut dicit Porphyrius. Si quis enim omnia entia vocet æquiuocè,inquit,nūcupabit,& nō vniuocè. Vniuocatio tranſcendēs eſt vnitas alicuius cōceptus ex natura rei potentis de multis generibus generaliſſimis prędicari:vel de uno generaliſſimo,& de aliquo quod nō eſt in prædicamēto. Exemplum primi:vt ens,bonū,verum,relatio,abſolutum,&c. dicūtur vniuoca vniuocatione tranſcendenti. Exemplum ſecundi vt iuſtitia,ſapientia,dicuntur vniuoca vniuocatione tranſcendenti,nec requiritur ad hoc, quod aliquod prædicatū ſit tranſcendens,quod prædicetur de omnibus prædica mentis;

Vniuocatio duplex.

mentis,ſed ſufficit quod prædicetur de aliquo prædicamẽ to,vel de aliquo reponibili,& quod non ſit per ſe in genere ſicut eſt ſapientia,iuſtitia,& ſic de alijs,ſic Sco.8.di.pri. Sen q 3. Aduertendum vlterius,quòd ens capitur dupliciter,vno modo tranſcendenter, alio modo tranſcendentiſſimè. Ens tranſcendentiſſimè captum eſt æquiuocum quacunq; æquiuocatione,quia ut ſic capitur ens, eſt cõmune ad ens reale,& ens rationis,& clarũ eſt,quod vt ſic nõ dicit aliquem conceptum unũ,quia uel ille conceptus eſſet ſecluſo opere intellectus,uel non. Si ſic, ergo aliquid quod eſſet præter opus intellectus,includeretur quidditatiuè in illo quod non eſſet præter opus intellectus, cuiuſmodi eſt ens rationis. Si non eſſet pręter opus intellectus, ſed per opus intellectus: ergo aliquid quod eſt per opus intellectus, includeretur quidditatiuè in illo quod eſſet præter opus intellectus, quod uidetur falſum, & ſic relinquitur, qđ ens vt ſic captũ nõ eſt uniuocũ. Prædicta ratio facit mihi fidem,& credo illã eſſe inſolubilem,licet Frãc.de Mayronis nitatur eam ſoluere,ſed iudicio meo non ſoluit.

Ens tranſcẽdenter & tranſcendẽtiſſime.

Tractatur hic doctiſsimè de vniuocatione entis: vbi pulchra dubia ſoluuntur,& declaratur textus auctoris.

HIc mouendæ ſunt quædam difficultates & concordandæ diuerſæ opiniones de uniuocatione entis.Primò igitur ago in id quod dicit Syrectus quod ens eſt ſubiectum meta.& adęquatum obiectum intellectus noſtri: perfectus Metaphyſicus perfectè cognoſcit ſubiectum Metaphyſicæ, ergo perfectè cognoſcit ens inquantum ens, & iſtudmet ens quod eſt ſubiectum adæquatum meta. eſt obiectum adęquatum intellectus noſtri,tunc vltra, ſi naturaliter poteſt intellectus pro iſto ſtatu cognoſcere ens, inquantum ens, ergo naturaliter poteſt cognoſcere quodlibet contentum ſub ente,& ſic naturaliter poteſt cognoſcere Deum, quod eſt falſum. Secunda difficultas eſt in hoc,quòd ponit Syrectus vniuocè prædicari de ente ſimpliciter, & de ente ſecundum quid ſiue ente in potentia obiectiua & de ente in potentia ſubiectiua, & iſte eſt ſupremus conceptus ſuper omnia,& ego probo,quod ſupra

De ſubiecto metaph.

ens datur alius conceptus ſuperior,qui vniuocè prædicatur de ente ſimpliciter, & de ente ſecundùm quid: & iſte erit conceptus tertius, quod eſt contra Scotum, & probo ſic:plus cõueniunt ens & vnum, quàm ens & nihil:ſed ens & vnum ſunt extra intellectum, ergo poſſunt fundare, & eſſe fundamenta conuenientiæ: & tunc iſta conuenientia erit realis,quia fundamenta realia ſunt: & erit ſupra ens & vnum,& ſic vniuocè prædicabitur de quolibet,ſicut ens. hæc oratio facit aliquibus difficultatem. Tertia difficultas eſt iſta: videtur quòd nòn datur prædicatum vniuocũ: quia prædicatum vniuocum ponitur pro proprijs paſſionibus & alijs,de quibus ens non vniuocè prædicatur, ſed eſt vniuocum prædicatum.quid ſit autem vniuocum & vniuocè prædicatum & quæ differentia inter illa duo vide Trõbetam in hoc loco in Syrectum. Sed ego probo,quòd vniuocè prædicatur:& arguo ſic,ens & intelligibile conuertũtur:& propria paſſio eſt intelligibilis formaliter: ergo eſt ens formaliter cùm conuertantur: ſed ens formaliter eſt ens quidditatiuè:ergo propria paſſio eſt ens quidditatiuè & ſic non erit diſtinguere de ente formaliter.de ente realiter ſicut Scotiſtæ dicunt. Quarta difficultas eſt iſta, Scotus in expoſitione ſuæ Metaphyſicæ. in quarto comm.primo voluit,quòd Metaphyſicus conſideret ens inquantum ens reduplicatiuè: ergo ens vt eſt ſubiectum in Metaphyſica,non tenetur cum ly inquantum ſpecificatiuè, ſed reduplicatiuè:tunc ſequeretur, quòd omne ens eſſet ſubiectum in Meta. patet, homo inquantum animal rationale eſt riſibile, ergo omnis homo eſt riſibilis. Ad primam difficultatem reſpondeo ſic: quod eo modo, quo quis eſt perfectus Metaphyſicus, eo modo cognoſcit ſubiectum Metaph. & cùm perfectus Metaphyſicus verſetur præcipuè in cognitione valde vniuerſalium, ideò Metaphyſicus cognoſcit ens inquantùm ens, demonſtrando de ipſo paſſiones vniuerſales. & quando dicitur, quòd Metaphyſicus cognoſcit ens.inquantum ens concedo, ſcilicet quod cognoſcit illud inquantùm eſt ſubiectum in Metaphyſica: & quando dicis quod eſt adæquatum ſubiectum Metaph. eſt adæquatum obiectum intellectus noſtri:dico, quòd hoc non eſt verum, quo ad omnia. eſt enim verum quoadhoc,

ad hoc,quòd ſicut ſubiectum meta.eſt commune omni enti reali,& prædicatur de omni ente reali in quid, vel ſaltem eſt prædicatum uniuocum, ſic ſimiliter obiectum intellectus. Sed non eſt verum quoad hoc, quòd ſicut quodlibet ens inquantum ens, eſt obiectum intellectus, quòd ſimiliter quodlibet ens ſit ſubiectum Meta. & ideò, ly inquantum, ſtat ſpecificatiuè, quando dicimus, quòd eus inquantum ens, eſt ſubiectum adęquatum Meta. ſed ſtat reduplicatiuè, quando dicimus, quòd ens inquantum ens eſt obiectum adæquatum intellectus, & quando dicitur quòd naturaliter poteſt deum dignoſcere dico, quod poteſt eo modo quo tractat ens id eſt ſub ratione vniuerſali & confuſa non autem diſtinctè. Ad ſecundam dico, quod non datur conuenientia realis ſupra ens & vnum:quia ab vno & ente nihil reale abſtrahitur,vnde ab iſtis conceptibus cum ſint ſimplices, non abſtrahitur aliquid reale.quia abſtractio cõceptus realis fit a duabus rebus exiſtentibus, aut à duabus realitatibus, & non à ſimpliciter conceptibus,ideò talis conceptus, ſcilicet conuenientia, non eſt conceptus realis abſtrahibilis ab aliquo: propterea ſupra ens & vnum non datur aliquis conceptus realis:quia non habet fundamenta, à quibus realiter poſſit aſtrahi: & ſi à Deo & creatura abſtrahitur ens, bene poteſt abſtrahi: quia Deus eſt vera res,& ſimiliter creatura: modo,cùm nec ens,nec vnum ſint veræ realitates,aut res immo ſimpliciſſimi conceptus,& qui poſſint ſolũ terminare actionem noſtri intellectus, ideo nihil reale poteſt abſtrahi ab iſtis, & quando dicis, plùs conueniunt ens & vnũ quàm ens & nihil,negatur hoc ſimiliter, quia plùs & minus præſupponunt poſitiuũ.in prima parte maioris,in ſecũda autem non,quia nihil non dicit aliquod poſitiuum. Ad tertiam,quando probatur, quòd intelligibilitas & ens cõuertuntur:quælibet paſſio eſt formaliter intelligibilis:ergo eſt formaliter ens. Ad hoc dico, quòd propria paſſio eſt realiter ens, ſed non formaliter,quia poteſt concipi ſine ante cùm alia ſit formalitas paſſionis & illius cuius eſt paſſio, & quidditatiuè: & cùm dicis, eſt intelligibilis formaliter, concedo formaliter, ideſt per ſuam formam,ſed non formaliter,ideſt quidditatiuè.Ad vltimam,

quæ eſt auctoritas Scoti. aliqui ſunt, qui negant, quòd illa Metaphyſica condita ſit à Scoto, ſcilicet expoſitio: ſed illi habent reſpondere dictis Scoti 11. diſtinct. quarti dicentis, ſicut diximus in expoſitione quam edidimus ſuper 7. Metaphy. ideò ſecundùm hoc dictum videtur eſſe Scoti. Quicquid ſit, aliter reſpondeo: quòd illa auctoritas non bene adducitur quia non dicit ibi Scot. quòd ens inquantùm ens, eſt ſubiectum in Metaphyſica. accipiendo ly inquantum reduplicatiuè: ſed dicit, quòd Metaphyſica ſpeculatur entia inquantùm entia, & quod ly inquantum tenetur reduplicatiuè: & hoc eſt verum, quia Metaphyſicus conſiderat omnia entia particularia, ſub ratione tranſcendenti & communi. non autem dicit, quòd ens inquantùm ens reduplicatiuè eſt ſubiectum in Metaphy. vnde in fine illius textus dicit quod Metaphyſicus conſiderat omnem ſpeciem entis & omnes partes entis: ergo verum eſt, quod Metaphy. conſiderat omnia entia inquantùm entia reduplicatiuè, ideſt ſub ratione tranſcendenti, quia conſiderat Sortem ſub ratione tranſcendenti, & hominem, & ſic de omnibus alijs.

Dixit auctor quod ẽs dicitur vniuoce de ente ſimpliciter, & ſecũdũ quid vel ſaltẽ eſt vniuocũ prædicatũ, & hoc dixit quia nũc nõ vult cũ Auer. litẽ per agere de ente an ſit vniuocũ vel æquiuocum.

Ibi cùm dicit auctor (inter vniuocum & æquiuocum non datur medium:) ergo non datur prædicatum analogum medium, & probat iſto modo, inter contradictoria non datur medium: ſed idem & diuerſum ſunt contradictoria, quia habere eandem rationem & non habere eandem rationem ſunt contradictoria: ergo inter ipſa non datur medium, ergo non datur prædicatum analogum, quod eſt medium inter vniuocè & vniuocum, & æquiuocè & æquiuocum prædicatum.

Sed circa hanc vniuocationem entis adhuc poteſt eſſe iſtud dubium, iſta vniuocatio entis non eſt vera: quia fundamentum, & Achylles, per quem Scotiſtæ tenẽt eam, eſt falſus: quem facit ipſe Scotus, tertia diſt. primi, & ponitur ſimiliter primo Metaphyſicæ ab Antonio Andrea: & formatur iſto modo: intellectus certus de vno & dubius de duobus, ſiue diuerſis, habet conceptum alium de quo eſt certus, à conceptibus, de quibus eſt dubius: ſed intellectus viatoris poteſt eſſe certus de aliqu, ꝙ eſt ens dubitando de ente finito vel infinito: ergo conceptus entis de aliquo

quo eſt alius à conceptu iſto vel illo, & ita neuter ex ſe; ſed in vtroque illorum includitur: ergo vniuocus: iſta ratio & multæ aliæ, quæ idem ſonant, poſſunt infringi iſto modo. Poſſet enim aduerſarius dicere, quòd intellectus non habet conceptum alium de quo eſt certus, à conceptibus, de quibus eſt dubius, ſed habet tantum vocem. vnde Philoſophi diſputantes de primo principio, non concedebant ens eſſe conceptum ſupra illa, quæ ponebant principia: quando inquirebant, an Deus eſſet principiũ, ſed erãt certi, quòd dabatur vox iſta, ſcilicet ens, & de hoc tantum erant certi, & non de conceptu, & poſteà diſputabãt, ſi hoc quod vocabãt ens, ſecũdùm vocem, eſſet principiũ primũ: puta ſi ignis, aut aqua, de quibus concedebant verificari hanc vocem, ens, an eſſet Deus & primũ principium? ergo iſtis eſt cõmunis vox & non conceptus. Ad hoc dico, & ad multas alias rationes, quæ poſſent fieri contra rationes Scoti quòd verè conceptus eſt communis, & non tantùm vox, & ratio iſta Scoti & quælibet ſibi ſimilis, quia vanum eſt omnes adducere, tenent præſuppoſito uno fundamento, quod habet Scotus. 8. primi vbi dicit, quòd hoc modo deuenimus ad cognitionem Dei, ideſt, ab inferiori ad ſuperius, ut hoc, eſt Sortes, ergo homo, ergo animal, ergo corpus animatum, ergo corpus, ergo ſubſtantia, ergo ens, & totus iſte proceſſus eſt cognitio confuſa, poſtea regrederis, ens aut finitum, aut infinitum: ſi infinitum, Deus, ſi fintium, creatura, neque iſti proceſſus poſſunt negari: quia diffusè habentur ab Ariſt. in primo Phy. in principio quãdo docet nos procedere à magis vniuerſalibus ad minùs vniuerſalia, & à minùs vniuerſalibus ad magis vniuerſalia: & iſti duo proceſſus poſiti ſunt à ſecundo textu, vſque ad quartum incluſiuè: & iſta diuiſio entis per finitum & infinitum eſt vera ſecundùm Ar. qui concedit, vt tenet Scotus ſeptima quodlib. finitatem Dei in vigore. Si igitur ens aliquod eſt finitum, aliquod infinitum, etiam ſecundùm Ariſtot. & quando fit diuiſio entis, non diuiditur vox, ſed verè conceptus: quia diuiſio præſupponit diuiſum eſſe ens poſitiuum, & verè aliquid: quando igitur diuiditur ens per iſtam diuiſionem deſcendimus in creaturam, & in Deum. & ſi tu diceres, bene poteſt eſſe, quod

diuidatur aliquid, & non dicat conceptum aliquem, ſed erit ſimpliciter vox ſicut dicimus, quòd canis diuiditur in piſcem marinum, canem latrabilē, & ſidus cęleſte, & iſta diuiſio eſt uocis in ſua ſignificata, & non conceptus. Ad hoc reſpondeo quod aliud eſt diuidi in aliqua, in quæ deſcendit, & aliud diuidi per aliqua: modò vox diuiditur in aliqua. i. in ſua ſignificata, & nō per aliqua: quia canis uox non habet aliquas differentias, aut modos intrinſecos, p̄ quos deſcenderet in ſua ſignificata, ſicut ens per modos intrinſecos deſcendit in Deum, & creaturam. rōnes igitur Scoti tenent præſuppoſito ordine confuſe cognoſcēdi, & diſtinctè cognoſcendi, & præſuppoſita diuiſione entis.

Quando canis diuiditur eſt diuiſio uocis in ſua ſignificata, quia canis uox non hēt aliquas differētias.

Secundò tria hic debes norare: primo, conceptus multipliciter accipitur. & hoc dico, vt clarè pateat, quid ſit conceptus vniuocus: vno modo accipitur conceptus, pro potentia concipiente, vt intellectus. Alio modo pro ratione conceptibili, qua mediante intellectus concipit obiectū, vt ſpecies intelligibilis, in qua relucet obiectum cognitū: tertio modo accipitur pro actu concipiendi. i. pro conceptu formali, qui eſt notitia, qua aliquis concipit aliquam rem. Quarto pro conceptu obiectiuo, vt res cognita, quæ obijcitur potentiæ concipiēti, & iſte conceptus eſt duplex qualitatiuus, & eſt differentiarum, qui prædicatur in quale, quidditatiuus qui prædicatur in quid de pluribus, ut conceptus ſpeciei, generis, & entis. Patet igitur, quòd iſto quarto modo ſumitur, quando dicitur, quòd ens habet conceptum vniuocum. Tertiò debes notare, quòd duplex eſt æquiuocatio, quædam eſt rei, & quædam eſt ſigni: æquiuocatio rei, ſunt ipſa ęquiuoca, id eſt res æque ſignificatæ per ipſum terminum æquiuocum, & de iſta non loquimur. Alia eſt æquiuocatio ſignì, & iſta eſt duplex, uel naturaliter ſignificatiui, vel ad placitum. Sed dices, quomodò poteſt eſſe æquiuocatio ſigni naturaliter ſignificantis, cum in mente nulla ſit æquiuocatio. Reſpondeo, quòd in mente, hoc ſignum lapidis ſignificat rem naturaliter, propriè, & ſeipſum naturaliter communiter, & hoc non niſi æquiuocè. Probo, quia non vniuocè: ergo æquiuocè, ét notitia huius vocis, ſignificat naturaliter propriè ipſam vocem, & ad placitum ſignat rem. æquiuocatio ſigni ad pla-

Notitia æquiuoci, & analogi.

placitum duplex eſt: quædam à caſu, & quædam à conſilio, æquiuocatio ſigni à caſu, eſt quæ ſignificat plura, mediantibus pluribus nominibus naturaliter ſignificantibus, totalibus, & non ſynominis, dicitur notanter naturaliter ſignificatiuis: quia conceptus canis latrabilis non ſignificat canem latrabilem ad placitum, ſed naturaliter, & ſic de aliis, dicitur notanter totalibus, propter orationes, quæ plura ſignificant conceptibus partialibus, dicitur notãter non ſynonimis: quia ſi profertur Sortes in præſentia plurium, illa vox ſignificat Sortem mediantibus pluribus notitijs: quæ exiſtunt in mentibus plurium, dicitur ergo non ſynominis, quia notitia Sortis in mente mea, tua, & illius, eſt accepta ſynonimè. Quædam eſt æquiuocatio ſigni ad placitum à conſilio: & eſt tunc, quando vnum ſignificatur per prius, & reliquum per poſterius: ita, quòd non ſignificat vnum niſi prius ſignificet alterum, vt homo non ſignificaret hominem pictum, niſi prius ſignificaret hominẽ verum. His ſtantibus pono duas concluſiones, prima ſit iſta. Propoſitio, in qua ponitur æquiuocum à caſu ſemper eſt diſtinguenda. Secunda concluſio. Propoſitio, in qua ponitur æquiuocum à conſilio, non ſemper eſt diſtinguenda, quia tunc ſequeretur, ꝙ iſta, homo currit, eſſet diſtinguenda, quia homo poteſt pingi, non oportet ergo quòd iſta propoſitio diſtinguatur, immo propoſitio, in qua ponitur analogum, non diſtinguitur, ſed ſtat pro famoſiori ſignificato. Quod dixi de æquiuocatione, dicatur de vniuocatione: ꝙ eſt duplex, quædam rei, quædam ſigni: rei, vt ſunt res vniuocatæ, ſigni, qñ eſt identitas, vel vnitas vocis & ſignificati primi: vnde ad cognoſcẽdum vtrum iſte terminus lapis ſit vniuocus, videas ſi primum eius ſignificatũ eſt vnum, tunc eſt vniuocum. Tertiò notare debes, ꝙ Analogum tunc eſt vt Boetius dixit qñ eſt inæqualitas ſignificati: v.g. natura animalis nobiliori modo participatur ab homine, quàm ab aſino. vnde aduertas maximam diſcordiam inter Scotum, & Com. Scot. negat dari analogiam mediam inter æquiuocationem, & vniuocationem. Com. in 4. metaphy. com. ſecũdo voluit dari mediam analogiam: & ſpecialiter hoc concedit de ente, vnde inquit, hoc nomen ens, nõ eſt æquiuocum. Si enim eſſet æquiuocum non conſideraret

de eo vna ars:tamen dicitur multis modis ſed non æquiuocè,vt canis qui dicitur de latrabili,& marino, neq; vniuocè vt animal de homine,& aſino,ſed eſt de nominib⁹,quæ dicitur de rebus attributis eidē:& ſunt media inter vniuoca & æquiuoca. ex quibus verbis clarè patet,quod analogia mediat inter vniuocationē & æquiuocationē. Scot.verò ecōtra hanc negauit,& cùm habeāt diuerſa fundamēta circa æquiuocationem, hinc eſt quod proceſſerunt diuerſæ concluſiones,ponentes alio & alio modo analogiam.

De uniuocatione entis.

SEd eſt ſatis aduertendum, quòd de iſta vniuocatione entis ſunt multi modi & varię poſitiones,quomodo ponatur.Primus eſt Antonij Andreæ in ſua metaphyſica:qui ponit diſtinctionem,quòd triplex eſt vniuocatio: ſcilicet phyſica,logica, & metaphyſi. phyſica eſt vnitas naturæ ex natura rei circunſcripto omni opere intellectus: de illa vniuocatione loquitur Philoſophus 7. phyſicæ text. comment. 24. quando dicit in ſpecie ſpecialiſſima eſt propriè comparatio,& nō in genere, quatenus ſpecies dicit vnam naturam & vniuocam:non autem genus,ſed latent æquiuocationes in genere genus enim dicitur æquiuocū, æquiuocatione oppoſita vniuocationi phyſicæ, eo quòd nō correſpondet ſibi vna natura , vel hypoſtaſis extra , ſed plures ſecundùm quod dicunt Com.& Themiſtius ſuper primum de anima.Vniuocatio logica eſt vnitas alicuius realitatis uel intentionis primæ ſub vna intentione logica cōceptæ.verbi gratia,ſub intentione generis, uel differentiæ, uel alicuius alterius ſecundæ intentionis . Logicus enim conſiderat huiuſmodi intentiones:ex quo concludo corollarium unum,quòd aliquod tranſcendens,ut ens,eſt propriè uniuocum uniuocatione logica,quia enti,uidelicet competit ſibi iſta ſecunda intentio, ſcilicet uniuerſale,& ſimiles,quæ ſunt intentiones logicæ,& ſecundæ intentiones,& ſic ſtat aliquid eſſe vniuocum logicæ & æquiuocum phyſicæ , ut ens . Vniuocatio metaphyſica eſt unitas alicuius primæ intentionis abſtrahibilis per intellectum à pluribus ex natura rei circunſcripta quacunque intentione ſecunda uel logica , & hoc modo tranſcendentibus non repugnat uniuocatio: ex quo infertur corollarium ,

Genus non eſt vniuocū. quis ſenſus.

ens

ens eſt vniuocum metaphyſico, quod non eſt vniuocũ phyſico. Secundus modus eſt Franciſci de Marchya ſuper primum ſententiarum: quòd, Q[u]atuor ſunt gradus vniuocationis: propter quorum diuerſitatem diuerſificantur opiniones de vniuocatione entis: vniuocum enim deſcendit in ſua vniuocata quadrupliciter. Primus gradus eſt, qñ aliquid deſcendit ſcđm eãdem rationem: & ſcđm eundem eſſendi modum cõem eis, & ſcđm eundem ordinẽ eſſentialẽ & ſcđm eundem gradum perfectionis eſſentialem, & ille gradus, ſiue modus vniuocationis eſt pfectiſſimus gradus poſſibilis reperiri in creaturis, ſed iſta vniuocatio eſt tantum ſpeciei ſpecialiſſimæ, ſpecies enim ſpecialiſſima deſcendit in ſua indiuidua, vt albedo ſecundum eandem rationem & ſecundum eundem modum eſſendi communẽ, vt patet, & ſecundum eundem ordinem eſſentialem eis communem: quia ſecundum Philoſophum octauo metaphyſicæ, ordo eſſentialis eſt inter ſpecies non autem inter indiuidua: & ideo ſpecies non deſcendit per prius in vno indiuiduo, quam in alio, accidit enim indiuiduo eiuſdem ſpeciei, quòd ſit prius alio, accidit etiam indiuiduo eiuſdẽ ſpeciei, quòd ſit perfectius alio: poſſunt enim duo indiuidua eiuſdem ſpeciei eſſe æque perfecta, & ideo ſpecies deſcendit in ea ſecundum eundem gradum æque perfectum & hoc per ſe: & hinc eſt, quòd in ſpecie ſpecialiſſima eſt tantum perfectiſſima comparatio vt dicebat Ariſt. in ſecundo Phyſicorum. Secundus gradus eſt minor iſto: & eſt, quando aliquid deſcendit in ſua vniuocata ſecundũ eandem rationem, & ſecundum eundem modum eſſendi, & ſecundum eundem ordinem eſſentialem: non autem deſcendit in ea ſecundum eundem gradum perfectionis, quomodo aliquod ſubalternum deſcendit, vt animal in ſuas ſpecies per rationale & irrationale: puta ſubſtantia animata ſenſibilis eſt in omnibus ſpeciebus ſecundũ eundem modum eſſendi, & ſecundum eundem ordinem eſſentialem, vt dicitur ſeptimo Metaphyſicæ, non tamen deſcẽdit in eas ſecundum eundem gradum perfectionis eſſentialem: alium enim gradum perfectionis animalis habet homo quam brutum: ideo in hoc, ſcilicet, in diuerſitate graduum genus recedit ab vniuocatione, & accedit ad æqui-

Vniuocationis quatuor ſunt gradus

Subtilis doctrina.

æquiuocationem, propter quod dicitur ſeptimo Phyſic. ꝙ in genere latent æquiuocationes: in quibus verbis Philoſophus innuit duo. Primò enim innuit multiplicitatem, & diuerſitatem graduum generis, penes quod attenditur eius æquiuocatio: ſecundò innuit vnitatem rationis eius, penes quam eſt eius vniuocatio, & hoc cum dicit latent æquiuocationes in generibus: ſub aliquo enim huius habent æquiuocationes latere ſi latent: hoc autem, ſub quo latent illæ æquiuocationes graduum generis, eſt vnitas rationis ipſius, latent etiam ibi propter diuerſitates graduum, qui gradus ſunt eiuſdem rationis formalis. Tertius gradus vniuocationis eſt minor prædictis duobus, & eſt quando aliquid deſcendit in ſua inferiora, ſecundum eandem rationem, & ſecundum eundem modum eſſendi, non tamen ſecundum eundem gradum perfectionis eſſendi, & eſſentialem ordinem, ſicut numerus deſcendit in ſuas ſpecies: deſcendit enim numerus ſecundum eãdem rationem numeri in communi, & ſecundum eundem modum eſſendi, ſed tamẽ ſecundum alium, & alium gradũ perfectionis: perfectiorem enim gradum numeri participat ternarius, quam binarius, deſcendit etiam ordine quodam eſſentiali, non ordine ſuperiorum, & inferiorum, ſed per prius deſcẽdit in unã ſpeciem, quàm in aliam, vt prius in binarium, quã in ternarium, & ſic aſcendendo. Et quantum ad talia vniuoca dicit philoſophus. quinto metaphyſicæ, quòd ſpecies rerum ſunt ſicut numeri, ſicut enim ſpecies numeri habent eſſentialem ordinem, ita ſpecies rerum ſunt inter ſe eſſentialiter ad inuicem ordinatę, & iſte gradus vniuocationis accedit ad analogiam, vnde numerus eſt vniuocum, inquantum ſecundum vnam rationem deſcendit in ſuas ſpecies, & prædicatur de eis: analogum autem vt non deſcendit ſecundum eũdem ordinem, eius tamen ſpecies habent inter ſe ordinem eſſentialẽ, ex quo patet, ꝙ ipſa analogia ſe tenet, & poteſt ſtare cum vniuocatione. Quartus gradus eſt minor prædictis: & eſt qñ aliquid deſcendit in ſua inferiora ſecundum eandem rationem tantum, ſed non ſecundum eundem modum eſſendi, nec ſecundum eundem gradum perfectionis, nec ſecundũ eundem ordinem eſſentialem: & ſic ens deſcendit in ſubſtantiam,

Species rerũ ſũt ſicut numeri.

Ens quomodo deſcẽdit in ſubſtãtiã & accidẽs.

ſtantiam, & accidens, ratio enim entis eſt in ſe, eadem in ſubſtantia & accidente, habet tamen diuerſum gradum perfectionis in eis: ſubſtantia enim perfectior eſt accidente, prius enim deſcendit ens in ſubſtantiam quam in accidens: ſubſtantia enim præſupponitur accidenti: ſecundò habet alium modum eſſendi in ſubſtantia, quam in accidẽte: in ſubſtantia enim exiſtit independenter ab alio ſubſtantiue, in accidente autem habet oppoſitum modum eſſendi: iſte autem eſt infimus gradus vniuocationis, habẽs multum de æquiuocatione, quia habet diuerſitatem graduum, & modi eſſendi, & diuerſitatem ordinis: ideo tale eſt ſimul vniuocum, æquiuocum, analogum: eſt vniuocum, quantum ad vnitatem rationis communis: æquiuocum autem quantum ad diuerſitatem graduum, & modi eſſendi. Analogum autem quantum ad ordinem, & hinc eſt, quòd aliqui aſpicientes ad diuerſitatem graduũ perfectionis, & modorum eſſendi tantum, dicunt, ꝙ eſt æquiuocum. Alij autem attendentes ordinem, quo ens deſcendit in ſubſtantiam & accidens, & ad ordinem, quem habent ſua inferiora inter ſe, dicunt ipſum analogum. Alij verò vniuocum ad eius vnitatem rationis attendentes, & ſic diuerſificantur opiniones de ente, quę omnes opiniones certè verum dicunt in aliquo. Tertius eſt modus aliorũ Scotizantium, qui aſſumentes maximam Scoti in prologo, quãto magis aliquid recedit ab aliquo extremo, tanto magis denominatur ab eius oppoſito, & quia ens maximè recedit à ſpecie, ideo denominatur partim æquiuocum, & partim vniuocum, vel minima vniuocatione vniuocum, quia ſpecies eſt maximè vniuoca, & ſic ens erit vniuocum, & æquiuocum. Et hæc de modo ponendi vniuocationem.

Pro declaratione communitatis ſiue conceptus entis, eſt aduertendum, quòd in hoc apud Scotiſtas ſunt varij modi, primus eſt Antonij Andreæ in ſua metaphyſica quæſtione prima, qui voluit, quòd ens habeat communitatem & vnitatem realẽ, quam concluſionem probat multis rationibus, vt habent ibi videri: & vult, quod vnitati huius conceptus correſpondeat aliqua vnitas ex natura rei, aliter dicit ipſe, vniuerſalitas entis eſſet fictícium quoddam, & chymera. Secundus modus, qui magis ſapit, eſt *De cõceptus entis communitate.*

quòd

quòd conceptus entis nō eſt communis communitate rea li per inexiſtentiam, nec per indifferentiam, primò non per inexiſtentiam, vt eſſentia diuina, quæ in pluribus perſonis exiſtit: nec eſt communis conceptus entis per indifferentiam, vt ſunt naturæ communes, de quarum quidditate non ſunt differentiæ vltimæ: ſed conceptui entis correſpondet ſibi aliqua communitas per intellectum, & nota, quòd intellectus intelligens diſtinctè ens, nō habet vniuocationem entis. Et pro hoc pono duas concluſiones, prima, Apud intellectum diſtinctè concipientem non datur vniuocatio entis: ſecunda cōcluſio, apud intellectum confuſe concipientem datur vniuocatio entis: ex quo ſequitur primum corollarium, quòd Deus, qui diſtinctè intelligit omnia, non habet conceptum entis vniuoci. Secundum corollarium, apud intellectum noſtrum confuſe concipientem datur vniuocatio entis. Et tunc eſt cōceptus diſtinctus alicuius rei, quando intellectus diſtinctè concipit aliquid adæquate & perfecte: vt quando intelligit realitatem cum ſuo modo, vel conceptum cum ſuo modo: exemplum primi, vt quando intelligit albedinem, vt octo, exemplum ſecundi, vt quando intellectus intelligit ens finitum. Tunc verò eſt intellectus confuſus & imperfectus ſiue inadæquatus, quando intelligitur ens nec finitum, nec infinitum, ſimiliter quando intelligitur albedo confuſo modo, & imperfecto, vt quando intelligitur albedo non vt octo, aut quatuor. Quæ omnia habes à Scot. 8. diſt. primi. Dicamus ſic, quod communis iſte conceptus entis, eſt communis tantum per intellectum abſtractiuum, & non communitate reali, & quòd non poſſit eſſe conceptus iſte entis communis communitate reali, probatur ſic: quia dato hoc tunc ſequeretur, quòd Deus eſſet compoſitus compoſitione Metaphyſica, ex actu & potentia: patet quia ens dicit conceptum realem, & modi contrahunt ipſum, ergo compoſitio, quia ens eſſet in potentia, & modi determinarent ipſum. Præterea Scotus 8. primi voluit, quòd ens dicit conceptum rationis. Siquis tamen vellet tenere aliam viam, dicet cum auctore formalitatum, quod nō ſequitur compoſitio in Deo, ſed tunc ſequeretur, quando modus diceret actum, & veram formalitatem actuantem aut realitatem

Subtilis doctrina.

Cōceptus diſtinctus alicuꝰ rei quis nam ſit.

Cōis conceptus entis, eſt communis tantum per intellectum abſtractiuum.

tatem aliquam,ſed modus intrinſecus,non eſt huiuſmodi: ideo non ſequitur compoſitio. Ad Scotum dicas, quòd ſi ponit conceptum rationis,dicitur rationis, quia eſt per opus abſtractiuum intellectus,ſed non rationis quòd ſit per opus collatiuum , & hoc non negaret Antonius Andreas, qui dicit eſſe conceptum realem, quia non ponit eum realem ſicuti eſt natura, aut realitas, ſed dicitur realis , quia non eſt ſolum per opus intellectus. Et ſi quæras,vtrum talis conceptus ſit primæ intentionis , vel ſecundæ? reſpondeo , quòd eſt primæ intentionis, quia non fit ab intellectu ſolum,ſed eſt ab illis rebus, a quibus abſtrahitur, ideo non eſt ſecunda intentio,quia non cauſatur per actum collatiuum noſtri intellectus , vnde bene dicitur, quòd talis conceptus eſt realis,& rationis ſimul : realis,quia non per opus collatiuum:rationis, quia ꝑ opus abſtractiuum . Sed quia dictum eſt,quòd ens dicit conceptum cōfuſum. Contra hoc arguo ſic , quomodo poteſt eſſe conceptus confuſus, cum conceptus entis aut totaliter ſcitur,aut totaliter ignoratur? Quia eſt ſimpliciter ſimplex in quibus non cadit error . Reſpondetur,quòd duplex eſt notitia, quædam adæquata,vt cognoſco hominem , inquantum animal rationale,& iſta erit diſtincta . Alia eſt cognitio inadæquata,& confuſa,& iſta eſt, quando cognoſco hominē inquantum ens,aut ens inquantum plura ſub ſe continet,conceptus igitur entis dicitur eſſe in ſe ſimpliciter ſimplex , ſed in comparatione ad aliud dicitur eſſe cōfuſus.nam,ſi concipis ens in comparatione ad Deum,& creaturam,eſt confuſus conceptus,quia potentialiter plura confundit, in ſe autem conceptus entis reſpectu entitatis eſt diſtinctus.

Cōceptus entis eſt diſtinctus.

Illud tamen debes aduertere , quòd Porphyrius non tantum vult,quòd vniuocè prædicentur illa,quæ ſunt prædicata in primo modo dicendi per ſe, immo etiam ſe extendit modus prædicandi vniuoce vſque ad ſecūdum modum dicendi per ſe , ita quòd vtrunque prædicatum tam in primo modo,quam in ſecundo modo prædicatur vniuoce, ſicut ipſe dixit in communitatibus generis, & proprij : inquit enim quod commune eſt vtrique vniuoce prædicari,v t genus de proprijs ſpeciebus,& proprium de his, quorum eſt proprium:vnde Ariſtot.in primo Poſter. in capit.

de

Appellat per accidēs prædicationes, exceptis prædicationibus primi & ſecundi modi.

de per ſe, omnes alias prædicationes per ſe, appellat per accidens prædicationes, exceptis prædicationibus primi, & ſecundi modi, inquit enim quæcunque neutraliter inſunt accidentia ſunt.

Dubium ſcitu dignum.

Cōceptus entis quo pacto ſit prior Deo, et creatura.

Amplius eſt aduertendū, pro maiori declaratione vniuocationis, ꝙ quando dr̄, ꝙ conceptus entis eſt aliquid ex natura rei, diſtinctum à conceptu Dei & creaturæ, qđ hoc eſt valde difficile, quia data iſta opinione ſequeretur, ꝙ aliquid ex natura rei eſſet prius natura Deo, & ſine implicatione contradictionis poſſet intelligi eſſe ex natura rei prius natura Deo: & ita Deus non eſſet prima entitas ſimpliciter ex natura rei quod eſt inconueniens maximum, probatur conſequentia, quia conceptus entis quidditatiue dicitur de Deo, & creatura, & vniuoce, ergo eſt habitudo ſuperioris ad inferiora, ſed ſuperiora ſunt natura priora inferioribus, quia ab eis non conuertitur ſubſiſtendi cōſequentia, vnde valet, Deus eſt, ergo ens eſt, ſed non è cōtra, & tunc poſſet per iſtam diffinitionem prioris, eſſe ens & non eſſe Deum, quia iſto modo eſt prius natura. Ad hoc reſpondemus, ꝙ iſte conceptus, non eſt prius ſupra Deum & creaturam de ſe, ſed eſt prius ſecundum modum noſtrū intelligendi confuſe, vnde apud intellectum diuinum, diſtincte concipientem non datur talis conceptus. Et ſi tu dicas, Scotus tertio diſt. primi dicit quòd ens prædicatur in primo modo, & ſic eſt prius Deo: ſimiliter dicit, quòd iſta prædicatio eſt quidditatiua Deus eſt ens. Ad hæc reſpondebis, quòd ens eſt prius Deo ſecundum modum noſtrum concipiendi, non autem in ſe, vel aliter, quòd idem eſt, ꝙ conceptus entis dicitur prior conceptu Dei, & creaturæ conceptibiliter: non autem de ſe & quidditatiue, ideſt ex Deo, & creatura poteſt abſtrahi iſte conceptus, per opus noſtri intellectus abſtractiuum, ſed non de ſe eſt talis conceptus prior Deo. Et hæc de vniuocatione entis dicta ſufficiant.

Ens & ſi prædicetur in quid tamen nō prædicatur per modum potentiæ, ſed per modum per ſe ſtātis ſubſiſtentiæ & eſſentiæ.

Conformatio cum Ariſtotele.

SEd vbi Ariſtot. ponit iſtam diſtinctionem de prædicato vniuoco, & vniuoce dicto? Dico, quòd prædicatum vniuo-

vniuocum ponitur in Ante prædicamentis. nam prædicatum denominatiuum eſt vniuocum, quia non prædicatur eſſentialiter & vniuocè. prædicatum vniuocè dictum poſuit primo Topic. cap. 7. vbi dixit, quòd unumquodque eorum, ſcilicet prædicamentorum, ſiue idem de ſe ipſo dicatur, ſiue genus de hoc quod eſt ſignificat, ideſt uniuocè prædicatur, & ſequitur, quando autem de alio non quid eſt ſignificat, ſed quantum, quale, uel aliquod aliorum prædicamentorum, ideſt tunc eſt prædicatum vniuocum, & ſic iſta diſt. eſt Ariſt. de duplici prædicari. Vel clariùs reperies iſtam diuiſionem in prædicamentis, cap. de ſubſtantia: vbi dicit Ariſt. in aliquibus nomen nihil prohibet prædicari aliquando de ſubiecto, & ponit exemplum, vt album de corpore. Ecce prædicatum vniuocum, quia album eſt vniuocus conceptus, & prædicatur de corpore. & ſubdit, rationem verò impoſſibile eſt prædicari, quia diffinitio & quidditas albi non poteſt prædicari de corpore vniuocè & quidditatiuè: ecce prædicatum vniuocè dictum: & vnum prædicatum concedit dici de corpore, & aliud non: ergo diſtinguuntur: & vnum eſt vniuocũ & aliud vniuocè dictum, & ſic hãc diuiſionem ab Ariſt. habemus. *Prædicatũ vniuocè, & vniuocũ dictum apud Ariſt.*

Conformatio cum Ariſt.

SEd vbi Ariſt. poſuit iſtam diſtin de vniuocatione tranſcendenti & limitata? Dico quod primam poſuit in 2. metaph. tex. c. 4. quando arguit, principia ſempiternorum eſſe veriſſima: quia in alijs ſunt cauſa vniuoca ueritatis, & exemplificat de igne: ſed comparatio non poteſt poteſt eſſe niſi in vniuoco, ut tenet ipſe ſeptimo phy. & illa sũt cauſa ueritatis ſempiternorũ. ipſa ſunt veriſſima: ergo ueritas dicitur uniuocè de ſempiternis, & de principijs ſempiternorum: quod principium eſt Deus: ergo ens quod eſt ſubiectum ueritatis dicitur uniuocè de Deo & de ſempiternis. unde inquit Ariſtot. probando, quòd principia ſunt ueriſſima, quia ut ſecundùm eſſe unum quodque ſe habet ita etiam ſecundum ueritatem. & exemplum eſt de igne, & ex hoc concludit, quòd ſempiternorum principia neceſſariũ eſt eſſe ueriſſima: iſta conſequen- *Vniuocatio tranſcendẽs & limitata.*

tia non valet,niſi virtute iſtius minoris, quòd principia illa ſempiterna ſint cauſa vniuoca veritatis in alijs, ſi enim accipiatur in minori, quòd illa principia ſunt æquiuoca vel analoga, erunt quatuor termini in ſyllo. phyſic. quod non eſt verum,ergo datur vniuocatio tranſcendens? Sed vniuocationem limitatam ponit in libro prędicamentorum: ubi dicit quòd vniuoca ſunt quæ habent eandem diffinitionem,& rationem,& idem nomen. Vel ſi non eſt ad propoſitum iſte locus, poteſt dici quòd prædicatum vniuocè limitatum ponitur ab Ariſt. primo poſter. ca. de perſeitatibus: quando dixit, quòd prædicatum per ſe primi modi eſt,quãdo prædicatur tota diffinitio,vel pars de diffinito:iſta eſt prædicatio vniuoce dicta limitata, quando eſt ſic per ſe primo modo.

IBi cùm dicit auctor, prædicta ratio facit mihi fidem, licet Franciſcus de Mayronis nitatur eam ſoluere, & iudicio meo non ſoluit. & nota, quod Franciſcus iſto modo ſoluit in ſuo conflatu, quando arguitur iſto modo, ens, tranſcendentiſſime captum eſt æquiuocum quacunque æquiuocatione, quia vt ſic capitur, ens eſt commune ad ens reale & ens rationis, & clarum eſt, quòd ut ſic, non dicit aliquem vnum conceptum. quia vel ille conceptus eſſet ſecluſo opere intellectus, vel non, ſi ſic, ergo aliquid, quod eſſet præter opus intellectus, includeretur quidditatiuè in illo, quod non eſſet præter opus intellectus,cuiuſmodi eſt ens rationis. Si non eſſet p[ræ]ter opus intellectus,ſed per opus intellectus, ergo aliquid qđ eſſet per opus intellectus, includeretur quidditatiuè in illo,qđ eſſet præter opus intellectus, quod videtur falſum, dicit igitur Franciſcus ſoluendo hanc rationem, quòd conceptus entis nec eſt realis, nec rationis formaliter, ſed tantùm permiſſiue ſicut animal, nec rationale eſt, nec irrationale formaliter, ſed tantùm poteſtatiuè, ſiue permiſſiuè. Quando igitur argumentatur, ille conceptus vel eſt ſecluſo opere intellectus, uel non eſt ſecluſo opere intellectus,ipſe dicit, quòd neutrum eſt de ſe, ſed permittit ſe ſtare cum utroque. Subdit auctor ſed iudicio meo non ſoluit, iudicium auctoris certè ſanum eſt, quia bene poteſt eſſe, quòd animal ſit aliquod vnum, vel

Conceptus entis nec eſt realis, nec rationis niſi permiſſiuè.

res,

res, vel realitas in ſe, & tamen neutrum ſit formaliter, nec rationale nec irrationale, quia à duobus poteſt pręſcindi, & eſſe in rerum natura. Sed ens commune enti reali & enti rationis non eſt aliquid vnum in ſe ex natura rei ſicut animal quod eſt indifferens ad vtrunque, & tamen eſt: non ſic ens poteſt eſſe indifferens ad reale & rationis, & eſſe, quia aut erit per opus intellectus, aut non erit per opus intellectus. & non poteſt ab vtroque præſcindi, & eſſe in re: ſicut animal: ſed neutro modo ſe habet: ideò benedixit auctor: quòd iudicio ſuo non ſoluit.

TEXTVS.

Ens vero tranſcendenter captum, eſt ens commune ad Deum & creaturam: quod aſſignatur primum obiectum noſtri intellectus ex natura potentiæ, & primum obiectum voluntatis, & primũ ſubiectum metaphyſicæ: & vt ſic eſt vniuocum ad omne illud quod eſt ſecluſo opere intellectus collatiuo, & ſic eſt vniuocum ad differentias vltimas & ad proprias paſſiones, & breuiter ad omnia poſitiua, vt dictum eſt. Verum eſt tamen quòd non prædicatur uniuocè de ultimis differentijs & proprijs paſſionibus ſuis, ſed tantum de Deo, & decem prædicamentis, & de materia & de forma, ſecundum Scot. in 3. diſt. 1. Setentiarum, q. 3. Et poſſet addi etiam, quod prædicatur vniuoce de illis, quæ directe mediant inter ipſum & decem prædicamẽta, cuiuſmodi ſunt abſolutum & relatio. Et ſecundum has diuiſiones tu potes ſaluare omnes auctoritates militãtes contra vniuocationẽ entis.

Sequitur in textu, ens verò tranſcendenter captum, eſt commune Deo & creaturæ. & aſſignatur primum obiectum noſtri intellectus, ex natura potentiæ] & nota, quòd eſt primum non primitate perfectionis: quia quan- *Ens qua ratione ſit primũ obiectũ intellectus.*

to communius tanto imperfectius: non primitate originis, in cognifcibilitate quia hoc erit indiuiduum vagum, & inter vniuerſalia erit ſpecies ſpecialiſſima: vt doctè reſoluit Scotus in primò diſtin.3.quæſt. 2 non eſt igitur primum aliquo alio modo, niſi primitate adæquationis: quia intellectus & ens iſto modo adæquantur. Et dixit ex natura potentiæ: quia ens inquantum dicitur de deo & creaturis non eſt obiectum adæquatum intellectus coniuncti: quia hoc dicitur eſſe quidditas rei materialis ſecundum Thomam part. quæſt. 12. art.4. uel ſenſibilis ſecundum Scotum in primo diſtin. 3. quæſt. 3. ſenſibilis ſecundùm iſtam viam, neque ens eſt obiectum intellectus naturaliter actu intelligentis: quia hoc dicitur eſſe ens finitum, cuius terminus non eſt Deus, ſed dicitur eſſe ens iſto modo obiectum intellectus ex natura potentiæ, qui intellectus eſt omnia fieri: & iſtud eſt commune Deo & creaturæ, ſiue finitum ſiue infinitum: & iſtud eſt primum obiectum noſtræ voluntatis.

Reſolutio inſtantiarum & dubiorum, quæ poſſent circa textum moueri.

PRrimò de illo argumento Scotus probat inter vniuoca & æquiuoca non poſſe dari analogum tanquam medium, dubitatur: poteſt enim contra ipſum retorqueri ſic. habere eandem rationem, & non habere eandem rationem ſunt contradictoria, & nullo modo compatiuntur medium, & ſic æquiuocè prædicari & vniuocè, cùm ſint cõtradictoria: quia habent diffinitiones contradictorias, vel ad ipſa ſequuntur neceſſariò contradictoria, nullo modo habebunt medium prædicatum denominatiuum. quod eſt expreſsè contra Ariſt. qui vltra iſta duo prædicata, ponit prædicatum denominatiuum, vt habet videri in Anteprædicamentis. Hanc inſtantiam ſoluit Scotus 8. primi quæſt. ſecunda: dicens, quòd inter vniuocum & vniuocè prædicatum ex vno latere, æquiuocum & æquiuocè prædicatum ex alio latere, non mediat denominatiuum: quia non datur aliquod prædicatum, quod non ſit vniuocè prędicatum, vel vniuocum, æquiuocè vel æquiuocum, quia deno-

denominatiuum bene eſt vniuocum quia vniuocum eſt quando ratio prædicati eſt vna, & prædicatur de ſubiecto eſſentialiter vel denominatiuè, iſto modo non mediat: & iſto modo loquutus eſt auctor & Scotus. Alio modo accipitur prædicari vniuocè ex vno latere, & prædicari æquiuocè ex alio latere, & ſic mediat prædicatum denominatiuum, & ſic accipit Philoſophus, quando vltra duo prędicata vniuocè, & æquiuoce poſuit denominatiuum medium. Secundò dubitatur de illo auctoris quando dicit quod ens dicitur vniuocè de ente ſimpliciter & de ente ſecundũ quid: poſſet enim ſic agi in ipſum. illi quod eſt ſecundùm quid tale, & illi quod eſt ſimpliciter tale nihil eſt vniuocum, ex 29. diſtinct. 1. dic conſequenter. Ad hanc inſtantiam reſpondeo aſſumendo dictum Scoti: quia ipſemet ſoluit eam in illa 29. primi: dicens, quòd relatio realis eſt ſimpliciter relatio: & relatio rationis eſt ſecundùm quid relatio: quia ſicut eſſe in ratione eſt ſecundùm quid ita referri ſecundùm rationem ſiue comparata ratione, ſcilicet ab intellectu eſt referri vel comparari ſecundùm quid: ergo non eſt principium vniuocum iſtis ex hoc igitur patet, quòd eſt æquiuocatio de ly ſecundũ quid: quia auctor accipit pro illo, quod habet eſſe in potẽtia obiectiua: & ſic bene ens eſt vniuocum enti ſimpliciter, & enti ſecundùm quid ſecundùm iſtum virum: ſed non ſecundùm aliquos alios, & iſto modo loquitur auct. Alio modo accipitur ſecundùm quid pro ente rationis, & ſic accipit Scotus in illa 29. diſt. 1. vt patet per literam ſuam ibi poſitam: & iſto modo enti reali & enti rationis, nihil eſt uniuocum dictum.

Achillinuſ Bononienſis in quæſtione de ſubiecto chiromãtiæ à veritate coactus non potuit inuenire mediũ inter illa duo ſcilicet vniuocũ, & æquiuocũ, & in hoc fuit fidelis imitator Scoti.

Entis reali & rationis nihil eſt vniuocum.

Tertiò poteſt dubitari in verba Doctoris dicentis eſſe non perexiguum ſed magnum diſcrimen inter vniuocum prædicatum & vniuocè prædicari. Ariſt. enim in ſecundo Topicorum capite 3. ponit conſequentias bonas eſſe per locum à caſibus: vt iuſtum eſt bonum: ergo quod iuſtè fit, bene fit: iſto modo tenet affirmatiuè ſtante hoc, non erit aliqua differentia, inter eſſe vniuocum prædicatum & vniuocè prædicari, quia vnum infert aliud: nam ſi lignum eſt album, eſt vniuocum prædicatum: ſequitur quòd vniuocè prædicatur. Ad hoc reſpondeo quòd conſequentia

 per lo-

Locus à caſibus affirmatiuè validus eſt in prædicatis eſſentialibus.

per locum à caſibus tenet affirmatiuè ſolum in prędicatis eſſentialibus,ideò non ſequitur albũ eſt dulce, ergo quod albo fit dulciter fit, quia eſt prædicatum accidentale ly dulce reſpectu albi. ideò non ſequitur poſtea: ergo quòd albe fit dulciter fit,ſimiliter non valet, hic lignum eſt album ſit prædicatum vniuocum, ergo prædicatur vniuocè,& ratio: quia prædicata ſunt accidentalia & non eſſentialia,ſed conſequentia tenet in prædicatis eſſentialibus.

Quartò dubitatur de illa definitione æquiuoci, poſita in Textu. oppoſitum enim videtur poſſe colligi ex Scoto quęſt.9.Elench. æquiuoca ſunt quorum nomen eſt cõmune, & ratio ſubſtantiæ non eſt eadem: formatur igitur ſic inſtantia,doctor enim ſubtilis in illa quæſtione reſpondẽs ad primum principale,remittit ſe ad illa, quæ dixit in corpore quæſtionis, vbi dixit,quòd nomen ęquiuocum non ſignificat hoc vel illud indeterminatè, quia quælibet uox ſignificatiua, aliquid determinatè ſignificat intellectui. quod enim vnum non ſignificat,nihil ſignificat.ergo vult, quòd æquiuocum ſignificet aliquid vnum vnde ſubdit,ſed ſi æquiuocum ſignificaret hoc vel illud diſiunctiuè, determinatè ſignificaret, ergo æquiuocum determinatè ſignificat & ſic vnum ſignificat, ergo ratio & diffinitio eſt eadem & vna æquiuocorum, & ſic contra auctorem. Ad hanc inſtantiam reſpondeo ſic, quòd aliud eſt dicere ſignificatum æquiuoci eſſe vnum,& aliud eſt dicere nomen eſſe vnum, dico,quòd ſignificata vnum non ſunt, ſed plura, vndẽ dicitur æquiuocum multiplex, quaſi plicans multa, alio modo nomen poteſt accipi pro ipſa voce,& ſic eſt vna & communis omnibus ſignificatis, & hoc vult dicere Scotus in illa quæſtione, quòd nomen æquiuocum ſignificat aliquid vnum ſcilicet vnitatem vocis, & non aliud: vnde Scotus reſpondens ad quæſtionem ſeptimam in primo elenchorum dixit, quòd nomen æquiuocum nec debet dici ſimpliciter vnum:nec plura nomina, ſed nomen multiplex:quaſi ſub vno multa plicãs,ſub vno, ecce vnitas vocis multa plicans, ecce multitudo ſignificatorum. patet igitur quid ſit dicendum ad inſtantiam.

Aequiuocũ qua ratione vnũ vel plura ſignificat

Quintò inſtatur contra illud auctoris,vniuocatio tranſcendens eſt vnitas alicuius conceptus ex natura rei, po-

tentis

tentis de multis generibus generaliſſimis prædicari, vel de vno generaliſſimo,& de aliquo,quod non eſt in prædicamento.Sic ex Scoto 8. diſt.1. quæſt.2. ſi ſapientia tranſcendens prædicaretur vniuoce de ſapientia diuina, & de ſapientia quæ eſt in genere qualitatis,tunc ſequeretur, ꝙ idem contineretur ſub diuerſis prædicatis dictis in quid de eo non ſubalternis: quod Scotus habet pro inconuenienti, probat ſic, quia ſapientia tranſcendens, & qualitas non ſubalterna ſunt: ideo ſapientia tranſcendens de vtraque prædicari non poteſt.Secunda inſtantia eſt iſta,ſapientia tranſcendens eſt paſſio entis: ergo ens non dicitur de ea in quid nec è conuerſo: ex diſt.tertia primi: igitur nec aliquid,in quod includitur ſapientia tranſcendẽs, includit ens in quid,quia tunc illud eſſet ens per accidens, includeret enim eſſentialiter rationem ſubiecti,& paſſionis,quæ non faciunt aliquid vnum per ſe, ſed tantum per accidens. Ad primam reſpondeo, quòd benè ſapientia tranſcendens poteſt prædicari de ſapientia diuina, & de ſapientia quæ eſt in genere qualitatis, & quod ſapientia noſtra eſt indiuiduum ſapientiæ tranſcendentis, & qualitatis ſimul: & ad illud, quod dicebatur, quòd tunc idem eſſet ſub duobus prædicatis dictis in quid non ſubalternis. Reſpondeo, quòd duplex eſt ſubalternatio: vna eſt generica,& ſic qualitas ſiue ſapientia in qualitate non ſubalternatur ſapientiæ tranſcendenti,alia eſt ſubalternatio extra genus,& iſto modo iſta ſapientia,quæ eſt in qualitate,bene ſubalternatur ſapientiæ tranſcendenti, ſicut ſupra diximus.Ad ſecundam inſtantiam reſpondeo, negando,ꝙ ſapientia tranſcendens eſt paſſio entis: & ſic poſtea ruit totus proceſſus,nec ſequitur poſtea,ꝙ ens non dicatur de ſapientia in quid,& cætera, quæ ibi ponuntur,non ſequunt.

Notandum ſuper illo verbo,ens tranſcendentiſſime captum,eſt æquiuocum,quacunque æquiuocatione, ſcilicet limitata,tranſcendenti logica, vel phyſica, & metaphyſica: quod ens tranſcendentiſſime captum,eſt æquiuocum æquiuocatione tranſcendenti: quia non dicit vnum conceptum,ſimiliter eſt æquiuocum æquiuocatione phyſica, quia ens tranſcendentiſſime captum, non dicit vnam naturam:eſt etiam æquiuocum æquiuocatione metaphyſica

& quia non dicit vnum conceptum abſtrahibilem à pluribus: & non excludit propter hoc analogiam, vt ſuperius dixit: quia iſtud ens tranſcendentiſſimè eſt æquiuocum analogum.

Animaduertendum vltra quòd quidam eximius formaliſta dicit, ens tranſcendentiſſimè captum eſſe vniuocum: & quod ratio iſta auctoris ad probandum eſſe æquiuocum, nihil valet, & quærit à nobis, quãdo diuiditur animal per rationale & irrationale, tale animal diuiſum eſt rationale, vel irrationale? Reſpondebimus, ꝙ nec rationale nec irrationale actu, ſed poteſt ſtare cum rationali, & irrationali permiſſiue, ſiue poteſtatiue, vt inquit Porphyrius: à pari, ego ponam dicit Bonetus, quod talis cõceptus non eſt extra opus intellectus, nec per opus intellectus: ſed permiſſiuè eſt vtrunque ſiue poteſtatiue non tamen actu, & ſic non ſequitur, quòd conceptus rationis includeretur quidditatiue in ente reali, nec quòd conceptus realis includeretur quidditatiue in ente rationis, quia talis conceptus entis nec eſt rationis, nec realis.

Sed ad hanc ſuam rationem reſpondeo, quòd non eſt ſimile de animali. quia, ſi aliquis conceptus genericus diuidatur, inter membra diuidentia eſt dare medium per abſtractionem. id eſt poteſt abſtrahi aliquis conceptus communis, ſed de ente tranſcendentiſſime capto non eſt ſic, quia ſuper ens reale, & rationis non datur iſte conceptus, qa non datur cõceptus in mundo, quin ſit vel præter opus intellectus, vel per opus intellectus: ergo non eſt ſimile, & ſic ſua rõ non valet: qa ſimilitudo nõ currit quatuor pedib.

Sextò addubitatur in illis verbis auctoris quando dicit ergo aliquid quod eſſet per opus intellectus includeretur quidditatiue & c. quam cõcluſionem dicit eſſe falſam, ſed ego probo oppoſitum, quia actus intelligendi eſt per opus intellectus, ſimiliter eſſe cognitum roſæ, & tamen ambo includuntur quidditatiue in ente reali, & in illo, quod eſt ſine opere intellectus, nam iſta eſt quidditatiua propoſitio intellectio mea eſt actus intellectus, & ſimiliter iſta, eſſe ideale Petri eſt eſſe cognitum, & tamen tam actus intellectus quam eſſe cognitũ, ſunt per opus intellectus, & includuntur in ente reali quidditatiue. Ad hoc reſpondeo, qđ

actus

actus intelligendi,& eſſe cognitum, habent eſſe per actũ intellectus rectum, & non per actum intellectus collatiuum: ideo bene poſſunt includi quidditatiue in ente reali,& in illo quod habet eſſe præter opus intellectus collatiuum,ſed auctor non loquitur de iſto actu, ſed de actu collatiuo, nam dicit, quòd illud, quod habet eſſe per actum collatiuum intellectus,quod quidem eſt ſecunda intẽtio, falſum eſt quòd includatur quidditatiue in ente reali

Animaduertendum eſt aũt circa verba quæ ab autore in textu adducuntur,qñ dicit ꝙ ens tranſcendenter captũ cõe ad Deum & creaturam,aſſignatur primum obiectum intellectus noſtri, ex natura potentiæ: Quod obiectum intellectus noſtri ex triplex, aut enim eſt obiectum intellectus ex natura potentiæ, & ſic eſt ens inquantum ens cõe Deo & creaturæ,aut intellectus naturaliter intelligẽtis, & ſic obiectum ſuum eſt ens finitum: aut intellectus coniuncti,& ſic eſt quidditas rei ſenſibilis ſecundum Scotum,ſecundum Thomam eſt quidditas rei materialis. Et ſic viſum eſt,quotupliciter obiectum accipitur, & quomodo ens eſt obiectum vide Scotum in 1.diſt.3.quæſt.1.

Et quia de obiecto intellectus eſt ſermo [non autem ens eſt primum obiectum poſſibilitate attingentiæ ex puris naturalibus, ſecundum Theologos] ideſt ens ſic ſumptum commune Deo, & creaturæ, non poteſt à nobis naturaliter attingi, quia Deum non naturaliter attingimus: & diſtinctè ex decimaquarta quæſtione quolibetorum, quia ſi vult videtur, ſi non vult non videtur. Non autem ſecundum Philoſophos, vt patet tertio de anima. textu commenti 18. quia intellectus poſſibilis, & agens adæquatur] hoc ſic expono, ideſt hoc quod dixi de impoſſibilitate noſtræ attingentiæ circa ens, ſecundum Theologos,non ſic eſt ſecundum Philoſophos, quia ipſi ſignificantes noſtram naturam, vt patet prima quæſtione prologi, dixerunt quòd intellectus noſter poteſt cognoſcere Deum, & quæcunque alia, & hoc ſecundum illud fundamentum,quia intellectus poſſibilis & agens adæquantur, & quia poſſibilis eſt omnia fieri, & omnia poteſt recipere, & intelligere, ſimiliter agens poteſt cauſare intellectionem cuiuſcunque, aut ſaltem abſtrahere fantaſmata

Notandum quòd duplex eſt primitas pro nũc quædam perfectioris, quadã adæquationis, illud dicitur primũ obiectũ intellectus primitate perfectionis quod excedit oĩa intelligibilia ab intellectu õ perfectione, vel continet perfectionẽ intelligibilẽ eminentialiter, & ſic Deus eſt primum obiectum intellectus & ratio eſt iſta quia dicit Sco. in diſt. 3.q.2 pr.ſeu tertiarũ quãdocũque intellectus attingit actualius obiectũ ẽ magis per-

à quocunque,& ſic intelligere naturaliter poſſumus omnia ſecundum eos.

Septimò dubitatur de illo textu vbi dicitur quòd ens prædicatur vniuoce de materia & forma,ratio dubitandi eſt quia Scot. in 2.ſent. diſt.12.quæſt.1. vult, quòd materia , & forma ſint primò diuerſa: quia actus non includit potentiam,& potentia non includit actum: modo diuerſa,in nullo quidditatiue conueniunt: & ſic nihil de eis vniuoce prædicatur,& per conſequens ens de eis non prædicatur vniuoce. Ad hoc reſpondeo, quòd materia & forma, ſicut diximus, ſunt primò diuerſa in realitate: quia nullam realitatem quidditatiue includunt, ſed non ſunt primò diuerſa in cõceptu, & in ente, & ſic ens de eis quidditatiue bene poteſt prædicari.

Deinde dubitatur de illo dicto auctoris, quòd ens prædicatur vniuoce de his, quæ mediant inter ipſum & decẽ prædicamenta: cuiuſmodi ſunt abſolutum & relatio. Qualiter ergo ualet argumentum eius contra alios de inhærentia? Septimo Metaphy. quæſtione prima, ubi infert, ꝙ inhærentia eſſet genus ad nouem generaliſſima ſi includeretur eſſentialiter in eis: ita dicam hic ad relationem ſi eſt medium. Hoc ſic expono ſicut Scotus arguit, ꝙ ſi inhærentia accidentium includeretur in nouem prædicamentis, tunc inhærentia eſſet genus ad nouem pręcamẽta. Similiter ſi ens prædicatur uniuoce de abſoluto,& relatione, quod iſta ſimiliter includerentur quidditatiue in inferioribus,& prædicaretur uniuoce de eis, uerbi gratia abſolutum prædicaretur uniuoce de ſubſtantia qualitate, & relatio uniuoce de ſeptem prædicamentis, & tunc à ſimili abſolutum eſſet genus ad illa tria,& relatio eſſet genus ad ſeptẽ, quod falſum eſt, quia genera generaliſſima, ſicut ſunt illa ſeptẽ, non habent genus ſupraueniens, nec illa tria habent genus ſupra ſe, quia ſic Sco. arguit de inhærentia, ꝙ ſi uniuoce de nouem prædicamentis prædicatur ꝙ eſſet genus ad illa nouem. Ad primum ex Scoto argumentum reſpõdeo quòd illa hypotheſi data ꝙ ſcilicet inhærentia actualis eſſet de eſſentia accidentis ſiue ad ſe, ſiue ad aliud, tunc inhærentia eſſet genus ad accidentia quia prædicaretur in quid de oíbus iſtis, ut quoddam cõe

ad

fectus & iõ Deus eſt ſimpliciter primũ obiectũ primitate perfectionis. Alia eſt prioritas adæquationis eſt qua aliquid adæquat potentiã. ſicuti eſt ſonus qui adæquat potẽtiã auditiuam quia nihil põt apprehẽdi ab Auditu quin ſit ſonus vel ſub ſono, tale autem primum obiectum .i. adæquatum obiectum intellectus eſt ens tranſcendẽter captũ quia nihil poteſt apprehẽdi ab intellectu quin ſit ſub ratione entis et addit ex natura potentiæ quia intellectus vt cõiun

ad omnia iſta:ſed quia diſtinguitur realiter ab ipſis accidentibus eſt tantum illis commune per denominationẽ. *Ens hẽt pro obiecto quidditatem rei ſenſibilis.*

Dubia circa Textum.

DVbitatur primò de illo Syrecti, quando dicit quod abſolutum & reſpectiuum mediant inter ens & decem genera:uidetur enim oppoſitum. Nam ſi iſta mediarent inter ens & decem genera,ſequeretur quod categoriæ non eſſent genera generaliſſima conſequens eſt falſum : ergo & antecedens . probatur conſequentia, quia abſolutum & reſpectiuum prædicantur in quid de differentibus ſpecie:ergo quodlibet prædicamentum habebit genus ſupra ſe. Reſpondeo, & dico ſecundum Scotum. 8. primi quæſtio. tertia:quòd abſolutum, quod eſt commune ſubſtantię,quantitati,& qualitati, non poteſt eſſe genus:quia eſt indifferens ad finitum & infinitũ : & idem dicas de reſpectiuo,quod eſt commune finito & infinito,vel formaliter,vel identicè,& talia non poſſunt eſſe genera, quia illud quod eſt commune finito,& infinito, nullo mõ poteſt ęſſe in genere,ut Sco. ibi dixit.

Conformatio cum Ariſt.

Sed vbi ponit Ariſt. diſtinctionem de ente tranſcédenter,& tranſcendentiſſimè accepto? hoc declaratum eſt ſuperius,quia iſta diſtinctio eſt eadem cum illa, qua diuiditur in ens reale,& in ens rationis.

Sed vbi ponit Ariſt. quòd ens commune Deo,& creaturæ eſt primum obiectum intellectus noſtri?dico,quòd Auic. ponit 1. met. c. 5. naturaliter cognoſcibile primũ obiectum intellectus noſtri eſſe ens.

Sed ubi ponit Ariſt. ens commune Deo,& creaturæ eſſe primum ſubiectum in metaphyſica?Dico,quòd hoc poſuit 4. metaphyſicæ vbi dicit,eſt ſcientia, quæ ſpeculatur ens inquantum ens,& illa non eſt aliqua particularis: vnde ſecundum commen. ibidem loquitur de metaphyſica: cuius ibi ſtatuit ſubiectum ſcilicet omne ens,præterea Auicenna primo meta. c. 2. primum ſubiectum huius ſcientiæ,

tiæ, eſt ens inquantum ens, quod autem dicit, quòd ens ſic commune, ſit obiectum primum voluntatis, hoc non reperio apud Ariſt. formaliter dictum.

TEXTVS.

Notandum vlterius, quod ens diuiditur in ens ſimplex, & compoſitum. Simplex, autem dicitur multis modis. Primo modo dicitur ſimplex, quod non eſt compoſitum, nec componibile: & iſto modo ſolus Deus dicitur ſimplex, quia eſt ſumme ſimplex. Summe enim ſimplex dicitur, quod non eſt compoſitum, nec componibile. Et iſto modo omne aliud a Deo diceretur compoſitum, vt compoſitio opponitur ſimplicitati iſto modo ſumptæ. Secundo modo dicitur ſimplex, quod non habet conceptum quidditatiuum, & qualitatiuum, & iſto modo dicitur ſimplex, quod habet conceptum ſimpliciter ſimplicem, ſicut ſunt ens, & paſſiones entis, modi intrinſeci, & omnes differentiæ vltimæ, quia habent conceptum ſimpliciter ſimplicem. Conceptus autem ſimpliciter ſimplex eſt ille, *qui non eſt reſolubilis in alios conceptus ſimplices, quorum quilibet poſſet actu ſimplici diſtinctè cognoſci, qui ſecundum Sco. vel totaliter ſcitur, vel totaliter ignoratur, quia non habet aliquid ſecundum quod posſit concipi, & aliquid ſecundum quod poſſit ignorari. Et iſti ſimplicitati opponitur conſtitutio rei ex conceptu determinabili, & determinatiuo, & loquor ſemper de conceptu obiectiuo, & non qualitatiuo,*

Entis diuiſ.

Ens ſimplex multiplex.

Conceptus ſimpliciter ſimplex.

ũo, quorum differentia alias patebit. Tertio modo aliquid dicitur ſimplex, quia non eſt compoſitum ex re & re, cuiuſmodi ſunt omnia accidẽtia, materia prima, forma ſubſtantialis, angelus, anima, licet aliqui dicant angelum, & animam habere materiam, & formam, quod non credo uerum, loquendo de materia, & forma phyſicali, ſed bene componuntur ex genere, & differentia, ſiue ex realitate potentiali, & realitate actuali, quæ compoſitio non debet dici propriè compoſitio rei, & rei, ſed magis realitatis, & realitatis ſecundum Sco. in 3. & in 8. diſt. 1. ſent. & iſti ſimplicitati opponitur compoſitio materiæ, & formæ. Quarto modo aliquid dicitur ſimplex, quia non eſt mixtũ, & ſic cœlum ſecundum veritatem, & quatuor elementa, licet ſint compoſita ex materia, & forma, ſunt tamen ſimplicia .i. non mixta, & iſti ſimplicitati opponitur mixtum. Ex prædictis patet, quod ex quatuor modis iam dictis poteſt aliquid dici compoſitum, vel conſtitutum. vt patet conſideranti. Aduerte tamen quòd duplex eſt compoſitio .ſ. cum his & ex his: vnde ſola conſtituta dicuntur cõpoſita cõpoſitione ex his, licet conſtituentia poſſint dici compoſita compoſitione cum his, ſicut materia & forma, ſubiectum & accidens: & accipio conſtitutionem limitatam: & ſic dico, quod omne ens mundi creatum eſt compoſitum ex his vel compoſitione cum his extendendo etiam cõpoſitionem ad compoſitionẽ eſſentialem, quę eſt materię cum forma, & ad compoſitionẽ accidentalẽ, quæ eſt accidẽtis cum ſubiecto. unde licet angelus, accidentia,

Cõpoſitio duplex.

dentia, materia, prima, & forma ſubſtantialis, nõ ſint compoſita compoſitione ex his, poſſunt tamẽ dici compoſita compoſitione cum his. Remanet ergo ſolus Deus non compoſitus, nec componibilis aliqua compoſitione.

Hic quæritur, an modus intrinſecus dicat conceptum? Ad hoc reſpondeudo pono duas opiniones: vna opin. eſt, quòd modus intrinſecus dicit formalem conceptum, ſed hanc ego non teneo. Primò, quia tunc ſequeretur compoſitio in Deo ex actu, & potentia. componeretur enim ex eſſentia, & infinitate, & neceſſitate, & alijs modis intrinſecis quod eſt abſurdum. Secundò deſtrueretur vniuocatio entis, quia tunc ipſi enti correſponderet aliquid in re, & iſto modo ego non poſui, vt vidiſti ſuperius vniuocationẽ. Tertio iſta opinio expreſſe eſt contra Scotum 8. primi: qui dicit, quòd modus intrinſecus non variat rationem illius, cui additur. i. qui de ſe nullam formalitatem dicit. Secunda opinio ponit, quòd eſt modus rei, & non res, ſed dicit modum concipiendi, ſed non conceptum, vnde Scotus 8. primi dixit, quòd ſi quis conciperet albedinem ſolũ, tantum haberet conceptum albedinis per ſe, & eſſet tunc cõceptus inadæquatus, ſed quando habet conceptum adæquatum, tunc concipit albedinem vt octo, ſed nullo modo octo per ſe concipere poteſt.

Sequitur in textu, & loquor ſemper de conceptu obiectiuo, & non qualitatiuo, hoc dixit propter differẽtias ſpecificas, & ſubalternas, & quia non ſunt ſimpliciter ſimplices, ſed ſunt reſolubiles in plures conceptus, ſed auctor loquitur de conceptu obiectiuo, quia. ſ. vltimæ differentiæ dicunt cõceptum obiectiuum, & paſſiones entis ſimiliter, & iſta dicunt conceptum ſimpliciter ſimplicem, & habent ſolum conceptum obiectiuum, & non obiectiuum, & qualitatiuum ſimul, quia ſolum poſſunt obijci intellectui noſtro, ſed illa, quæ habent conceptum obiectiuum, & qualitatiuum ſimul, ſunt ſpecies, & genera, & quæ ſunt in recta linea.

Sed

Sed eſt hoc de mente Ariſtotelis.

DIco,quòd Ariſt.in 10.met.conceptum quidditatiuũ, & qualitatiuum ponit.tex.c.12.vbi dicit,quod diſtinguuntur diuerſum,& differens. nam differentia ſunt aliquid idem entia.i. habent aliquid per quod differunt.i. differentias,& aliquid per quod conueniunt.i.ſuperiora, vt homo habet animal in quo conuenit,& rationale, per quod differt.Exemplificat, quæ habent conceptum obiectiuũ,& qualitatiuum ſimul: ſicut ſunt genera,& ſpecies: de habente conceptum obiectiuum ſolum ibidem loquitur,& dicit,quòd ſunt diuerſa,& non includunt conceptũ obiectiuum, & qualitatiuum ſimul, quia non habent per quod differant,& per quod conueniant, & iſtæ ſunt differentiæ vltimæ, vnde dicit: diuerſum enim & a quo eſt diuerſum, non neceſſe eſt aliquo eſſe diuerſum, & non ſolũ vltimæ differentiæ ſunt ſic, ſed etiam ens, quod patet 9. meta.t.c.22.& vltimi circa quod nõ eſt deceptio,quia aut totaliter ſcitur,aut totaliter ignoratur, ſic ẽt ſunt paſſiones entis,modi intrinſeci. circa oĩa iſta non eſt deceptio, ideo dicunt ſolum conceptum obiectiuum.

Conceptus quidditatiuus eſt cõceptꝰ genericꝰ cõceptꝰ qualitatiuus eſt conceptꝰ differentialis.

Annotationes & dubia circa textum.

SEd hic eſt difficultas, an differentiæ ſpecificæ ſint entia quidditatiue,vel denominatiuè? vt an rationalitas ſit ens quidditatiuè, aut denominatiuè? & videtur quòd non ſit ens quidditatiuè,quia non eſt genus quidditatiuè, nec erit ens quidditatiuè.Præterea Sco.dixit 3.diſtin.primi q.3.& 3.diſt.2.quòd ens non prædicatur quidditatiuè, de vltimis differentijs etiam ſpecificis.Reſpondeo, quòd differentia ſpecifica dupliciter conſideratur: vno modo, vt eſt ſumpta a forma vltima,quia in tali continentur plures realitates diſtinctæ,quia tales realitates ſaltem diſtinguentur formaliter, quia vna non eſſet de conceptu formali alterius,& tunc talis differentia & forma, a qua ſumitur talis differentia,poteſt concipi ſecundum aliquam realitatem,& perfectionem,& ſecundum aliquam ignora

ri:ideò talis differentia non eſt ſimpliciter ſimplex, quia forma a qua ſumitur non eſt ſimpliciter ſimplex, cũ eius obiectinalis conceptus in vlteriores poſſit reſolui conceptus, vt verbi gratia rationalitas ſumitur ab anima in qua ſunt duæ realitates videlicet potentia appetitiua, & intellectiua, ſicut anima non eſt ſimpliciter ſimplex, ſic ſimiliter, nec rationalitas eſt ſimpliciter ſimplex, quia rationalitas non eſt ſumpta ab vltima realitate ipſius animæ. Alio modo poteſt accipi differentia ſpecifica, a realitate magis vltima, & tunc differentia non eſt ens quidditatiuè ſed tantum denominatiuè, & eſt prædicatio quaſi per accidens, & per hoc patet quid dicendum eſt ad ſecundum, quæ omnia dicta habes a Scoto tertia primi, & tertia ſecundi. Ad primum quando dicitur genus non prædicatur in quid de differentia ſpecifica, vt habet Sco. 8. primi, & Ariſt. 3. metaphyſicæ, concedo: ergo, ens non prædicatur: negatur conſequentia, quia in ſuperioribus eſt maior cõmunitas, & ex conſequenti maior prædicatio, & communior, ideo ſtat aliquid inferius quidditatiuè non prædicari de aliquo, tamen ſuperius bene poteſt. Et ſi diceres, ergo in definitione erit nugatio, dicendo, homo eſt animal rationale, quia animal includit ens, & ſimiliter rationale includit ens. Dic, quòd tollitur nugatio propter diuerſã prædicationem, quia vnum denominat aliud. nam rationale eſſentialiter denominat animal quia igitur eſt diuerſa prædicatio, & per quid, & per quale, hinc tollitur nugatio. Vltimò pro maiori declaratione pono quinque concluſiones. Prima, forma vltima, a qua ſumitur differentia ſpecifica, ſiue ſit anima, vel aliquid aliud, eſt ens quidditatiuè. Secunda, vltima realitas huius formæ eſt ens denominatiuè. Tertia, vltima differentia ſpecifica ſumpta ab hac vltima realitate, eſt ens denominatiuè. Quarta, rationalitas, quę eſt ſumpta non ab vltima realitate formę, ſed ab vltima forma eſt ens quidditatiuè. Quinta, rationale eſt ens denominatiuè. Et ſi diceres cõtra, ſicut iſta eſt prædicatio in quid, rationalitas eſt ens, ita rationale eſt ens in quid: Reſpondeo, quòd valde differunt rationale, & rationalitas: nam rationale dicit formam connotando ſubiectum in quo eſt, modò nullus terminus connotatiuus inclu-

Qua rõne genus prædicetur de differentijs.

Includit ens in quid: iſta verò forma eſt principium diſtinguendi eſſentialiter, quia verò ſumptum eſt rationale in concreto, ideò connotat hominem: ex hoc non eſt in quid iſta, rationale eſt ens, ſed quando dico, rationalitas eſt cũ ſit quid abſtractum, bene includit ens quidditatiuè.

An angeli ſint cõpoſiti ex materia & forma.

Sed hic quæritur, an Angeli ſint compoſiti ex materia, & forma? hic ſunt multæ poſitiones, vna eſt Theologorũ. præſertim Dionyſii Ariopagitæ, qui in libro de diuinis nominibus c.4. inquit, primæ creaturæ incorporales, & immortales dici debent. nec te oportet ſequi Boetium, & Aug. in hoc, quia imitati ſunt Platonem, & dixerunt Angelos includere materiam: unde Boetius in lib. de Vanitate, & vno, Angelus & anima ſunt vnum cõiunctione materiæ, idem Auguſtinus ſuper Gene. ad literam. Aliqui alij, ſicut Ioannes de Gandauo dixerunt, quòd Angeli cõpoſiti ſunt ex materia, & forma metaphyſicè, non autem phyſicè. Scot. verò voluit, quòd Angeli compoſiti ſunt ex realitate, & realitate, ex poſitiuo, & priuatiuo, ex poſitiuo, quia ſunt talis naturæ, & priuatio, quia inquantum entia ſunt, priuantur perfectione diuina: idem ſentit commentator, qui in hoc conformatur Scoto. nam tertio de anima commen.5. & 14. uoluit, quòd nulla intelligentia caret potentia, niſi tantum prima, id eſt omnes, prima excepta ſunt in potentia, quia omnes, videlicet ſunt compoſitæ ex poſitiuo, & priuato, nam inquantum entia ſunt aliæ intelligentiæ a prima, deficit eis perfectio primæ intelligentiæ, & iſta compoſitione compoſiti ſunt Angeli: Vnde animaduerſione dignum eſt, quòd omne creatum eſt compoſitum, aut componibile, hoc ſic declaro. cõpoſitum quia habet entitatem cum priuatione alicuius gradꝰ entitatis, ſicut dixi de Angelis: nulla enim creatura habet entitatem ſecundùm totam perfectionem, quæ nata eſt eſſe entitati in ſe, quia videlicet non habet entitatem infinitam, & ideo caret aliqua perfectione quę nata eſt competere entitati in ſe, & propterea dicitur eſſe priuata illa perfectione, ſicut talpa dicitur eſſe cæca, quæ nata eſt habere viſum ſecundùm rationem animalis, non ſecũdùm rationem talpæ, ut tenet philoſophus 5. metaph. tex. commẽ.27. ſic creatura quælibet priuatur perfectione diuina

Auguſ. fuit platonicus ĩ philoſophia.

Magiſ ſent. li.2.d.8. dicit Aug. non ita ſenſiſſe, ſed recitaſſe platonicorũ ſententiã ſicut ſonant uerba Aug. Vide pro hoc doctiſſimam The.40

Quodcũque creatũ, ẽ cõpoſitum, uel componibile.

Compoſitio multiplex. Alia ẽ met. quæ fit ex genere, & differentia. Alia ẽ phyſi

ea & hæc ſit per partes reales et quantitatiuas.

Alia eſt gradualis et hac ſit per gradus vt albedo.

Alia eſt ex actu poſitiuo & actu priuatiuo, & iſta inuenitur in omni ente creato: nullo iſtorū modo Deus eſt copoſitus, nec cōponibilis, & ideo Deus dicitur ſummè ſimplex.

quæ nata eſt ſibi competere non inquantum talis natura, ſed inquantum eſt ens: & ideò priuatur tali perfectione. habet igitur quælibet creatura priuationem, & propriam naturam. Hinc eſt, quòd quælibet creatura ex priuatione & propria natura componitur. nec tamē iſta compoſitio ex poſitiuo & priuatiuo eſt in eſſentia rei: quia priuatio non eſt de eſſentia alicuius poſitiuæ. Ad iſtā accedit cōpoſitio actus & potentiæ obiectiuæ: qcquid enim eſt ens & caret aliqua perfectione entis, eſt ſimpliciter poſſibile, & terminus potentiæ ſimpliciter, cuius terminus non poteſt eſſe ens infinitum: quod eſt neceſſe eſſe, remanet igitur, quòd quodlibet creatū hac duplici compoſitione eſt compoſitum. Secundò probo ſic, quia quodlibet creatum eſt componibile ſua propria compoſitione: quod patet de accidente, quod eſt componibile cum ſubiecto. in ſubſtantia etiam patet, tam de materia, quā de forma: quia ſunt ſaltem componibiles. de compoſita ſubſtantia patet, ſcilicet generabili & corruptibili: quia omnis talis eſt receptiua accidentis. nulla igitur ſubſtantia eſſet non receptiua niſi propter perfectionem ſui, ſed perfectiſſima eſt receptiua accidentis: quia perfectiſſima intelligentia eſt receptiua accidētis, quia capax eſt ſuæ intellectionis & voluntatis, quæ non eſt ſubſtantia ſua: vt doctiſſimè affirmat Scotus in 7. diſt. 1. q. 1. probo, quia tunc, ſi intellectio ſua eſſet ſua ſubſtantia, ſequeretur, quòd eſſet beata formaliter ſeipſa: ſicut dicimus de Deo, cuius oppoſitum probat Scot. diſtin. prima primi. Tum etiam quia quælibet intelligentia poteſt intelligere infinita: quia omne intelligibile: ergo, ſi intellectio ſua eſſet ſua eſſentia, & non eſſet accidens ſuæ eſſentiæ, tunc poſſet habere eſſentiam infinitam, quia haberet intellectionem infinitorum. Prætereà intellectio ſua non dependeret ab aliquo obiecto, niſi à quo dependet ſuum eſſe, cùm idem ſint: ergo nec ſe nec inferius ſe poſſet intelligere in genere proprio, ſed tantum in obiecto ſuperiore mouente, hæc autem falſa ſunt: ergo intellectio intelligentiarum aliarum à prima eſt accidens. & ſic omnis intelligentia ſubiectum eſt huius accidentis, ſcilicet ſuæ intellectionis, & ſic compoſitio in omnibus intelligentijs, præterprimam etiam in per

fectiſſima

fectiſſima intelligentia creata, & ſi perfectiſſima creatura eſt compoſita, ergo omne creatum compoſitum erit, aut componibile. Manet igitur Deus ſummè ſimplex vt non ſit compoſitus neque componibilis, quod ſic probo: Cùm enim multiplex ſit compoſitio, ſi Deus ſub nullo genere compoſitionis contineatur: manebit certè incomponibilis. Compoſitionum autem, alia eſt Metaphyſica, quæ fit ex genere & differentia. Alia eſt phyſica, quæ fit per partes reales & quantitatiuas, alia eſt gradualis, & hæc fit per gradus vt albedo. Alia eſt ex actu priuatiuo & actu poſitiuo, & iſta inuenitur in omni ente creato, ſed deus nullo iſtorum modorum eſt componibilis, concluditur ergo ipſum eſſe ſummè ſimplicem.

Quod Deus non dicatur ſummè ſimplex arguitur.

Sed contra hoc quod dicitur, quòd Deus eſt ſummè ſimplex, arguo ſic, Scotus in reportatis Pariſienſibus diſtinct. 33. primi, quæſtione ſecunda, voluit quòd ex quibuſcunque qualitercunque diſtinctis, ex natura rei, eſt aliquod vnum, alterum eorum eſt actus, alterum potentia, ſi ergo eſſentia & relatio diſtinguuntur qualitercunque ex natura rei, & ex eis eſt perſona in diuinis vt pater eſt ex eſſentia & paternitate: & cum diſtinguantur ex natura rei, ergo alterum eorum eſt actus, alterum potentia: & ſic compoſitio erit in perſonis diuinis: & ſic Deus erit compoſitus: & conſequenter ergo non ſummè ſimplex. omnia hæc ipſe ponit in loco præallegato.

Secundò nihil eſt poſitum in Deo, niſi fuerit perfectio ſimpliciter: ergo ſimplicitas erit perfectio ſimpliciter. Cuius contrarium probo: nulla negatio eſt perfectio ſimpliciter: ſed ſimplicitas eſt negatio formaliter: ergo non eſt perfectio ſimpliciter, ergo non ponitur in Deo. probatur minor, quia nihil aliud eſt niſi negatio compoſitionis. Ad primum reſpondeo, quòd Sco. accipit rem, vt diſtinguitur contra modum rei: & ſic relatio in diuinis non poteſt dici res, ſed magis modus rei: de quo videas Scot. 3. quæſtione quolibet. quia accidentia reſpectiua ipſe vocat non rem, ſed modos rei: & ſic concedo, quòd ex quibuſcunque ſcilicet rebus, & non modis rei, & qualitercunque diſtinctis ex natura rei, eſt aliquod vnum, alterum eſt actus, & alterum potentia. ſed poſt negatur,

quòd relatio & eſſentia ſint res huiuſmodi: ſed eſſentia eſt verè res, & relatio eſt modus rei, eo modo, quo Boetius loquitur in libro de tri. quia alia quidem quæſtione rem, alia quæſtione circunſtantiam rei monſtrant, & diſtinguit rem, contra circunſtantiam rei. Ad ſecundum nego, quòd ſimplicitas ſit tantùm negatio compoſitionis. vnde ſicut actualitas dicit gradum intrinſecum illius, cuius eſt poſitiuum, ita etiam ſimplicitas: & ſicut vnitas ex conſequenti dicit indiuiſionem à ſe, & diuiſionem à quolibet alio, tamen dicit aliquod poſitiuum reſpectu entitatis, cuius eſt terminus: ſic ſimplicitas, licet ex conſequenti dicat negationem compoſitionis tamen vltra illam, dicit aliquod poſitiuũ, reſpectu entitatis cuius eſt. per quod poſitiuum competit negatio compoſitionis, & ſibi repugnat affirmatio compoſitionis. Eſt tamen difficultas in hoc, quod diximus, quod quodlibet creatum compoſitum eſt ex poſitiuo & priuatiuo: quia in compoſitis per ſe realibus, ambo componentia debent eſſe realia, vnde philoſophus probat materiam & formam, quæ ſunt principia ſubſtantiæ, eſſe ſubſtantias: quia non componitur ſubſtantia, ex non ſubſtantijs: ſicut Comm. tenet ſecundo de Anima comm. ſecundo: ſed priuatio formaliter non eſt ens: vnde Comm 1. phy. comm. 79. priuatio inquit, non eſt accidens: nedum vt ſit ſubſtantia. ergo cùm priuatio nullo modo formaliter fuerit ens, non poterit componere aliquod poſitiuum reale. Secundo, cùm forma & materia ſunt creaturæ, ergo componerentur iſta compoſitione, & tunc pars eſſet partis, & daretur proceſſus in infinitum in partibus componentibus, & compoſitis quod eſt abſurdum. Tertiò ſequeretur, quòd relationes originis eſſent compoſitæ ex poſitiuo & priuatiuo: quia inquantum entia ſunt repugnat eis eſſe perfectiones ſimpliciter, & eſſentia diuina. Ad primum reſpondeo præmittendo duas diſtinctiones. compoſitorum & cauſatorum quædam ſunt generabilia & corruptibilia & cauſata, quædam ſunt cauſata, ſed ingenerabilia & incorruptibilia: vt Cœli intelligentiæ omnes, præter primam Secunda diſtinctio ſit iſta. Duplex eſt compoſitio: quædam realis, quædam rationis, in primis id eſt in generabilibus & corrupti-

ruptilibus eſt compoſitio realis ex actu & potentia, & rationis ex poſitiuo & priuatiuo. in ſecundis, id eſt æternis, quæ ingenerabilia ſunt, eſt compoſitio ſolùm rationis. Modo ad argumentum: in compoſitis verè realibus, ambo componentia debent eſſe realia, verum eſt loquendo de compoſitione reali, ſed in compoſitis per ſe realibus, quæ non realiter componuntur, ſed ratione, non debent ambo componentia eſſe realia, ſed aut realia, aut rationis, vt patet in æternis, vt in Cœlis, & in intelligentijs, ubi eſt compoſitio rationis, & non realis. Nam, cùm dicimus, intelligentias eſſe compoſitas ex actu & potentia eſt compoſitio rationis iuxta viam Comment. vnde. 3. de anima comment. 5. & 14. in omnibus intelligentijs citra primam, eſt potentia, quia tamen illa potentia in æternis non dicit aliquid reale, nihil verè eſt poſſibile in eis, vt commen. dicit, & Ariſt. 9. Metap. te com. 17. eſt autem nihil potentia ſempiternum, poſſibile enim in rebus æternis, eſt neceſſarium. & hoc eſt quod Scotus teſtatur, quòd compoſitio iſta realis non eſt, accipiendo illam priuationem formaliter. vnde in 8. diſtinctio. prima, quæſtione ſecunda dicit, quòd compoſitio ex priuatiuo, & poſitiuo non eſt in eſſentia rei quia nulla priuatio eſt in eſſentia alicuius. Et nota, quòd quando Comment. dicit intelligentias eſſe compoſitas ex actu, & potentia, non eſt illa potentia realis, ſed ens rationis, vnde illa potentia, quæ ponitur in intelligentijs, non eſt illa, quæ cum actu diuidit ens: vnde actus & potentiæ, quæ condiuidunt ens, ſunt differentiæ entis ad modum Auerrois, quod deſcendit in decem prædicamenta: & potentia reducitur ad materiam, & actus ad formam, ut vult Auerrois 12. Metaphyſic. comment. 26. patet igitur, quòd illa potentia intelligentiarum non eſt realis, ſed rationis, quæ ſecundùm nos priuatio vocatur. hinc eſt, quòd faciunt priuatio, & poſitiuum compoſitionem rationis, & non realem.

Quando dicimus intelligentias eſſe compoſitas ex actu, & potentia illa non eſt potentia realis, ſed rationis, non Phyſica ſed Logica.

Ad ſecundum reſpondeo, quòd materia, & forma iſta cõpoſitione ſunt compoſita ſcilicet rationis: quia pars realis nõ habet partẽ realẽ, ſed ſuper uno reali fundabitur quodda ens rationis, & ſic negabitur proceſſus infinitus, ſcilicet

realis:& ſi poneretur rationis,hoc non eſſet inconueniẽs. Ad tertium multipliciter reſpondetur:primò,quia nos loquimur de creaturis, quod iſtæ ſint compoſitæ ex poſitiuo,& priuatiuo: modo relationes originis non ſunt compoſitæ,quia non ſunt creaturæ. Secundo dico,quòd loquimur de finito:iſtæ autem relationes, & ſi formaliter non ſunt infinitę,ſunt tamen identicè. Tertio,quia loquimur de ente finito quanto: modò iſtæ relationes nõ ſunt entia finita quanta.

Conformatio cum Ariſtotele.

Sed vbi ens ſummè ſimplex poſuit Ariſt. & ens compoſitum.

DIco quòd hoc ſimplex:poſuit Ariſt.12.met. t. comm. 37.vbi vult,ꝙ Deus eſt ſimplex,ſed ſimplicitatem in ſummo Auer.poſuit.3.de anima commẽ.5.& 14.vbi uoluit,ꝙ omnes intelligentiæ ſunt compoſitæ præter primã inquit.n.nulla intelligentia liberata eſt a potẽtia, niſi prima.ſed ſumma ſimplicitas Dei habetur ab Ariſt.9.meta. tex.comm.17. eſt autem nihil potentia ſempiternum, & comm.ibidem omnia mota reducuntur ad primum motorem,in quo non eſt potentia omnino: ens compoſitum ponitur ab Ariſt.2.de ani.tex.comm.ſecundi.12.met.tex. comm.12.7.met.tex.comm. 7. vbi ſubſtantiam diuidit in materiam,formam,& compoſitum, ſed compoſitio, quæ opponitur ſimplicitati Dei,ponitur a comm. in 3 de ani. commen.5.quando dicit,ꝙ nulla intelligentia eſt liberata a potentia niſi prima:ergo omnes habent potẽtiam: ergo poſſunt aliquid recipere,& ſic ex ipſis recipientibus & receptis fiet compoſitio.

Secundo modo dicitur ſimplex,quod habet conceptũ ſimpliciter ſimplicem, vt ſunt ens,& paſſiones entis, utrum hoc Ariſt. poſuit, & vbi.

Ens,& paſſiones entis

DIco,quòd Ariſtoteles poſuit ens eſſe conceptum ſimpliciter ſimplicem.nono metaphy.tex.comm. vltimo ubi

vbi vult,quòd ſimplicia,aut totaliter ſciuntur, aut totaliter ignorantur, ſed ſi ens,aut totaliter ſcietur, aut totaliter ignorabitur,ergo eſt ſimpliciter ſimplex. Sed ubi poſuit,quòd paſſiones entis ſunt ſimpliciter ſimplices? dico primò,quòd paſſio, per ſe ſecundo modo prædicatur de ſubiecto,primo poſterio. ergo ſubiectum ponitur in diffinitione paſſionis,vt additum. Ex eodem primo,& ex ſeptimo metaphyſicæ, ens igitur in diffinitione ſuæ paſſionis cadit,vt additum,habet enim paſſiones proprias,ut patet per philoſophum quarto metaph.cap.3.vbi vult,quòd ſicut linea, inquantùm linea habet proprias paſſiones, & numerus inquantum numerus, ita ſunt aliquæ paſſiones entis, inquantum ens, ſed ſi ens cadit in diffinitione earum, vt additum, ergo non eſt per ſe primò modo in ratione quidditatiua earum,ergo paſſiones entis non includunt ens,nec poſſunt includere aliquid ſuperius:ergo nihil includunt,& ſic ſunt ſimpliciter ſimplices. Hoc etiam confirmatur per Ariſtotelem primo poſteriorum,cap.de ſtatu principiorum,& eſt tex.commen.35.vbi vult, quòd prædicationes per ſe non conuertuntur,ita,quòd ſi prædicatum dicatur de ſubiecto per ſe,non econuerſo dicetur, ſubiectum de prædicato per ſe,ſed per accidens. unde,ſi iſta eſt per ſe ſecũdo modo,ens eſt vnum, hæc, vnum eſt ens non eſt per ſe ſecundo modo, ſed per accidens: ergo vnum,& ſimiles paſſiones non includunt ens per ſe, ergo nihil ſuperius includunt, ergo ſunt ſimpliciter ſimplices.

ſunt ſimpliciter ſimplices

Sed vbi eſt ſimplicitas tertio modo dicta, in Ariſtote. ſicut ſunt accidentia,materia prima,& ſimilia ſimplicia? Dico,quòd eſt in octauo metaphyſic. text. commen. 15. vbi dicitur, quòd compoſitum eſt ex actu, & potentia, ſed accidentia non habent actum,& potentiam, ſimiliter materia prima, & ſic de alijs. ergo ſunt ſimplicia ſecundum Ariſt.

Sed vbi dixit Ariſt.quòd elementa ſunt ſimplicia,ideſt non mixta?dico,quòd hoc poſuit tertio de cœlo, & mundo tex.comm.67. & verba ſua ſunt iſta. Deinde videtur omnia quidem ſimplicia corpora figurata continente loco:maximè autem aqua,& aer.ecce,quòd Ariſt. uocat elementa ſimplicia,& tu intellige non mixta. ſed de cœlo

Cœlum quõ ſit cõpoſitũ. Ariſt.non diceret eſſe compoſitum ex materia, & formã, ſicut dicit auctor, quòd cœlum eſt cõpoſitum ex materia, & forma. Sed tu dicas, ꝙ auctor loquitur ſecundum Theologos: ideo dicit ſecundum veritatem cœlum eſſe compoſitum.i.de mente Theologorum, ſed Ariſtot.non diceret hoc: immo diceret in cęlis non eſſe materiam niſi ad vbi, & quò, vt dicitur 12.met.tex.c.10. & a commen. in libro de ſubſtantia orbis ſimiliter ponitur ſola materia ad vbi, & quo, in cœlo.

Sed vbi Ariſtoteles poſuit iſtam diſtinctionem compoſitionis ex his, & cum his? Dico, quòd compoſita ex his poſuit 12.metaphy.tex.commen. duodecimi. vbi diſtinguit ſubſtantiam in materiam, formam, & compoſitum: ecce compoſitio ex his, quando poſuit compoſitum. idem habet commen.primo phyſic. quæ ſunt præter formam primam, & materiam primam, ſunt formæ compoſitæ, & materiæ compoſitæ, in hoc quod dicit, materiæ compoſitæ poſuit compoſitionem ex his, & compoſitionem cũ his, ideſt materiam, & formam eſſe ſic compoſitas, poſuit primo phyſic.67. vbi vult, quòd materia, & forma ſunt duo principia conſtituentia, & per ſe, ex quibus compoſitum fit. idem habet ibi commen. in eodem commen. & in ultimo commen. primo phyſi. quòd verò ſubiectum, & accidẽs ſint compoſita cum his, patet per Ariſt. in primo phyſico.tex.commen.62. vbi ponit generationem ſimpliciter & generationem accidentium, & eſt tunc ſecundum eum quando ſubiectum fit quale, aut quantum. idem commenta. in eodem loco, & confirmatur per text. 63. ſicut tenet ibi Ariſtoteles ex quibus textibus patet, quod ſubiectum & accidens faciunt compoſitionem accidentalem, & ſic accidens, & ſubiectum ſunt compoſita cum his. ſed aduerte, quòd auctor ponit Angelum eſſe compoſitum cum his quia ſcilicet cum intellectione poteſt facere compoſitum. ſi quæres, hoc vbi eſt in Ariſtotele dico, quòd Ariſt. hoc non ponit, ſed eſt mere Theologicum, immo Ariſtoteles dicit, quòd intellectio abſtractorum eſt ſua eſſentia, ideſt intelligentiarum.

Nota de cõpoſitione ex his, et cũ his

Angelũ eſſe compoſitum compoſitiõe cum his eſſe mere Theologicum.

Dubia

Dubia circa Textum.

CIrca huius textus interpretationem, animaduertendum eſt de illa definitione ſimpliciter ſimplicis, quæ talis eſt ſimpliciter ſimplex eſt, quod non habet conceptũ quidditatiuum, & qualitatiuum, & quærendum, nũ Deus, & perfectiones ſimpliciter, quæ ſunt in Deo, vt voluntas diuina, intellectus, ſpiritus, &c. ſint ſimpliciter ſimplices, & nullum conceptum ſuperiorem includant in quid. ſi ſic, Quare ergo potius prędicatur ens de Deo in quid, quàm de vltimis differẽtijs, ideſt ſi Deus eſt ſimpliciter ſimplex & ſic nihil includit quidditatiuè, ſicut differentiæ vltimæ, nil includunt quidditatiuè: ergo Deus, cum ſit ſic ſimplex non debet includere ens in ſuo conceptu, & ſi ipſe ſic includit ens, ergo & differentiæ ultimæ ſimiliter deberent includere. Reſpondeo, quòd licet Deus includat ens, & infinitatem, non propter hoc amittit ſimplicitatem, quia vnum non ſe habet, vt actus, & aliud, vt potentia, ſed omnia ibi ſunt vt actus, & infinitas ſua facit ſummam ſimplicitatem: differentiæ verò ultimæ ſunt compoſitæ, & ſi non ex his, ſaltem cum his, & non ſunt infinitæ, ideò in Deo eſt maior ſimplicitas, quàm in differentijs vltimis. nam vltimæ differentiæ cum ſpeciebus faciunt compoſitionem, verbi gratia, ſortes componitur ex vltima differentia, & humanitate, & vltima differentia eſt compoſita cũ his, non ſic Deus.

Arguitur etiam in id quod poſuit auctor de conceptu ſimpliciter ſimplici, ex illo enim ſequitur, quòd Deus erit ex natura rei conſtitutus, vel erit ſimpliciter ſimplex. primum probo: nam, ſi Deus includit ens, & infinitatem, conſtituitur ex iſtis, aut componitur, & hoc abſurdum eſt, quòd conſtituatur, quia bene perſona poteſt conſtitui, ſed non Deus poteſt conſtitui ex natura rei, uel componi: ſi non eſt conſtitutus, neque compoſitus, ſequitur ergo, quòd erit ſimpliciter ſimplex. Dico, quòd non eſt ſimpliciter ſimplex, quia includit ens, & infinitatem, poteſt enim ſecundum vnum ſciri, & ſecundum aliud ignorari: nec eſt conſtitutus, quia conſtituens dicit aut realitatem,

aut

aut ſaltem formalitatem, vt eſt paternitas, & filiatio, & poſſunt terminare actum noſtri intellectus, ſed infinitas, cum ſit modus intrinſecus, non eſt formalitas, ideò nõ cõſtituit cum ente ipſum Deum. neq; compoſitus, quia infinitas non eſt forma, & eſſentia non eſt materia, & ſi perſona ſic conſtituta eſt, non ſequitur, ergo compoſita, quia conſtituentia non ſe habent, ut materia, & forma.

Notatu inſuper dignum eſt ſcire quot modis cõceptus ſumatur. Scotus namque in Theorematibus dicit, quòd conceptus ſimpliciter ſimplex eſt, qui non eſt reſolubilis in conceptus. Conceptus ſimplex non ſimpliciter, qui per ſe eſt unus, tamen reſolubilis in conceptus. Primò concipi dr̃, quod intellectui adęquat, per ſe non primòconcipit, quicquid in primo intellectu includit. Perfectè cognoſcit ex parte obiecti qñ nihil obiecti latet. ſimplex itaque, ſi concipitur, perfectè concipitur reſolubile contingit im perfectè concipi. Conceptus aliquos eſſe reſolubiles, conceptus aliquos non eſſe incluſos, & tu intellige, quòd conceptus non incluſi ſunt ſolum conceptus omnium ſingularium, confuſa a nobis concipi prius diſtinctè. Diſtinctè concipitur, quod ſecundum hoc concipitur, ſecundum quod ab alijs diſtinguitur. confusè concipitur, quòd indiſtinctè. hæc & multa alia de conceptu à Scoto ibi ponuntur.

Nõ ſequitur perſona ẽ cõſtituta ergo compoſita.

Quod autem accidens dicatur ſimplex, quod non eſt compoſitum ex re & re, videtur doctrinæ Scoticæ repugnare. Scotus enim in 7. & 8. metaph. qõ. 1. probat, quòd accidens eſt realiter compoſitum, ex re, & re & arguit ſic. Quod cum alio realiter conuenit, & ab alio realiter differt, eſt compoſitum ex duob. in quorum altero conuenit & per reliquum differt: nigredo, & albedo realiter differunt, vt patet, & realiter conueniunt, quia in colore, quæ non eſt conuenientia rationis, ex quæſtione de conceptu generis: ergo realiter albedo eſt compoſita, & ſic ex re & re componitur, & ſic accidentia non ſunt ſimplicia: inſtantia contra iſtam ſimplicitatem facta a Scoto in 7. metaph. eſt in 20. q. vbi inducens quandam opinionem, probat accidentia eſſe compoſita. & arguit ſic, philoſophus in 12. metaph. commen. 2. dicit, quòd cauſæ, & principia entis ſunt

De accidentium compoſitione.

Vtrum accidentia dicã tur cõpoſita.

ſunt quodam modo eadem,& quodam modo non eadem, quia ſunt proportionaliter eadem,proportionaliter altera,concludit ibi Scotus ex Ariſtote. ſicut igitur in genere ſubſtantiæ ſunt propria principia, vt materia,& forma,ſic vt videtur,ſecundum Philoſophum in alijs generibus,ergo in genere accidentium eſt materia,& forma,ergo compoſitio ex materia,& forma,& ex re,& re. Reſpondetur cum Scoto in octauo meta. q. 1.cuius verba ſunt iſta,patet qualis compoſitio ſufficit ad conuenientiam, & differentiam realem ſpecierum, quia vel ſunt compoſita ſecundũ intentionem, & rationem, vel ex rationibus realibus diuerſis vnitiue contentis in eodem, ideſt licet ſint compoſita talia accidentia albedo,& nigredo,ex realitate,& realitate,id eſt realitate generis & differentiæ,non autem ex re, & re, ideſt non nego eſſe compoſita, ſed talis compoſitio eſt ex realitatibus,& non ex rebus,quia differre realiter ad inuicem,& conuenire realiter, non concludit,iſta accidentia compoſita ex re, & re diuerſa, ſed tantum ꝙ quodlibet tale accidens,vt albedo quam nigredo eſt compoſitum ex diuerſis realitatibus. Ad ſecundum reſpondet Scotus in ſeptimo in eadem quæſtione decima, vbi dicit: quòd verum eſt,quòd quodlibet poſitum in genere prædicamentali,eſt ex materia,& forma,ideſt realitate potentiali,& actuali: potentia enim correſpondet materiæ, & actus formæ: & dat exemplum de numeris,in numeris aliquod eſt,vt potentia, & aliquod vt forma: non tamen forma,& materia ſunt res in propoſito,ſed realitates: ſic dicas in quolibet accidente.

Conſiderandum etiam poſt hæc venit num anima ſit hoc modo compoſitum ſecundum realitates? quia non eſt in prædicamento per ſe, & hoc verum eſt, quia pars non ponitur per ſe in prædicamento: nec recurrendum eſt ad intellectum agentem, & poſſibilem: ſicut voluit Ioannes de Gandauo,quia eſt contra doctorem,& veritatem. Reſpondeo, quòd anima eſt compoſita ex duabus realitatibus, quæ non ſunt aliud niſi duæ formalitates: & quando dicis non eſt per ſe in prædicamento, ergo non componitur ex realitatibus negatur conſequentia: quia realitates, quæ ſunt in anima, accipiuntur communiter, non vt ſunt *Anima qua ratione ſit compoſita.*

genus,

genus,& differentia,ſed vt ſunt duæ formalitates, quæ ab intellectu noſtro poſſunt accipi: & i æ conſtituunt animam. Si autem iſtæ realitates ſe haberent vt genus & differentia, tunc anima per ſe eſſet in prædicamento, & eſſet compoſita ſicut accidentia: ſed iſtæ realitates vocantur realitates large, ideſt formalitates, quæ poſſunt intelligi à nobis: & ſic animam conſtituunt iſto modo, vt rationalitas eſt conſtituta, & habet duas formalitates: vt Scotus tenet tertia diſtinct. prima, immó vocat conſtituentia rationalitatis, realitates: & tamen rationalitas non eſt per ſe in prædicamento. Sic ſimiliter vult quòd illa forma, à qua ſumitur rationale, ſicut eſt anima, ſit conſtituta ex duabus realitatibus, & formalitatibus, quæ non ſe habent vt genus & differentia: ſicut formalitates, & realitates differentiæ, non ſe habent vt genus, & differentia, & nullum iſtorum eſt in prędicamento per ſe, nec anima, nec rationale. Nihil enim per ſe reponitur in prædicamento, niſi ſit genus, vel ſpecies. Et poſtquam in textu actum eſt de compoſitione ex his, & cum his, diligentiſſime eſt annotanda quadruplex differentia inter illas. Vide Ioãnem canonicum, & alios. Ponitur quadruplex differentia inter compoſitionem ex his, & cum his. Prima eſt, quoniam compoſitio ex his eſt poſterior, & præſupponens compoſitionem cum his. Secunda, quia in compoſitione cum his idem eſt compoſitum, & componens, in compoſitione autem ex his aliud eſt componens, & aliud compoſitum. Tertia differentia eſt, quia in compoſitione cum his, quot ſunt componentia, tot ſunt compoſita, in compoſitione, autem ex his plura ſunt componentia quam compoſita. Quarta, quia compoſitio cum his reperitur in quolibet genere cum alio genere, compoſitio verò ex his non niſi in eodem genere.

Nota quatruplicẽ differentiam in harum cõpoſitione.

TEXTVS.

Rurſus ens diuiditur in ens neceſſarium, & in ens contingens. Vnde illud dicitur neceſſarium, quod non põt non eſſe: contingens verò, quod poteſt

teſt eſſe & non eſſe. Inuenio tamen duplex neceſſarium, & duplex contingens, ſcilicet complexum, & incomplexum. Neceſſarium complexum eſt, quod non poteſt non eſſe verum, ſicut ſunt propoſitiones primi modi, & ſecundi, & ſic de alijs. Contingens verò complexum eſt, quod poteſt eſſe quandoque verum & quandoque falſum, ſicut ſunt propoſitiones de materia contingenti. Neceſſarium autem incomplexum eſt, quod non poteſt non eſſe, & hoc dupliciter, vel quantum ad eſſe ſimpliciter: & ſic ſolus Deus dicitur neceſſarium, quia eſt à ſe: & per oppoſitum illud dicitur contingens ſimpliciter loquendo, quod eſt ab alio, & poteſt eſſe. Neceſſarium verò ſecundum quid eſt illud, quod non poteſt non eſſe, quantum ad eſſe ſecũdum quid, ſicut ſunt omnes res mundi quæ ſunt poſſibiles: habuerunt enim ab æterno eſſe cognitum, & in aliquo priori naturæ ante determinationem diuinæ voluntatis, & per conſequens neceſſario ſunt in tali eſſe, quia quod præcedit determinationem diuinæ voluntatis, eſt neceſſarium: nec aliquid dicitur contingẽs, vt opponitur iſti neceſſitati. *Neceſſariũ duplex.*

Declaratio & Annotatio Textus.

RVrſus ens diuiditur in neceſſarium, & contingens. Aduerte, quòd in hoc non conueniunt Theologi, & Philoſophi, maximè in neceſſario incomplexo. nam Theologi volunt ſolum Deum eſſe neceſſarium incomplexum, quia à nullo habet eſſe, & non poteſt non eſſe: omnes creaturæ iſto modo dicuntur entia contingentia, quia habent eſſe à Deo, & poſſunt ex natura ſui non eſſe, vt doctè expendit D. Hieronymus in 1. cap. Eccleſiaſt. vnde duo ſunt

expreſſe

expreſſe neceſſaria ad hoc, vt aliquid formaliter ſit cõtingens, vt opponitur neceſſario ſimpliciter incomplexo, ꝗ habeat eſſe ab alio, & quòd ex ſui natura poſſit non eſſe. Ideo, licet filius, & S.S. ſint ab alio, quia tamen non poſſunt non eſſe, ideo non ſunt contingentes, quia ſunt entitates reſpectiuæ, & æternaliter in eadem numero eſſentia abſoluta, cui realiter identificantur, & neceſſario. Sed ſecundum Philoſophos ſunt plura neceſſe eſſe formaliter, licet vnum ſit independens, & alia dependeant ab illo vno: vt ſunt intelligentiæ, & cœli quæ ſunt neceſſaria, & non poſſunt non eſſe, licet ab alio dependeant, ſed ſecundum Theologos cœli, & intelligentiæ poſſunt non eſſe, & habent cauſam à qua dependent in genere cauſæ efficientis, patet per caſum poſitum à Comment. in de Subſtantia orbis: vbi dicit, quòd ſi orbis eſſet ſine intelligentia, quid eſſet tunc de orbe ſine intelligentia? Reſpondet, ꝗ eſſet tunc ſicut de motu: manifeſtum eſt autem, quòd motus non eſſet niſi intelligentia eſſet: & ita motus dependet ab intelligentia in genere cauſæ efficientis, ergo orbis dependet a cauſa mouente ipſum in genere cauſæ efficientis: & tamen æterni ſunt orbes, & cœli, & non poſſunt non eſſe: & cum hoc ſunt plures: ergo plura neceſſaria incomplexa. Sed Theologi dicunt, quòd cœli omnes poſſunt nõ eſſe, ideo Philoſophi poſuerunt neceſſarium à ſe, & eſt primum principium, & neceſſarium ab alio, & ſunt orbes, & intelligentiæ. Et ſi dicas in æternis non eſt tempus: ergo nec prioritas & poſterioritas, quæ ſunt differentiæ temporis, ergo prima intelligentia non poteſt eſſe cauſa aliarũ intelligentiarum, quia cauſa ſemper præcedit effectum. Dicunt Philoſophi, quòd duplex eſt prioritas naturæ, & temporis, prima intelligentia eſt prior alijs orbibus, & alijs intelligentijs natura, & non tempore. iſta prioritas eſt in æternis, hæc ex Comment. primo Cœli textu Comment. 105. vbi dicit, quòd Plato intendebat quòd partes mundi natura præcedunt mundum, Ariſtotel. non diſcrepat ab eo. Differunt Theologi & Philoſophi quo ad aliud, quia iſtud neceſſarium incomplexum, æternumꝫ ab alio dependens, poſuerunt Philoſophi orbes, & intelligentias. Theologi neceſſarium ſecundum quid, æternum, dependens

Cõtingens diſtinctum cõtra neceſſarium.

Vide apud Trombetam doctam, & ſubtilem qõnem num ſecunda intelligentia ſecunda ſit tãta neceſſitate neceſſaria, quanta apud Theologos ẽ filius in diuinis.

dens incomplexum, poſuerunt creaturas: quæ ſecundum Theologos ab æterno fuerunt productæ ab intellectu diuino: & cùm tale eſſe præcedat determinationem diuinę voluntatis dicitur eſſe neceſſarium, quod enim ſubſequitur contingens eſt, & quia talia ab æterno fuerunt producta, in eſſe cognito ab intellectu diuino, dicũtur æternum eſſe habere. Sed, quia ſecundum Sco. 36. diſtin. 1. contra Henric. creaturæ in tali eſſe ideali non habuerunt aliqđ eſſe eſſentiæ, vel ex natura rei, ſed præciſe eſſe cognitum, propterea dicuntur habere eſſe ſecundum quid. Vlterius ad hoc eſt addendum dictum Theologorum, dicentium quòd creatura in eſſe cognito, quod habet in intellectu diuino, ſi præcedit actum diuinæ voluntatis, ſic habet eſſe neceſſarium ſecundum quid, ſed poſt determinationem actus diuinæ voluntatis, quæ eſt prima regula contingentium, tunc acquirit eſſe poſſibile, & non neceſſarium ſecũdum quid, vnde intellectus diuinus multa intelligit, quæ nunquam erunt. Et ſi quæres, quare non datur neceſſarium ſecundum quid complexum ſicut datur incomplexum? Reſpondetur quòd talia complexa non intelliguntur ab intellectu diuino ante determinationem diuinę voluntatis, propter hoc non ſunt neceſſaria, ſed poſt determinationem voluntatis diuinæ, & tunc ab ea habent eſſe.

Aliquando Plato locutus fuit vt Metaph. de ideis, & vt ſic idea non eſt aliud niſi rō quidditatiua & in illo intellectu perſequitur eũ Ariſto vide Frãciſcum de May. pr. lib. ſent. diſt. 47. quæſt. 1.

Conformatio cum Ariſt.

Sed vbi Ariſtot. poſuit hanc diſtinctionem de duplici neceſſario?

Dico, quòd neceſſarium complexum poſuit in primo Poſter. quando voluit quòd demonſtratio debet eſſe ex neceſſarijs: & quinto Metaphyſico. textu Commenti ſext. vbi vult, quòd quartus modus neceſſarij ſit in demonſtratione: & eſt quando non contingit rem aliter ſe habere, ſicut ipſe ibi dicit, & ponitur in demonſtratione, & verba ſua ſunt hæc. Inſuper demonſtratio neceſſarium eſt, propterea quòd res aliter ſe habere non poteſt, ſi modo ſit ſimpliciter demonſtrata, vt eſt iſta propoſitio, omne animal eſt corruptibile. Sed vbi poſuit neceſſarium incomplexum?

Neceſſariũ duplex apud Ariſt.

plexum? Dico quòd poſuit in quinto Metaph. textu Cõmenti ſexti, & verba ſua ſunt iſta. Quare primum & propriè neceſſarium, id eſt quod eſt ſimplex: & exponũt, hoc neceſſarium eſt prima intelligentia, quæ ſimplex eſt, & neceſſarium incomplexum, idem habet Ariſtot. 12. Metaphy. tex. com. 38. vbi concludit primam intelligentiam eſſe neceſſariam: dicens, ſi eſt intranſmutabilis, ergo neceſſariò eſt ens: ſed illud neceſſarium ſecundum quid in intellectu diuino ab æterno, quod eſt eſſe ideale, Ariſtotel. non poſuit.

Conformatio cum Ariſt.

Sed vbi Ariſtot. poſuit duplex contingens complexum, & incomplexum?

DIco, quòd contingens complexum poſuit primo Prio. vt ſunt propoſitiones de materia contingenti, cap. 8. Contingens incomplexum ponit tertio de Anima Commento 51. vbi aſſignat obiectum practicæ bonum, non quodcunque, ſed a[illegible]bile & contingens. Item ſexto Ethic. diſtinguit ratiocinatiuum à ſcientifico penes obiectum neceſſarium, & contingens.

Declaratio Textus.

HIc annotanda quædam logicalis ſubtilitas quæ talis eſt: ſi quis quærat quare propoſitio de vero contingenti conuertitur in contingens falſum? ratio eſt, quia neceſſarium eſt, quod non poteſt non eſſe, ideo nunquã continget, quòd non ſit, ideo propoſitio de neceſſario, aut in qua ponitur neceſſarium, nunquam conuertetur in contingentem, quia neceſſarium eſt, quod non poteſt non eſſe, & contingens eſt, quod poteſt non eſſe, ſed contingens verũ poteſt eſſe contingens falſum propterea propoſitio de contingenti vero, conuertitur in oppoſitam qualitatem, ideſt in propoſitionem de contingenti falſo. Dubitatur etiam in his authoris verbis, quando dicit. Nec aliquid dicitur contingẽs vt opponitur iſti neceſſitati, id eſt eſſe cognito, quia,

Quot modis dicitur vnũ oppoſitorum tot modis dicitur reli-

quia, quot modis dicitur vnum oppoſitorum, tot modis dicitur reliquum. & eſt regula topicalis, ſed neceſſarium, & contingens ſunt oppoſita: ergo ſicut datur neceſſarium incomplexum, ſcilicet eſſe cognitum, ita contingens incomplexum. Reſpondetur ſecundùm dicta Scoti, in vniuerſalibus: quòd iſta regula vera eſt, ſi neceſſarium, & continges ſecundùm omnem modum opponantur & ſic non eſt in propoſito: vnde contradictoria ſunt oppoſita, & datur vnum oppoſitorum: ſed reliquum non datur, quia eſt non ens: ſic poteſt dari neceſſarium ſic ſumptum, tamen contingens non datur. Inueſtigatione inſuper dignum eſt num iſta diuiſio neceſſarij in ſimpliciter & ſecundùm quid, ſit æquè communis illi: qua ens partitur in potentiam obiectiuam & ſubiectiuam. Ad hoc dico, quòd non eſt æquè communis: nam licet neceſſarium ſecundùm quid, & ens in potentia obiectiua ſint æquè communia, tamen illud, quod eſt neceſſarium ſimpliciter, ideſt Deus, & ens in actu non ſunt æquè communia: quia ens in actu de pluribus dicitur, quàm Deus. dicitur enim de omnibus illis, quæ ſunt in eſſe reali:& habent actum formalem, aut entitatiuum: ecce igitur, quod ens neceſſarium ſimpliciter, & actus non ſunt æquè communia. Conſiderandum tandem vtrum quidditas cadat ſub hac diuiſione? ideſt vtrum quidditas contineatur ſub iſto membro, quod eſt neceſſarium ſecundùm quid: ſicut illa, quæ ab æterno habuerunt eſſe cognitum. ad hoc dico cum Scoto 35. diſtin. pri. quod non: quia creaturæ ab æterno habuerunt eſſe cognitum, & non quidditatiuum, & eſſentiæ: licet Franci. aliter dicat 42. diſtin. conſta. qui voluit quidditates æternas in eſſe quidditatiuo.

quũ Reſpondetur ſicut reſpondet Scotus in 12. q. vniuerſalium ſcilicet quod illa regula debet intelligi quo ad ſignificationes non quo ad ſuppoſita.

TEXTVS.

Ens vlterius diuiditur in ens indepẽdens & in ens dependens. Ens independens eſt Deus: quia à nullo eſt nec in genere cauſæ efficientis, nec materialis, nec formalis, nec finalis, vt ingenioſe

Entis diuiſio.

multum deducit Scot. 2. diſtinct. 1. Senten. & 8. eiuſdem. Ens vero dependens eſt, quod ab alio eſt in aliquo genere cauſæ. Cùm igitur omnia alia à Deo ſint in genere cauſæ efficientis, ſequitur quod dependent. Sed dices, ſi omnia dependent vt tu dicis, cum dependentia ſit relatio, ſequeretur quod ſaltem omnia alia à Deo eſſent ad aliquid: quod videtur inconueniens & contra Philoſophum 4. Metap. Reſpondetur quod argumentum concludit, quod omnia alia à Deo ſunt ad aliquid denominatiuè: quia in omni ente fundatur reſpectus effectiuitatis ſeu dependentiæ, & illud concedo. Nec hoc negaret Philoſophus: ſed non probat quòd omnia ſunt ad aliquid formàliter, & quidditatiue: ſic voluit negare Philoſophus omnia eſſe ad aliquid.

Sed tu dices, Iſte reſpectus fundatus in creatura, ad Deum terminatus, vel eſt res diſtincta à creatura, vel non: ſi non, ergo omnia ſunt ad aliquid eſſentialiter & quidditatiue, vt videtur: ſi ſic, ergo creatura, puta homo vel angelus, poterit eſſe ſine tali reſpectu: & ſic nõ dependebit à Deo. Probatur ſecundo conſequentia: quia licet poſterius diſtinctum realiter aliquando non poſſit eſſe ſine ſuo priori, tamen vniuerſaliter prius ſic diſtinctum poteſt eſſe ſine ſuo poſteriori. Tertia conſequentia probatur, quia effectus formalis non poteſt eſſe ſine ſua cauſa formali, etiam per diuinam potentiam: quia cauſalitas cauſæ materialis & formalis dicunt imperfectionem: & ſic ſeparata tali dependentia, creatura non eſſet dependens.

Dico

Dico breuiter conformiter ad Sco.pri. diſtin. 2. Senten. Quod talis dependentia eſt eadem realiter cum creatura: & vniuerſaliter omnis relatio, ſine qua vel ſine cuius termino fundamentum non poteſt eſſe, talis relatio idētificatur realiter cum ſuo fundamento. Clarum eſt quod creatura non poteſt eſſe, niſi dependeat & niſi Deus ſit. ergo creatura eſt realiter ſua dependentia. Et ſimiliter dico de dependentia totius compoſiti eſſentialis ad ſuas partes, & de dependentia qua relatio dependet à fundamento. *Maior.*

Ex hoc infero, quod capiendo hoc modo dependentiam, nulla creatura abſoluta dependet ab alia cùm etiam in genere cauſæ efficientis creaturam abſolutam poſſit Deus ſeipſo creare & conſeruare.

ENs diuiditur per dependens, & independens. Hic notabis, quòd duplex eſt dependentia: quædam eſſentialis quædam accidentalis: eſſentialis eſt illa, qua aliquid ſic dependet, quòd non poteſt eſſe ſine eo, à quo dependet, & ſic omnis creatura eſſentialiter dependet à Deo: quia nulla talis poteſt eſſe ſine Deo. Dependentia accidentalis eſt, qua tale dependens poteſt eſſe ſine eo, à quo dependet. ex quo habetur corollarium, nulla creatura dependet eſſentialiter à cauſa ſecunda ſecundum Theologos, qui non ponunt ordinem cauſarum: & hoc intelligas de cauſis extrinſecis videlicet finali, & efficiente: quia iſtas duas ſupplere poteſt Deus, ſed Philoſophi dicunt, quod nullam poteſt ſupplere: quia conſtituunt neceſſariam connexionem cauſæ primæ cum ſecundis. Aliud corollarium, ſecundùm Theologos & Philoſophos, dependentia eſſentialis nō ſolum eſt ad Deum, ſed etiam ad materiam, & formam, quarum vices Deus ſupplere non poteſt, quia hoc ſupplere diceret in Deo imperfectionem, nam homo ita eſſentialiter dependet à Deo, ſicut à materia, & forma, ſed non tāta ne-

Depēdētia duplex

Omnia depēdēt ab eo in aliquo genere cauſæ.

Hic eſt paſſus notabilis, quod Author dicit in aliquo genere & non in quolibet genere, quia ad hoc vt aliquid ſit dependens nō oportet vt

 ceſſitate,

ceſſitate, quanta a Deo dependent. Independens dupliciter dicitur: vno modo illud quod nullo modo dependet ab aliquo in aliquo genere cauſæ, & ſic ſolus Deus eſt independens. Et ſi dicas filius habet eſſe patre, ergo dependet ab eo. Reſpondet Scot. quòd dependentia debet eſſe cùm alteritate naturæ: modo filius non habet aliam naturam à patre, quare ab eo non dependet. Alio modo dicitur independens ſecundùm quid, quod non dependet ab alio in aliquo determinato genere cauſæ, ſicut ſunt intelligentiæ, quæ non dependent ab alio in ſolo genere cauſæ materialis ideo Scot. 7. quæſtione, quolibet, & 8. diſtin. 1. voluit, quòd intelligentiæ dependerent à prima, de mente Ariſt.

Annotandum eſt etiam non vacua eſſe myſterio verba Auctoris, quando deſcribens ens dependens dicit eſſe illud quod ab alio eſt in aliquo genere cauſæ: quia ad hoc vt aliquid ſit dependens non eſt neceſſarium vt dependeat in quolibet genere cauſæ, ſed ſufficit in aliquo. Nam creata dependent immediatè à Deo in genere cauſæ efficientis & finalis: alia vero in genere cauſæ materialis & formalis, quæ duæ dicuntur intrinſecæ quia ingrediuntur compoſitum, aliæ vero duæ priores extrinſecæ, ſunt extra rationem compoſiti.

depēdeat in quolibet genere cauſa, ſed ſufficit ī aliquo, nam creata depēdēt à Deo ī genere cauſa efficiētis, & finalis, ſed à materia prima ī genere cauſa materialis, & formalis, quę dicuntur intrinſeca, alia vero dua extrinſeca & ratio eſt quia materia, & forma intrant cōpoſitū efficiēs aūt eſt quę cauſat cōpoſitū in alijs aūt eſt ad quam ordinatur compoſitum & hę duę non intrant compoſitum ideo ſunt extra.

Conformatio cum Ariſtotele.

Sed vbi Ariſtotel. poſuit ens dependens & independens.

Dico, quòd ens dependens poſuit. 12. Metaph. text. comment. 38. ex hoc igitur principio dependent Cęlum & natura: ecce ꝙ datur ens dependens, quando quod dicit Cęlū & natura dependet: datur independens, quādo dicit ex primo, ſiue principio. nam non eſſet primum ſiue principium ſi dependeret, in ſecund. Metaphy. tenet quod eſt prima cauſa: quia ſi prima eſt, à nulla alia dependet. & Scotus in ſecund. diſtinct. primi quæſt. 1. probat, quòd Deus ſecundùm Ariſtot. à nulla cauſa cuiuſcunque generis habet eſſe: ergo prima cauſa: ergo indepē-

dens,

dens, idem teſtatur Ariſt. in 11. Metaph. tex. comm. 52. nã ibi ponit ex intentione ſua omnia habere ordinem eſſentialem inter ſe, & magis ordinem eſſentialem ad vnum primum, ex quo vult habere, quòd, quum iſte ordo eſſentialis ſit ordo dependentiæ, omnia eſſentialiter dependẽt à primo ente, & quum nihil ſit eſſentialiter depẽdens ab aliquo in eſſendo, a quo non habeat eſſe in aliquo genere cauſæ, vult quòd omnia dependeant à Deo, ſaltem tanquam à cauſa finali, & cum ipſe Deus ſit primus omni primitate, à nullo dependet per Ariſt. ergo datur dependẽs, & independens ſecundum Ariſt.

Ens diuiditur per depẽdẽs, & independens.

IBi cum dicit: Si omnia à Deo dependent, cùm dependentia ſit relatio, ergo omnia eſſent relatiua. Reſpondetur ab Auctor. quòd omnia ſunt ad aliquid denominatiue hoc concedit Philoſophus, & verum eſt iſto modo accipiẽdo eſſe ad aliquid, ſed non eſt verum, quòd omnia ſunt ad aliquid quidditatiue, ideſt quòd omnia includunt quidditatiue reſpectum: hoc negaret Philoſophus. Pro intelligentia huius nota, quòd quarto Metaphy. textu com. 26. Philoſophus adducit argumentum Heracliti, & Cratilli ſui diſcipuli: quæ omnia notanter poſuit Scot. tertia diſt. prima, queſtione quinta, iſti phil. dicebant, ꝙ omnia erant apparentia, & nihil verum dabatur, & ſic omnia erant ad aliquid. Philoſophus arguit contra eos dicens, ſi omnia conſiſtunt in apparere, ſequitur, quod omnia erunt reſpectiua, & non dabitur aliquod abſolutum. Si Philoſophus vult habere intentum contra eos, oportet ꝙ concludat, ꝙ omnia ſunt reſpectiua eſſentialiter: & non denominatiue quia Heraclitus hoc non negaret, & ipſe diſtingueret eo modo ſicut Ariſtot. videtur diſtinguere, & diceret. Concedo quòd omnia ſunt ad aliquid denominatiue, ſed non quidditatiue, propterea Philoſophus concludit contra eum, quòd omnia ſunt ad aliquid quidditatiue, aliter non haberet intentum contra Heraclitum: & hoc voluit dicere Auctor quando dixit, nec hoc negaret Philoſophus ſed non probat, ꝙ omnia ſunt ad aliquid formaliter, & quidditatiue, ſic negaret Philoſophus omnia eſſe ad aliquid.

An omnia ſint ad aliquid.

Sed contra iſtud dictum Aucto. tenuit Henricus quæſt. alludẽs ad opinionem Heracliti, quolibet tertio quæſt. 9

Opinio Henrici.

& quo lib. 5. quæſtione ſecũda, & quolibet 4. quæſtione. 7. & 8. & quolibet 2. quæſtione tertia, vbi voluit, creaturam omnem quidditatiuè & eſſentialiter includere reſpectum ad Deum: qui dicitur reſpectus veſtigialis, & participantis ad ens imparticipatum. Et licet multæ rationes fiant contra eum à Scoto, tamen videtur quòd rationes Scoti contra iſtam opinionem Henrici nihil valeant. Nam Scotus arguit ſic contra eum. Nullũ poſterius eſt de eſſentia prioris: relatio eſt poſterior fundamento, ideſt re creata, ergo non eſt de eſſentia rei creatę. Secunda poſſet eſſe iſta. Nullum abſolutum conſtituitur per reſpectiuũ: ſubſtantia, quãtitas, & qualitas, ſunt abſoluta: ergo non conſtituuntur per reſpectiuum, & redit hæc ratio in idem. Henricus reſponderet ad omnia iſta, quòd duplex eſt relatio: vna adueniens fundamento, alia conſtituens fundamentum. Rationes Scoti concludunt de relatione adueniente fundamento, non autem de relatione conſtituente fundamentum: & ſic per iſtam diſtinctionem, omnes iſtas & ſimiles rationes Scoti poſſet Henricus ſoluere: & tunc haberem, quòd omnia eſſent ad aliquid eſſentialiter & quidditatiuè: quod eſt contra Scotum, & Auct. hic. Sed reſpondebis pro Scot. & Auctor. quod Relatio non poteſt eſſe de eſſentia abſoluti: & quando Henr. diſtinguit de relatione conſtituente fundamentum, & adueniente fundamento, quòd prima eſt de eſſentia fundamenti, non autem ſecunda. Hoc falſum eſt, nam nullus reſpectus poteſt conſtituere abſolutum: & contra eum arguo primo ſupponendo vnum, quod ponitur à Scoto prima diſtinct. ſecunda quæſtio. 2. & diſtinct. 35. 30. 43. primi, quòd prius eſt abſolutum in cauſa. ſecundo, eſt abſolutum in effectu. tertio, eſt reſpectus aliquis in effectu reali, vt creationis, aut aliquis alius: quarto, eſt reſpectus in Deo aut rationis, aut nullus.

An rationes Scoti cõcludant cõtra Hericũ.

Stante hoc, arguo ſic contra diſtinctionem Henri. Qua diſtinguebat de relatione adueniente fundamento & de conſtituente illud. Nullum poſterius eſt de eſſentia prioris nec poteſt conſtituere prius: ſed relatio omnis tam adueniens, quam conſtituens, eſt poſterior quolibet fundamento, quia recipitur & ſubiectatur in illo, ſiue abſoluto.

Omnia ſunt ad aliquid non quidditatiuè ſed denominatiuè.

ergo

ergo non poteſt conſtituere abſolutum. Reſpondebit ipſe, quòd verum eſt de relatione adueniente, quòd eſt poſterior abſoluto, non autem conſtituente: contra quem dicam, quòd nulla relatio quomodocunque conſideretur, poteſt prior eſſe aut conſiderari abſoluto: ideo falſa eſt diſtinctio ſua, & contra Ariſto. qui poſuit abſoluta omnem relationem præcedere. Quia omne dependens eſt poſterius eo à quo dependet, & relatio dependet eſſentialiter à ſuis extremis: & ſic patet, quòd non omnia ſunt ad aliquid quidditatiue, ſed bene denominatiue.

Ad probandum, quòd dependentia creaturæ ad Deum eſt eadem realiter cùm creatura, Auct. aſſumpſit vnam regulam, quam habet Scotus prima diſtinct. ſecundi, quæſt. quinta, quæ talis eſt, omnis relatio eſt eadem fundamento, ſine cuius termino fundamentum non poteſt eſſe: & ſic non tantum dependentia eſt eadem realiter cum re dependente, & ſi diſtinguatur formaliter, ſed etiam omnis alia relatio ſine cuius termino relationis, fundamentum talis relationis non poteſt eſſe. Iſta regula patitur tres inſtantias. Prima eſt de reſpectu aptitudinali, quia fundamẽtum, ſcilicet homo eſt idem realiter cum iſto reſpectu aptitudinali, ideſt cum riſibilitate, & tamen homo poteſt eſſe ſine termino, ideſt ſine ridere. Secunda inſtantia eſt de vnione humanitatis ad verbum. Vnio eſt relatio, uel eadem realiter, cum humanitate, vel diſtincta, ſi eadem realiter, ergo humanitas non poteſt eſſe ſine verbo, quod eſt falſum, quia contingenter eſt vnita: ſi diſtincta, contra omnis illa relatio eſt eadem fundamento, qñ fundamentũ non pôt eſſe ſine termino, modò humanitas non pôt eſſe ſine verbo. Tertia inſtantia eſt de voluntate, & volitione vo luit Sco tertia diſt primi, quæſtione ſeptima, quòd voluntas æquiuoce producit volitionem, & ſimiliter intellectus intellectionem, quia in producto vniuoce producens, & productum ſunt eiuſdem perfectionis, & dicit ꝙ voluntas in ſe ipſa producit talem volitionem iſta volitio eſt relatio, qua voluntas vult, ergo voluntas per iſtam regulam non pôt eſſe ſine volitione, probo, omnis relatio eſt eadẽ fundamento, ſine cuius termino fundamentum non pôt eſſe, voluntas eſt fundamentum & ipſamet eſt terminus vo-

An ridere ſit terminus riſibilitatis.

litionis: ergo, & voluntas non poteſt eſſe ſine voluntate: i tunc ſic, ſi fundamentum non poteſt eſſe ſine termino, ideſt voluntas ſine volũtate, ergo iſta volitio eſt eadem realiter voluntati, & ſic voluntas neceſſario eſt cum volitione & ſic neceſſario vellet. Ad primum dico, quòd homo non poteſt eſſe ſine ridere in aptitudine, quia omnes reſpectus aptitudinales illi identificãtur cuius ſunt, quod eſt terminus riſibilitatis vnde terminus per ſe primus riſibilitatis non eſt ridere in actu, ſed ridere in aptitudine: nam ratio aptitudinalis non eſt ratio abſoluta, nec eſſe aptitudinis eſt ratio entis in actu, vnde quod neceſſario non præexigit ens in actu non eſt ens in actu, modo primus terminus, ad quem terminatur reſpectus aptitudinalis, eſt in aptitudine, & non in actu, vnde omnis relatio habet neceſſario duas habitudines: vnam includit in primo modo, & eſt illa, quæ eſt ad terminum ad quem: aliam realiter, & eſt illa quam habet ad fundamẽtum, in propoſito riſibilitas includit habitudinem ad terminũ neceſſario, qui terminus primus non eſt in actu, ſed eſt in aptitudine: & põt intelligi ſine implicatione contradictionis iſta habitudo ad terminum aptitudinalem ſine termino actuali, ergo ille eſt primus terminus, ſcilicet aptitudinalis, non autem ridere eſt terminus riſibilitatis. Ad alias duas inſtantias dico: ad ambas, ꝙ omnis relatio eſt eadem fundamento, quando fundamentum non poteſt eſſe ſine termino, inquantum terminus eſt, vnde humanitas abſolute poteſt eſſe ſine verbo, & termino, & ſic ſine iſta vnione, ſed non poteſt eſſe humanitas ſine termino vnionis, inquantum ipſa eſt fundamentum vnionis, & verbum eſt terminus vnionis: & ſimiliter de voluntate, volũtas abſolutè poteſt eſſe ſine volitione, ſed voluntas inquantum eſt fundamentum, & terminus volitionis, non poteſt eſſe ſine volitione, & ſic de intellectu, & intellectione dicatur. Et ſi diceres, ſi volũtas vult ſeipſam, & intellectus intelligit ſeipſum, ergo idem eſt in actu, & in potentia, quod eſt contra Ariſt. quia tunc oppoſita eſſent in eodem. Secundo etiam ſequeretur, ꝙ intellectus diſtingueretur à ſeipſo. nam mouens, & motum ſunt relatiua realia, & intelligẽs, & intellectum ſimiliter, vt tenet Scotus. 25. diſt. 2. & 3. diſt. prima, quæſtione 7. ſed re-

Omnis relatio debet habere duo ſcilicet terminum & fundamẽtum, Terminus depẽdentiæ eſt Deus, quia creatura depẽdet à Deo, & ad eum terminatur & fingitur ſua dependẽtia, fundatur autẽ in ipſa creatura. Relatio autẽ quia ſemper denominat fundamentum iō creatura dicitur dependens & eſt regula vniuerſalis quod relatio denominat ſuum fundamentum.

latiua realia præſupponunt, aut ſunt inter extrema realiter diſtincta: ergo voluntas à ſeipſa diſtingueretur. Et confirmatur, quia Scotus laudat opinionem Magiſtri contra Ioachim, in primo diſt. 5. quæſt. 1. & vult, ꝙ eſſentia diuina nec ſimul generet nec generetur, ideſt quòd recipiat iſta duo relatiua quia cum ſint realia, idem ad ſe referretur, & ſic idem à ſeipſo diſtingueretur. Ad primum reſpondeo, ꝙ non eſt inconueniens, ꝙ idem ſit in actu, & in potétia, reſpectu diuerſorum: nec propter hoc oppoſita eſſent in eodem, quia poteſt idem eſſe in actu virtuali, & in potétia formali, iſta non opponuntur, tu dicis hoc eſt contra Ariſtot. dico quòd Ariſto negat idem eſſe in actu virtuali, & in potentia virtuali: quia tunc eſſent oppoſita: ſed non negaret quòd idem eſſet in actu virtuali, & in potentia formali. Ad aliud quando dicis, quòd relatiua realia præſupponunt extrema realiter diſtincta, dico quod hoc non eſt verum de omnibus relatiuis. nam relationes originis ſunt relatiua realia, vt paternitas in diuinis, & tamē non præſupponit extrema realiter diſtincta, ſed facit extrema realiter diſtincta, paternitas facit patrem eſſe realiter diſtinctum à filio. Secundò dico aliter, quòd iſta propoſitio relatio realis debet eſſe inter extrema realiter diſtincta, eſt vera ſolum de relatiuis primi, & ſecundi modi, non autem de relatiuis tertij modi: ſicut eſt intelligens, & intellectum, volens, & volitum: iſta enim relatiua non ſunt inter extrema realiter diſtincta: ideo volútas poteſt velle ſeipſam, & intellectus intelligere ſeipſum, & non eſt diſtinctus à ſeipſo, & per hoc reſpondetur ad duas vltimas rationes, & ad confirmationem. Tertio modo reſpondeo ſic, ꝙ relatiua realia, ſiue relatio realis debet eſſe inter extrema realiter diſtincta, vel quòd extrema, ſi non ſunt realiter diſtincta, debent exigere vnum realiter diſtinctū ab eis. modò iſta relatiua realia mouens, & motum, vel intelligens, & intellectum, licet non ſint extrema realiter diſtincta, tamen exigunt vnum realiter diſtinctum ab eis, ideſt voluntas, vt eſt volens, & vt volita: quæ ſunt extrema realia exigunt volitionem, quæ eſt realiter diſtincta à voluntate, & voluntate: quæ ſunt extrema relationis.

Quō Sco. laudat opinionē Magiſtri cō tra Abbatē Ioachinum.

Ibi cum dicit Auct. ex hoc infero, quòd capiendo hoc modo

modo dependentiam, nulla creatura dependet ab alia: cũ in genere cauſæ efficientis creaturam abſolutam poſſit Deus in ſeipſo conſeruare, & creare. Notanter dixit abſolutam quia Deus non poteſt facere reſpectum ſine extremis. Sed contra ſi extrema ſunt cauſæ efficientes reſpectus, & Deus poteſt ſupplere vicem cauſæ efficientis: ergo poteſt facere reſpectum ſine extremis. Reſpondetur, ꝙ Deus poteſt facere reſpectum ſine extremis, inquantum extrema ſunt cauſæ reſpectus, ſed non poteſt facere reſpectum ſine extremis, inquantum vnum extremum eſt fundamentum, & aliud terminus: vel ſaltem, vt vnum extremum eſt terminus, & quia habitudo ad terminum conuenit reſpectui in primo modo dicendi per ſe, Deus non poteſt ſupplere illud: ergo non poteſt facere relationem ſine extremis.

Deus non poteſt facere reſpectum ſine extremis vtrũ ſit verum.

Dubia circa Textum.

SVper illo verbo Auct. ens independens eſt Deus, qui à nullo eſt, nec in genere cauſæ efficientis, nec materialis, nec formalis, nec finalis, aduertendum eſt, quòd licet Deus à nulla ſit cauſa, non tamen dicit à nullo principio, quoniam perſonæ, vt Filius, & Spiritus ſanctus, licet à nulla ſint cauſa, ſunt tamen ab aliquo principio, vt à patre, quia ſcilicet pater eſt principium originatiuum duarum perſonarum: non autem cauſa, vt tenet Scot. 20. diſtinct. primi, nomen principij transfertur ad diuina, quia ſignificat perfectionem, non aũt nomen alterius, i. cã. quia hoc ſignificat imperfectionem in ſuo correlatiuo. ideſt in cauſato, ideo cã, & principium non conuertuntur, & tu intellige Theologice loquendo. Sed loquendo ſecundũ Ariſt. bene conuertuntur, vt ipſe voluit in 5. Metaph. tex. com. primi, quia ipſe non imaginatᷓ Deum eſſe principium, ſicut dicimus nos de Filio, & S. S. Notandum etiam ſuper illo verbo Auct. quòd omnia ſunt ad aliquid denominatiue, ſed non quidditatiue, ꝙ clarius pôt reſponderi ad argm̃, côcedendo, qđ eo modo, quo depẽdẽtia identificatᷓ fundamẽto, vel rei depẽdenti, illud eſt relatiuũ, & ad aliqd, ſi realiter realiter, & ſi formaliter formaliter, i. concedo, ꝙ oĩa ſunt

Principium & cauſa diſtincta ſunt.

Quomodo omnia ſint ad aliquid.

ſunt ad aliquid realiter, ideſt quòd dependentia ad Deū eſt vna res cum re dependente, ſed non formaliter, ideſt non omnia ſunt ad aliquid quidditatiuè, ſed bene aliqua, vt paternitas, & filiatio, quæ de quidditate includunt relationem, ſed nō omnia ſic ſunt, ſed bene omnia ad aliquid ſunt realiter, ideſt ſunt idem cum dependētia, qua a Deo dependent.

Hic quærendum venit, num aliqua cauſa naturalis, vel ſupernaturalis poſſit ſeparare relationem a fundamēto? videtur quod ſic, nam quæcunque ſunt diuerſorum generum, & quæ ſunt eſſentialiter diſtincta ſeparari poſſunt adinuicem, ſed fundamentum, abſolutum, & relatio ſunt eſſentialiter diſtincta, & diuerſorum generū: ergo Deus illa poteſt ſeparare, & ſic relationem a fundamento ſeiūgere. Poteſt reſponderi, quòd argumentum non habet verum, niſi in his, quæ ab alio non dependent: relatio autem dependet eſſentialiter a ſuo fundamento: quòd ſi replices, Deum poſſe ſupplere locum illius fundamenti, dico, quòd hoc eſt falſum, quia ſic Deus haberet nouam relationem realem, quod eſt abſurdum: cum omnes relationes fundatæ in Deo, & terminatæ ad creaturā, ſint reſpectus rationis.

TEXTVS.

Deinde notandum, quòd ſecūdum Bonetum in prędicamentis, ens diuiditur in vnum & multa, & etiam ſecundum philoſophum, vnum, vt in prædicto loco dicit Bonetus, dicitur quinque modis. Primo modo dicitur vnum vnitate tranſcendenti, & ſic omnia de quibus ens tranſcendenter dicitur vniuoce, ſunt vnum iſta vnitate. Secundo modo dicitur vnum vnitate generica generaliſſima, & ſic omnia vnius prędicamenti ſunt vnum iſta vnitate. Tertio modo dicitur vnum vnitate ſpeciei ſubalternę, & ſic omnia dicuntur vnū *Entis diuiſ.* *Vnū quinq; modis dictū*

iſta

iſta vnitate, quæ ſub eadem ſpecie ſubalterna continentur. Quarto modo dicitur vnum vnitate ſpeciei ſpecialiſſimæ: & ſic omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ ſunt vnum iſta vnitate. Quinto modo dicitur vnum vnitate numerali: vnde quanto vnitas eſt ſuperior, tanto eſt minor, ſecundum doctrinam Scoti in multis locis: vnde maior vnitas per bonam conſequentiam infert minorem, ſed non minor maiorem, licet ſtet cum ea: multa verò capitur tot modis quot vnum, vt clarè patet practicanti: quia tot modis dicitur vnum oppoſitorum, quot modis dicitur, & reliquum. & hæc de primo articulo.

Annotatio textus.

SEquitur in textu, deinde notandum, quòd ſecundum Bonetum in prædicamentis, ens diuiditur per vnum, & multa. Sed vnum dicitur quinque modis. Tu tamen aduerte, quòd ſi intelligas eſſe quinque vnitates reales, eſt falſum, quia hic ponitur vnitas tranſcendens, quæ non eſt realis, ſed rationis, ſi autem accipis, quòd ſunt quinque vnitates, ſiue rationis, ſiue reales, ſic eſt verum: unde ſicut eſt duplex ens, reale ſcilicet, & rationis, ita duplex eſt vnitas realis, & rationis. Realis eſt multiplex, quædam eſt vnitas indiuidui, ſiue numeralis, quædam vnitas naturæ, quæ eſt minor vnitate numerali. Et ſi diceres, ſi indiuiduum habet talem paſſionem, ſcilicet vnitatem aliam ab vnitate naturæ: ergo poterit definiri alia definitione ab iſta ſpeciei, & poterit de illo haberi ſcientia alia, a ſcientia ſpeciei: nam ſortes poterit per humanitatem, & differentiam ſuam indiuidualem definiri, ſicut homo per animal rationale. Reſpondetur, quòd non poteſt definiri alia definitione ab illa ſpeciei. Quia ad hoc, quòd aliquid

quid ſit diffinibile oportet, quòd ſit quidditas communicabilis, vt quod: modo ſorteitas non eſt communicabilis. Alia vnitas realis eſt vnitas generis generaliſſimi. Alia ſpeciei ſubalternæ, & quanto unitas eſt ſuperior, tanto minor ſecundum hanc uiam: unde maior unitas per bonam conſequentiam infert minorem. patet igitur, quod quatuor ſunt vnitates reales, & non quinque. Alia eſt unitas rationis, & iſta eſt duplex, quædam per actũ collatiuum, & ſic eſt vnitas indiuidui ſpeciei ſpecialiſſimæ, & ſubalternæ, generis generaliſſimi, & tranſcendentis: accipiendo iſta ſecundè intentionaliter, & iſtæ benè erũt quinque. Alia eſt vnitas rationis per opus abſtractiuum & iſta eſt vnitas entis, & cum alijs quatuor realibus ante dictis benè ſunt quinque, & ſic locutus eſt Auct. Et bene dicitur, quòd iſta vnitas entis eſt vnitas rationis per opus abſtractiuum. Nam, vt diximus, ens non importat aliquam realitatem communem realem per exiſtentiam, ſicut eſt eſſentia diuina, uel per indifferẽtiam Deo, & ſic v turæ. ſed tantum per intellectum abſtrahentem, & crea niuocatio entis fit per actum abſtractiuum intellectus, co fuſo modo concipientis, vt ſupra narrauimus. Vltimo debes aduertere, quòd in quocunque prædicato per ſe, vt eſt ens ſubſtantia, & ſimilia, reperitur vnitas indiuidualis: vt hoc ens, hæc ſubſtantia, hoc animal, hic homo, ut bene notat Scot. 8. diſt. primi.

Adhoc vt aliquid ſit deſinibile oportet, quòd ſit quidditas cõicabilis.

Conformatio ſupra dictorum cum Ariſt:

SEd vbi Ariſtot. poſuit hanc diuiſionem entis in vnum, & multa? Dico, quòd in 10. metaphyſi. tex. commen. 9. ponit Ariſto. quòd vnum, & multa opponuntur, & ibi vult in eodem textu, quòd opponuntur, vt contraria: ergo entia ſunt: ergo ens in iſta diuidetur. idem habet in quinto metaphy. tex. commen. 12. vbi dicit, quòd multa oppoſitè dicunt vni, & vnum, & multa entis, aut entia ſunt: ergo, cum ens aliud vnum, aliud multa dicatur, ens in vnum, & multa diuiditur.

Conformatio cum Ariſt.

SEd ubi Ariſt.poſuit vnitatem tranſcendentem,ideſt vnitatem entis. Dico quòd poſuit eam 5.metaph.text. commen.12.vbi voluit,quòd aliqua ſunt vnum proportione,iſta eſt unitas entis tranſcendens, vnde ipſe in eodem textu vult,quòd illa,quæ ſunt vnum genere, ſint unū proportione,ſed non econtra,& exponit ipſe, quæ ſunt vnum genere,& dicit,quòd ſunt illa vnum genere, quæ habent eandem figuram prædicationis,& Scot.ibi exponit, ideſt quæcunque ſunt in eodem prædicamento:ergo genus accipitur pro prædicamento,ergo illa quæ ſunt in eodē prædicamento,ſunt vnum proportione,& analogicè.i. unum ens,& non econtra,quia non valet,ſunt vnum proportione:ergo vnum prædicamento, nec poteſt dari aliqua alia vnitas ſupra vnitatem prædicamenti: & bene dicitur vnitas analogiæ illa vnitas entis, quia ens per prius dicitur de Deo,& ſubſtantia,quàm de alijs.idem habet Ariſto.4. metaph.tex.commen.ſecundo vbi vult, quòd ens dicitur de entibus,ſicut ſanum de ſanis non æquiuocè,ſed ſicut ſanum de ſanis, ideſt ens habet vnitatem non uniuocam ſolam,ſed uniuocam analogam,& ponit,quòd metap. eſt vna ſcientia,non quia omnia illa,de quibus eſt, dicantur ſecundum vnum,ſed ad unum.i. non vniuocè ſolum, ſed analogicè vniuocè: ergo ſubiectum met. quod eſt ens eſt vniuocum analogum:ergo ens habet vnitatem tranſcendentem,quæ eſt vnitas analogiæ,& proportionis.

Sed vbi Ariſtot. poſuit alias vnitates, ſcilicet generis generaliſſimi,ſpeciei ſubalternæ,ſpecialiſſimæ,& indiuidui?Dico,quòd omnes iſtas vnitates poſuit 5.metap. tex. commen.12.Amplius, alia ſunt numero, alia ſecundum ſpeciem,alia ſecundum genus:numero quidem, quorum materia eſt vna:ſpecie quorum ratio eſt vna:genere,quorum eſt eadem figura prædicamenti,& hic loquitur de genere generaliſſimo.Et ſi diceres,vbi eſt poſita unitas ſpeciei ſubalternæ,& generis ſubalterni?dico, quòd quando dixit,quòd illa ſunt vnum ſpecie,quorum ratio eſt vna.i. definitio: & quia definitio eſt per ſe primo ſpeciei ſpecialiſſimæ,

liſſimæ,& per ſe non primo ſubalternæ, & generis ſubalterni. nam iſta pro tanto habent definitionem,pro quanto habent aliqualiter rationem ſpeciei, & quia tā genus ſubalternum quàm ſpecies ſubalterna poſſunt definiri large,ideo ſunt vnum definitione,& ſic quodlibet habet vnitatem.idem habet Ariſtoteles decimo,metaphyſic.text. comment.10.

Sed vbi poſuit Ariſt.quòd unitas maior infert minoré, vt ſi ſunt vnum numero, ergo & ſpecie, & non econtra,& ſic de omnibus alijs vnitatibus.Dico, quòd hoc clarè poſuit,quinto metaph.tex.commen 12.ubi dixit ſemper igitur poſteriora anteriora ſequuntur:quæcunque enim numero ſunt unum,ea ſunt, & ſpecie unum, ſed quæ ſpecie ſunt vnum,ea non omnia numero ſunt unum, ſed omnia genere ſunt unum,quæ ſunt ſpecie unum,quæ uerò genere ſunt unum,ea non omnia ſunt ſpecie unum,cuncta tamen ſunt unum ſimilitudine rationis,ſed quæ ſunt vnum ſimilitudine rationis, ideſt proportione, ea non omnia ſunt unum genere. patet igitur, quòd per bonam conſequentiam maior vnitas infert minorem in iſtis quinque, ſed non econtra.ſimiliter quarto metaph.text. commen. tertio vbi uult,quòd ens, & vnum ſunt una natura, ecce vnitas entis,& non poteſt eſſe limitata, quia de omnibus prædicatur.idem dixit quarto Topic.cap.primo. Sed ubi Ariſtot.dicit,quòd ſicut unum dicitur multipliciter,ſic & multa?dico quòd in quinto metaph.tex.com.12.& in 10. tex.comm.10.

Dubia circa textum.

TRia poſſunt hic quæri cum ſit ſermo de vnitatibus, primò quodnam ſit illarum fundamentum,ſecundò quomodo diſtinguantur ab identitatibus. Tertiò an ſunt reales,vel rationis. Ad primum dico, quod ſubiectum & fundamentum radicale eſt conuenientia. vt illa ſunt vnum numero,quæ conueniunt in materia totius,illa sũt vnum ſpecie, quæ conueniunt in eadem ſpecie, ſiue habent eandem ſpeciem,& ſic de vnitate generica.Ad ſecũdum dico,quòd vnitates variæ ſunt ab identitatibus,nam iden-

Vnitas quãto eſt ſuperior tanto eſt minor. Auctor uerũ dicit, quia licet aſcendẽdo colligamus, ut inquit porphy. deſcendẽdo uerò ſpargamus, quia tunc, quãto magis eſt aliquid ſuperiꝰ tãto maiorem habet potentialitatem, & quãto aliquid ẽ magis inferius, tanto maiorẽ hẽt actualitatẽ ideo minor vnitas ẽ vnitas ſuperior, maior autẽ eſt quæ inferior. Ego declaro per exemplũ ſit hõ, & ſubſtãtia; ſubſtantia quidẽ cõtinet potentialiter cor-

identitates habẽt pro fundamẽto non poſſe recipere duo prædicata contradictoria, vel inſeparabilitas adinuicem vt illa ſunt idem formaliter, quæ ſic ſe habent quòd illud quod dicitur ſic idem, includit illud cui ſic eſt idem in ratione ſua formali, & per ſe primo modo, vt habet Scotus in 1 diſtinctio. 2 quæſt. 4. illa ſunt idem ex natura rei, de quibus non verificantur duo prædicata contradictoria ſecluſo opere collatiuo intellectus, ſed vnitates habent pro fundamento conuenientiam, & ſic vnitates, & identitates ſunt variæ. Ad tertium dico, quòd vnitates iſtæ oẽs ſunt reales, præter illam proportionis, hæc enim poteſt eſſe realis, ſi fundamentum eſt reale: rationis, ſi fundamentum eſt rationis. nam ſi reperitur in ente communi Deo, & creaturæ, tunc eſt rationis. i. per opus abſtractiuum, licet non rationis. i. per opus collatiuum: ſi uerò unitas proportionis ſit in ente communi enti reali, & rationis tunc eſt rationis per opus collatiuum intellectus.

Notandum eſt etiam, quòd conſequentia ponitur in vnitatibus, & diuiſionibus modo contrario, ita maior vnitas infert minorem, vt ſunt unum numero, ergo unũ ſpecie, ſic in identitate ſunt idem ratione: ergo idem ex natura rei: ſe qcitur modo contrario, & declarat ſe, quia sẽper diſtinctio erit minor, cuius vnitas eſt maior, v. g. ſi ſortes, & ſuus modus intrinſecus ſunt vnum numero, iſta sũt vnum maxima vnitate, & ſunt diſtincta minori diſtinctione: ſequitur & econuerſo. i. vbi eſt minima unitas, ſicuti ẽ unitas proportionis, illa quæ ſic ſunt vnum, ſunt diſtincta maxima diſtinctione, ut prima, & ſecunda intentio. Dubitatur deinde in his verbis auctoris quando dicit unitatem maiorem inferre minorem, quia ſic poſſet argui in eum, ſicùt maior vnitas infert minorem, & omnes alias, ſic maior identitas debet inferre minorem, & omnes alias, & tamen Aucto dicit infra, non video quomodo per bonam conſequentiam una identitas poſſet inferre omnés. ſicut igitur per Aucto. identitas non infert identitatem formali conſequentia, ſic unitas non infert unitatem, & tamen hic Aucto dicit, quòd ſic: hoc uult dicere. & aduerte, ꝙ in impreſſione noua non benè aſſignatus eſt locus proprius huius inſtantiæ. Reſpondeo, quòd ſi unitas maior inferat

alias,

alias:quia habent diuerſa fundamenta: nam vnitas fundatur ſuper conuenientia, identitas ſuper excluſione contradictoriorum: quia illa ſunt vnum ſpecie, verbi gratia quæ conueniunt in vna diffinitione, & illa ſunt idem formaliter, de quibus non verificantur duo contradictoria ſecluſo opere collatiuo intellectus. Vel ſi vis tenere, quòd identitas maior infert omnes per bonam conſequentiam. Tunc, inſtantia nulla erit in ſe, ſicut tenent aliqui, & ſolues inſtantiam de materia,& forma, & toto, quia materia, & forma ſunt idem formaliter cum toto, quia totum includit illas in primo modo: & ſic ſunt idem formaliter. & ſi dices,quòd totum ab illis diſtinguitur realiter, verum eſt, quòd diſtinguitur realiter à materia, & forma abſtractè ſumptis, non autem à materia, & forma concretiuè ſumptis. alia inſtantia eſt de potentijs animæ, quę ſunt idem realiter,& tamen non idem obiectiuè.dic, quòd iſtæ potentiæ ſi quidditatiuè ſumuntur, non ſunt idem obiectiuè. ſed ſunt idem identicè obiectiuè: & ſic patet,quod omnis identitas maior infert minorem:ſic de paſſionibus entis dicas. eſſet tamen inſtantia contra Auct. qui hoc negat. & tu ſolues pro eo accipiendo primam meam reſponſionem.

pus corpus animatũ animal hominẽ & indiuidua. homo verò cōtinet actu aial corpus ſubſtantiam.

Maior vnitas infert minorem: quia bene valet ſi aliqua sūt vnũ vnitate numerali, ergo ſunt vnũ ſpecie: ergo vnũ genere ſubalterno, ergo vnũ genere generaliſsimo.

TEXTVS.

QVantum ad ſecundum articulum, ſunt ſeptem partiales articuli declarandi. In primo videbitur quid eſt identitas rationis, & eius diſtinctio. In ſecundo, quid eſt identitas ex natura rei & eius diſtinctio. In tertio, quid eſt idẽtitas formalis, & eius diſtinctio. In quarto, quid eſt identitas realis, & eius diſtinctio. In quinto, quid eſt identitas eſſentialis,& eius diſtinctio. In ſexto,quid eſt identitas ſubiectiua, & eius diſtinctio. In ſeptimo, quid eſt identitas obiectiua, & eius diſtinctio.

Iuxta primũ art.ſunt aliqua notanda. Primò

Intellectus duplex ſcilicet. *notandum eſt, quod intellectus eſt duplex ſcilicet agens, cuius eſt omnia facere, & intellectus* *Intellectus agens, & poſsibilis.* *paſſiuus ſeu poſſibilis, cuius eſt omnia fieri, vt ait Ariſtot. tertio de anima Text. comment. 8. & dico quod iſti duo intellectus ſunt duæ formalitates in anima, quæ ex natura rei diſtinguuntur, licet per omnia ſint idem realiter. Notandum* *Duplex eſt actus intellectus.* *ſecundo quòd duplex eſt actus intellectus, ſcilicet rectus & collatiuus. Actus rectus appellatur quo intellectus fertur ſuper aliquam rem abſolute: vt quando intellectus intelligit roſam. Actus verò collatiuus appellatur, quo intellectus rem intellectam comparat ad ſeipſam vel ad aliam.* *Ratio uarijs modis dicta* *Notandum tertio quod ratio capitur multis modis. Primo modo pro diffinitione, ſicut in diffinitione vniuocorum & æquiuocorum capitur. Et dicitur diffinitio, ratio; quia eſt indicatiua obiecti intellectus vel rationis. Secundo modo pro ipſa vi vel potentia ratiocinatiua, ſiue ſit intellectus, ſiue voluntas, quæ amat creaturam propter Deum, ſiue ſit virtus imaginatiua, quæ diſcurrit circa particularia. Tertiò modo capitur pro diſcurſu rationis à præmiſſis ad concluſionem: qui dicitur actus collatiuus. Quarto modo forma dicitur ratio: quia eſt ratio cognoſcendi compoſitum & materiam: cognoſcitur namque materia per analogiam ad formam, primo Phyſicorum. De multiplici acceptione huius nominis, Forma, videbitur in ſequentibus.*

Qu antum

QVantum ad ſecundum articulum principalem. Hic ſunt ſeptem articuli partiales declarandi: & in primo partiali videbitur, quid eſt identitas rationis, & eius diſtinctio, iuxta iſtum primum articulum. Aucto. notat aliqua: Primo, quod intellectus eſt duplex, agens. & poſſibilis: agens, cuius eſt omnia facere: poſſibilis, cuius eſt omnia fieri, vt ait Ariſto. tertio de Anima tex. com. 20. & dico, quod iſti duo intellectus ſunt duæ formalitates in anima, quæ ex natura rei diſtinguuntur, licet cum anima ſint idem realiter. Hæc Auct. & non tantum cum anima ſint idem realiter ſed etiam inter ſe.

Dubium.

HIc inſurgit difficultas, quomodo ſunt idem realiter iſtæ potentiæ inter ſe, & cum anima? Nam ſi hoc eſſet, ſequeretur, quòd in anima noſtra non eſſet imago trinitatis: cuius oppoſitum tenet Scot. tertia diſtin. primi. q. vltim. Secundo, ſi potentiæ eſſent idem eſſentialiter animæ & inter ſe, tunc poſſent de ſe inuicem prædicari in abſtracto per identitatem, ſed hoc eſt falſum. non enim iſta eſt vera intellectus, eſt voluntas. nec anima eſt intellectus, nec intellectus eſt anima. Quæ ſunt illa, quæ in hac via ſunt eſſentialiter idem, & de ſe inuicem prædicari non poſſunt in abſtracto? certè nulla. Ad primum reſpondeo, non eſt neceſſe in primis actibus animæ ponere diſtinctionem realem ſiue eſſentialem, propter imaginem repertam in eis. & tu dicis, quòd perſonę trinitatis ſunt diſtinctæ realiter, & iſtæ ſunt idem realiter: hoc non eſt inconueniens. quia non requiritur omnimoda ſimilitudo nam in diuinis notitia genita, quæ eſt vna pars imaginis, eſt ſubſtantia, & in nobis eſt accidens: ſimiliter in nobis non poteſt eſſe eadem fęcunditas, in duabus primis partibus imaginis ſcilicet in memoria, & in intelligentia, reſpectu tertiæ partis imaginis, ſed poteſt eſſe, immo eſt eadem fęcunditas in duabus perſonis diuinis reſpectu tertiæ perſonæ productæ non igitur oportet, quòd ſi perſonæ diuinæ ſunt diſtinctæ realiter, quòd ſimiliter potentiæ animæ noſtræ ſint diſtinctæ realiter. quia imago repræſentantium ad repræſentata hoc non expoſcit. Ad ſecundum dico, quòd non concludit. ſi non prædicantur

Intellectus poſſibilis, et intellectus agẽs, quà ratione ſunt idẽ inter ſe, & cum anima.

Intellectus agens ſecundũ Scot. non diſtinguitur realiter ab intellectu poſſibili ſed tantum formaliter.

aliqua in abſtracto, ergo non ſunt idem realiter, nam ſi riſibilitas, & homo in abſtracto non prædicentur, quia iſta eſt falſa, humanitas eſt riſibilitas, tamen eadem realiter ſunt, & vera eſt iſta, homo eſt riſibilis in concreto: licet iſta ſit falſa, humanitas eſt riſibilitas. Sed hic inſurgunt quinque doctores probantes oppoſitum, tenentes, quòd iſtæ potentiæ animæ ſunt diſtinctæ realiter à ſe inuicem, & ab anima. E primus eſt Thomas in prima partæ ſummæ q. 77. qui voluit, quod iſtæ potentiæ ſint qualitates. & ratio ſua formatur iſto modo, actus, & potentia ſunt eiuſdem generis: ſed intelligere, & velle ſunt in prędicamento qualitatis, quæ ſunt actus: ergo intellectus & voluntas, quæ ſunt potentiæ, erunt in prædicamento qualitatis, & ſic ab anima realiter ſunt diſtinctę, & à ſe inuicem. Herueus natalis quotlibeto primo quæſtio. 9. Alio modo probauit, quod iſtæ potētiæ ſunt diſtinctæ realiter. Nullum ſimplex creatum poteſt eſſe immediatum, & totale principium diuerſarum operationum, vt patet in materia prima, quæ eſt vna, & ſimplex, & non poteſt eſſe ſecundùm ſe principium receptiuum diuerſarum formarum alterius rationis, niſi mediantibus diſpoſitionibus determinantibus ipſam ad diuerſas formas, aliter quodlibet fieret ex quolibet, cuius oppoſitum ſentit Ariſt. 1. phy. tex. comm. 37. & multo minus potentijs actiuis, ergo una eſſentia ſimplex non poteſt eſſe principium immediatum diuerſarū operationum: cuius modi ſunt intelligere, & velle. ergo erit per potentias realiter diſtinctas. Egidius de Roma alio modo probat concluſionē eandem, accidens variabile non ineſt ſubſtantiæ, niſi mediante accidente inuariabili, intelligere, & velle ſunt accidentia variabilia: ergo non poterunt eſſe animæ niſi mediante accidente inuariabili. & ſic potētiæ animæ accidentia ſunt inuariabilia. ergo diſtinguuntur realiter intellectus, & voluntas. Quarto, Simplicius idem ſentit ſuper prædicamenta, in capitulo de Qualitate, qui ponit potentias naturales in ſecunda ſpecie qualitatis. Vltimo cum hoc concordat Comment. primo de anima Com. 92. qui dicit quòd anima diuiditur in has potentias, ſicut pomum in colorem, odorem, & ſaporem: talis eſt diuiſio in accidentia. ſed iſta accidentia ſunt diſtincta realiter,

Opinio D. Thomæ.

realiter, ergo potentiæ ſunt diſtinctæ realiter.

In oppoſitum eſt Sco. 16 diſt ſecundi, quæſtione prima tertia diſtinct. 1. q. vltima, Quòd potentiæ animæ eadem ſunt realiter. & cum hoc videtur conſentire Auguſt. 14. de trinitate cap. 16. in eo quærenda eſt imago, quo in anima noſtra nihil eſt melius, ſed eſſentia animę nihil eſt melius: ergo potentiæ, in quibus eſt imago, non differunt ab eſſentia realiter: quia ſi ſic, tunc eſſentia animæ, quæ eſt ſubſtantia ſimplex, & indiuiſibilis, eſſet melior ipſis. & ad Thomam reſpondeo quòd potentia, & actus ſunt eiuſdē generis, verum eſt de potentia obiectiua, non autem ſubiectiua, & prima potentia, & actus non tantum ſunt eiuſdem generis, ſed etiam ſpeciei indiuidui. nam ſortes in potentia obiectiua eſt idem numero cum ſorte exiſtente & actuali, ſed potentiæ animæ non ſunt idem obiectiuè, ſed ſubiectiuè, & iſtæ nunquam ſunt eiuſdem generis cū actu. vide de hac materia Lychetum in 16. diſt. 2. Sco. q. 1 refellentem tergiuerſationes Thomæ Caietani. Ad Herueum dico, quòd maior ſua eſt falſa, hæc ſcilicet, idē ſimplex non poteſt eſſe principium immediatum diuerſarum operationum: tunc enim ſubſtantia animæ nō poſſet eſſe immediatè receptiuum trium potentiarum. Dices verum eſt æquè primò, ſed quodam ordine, bene poteſt eſſe, ꝙ una recipiatur mediante alia, uel prius naturaliter. Hoc non valet, quia vna forma in corporalibus, nō eſt principium recipiendi aliam, vt raritas non eſt principiū recipiendi calorem, etiam ſi prius acquiratur, & quod dicit de materia, q. non recipit diuerſas formas, niſi diuerſimodè determinata, hoc poſito habetur propoſitum, quia ſaltem immediatè recipit iſta abſoluta. &, quod dicit, ꝙ mediantibus illis recipit, falſum eſt, quia, quod eſt per ſe receptiuum, vel eſt per ſe ratio recipiendi formam ſubſtantialem, eſt ſubſtantia compoſiti, igitur illud abſolutū, quod determinat materiam, vel eſt forma ſubſtantialis, & tunc ſunt plures formæ ſubſtantiales in eodem compoſito, quod ipſe negat, vel ſi eſt ſimpliciter accidēs, hoc eſt impoſſibile, quia tunc de ratione compoſiti, quod quidē compoſitum eſt in genere ſubſtantiæ, eſſet accidens. Ad Aegidium dico, quòd maior eſt falſa, iſta uidelicet, nullū

Opinio Ale. Aphrodiſienſis dicit quod qualitates ſecunda ſpeciei non ſint vera accidentia neq; qualitates, ſed reponũtur ĩ prædicamẽto qualitatis, quia habent modũ prædicãdi ĩ quale, Ariſ. vt ſcitis multa dicit in prædicamẽtis ſecundũ famoſitatẽ, & ita dicit Alexander quòd potentiæ agẽdi nõ ſunt quales verè, nec accidẽtia ſed ſunt ſubſtantiæ animæ & ita etiã propria paſſio nõ ſeiungitur ab eo cuius eſt propria paſſio

accidens fluxibile ineſt ſubſtantiæ, niſi mediante accidente permanente. Calefactio enim poteſt eſſe in aqua non non mediante alio accidente in ſubiecto: quia planum eſt, quòd non mediãte humiditate, ac frigiditate. dices, quòd mediante quantitate: contra ſaltẽ de generatione & corruptione. oportet dicere, quòd fit immediatè in materia: quia in iſtis fit reſolutio vſq; ad materiã primam nudã: & licet hoc verũ ſit de aliquibus, ſicut de motu locali incorporalibus qui ineſt mediãte quãtitate, tamen non eſt vniuerſaliter vera, ſed arguere vniuerſaliter eſt fallacia cõſequentis, ſic videlicet, ita eſt in aliquibus, ergo ita in oĩbus.

Ad Simplicium dico, quòd potentia naturalis abſolutè non eſt in ſecunda ſpecie qualitatis, ſed facilitas ſeu pronitas ad vtendum illa potentia: vnde potentia prædicandi non eſt in ſecũda ſpecie qualitatis, ſed facilitas prædicãdi: vnde huiuſmodi agilitas dicitur hic potẽtia naturalis. Vltimo ad com. dico, quòd ſimilitudo ſua eſt pro tanto, quod ſicut calor non eſt tota perfectio pomi, nec ſimiliter ſapor ſic vna potentia non continet totam perfectionem animę ex hoc igitur apparet, quod nullam iſtarum opinionum potuit probare potentias animæ eſſe accidentia. ſequitur ergo, quòd nõ eſt ponẽdum illas eſſe diſtinctas ab aĩa realiter, nec inter ſe diſtinctę ſunt realiter, aut eſſentialiter.

Conditiones intellectus agentis, & poſſibilis.

PRima conditio intellectus agentis eſt, quòd eſt ſemper actiuus. Sed de ſua actiuitate Scotus eſt problematicus: aliquando tenet, quòd ſolum cauſat ſpeciem intelligibilem: & quòd habet tantum actiuitatem abſtrahendi aliquando dixit, quod nõ ſolũ poteſt cauſare abſtractionẽ materialium, ſed etiam cauſat intellectionem: videas ambas opiniones in 15. quæſt quolibetorum: & multi etiam dixerunt hanc fuiſſe mentem Com. ſcilicet, quòd intellectus agẽs cauſat intellectionẽ. vide in tertio de anima cõ 19. vbi dicit, quod intellectus agens eſt actio tantũ, ſed poſſibilis vtrumq; ſcilicet actio. & paſſio. hoc idem aſſerit Lychetus in 15. quęſt quotl. Scoti affirmans formaliter intellectum agentem, producere intellectionem. Triõbeta etiã

in hunc

in hunc locum ad hanc partem declinat, apud quem etiã videre poteris ſub qua proprietate intellectus agens, & patiens Deo attribuuntur. Secunda conditio, intellectus agens eſt nobilior intellectu poſſibili ſecundũ quid, quia agens inquantum agens eſt præſtantius paſſo, & producit notitiam in alio, & non in ſe. Tertia conditio intellectus agentis, eſt transferre de ordine in ordinem, ideſt facere de materialibus immaterialia, ſiue facilius ex phantaſmate elicere ſpeciem intelligibilem, quæ in illo virtualiter continetur: tanquam in cauſa efficiente partiali. Quarta cõditio, facit vniuerſalitatem in rebus, ideſt producit ſpeciem in qua relucet obiectum abſtractum ab hic, & nũc. Quinta conditio digna ſcitu, i actione, qua intellectus agens abſtrahit, & cauſat vniuerſale, concurrit merè naturaliter, & agit ſine cognitione. vnde Themi. 3. de anima, & commen. in eodem libro commen. 19. intellectus agẽs nõ cognoſcit aliquid eorum, quæ ſunt hic. vnde ſicut ignis comburit, ſine cognitione, ita dicendum eſt de intellectu agente, quantum ad iſtam operationem, quòd abſtrahit ſine cognitione. ex hoc elicias concluſionem, quòd intellectus in ſua operatione non cognoſcit. Sed conditiones intellectus poſſibilis ſunt iſtæ, prima, intellectus poſſibilis eſt actiuus, & paſſiuus: actiuus, inquantum cauſat intellectionem: paſſiuus, inquantum recipit eam: vide Scotum tertia diſtinctio. prima, & 15. quolibet, & comment. vbi ſupra: vbi dicit, quòd intellectus poſſibilis eſt vtrunque, ideſt actiuus, & paſſiuus. Secunda conditio eſt, quòd per intellectum poſſibilem nos iudicamus, & iudicium eſt perfectio iudicis, ſicut dicit comm. 3 de anima commen. 19. vnde ſecundum eum, licet intellectus poſſibilis quo ad primam operationem, per quam recipit ſpeciem intelligibilem, dicatur eſſe paſſiuus (ſic enim intelligere eſt ſicut ſentire) tamen quo ad aliam operationem, quæ eſt intelligere concurrit actiuè, quia intellectus poſſibilis informatus per ſpeciem intelligibilem, fit productiuus intellectionis: tamen ſecundum alios fortè aliter diceretur. Tertia conditio, intellectus poſſibilis eſt abſolutè præſtantior agente, quia producit notitiam in ſe. Quarta conditio, intellectus poſſibilis primò recipit ſpeciem pro-

quia eſt naturalis potẽtia agẽdi ut de Alexãd. Ariſt. lib. 3. de anima, textu Cõ. 10.

Quod intellectus poſſibilis ſit actiuus, & paſſiuus, vide comm. 3. de ani. com. 19 & Scot. 15. q. quolib.

Neceſſitas intellectus agentis.

ductam ab intellectu agente: ſecundò producit actum intelligendi:tertiò recipit actum intelligendi:quartò eſt operatiuus, quia operatur per illum actum attingendo obiectum.Si quæras,quæ fuit neceſſitas ponendi intellectũ agentem,nonne ſufficiebat intellectus poſſibilis? Dico cũ Ariſt.3.de anima,tex.comm.17.& 18.quòd cum in omni natura ſit vnum,quod eſt omnia fieri:neceſſe eſt eſſe alterum,quod eſt omnia facere, & anima rationalis, ut dicit ibi commi.eſt vnum entium naturalium,ita.quòd conſideratio de anima eſt naturalis. cum ergo in anima ſit intellectus poſſibilis,qui eſt omnia fieri,vt dictum fuit,ibidem tex.commen 4.& 5.ideo oportet ponere intellectum agẽtem,qui eſt omnia facere. Secunda ratio ad probandum ſuam neceſſitatem,eſt iſta,quia obiecta materialia, cum ſint potentia intellecta, non poſſent mouere intellectum poſſibilem,qui non eſt corpus, nec virtus in corpore, niſi fiant actu intellecta:ideo fuit neceſſarium ponere hũc intellectum agentem,qui faceret de potentia intellectis,actu intellecta.nam obiectum relucens in phantaſmate,dicitur potentia intellectus,non paſſiua,ſed actiua,quia nõ poteſt de ſe mouere intellectum.vnde comm. 3. de anima intentiones imaginatæ non poſſunt mouere intellectum, niſi poſtquam fuerint actu intellecta ſicut ponit tertio de anima commen.4.& 5.ideo opus eſt ponere intellectum agentem, qui abſtrahit ſpeciem intelligibilẽ a phantaſmate, in qua cauſatur in eſſe obiectiuo ipſa quidditas abſque rationibus materialibus & tale obiectum dicitur apud Auer intentio actu intellecta, &, quod neceſſe fuit eum ponere,vt obiecta materialia poſſent mouere intellectum poſſibilem.patet ex Auer.7.meta.commen.31.in calce:vbi ſic inquit,Sed mouit Ariſtotelem ad ponendum mouens ſeparatum a materia in factione uirtutum intelligentium,quia virtutes intellectuales,apud ipſum, ſunt non mixtæ cum materia:vnde neceſſe eſt,vt illud,quod ẽ non mixtum cum materia, generetur quoquo modo generetur a non mixto cum materia ſimpliciter, ideſt ab intellectu agente, quia omne non mixtum cum materia.i. vniuerſale,fit a non mixto cum materia.i.ab intellectu & ſequitur, quemadmodum eſt neceſſe, vt omne mixtũ cũ mate-

Quod intentiones imaginatæ nõ poſſunt mouere intellectum. Quis intellectus cauſet intellectionem an agẽs, uel poſſibilis in 15 quolib.remanet problematicus Sco. in q.uerò collationũ determinat quòd eſt intellectus poſſibilis.Frãciſ.

materia, erit a mixto cum materia.i. omne corruptibile erit a corruptibili: vnde in 3.de anima, inquit commen.ſi eſſent uniuerſalia ſeparata, ut poſuit Plato, non eſſet opus ponere intellectum agentem: ergo poſitus fuit intellectus agens propter uniuerſalia, vt poſſent mouere intellectũ noſtrum, quia ante operationem intellectus agentis cum fuiſſent materialia, non poterant.

de May. in d.1.q.6. tenet, quod eſt intellectus agens.

Textus annotatio.

POnit conſequenter Autor ſecundum documentum, ꝙ duplex eſt actus intellectus: rectus, & eſt tunc quan do intellectus noſter directè fertur in obiectum. Collati uus eſt tunc, quando intellectus comparat unam rem ad ſeipſam, vt quando comparat albedinem intenſam ad ſe ipſam remiſſam, aut vnam rem ad aliam, ut quando com parat colorem ad albedinem. Et actus rectus duplex eſt, abſtractiuus, & intuitiuus: intuitiuus, quando potentia attingit obiectum in ſe præſens. & Sco. probat, quod intellectus noſter habeat talem actum, quia quicquid pfectionis eſt in inferiori eſt in ſuperiori, ergo ſi potentia viſiua pôt videre obiectum, ut in ſe præſens eſt: poteſt hoc a fortiori intellectus. Abſtractiuus quando cognoſcit rem nõ ſub iſta conditione, ut præſens eſt, ſed poteſt per ſpeciẽ intelligibilem cognoſcere, quando obiectum eſt abſens.

Duplex eſt actus intellectus. ẽ aduertendũ, quòd triplex eſt actus in intellectu.

Quidam eſt actus rectus, quidam reflexus, quidã collatiu.

Et notare debes, ꝙ iſta notitia ĩtuitiua eſt duplex apud Sco. una perfecta, qua cognoſcitur aliquid in propria exiſtentia, aut in aliquo continente eminenter. Alia imperfecta, qualis eſt opi. de futuro, vel memoria de præterito: q̃ diſtinctio clare ponitur à Sco 14. diſt. 3. Ex hoc elicias corollarium, ꝙ notitia intuitiua eſt rei, quæ non exiſtit. nam præteritum, & futurum non exiſtunt.

Apud Sc. duplex eſt notitiã ĩtuitiua

Conformatio cum Ariſt.

ISti duo actus intellectus, ſcilicet rectus, & collatiuus poſiti ſunt, vt diximus, ab Ariſt. tertio de anima, tex. comment. 21.

Dubia

Dubia circa Textum.

An relatio poſſit eē per actum rectū intellectus.

CIrca textum auctoris ſeſe offert egregia quædā difficultas, quia dicit actum rectum eſſe, qui fertur ſuper rem aliquam abſolutè: videtur enim aſſerere oppoſitum Scot. 11. quæſtio. 5. metaphyſi. eo. quòd ibi vult relationē poſſe eſſe per actum rectum intellectus: ergo falſum eſt, quod Auctor hic dicit, quod actus rectus intellectus fertur ſuper aliquod obiectum abſolutè, nullam habendo relationem, & quod poſſit eſſe relatio per actum rectum. patet intelligibile, & intellectus relatiua ſunt, & inter ea eſt relatio, & talis relatio eſt per actum intellectus rectū, patet. nam Sco. in illo 5. q. 11. dicit, quòd intelligibilis ad intellectum eſt relatio in vtroque realis, ergo eſt per actum intellectus rectum: omne ens reale, quod habet eſſe reale per intellectum, habet eſſe per actum rectum, ergo actus intellectus rectus eſt ſuſper rem relatiuam, & non ſu per rem abſolutam, quod eſt contra Auct. Ad inſtantiam poſſumus ſic reſpondere: verum eſt, ꝙ relatio realis, & metaphyſica habet eſſe per actum rectum intellectus, patet: nam intelligens, & obiectum intellectus, ſiue intelligibile, ſunt relatiua, & habent eſſe per actum rectū intellectus, ſed non relatio logica. nam illa habet eſſe per actum intellectus collatiuum, & ſic intelligitur auctor, ꝙ hic loquutus eſt de relatione logica, & non reali. nam ſi de relatione reali loqueretur, dixiſſet. ꝙ actus rectus eſt qui fertur ſuper rem abſolutam, & relatiuam realem. vnde Scotus in loco allegato dicit, Relatio intelligibilis, & intellectus eſt realis, relatio particularis, & vniuerſalis eſt rationis.

Conformatio cum Ariſt.

Quot modis accip tur rō vide ēt Tartar. ī 5. tra.

POnit auctor, ꝙ ratio multipliciter dicitur: primo modo pro definitione, & hoc habetur ab Ariſ. in definitione vniuocorum, ſicut dicit Auctor licet aliqui ex Scotiſtis velint, quòd ratio accipitur ibi in definitione vniuocorum pro conceptu. tu tamen conciliando iſtum cum alijs dicas

quòd

quod quando definibile,ſiue deſcriptibile non habet realitatem, tunc accipitur pro conceptu·quando verò habet naturam,aut realitatem,tunc pro diffinitióne. vltra hoc vide Ariſt.2.poſt: tex. comm.8.vbi dicit,medium demonſtrationis eſt ratio primi termini:ratio.i definitio.idẽ hẽt Ariſt.4.met.tex.comm.28.ratio,quam ſignificat nomen, eſt definitio.idem 7.met tex. commẽ 33.ꝙ ſicut ratio ad rem,ſic partes rationis ad partes rei. Secundo modo accipitur ratio,pro potentia ratiocinatiua, vt pro intellectu, vel voluntate,vel pro imaginatiua,quę diſcurrit,& tales, potentiæ diſcurrunt, & ꝙ intellectus, & voluntas poſſunt dici ratio,habetur ab Ariſt. 9 met.t.comm.10.ubi ponit duas potẽtias rationales, & vna, quæ eſt ad oppoſitum.ſ. intellectum,ponit aliam potentiam rationalem determinatiuam,& hec eſt voluntas.patet igitur,ꝙ ſecundum Ariſt.tam intellectus. quàm voluntas ſunt rationales, ſiue rationes,& ſic habetur ratio ſecundo modo ſupra ab Ariſto.Tertio modo ratio accipitur pro diſcurſu rationes a præmiſſis ad concluſionem,vt ſicut communiter dicimus feci fortiſſimam rationem contra Scotum.i. feci efficacẽ diſcurſum, qui dicitur eſſe per actum collatiuum,& iſtę modus tertius rationis.ſ.actus collatiuus, licet in illo 21. tex.3.de anima non habeatur formaliter, tamen põt inferri ex ſecundo actu.Quarto modo accipitur pro forma quæ eſt ratio cognoſcendi compoſitum,& materiam,& rõ iſto modo ſumpta eſt ex Ariſt.5 met.t.comm.ſecundi ubi Ariſt.dicit:alio verò modo ſpecies,& exemplar: hæc autẽ eſt ratio ipſius,quod quid erat eſſe. Ibi loquitur Ariſto.de modó accipiendi cauſam,& dicit,ꝙ forma,quæ eſt ſpẽs,& exemplar,eſt ratio.idem habet 2. phyſic. text. comment. 28.ubi recitat eadem uerba dicens: alio autẽ mõ ſpecies, & exemplar:hæc autem ratio eſt ipſius quod quid erat eſſe,& loquitur de cauſa formali,quam rationem appellat.

De multiplici acceptiõe rationis, & quid ſit quare Mauritium in 3. q. vniuerſalium.

TEXTVS.

Iſtis prẹſuppoſitis,pono duas concluſiones. Prima eſt, quod illa ſunt idem,uel eadem ratione,

quæ

quæ habent eundem conceptum omnino indiſtinctum a parte rei, & etiam indiſtinctum ex parte intellectus: vt homo eſt idem ſibiipſi, & omnia entia tertij modi perſeitatis: & ſic de alijs. Secunda concluſio, illa diſtinguuntur ratione, quæ diſtinguuntur per actum collatiuũ intellectus præciſe. Ex quo ſequitur primò, ꝙ in omni propoſitione mũdi, in qua prædicatur idem de ſeipſo, ſubiectũ & prædicatũ diſtinguuntur rõne: quia ſicut cõtradictio fundata in entibus ex natura rei, cõcludit diſtinctionẽ ex natura rei, ita cõtradictio fundata in entibus rationis concludit diſtinctionem rationis.

Secundò ſequitur, quod inter entia realia, & rationis (vt inter animal, & genus, ſimiliter inter entia rationis inter ſe, vt inter genus, & ſpeciẽ) eſt diſtinctio rationis, quia non fit niſi ex ſola collatione intellectus. & accipio diſtinctionem rationis quæ eſt à potentia retiocinante, & non pro diſtinctione rationis quæ eſt à natura ratiocinabili.

Diſtinctio rõnis quid.

Ex hoc patet, quòd diſtinctio rationis eſt reſpectus rationis per actum collatiuum à potentia ratiocinante cauſatus. Similiter patet, quòd illi qui reſpondent ad iſtud argumentum, Eſſentia diuina eſt communicabilis, paternitas eſt incommunicabilis: ergo eſſentia diuina, & paternitas diſtinguuntur aliter quàm ratione. Reſpondetur q̃d argumentum cõcludit ꝙ diſtinguuntur pluſquam ratione ratiocinante, ſed non pluſquam ratione ratiocinabili. Patet, inquam, quòd non eſt diſputatio niſi ad vocem. quia nec intelligunt vim vocabuli diſtinctionis ex natura rei: quia quod illi vocant

diſtin-

diſtinctionem rationis rei ratiocinabilis, formalizantes vocant diſtinctionem ex natura rei: & ſic capio in concluſione mea diſtinctionem rationis, quæ eſt præciſe, & ſolum à potentia ratiocinante. Sed quòd iſta diſtinctio rationis ſit ficticia, probatur ab aduerſarijs noſtris dupliciter, primò ſic: Omnis diſtinctio non vana ſortitur robur, & eſſe ex aliqua re: ergo iſta diſtinctio rationis, vel ſortitur robur à re: & ſic eſt realis, & non rationis tãtum. vt vſus ex iſto vocabulo rationis: vel ſi non ſortitur robur à re, ergo eſt ficticia. Secundo arguitur ad idem ſic, et eſt quaſi confirmatio argumenti: quia intellectus intelligens rem aliter quã ſit, eſt falſus: quia ſi intelligat rem diſtinctam, vel rem eſſe diſtinctam, & non ſit diſtinctio à parte rei, intellectus falſe intelligit: igitur, &c.

Reſpondeo ad iſta, quòd diſtinctio rationis ſortitur robur à re, ideſt, à non repugnantia rei ad ſic vel ſic concipi. Ex hoc ſequitur, quod talis diſtinctio non eſt pura fictio. Ad ſecundum quod eſt confirmatio: dico quòd intelligere rem aliter quã ſit, capitur dupliciter. Vno modo intelligendo ipſam non eo modo quo eſt, non tamen quòd intelligatur ſub modo ſibi repugnante: vt intelligendo lineam quæ vnitur materiæ ſenſibili, non intelligendo huius materiam, non repugnat lineæ.

Alio modo, intelligendo rem modo repugnanti ſuæ naturæ, vt intelligendo Deum eſſe corporeum. Dico ergo quòd ille qui intelligit rem aliter quam eſt ſecundo modo, fallitur: non autem primo modo: ſic in propoſito, quando intelliguntur

diſtin-

diſtincta ſecundum rationem abſque habitudine ad aliqua ſecundum rem diſtincta, non erit talis alietas Forte dicet aliquis negando, iſtam diſtinctionem eſſe aliam à diſtinctione ex natura rei: quia illa quæ diſtinguuntur ratione, diſtinguuntur ex natura rei.

Contra hoc arguitur ſic: Si hoc eßet verum, ſequeretur tunc quod illa quæ eßent eadem ex natura rei eßent diſtincta ex natura rei patet, quia formo iſtam propoſitionem: Eadem ex natura rei ſunt eadem ex natura rei: ibi eſt diſtinctio rationis, vt prius dictum eſt, qui idem poſitum in ſubiecto diſtinguitur à ſeipſo poſito in prædicato ratione. Sed ſequitur per te, quod iſta diſtinguuntur ex natura rei, ergo illa quæ ſunt eadem ex natura rei: ſunt diſtincta ex natura rei: quod claudit contradictionem. Et hæc de primo partiali articulo huius ſecundi articuli principalis.

De identitate & diſtinctione rationis, & ad illam requiſitis.

PОnit Auctor duas concluſiones. Vna eſt de identitate rationis, ſecũda eſt de diſtinctione rationis. Et pro intelligentia harum, tu debes ſcire, quòd conceptus indiſtinctus poteſt eſſe duplex, vel in re, vel in intellectu, primo modo illa dicuntur habere cõceptum indiſtinctum in re, quæ ſic ſe habent quòd vnum non poteſt concipi ſeorſum ab altero, vt ſortes, verbi gratia non poteſt concipi ſeorsũ à ſeipſo, ſic ſortes habebit conceptum indiſtinctum ex parte rei. Quando autem ſic ſe habent, quòd vnum poteſt cõcipi ſeorſum ab alio, tunc habent conceptum diſtinctum ex parte rei: vt quia albedo poteſt concipi ſeorſum à nigredine: ideo albedo, & nigredo habent conceptum diſtinctum à parte rei. Illa autem habent conceptum indiſtinctum ex parte intellectus, quæ ſic ſe habent, quorum vni vt ſic concepto, non poteſt attribui aliqua ſecunda intentio,

tentio,quin alteri etiam attribuatur: & ſic ſortes ante copulam habet conceptum diſtinctum ex parte intellectus. Quando verò ſic ſe habent,q̃uòd aliqua ſecunda intentio attribuitur vni, quæ non attribuitur alteri, vt ſortes ante copulam eſt ſubiectum, quia attribuitur ſibi iſta ſecunda intentio, quæ dicitur ſubiectum, quæ non poteſt attribui poſt copulam: ſed attribuitur altera, quæ vocatur prædicatum, ideo dicendo ſic in iſta propoſitione, ſortes eſt ſortes, ſortes à parte prædicati habet conceptum diſtinctum per intellectum, à ſorte, vt ponitur in ſubiecto: & ſic ſortes in ſubiecto, & ſortes in prædicato ſunt diſtincti per intellectum. Hoc prænotato faciles ſunt concluſiones. Quarum prima eſt iſta, illa ſunt idem ratione, quæ habent eundem conceptum omnino indiſtinctum ex parte rei, & etiam indiſtinctum ex parte intellectus, vt homo eſt idem ſibi ipſi, & omnia entia tertij modi perſeitatis, & ſic de alijs. Secunda concluſio, ſi habebunt diſtinctum conceptum in ratione, erunt diſtincta ratione, vt ſortes à ſeipſo diſtinguitur a parte ſubiecti, & à parte prædicati. Ex quo ſequitur, quòd in omni propoſitione mundi, in qua etiam idem prædicatur de ſeipſo, ſubiectum, & prædicatum diſtinguuntur ratione, quia ſicut contradictio fundata in entibus ex natura rei, concludit diſtinctionem ex natura rei. ita conditio fundata in entibus rationis, cõcludit diſtinctionem rationis, quia nullus eſt potior modus ad probandum diſtinctionem, quam via contradictionis: & hoc habetur à philoſopho, in primo phyſic. de materia, & forma: & in quarto phyſic. de loco, & locato. Sed tu inſtabis hic, & dices, quare ad identitatem rationis requiritur identitas tam ex parte rei, quam intellectus, ſicut diximus, & in diſtinctione rationis ſufficit tantum diſtinctio rationis, & non requiritur diſtinctio rationis, & rei cum tot debent requiri ad identitatem, quot ad diſtinctionem, & ad identitatem requiruntur duo, & ad diſtinctionem vnum? Ad hoc reſpondeo cum Scot. 1 diſtinct. ſecundi, quæſtione vltima: & in 4. diſtin. 3 quæſt. 3. vbi dicit, q̃ quæcunque differentia ſufficit ad diſtinctionem, ſed non quæcunque identitas ſufficit ad perfectam identitatem aliquorum. Nam ad hoc quòd ſortes conueniat cum Platone

Sortes à parte prædicati habet conceptum diſtinctum per intellectum à ſorte vt ponitur in ſubiecto vt d. ſortes eſt ſortes

Omnia entia tertij modi ſunt idẽ ratione quo modo ſit verum.

Quis potior ſit modus ad probandum diſtinctionẽ.

tone, oportet, quòd conueniant in omnibus, incipiendo ab ente vſque ad hominem, ſed ad diſtinctionem eorum ſufficit ſolum diuerſitas hæcceitatum: ſic dicas de id entitate rationis, quòd plura expoſcit quam diſtinctio rationis. Ratio eſt quia facilius, eſt deſtruere, quam conſtruere, ſic ſimiliter eſt in mortalibus: plures actus requiruntur ad amicitiam, ſed vnus ſolus ſufficit ad inimicitiam.

Facilius eſt deſtruere quam conſtruere.

Dubia circa Textum.

HIc permeandus eſt paſſus quidam difficilis, videtur enim ſecunda concluſio Auctoris in textu poſita cõtradicere primæ, repugnat autem primæ penes hoc, quia in ſecunda dicitur, quòd illa diſtinguuntur ratione, quæ diſtinguũtur per actum collatiuum intellectus præciſe: hoc repugnat primæ concluſioni: quia in prima dicitur, quòd illa ſunt idem ratione, quæ habent eundem conceptum indiſtinctum ex parte rei, & rationis, cum identitas rationis ſit relatio: & relatio eſt inter extrema, quæ ſunt fundamentum, & terminus. Identitas rationis eſt eiuſdem ad ſe, ſed nulla relatio eſt eiuſdem ad ſe, niſi ſit per actum collatiuum intellectus. Ex hoc igitur habemus, quòd ſecunda repugnat primæ: nam ſecunda eſt per actũ collatiuum, ſcilicet diſtinctio. Similiter iam vides, quòd identitas rationis eſt per actum collatiuum: & diſtinctio rationis eſt per actum collatiuum: cum igitur diſtinctio rationis, & identitas rationis ſint oppoſita, ſi diſtinctio eſt per actum collatiuum, ſequitur, quòd identitas rationis non debet eſſe per actum collatiuum: & tamẽ hoc eſt, neceſſarium identitati rationis, quòd ſit per actum collatiuum, ſed diſtinctio rationis deſtruit hoc, ratione oppoſitionis, ergo ſecunda repugnat primæ, quia ſi diſtinctio eſt per actum collatiuum, identitas non debet ſic eſſe. Ad hoc reſpondeo, ꝙ duplex eſt idẽtitas rationis, vna actualis, & iſta ſemper eſt per actum collatiuum intellectus, alia eſt identitas rationis fundamentalis, & iſta non eſt per actum collatiuum intellectus, ſed bene poteſt eſſe. Auctor loquitur de identitate rationis fundamentali, quæ eſt ſine actu collatiuo, & ſic diſtinctio rationis, quæ neceſſario eſt ꝑ actum colla-

collatiuum, poſita in ſecunda concluſione, non repugnat identitati rationis, quæ ponitur in prim. concl. & eſt ſine actu collatiuo.

Super ſecundam etiam concluſionem quæri poteſt, nũ vnitas vel identitas dicant aliquid poſitiuum vel negatum, loquendo de identitate diuina quæ eſt relatio communis. Si iſta dicit non alietatem, facilius euades dubia. Plurimæ inſtantiæ poſſunt fieri contra identitatem, quæ in diuinis ponitur. nam, ſi poſitiuum dicit, cùm ſit quoddam commune, & plurificabile in infinitum poteſt multiplicari, & ſic plura immo infinita entia poſitiua eſſent in diuinis: patet antecedens, quia Scot. ſecunda quæſtione quol. voluit, quòd multiplicabile eiuſdem rationis eſt plurificabile in infinitum: ſed identitas eſt quoddam commune: quia Pater eſt idem Filio & S S. & omnia attributa ſimiliter: & ſic eſt commune identitas in vniuerſali, ad omnes iſtas identitates, & ſic in infinitum poteſt multiplicari. Secunda inſtantia eſt iſta, ſi identitas in diuinis dicit ens poſitiuum tunc poneretur in diuinis aliquod potentiale: patet, quia illud, quòd non eſt ex ſe hoc, eſt in potentia ad illud, quod eſt ex ſe hoc: ergo identitas in communi eſt in potentia ad hanc, & hanc identitatem, & ſic ponimus potentiam in diuinis, & iſtæ & multæ aliæ inſtantiæ ſequerentur, ſi identitas diceret aliquid poſitiuum. Melius & ſecurius eſt, quod dicat præciſè non alietatem, quia tunc non ſequuntur iſtæ inſtantiæ: quia negatio nihil multiplicabile ponit. Tamen, quia Scotus 31. primi tenet, quòd in Deo eſt ex natura rei identitas. Poſſet ſoluere iſtas duas inſtantias, dicendo quòd tunc identitas eſſet multiplicabilis in infinitum: & tunc eſſet aliquid potentiale in diuinis. quando identitas non eſſet idem realiter infinito formaliter: quòd infinitum formaliter non eſt multiplicabile in infinitum: nec eſt potentiale ad aliquod: ſed cùm ita ſit de identitate, id eſt quia cum infinito formaliter identificetur, hic non erit potentialis nec multiplicabilis in infinitum. Super illis verbis Auct. [forte dicet aliquis negando iſtam diſtinctionem, eſſe aliam à diſtinctione ex natura rei [contra hoc arguitur ſic, ſi hoc eſſet verum, ſequeretur tunc, quòd illa, quæ eſſent eadẽ ex

Regula Scotiſtarũ hac eſt Quod identitas rationis eſt abſolutiſſima quare autẽ ſit abſolutiſſima nulla alia rõ eſt niſi quia eſt ab actu recto, non autẽ collatiuo.

natura rei eſſent diſtincta ex natura rei:& formo iſtã propoſitionem, eadem ex natura rei, ſunt eadem ex natura rei:ibi eſt diſtinctio rationis,vt prius dictum eſt: quia idẽ poſitum in ſubiecto, diſtinguitur ratione à ſe ipſo poſito in prædicato.Sed ſequitur per te, quòd iſta diſtinguuntur ex natura rei:ergo illa,quæ ſunt eadẽ ex natura rei, ſunt diſtincta ex natura rei,quod claudit contradictionem.poſſet aliquis inſurgere reflectendo rationem contra ipſum, quia ſimiliter dici poteſt quòd diſtincta ratione ſunt eadem ratione,formando conſimilem propoſitionem, & dicendo ſic, eadem ratione ſunt eadem ratione:iſta eſt vera,quia eſt prædicatio eiuſdem de ſe ipſo. & vlterius hæc eſt vera,quòd eadem ex natura rei, ſunt eadem ex natura rei,ſimiliter iſta eſt vera, quòd eadem ratione ſunt eadem ratione.& tamẽ tu dicis, quòd in prima eſt diſtinctio rationis,ſcilicet in iſta,eadem ex natura rei, ſunt eadẽ ex natura rei:ſimiliter in iſta erit diſtinctio rationis:eadẽ ratione ſunt eadẽ ratione:quia ſubiectũ poſitum ante copulam diſtinguitur ratione à prædicato poſito poſt copulam. Reſpondendum quòd aliud eſt loqui in primis intentionibus,quæ ſi ſunt oppoſitę alijs primis,nõ poſſunt denominare illas. nã iſta eſt falſa, albedo eſt nigredo, homo eſt aſinus,& ſimiles:aliud eſt loqui in ſecundis intẽtionibus,quę habẽt priuilegium amplum,quòd oppoſitum poteſt denominare oppoſitum:nam iſta eſt vera,genus eſt ſpecies,differẽtia eſt ſpecies, quæ tamẽ oppoſitę ſunt. ſic dicimus ad propoſitũ,quòd iſta propoſitio poteſt eſſe vera,eadem ratione ſunt eadem ratione: & quòd hic ſimiliter eſt diſtinctio,quia illa,quæ ſunt eadem ratione.ſunt diſtincta ratione, quia oppoſitum benè poteſt prædicari de oppoſito in iſtis ſecundis intentionibus. vnde in iſta, eadem ratione ſunt eadem ratione eſt diſtinctio, & identitas: & illa,quæ ſunt eadem ratione poſſunt bene denominari, & eſſe diſtincta ratione, quia in his continget oppoſitum denominare oppoſitum. Sed in his, quæ ſunt ex natura rei, ſi eſt identitas ex natura rei, non poteſt eſſe diſtinctio ex natura rei, neq; denominari poſſunt eſſe diſtincta ex natura rei.Et hinc eſt quòd in iſta propoſitione, eadem ex natura rei,ſunt eadẽ ex natura rei, eſt identitas ex natura rei, & di-

Iſta eſt vera genus eſt ſpecies vt modus & ẽ genꝰ vt quid vide ſcotũ in vniuerſ. In ſecundis intentionib. oppoſitum bene poteſt prædicari de oppoſito.

& diſtinctio rationis:in iſta verò,eadem ratione, ſunt eadem ratione,eſt diſtinctio rationis, & denominantur eſſe eadem ratione.

Conformatio cum Ariſtotele.

SEd vbi reperiemus identitatem & diſtinctionem rationis apud Ariſtot. identitas rationis ponitur 1. Poſter. quando aſſignauit tertium modum perſeitatis,in quo ponuntur entia ſolitariè ſumpta, ſine propoſitione, & relatione reali, & rationis. Diſtinctio verò rationis ponitur quinto Meta. text. non habente comm. indent:tas eſt vno modo, quando intellectus vtitur vno vt duobus, ideſt vt ponendo ſortem in ſubiecto, & prædicato, ante copulam, & poſt copulam:vt dicendo ſortes,eſt ſortes, & ſic identitatem,& diſtinctionem rationis ab Ariſt.habemus.

TEXTVS.

Identitas et diſtinctio rationis.

QVantum ad ſecundum articulum, qui eſt de identitate ex natura rei,& eius diſtinctione ſunt aliqua notanda. Primò eſt notandum, quòd res & ens,quantum ad præſens ſpectat conſideratur dupliciter. Primo modo,pro omni poſitiuo quod ex natura rei eſt extra nihil: & iſto modo modi intrinſeci & differentiæ ultimæ dicuntur ens vel res. Alio modo magis ſtrictè pro illo quod eſt præcisè ens vel res: & ſic dicitur præcisè de Deo & creatura,de abſoluto & reſpectiuo, & de illis quæ ſunt in recta linea prædicamentali, & de materia & forma,vt dictum eſt ſuperiùs ex intētione Scoti: & iſto modo nec paſſiones entis, nec modi intrinſeci, nec differentiæ vltimæ dicuntur res vel ens: ſed ſolum dicuntur aliquid rei & non res, ſecundo modo capiendo rem. Pro iſtis aſſi-

Ens & res quomodo ſumuntur.

gnatur vna regula generalis, ſcilicet quandocunque aliqua ita ſe habent, quòd vnum eſt ens vel res, propriè accipiendo rem, & aliud eſt aliquid rei preciſe; illa non ſunt omnibus modis eadē. Iſta regula patet per iſtud principium commune. Quādo aliqua ſic ſe habent, quòd aliquid competit vni ex natura rei quod non competit alteri: talia diſtinguuntur, & ſi non realiter, ſaltem aliqua alia diſtinctione: & ſic non ſunt omnibus modis idem.

Differentia non identitatis in diuinis quadruplex.

Secundò notandum, quod in diuinis quadrupla eſt differentia nō identitatis. Prima eſt inter quidditatem ſeu eſſentiam, & modum intrinſecum, & etiam inter ipſos modos intrinſecos. Secunda eſt inter attributa, ſcilicet inter ſcientiam & ſapientiam. ſimiliter inter intellectum et voluntatem, ſi fas eſt attributa nominari: quia 26. diſt. 1. Sent. dicit Doctor, quòd intellectus & voluntas nō ſunt proprie attributa ſicut bonitas & iuſtitia: Similiter inter volitionem & intellectionem.

Ordo inter ſubſtātiam naturam, eſſentiam, & quidditatē.

Tertia eſt inter notiones. i. inter ſpirare & dicere: quia dicere eſt reſpectus patris ad filium, & ſpirare patris & filij ad ſpiritū ſanctū. Quarta eſt inter eßentiam & relationes, & etiam inter eſſentiam & attributa. Et poßet addi quinta, quæ eſt inter conſtituta & conſtituentia. Tertiò notandum eſt, quod accipiēdo iſta proprie ſcilicet ſubſtantiā, naturam, eſſentiam, quidditatem, ſeu formalitatē, habent ordinem inter ſe: nam omnis eſſentia eſt quidditas ſeu formalitas, ſed non contra, vt patet in diuinis: & omnis natura eſt eſſentia, & non econuerſo: quia multæ ſunt ſpecies, quæ ſunt eſ-

ſentia

ſentiæ cùm diffiniantur, & tamen non ſunt naturæ cùm non ſint principium productiuum alicuius formæ abſolutæ, vt ſunt reſpectus: & omnis ſubſtātia eſt natura, ſed non econuerſo, quia qualitas eſt natura, & tamen non eſt ſubſtantia, proprie accipiēdo ſubſtantiam. Circa quod eſt notandum, quòd quidditas ſumpta cum modo, dicitur proprie eſſentia, denudata à modo dicitur quidditas.

Secundus articulus minus principalis.

Dubia annotanda circa textum.

IN ſecundo articulo minus principali, qui eſt de idētitate ex natura rei, & eiùs diſtinctione. vult Auctor, quòd ens ſecundo modo præciſè includitur quidditatiuè in abſoluto & reſpectiuo in decem generibus, in materia, & forma, in Deo, & creatura: & in illis, quæ ſunt in recta linea prædicamentali & iſto modo nec paſſiones: entis, nec modi intrinſeci, nec differentiæ vltimæ, dicuntur ens, & res, ſed ſolum dicuntur aliquid rei. Hic inſurgit prima difficultas in textu, quia hoc dictum ſuum videtur eſſe aperte contra Scot. in prim. ſenten. diſtinct. 3. quæſtio. tertia vbi dixit, ens ſufficienter diuiditur tanquam in illa quæ includunt ipſum quidditatiuè, in ens increatum, & decem in genera, & in partes eſſentiales decem generum: ſaltem non videtur habere plura diuidentia quidditatiuè, quin ſint in iſtis. Auctor vult, quod ens quidditatiuè includatur in abſoluto & reſpectiuo, & Scotus loquēs de ſufficienti diuiſione entis quidditatiua non meminit de abſoluto, & reſpectiuo: & addidit, quòd non videtur habere ens plura diuidentia quidditatiuè, quin ſint in iſtis, vbi nullo modo nominantur abſolutū, & reſpectiuum. Præterea Scot. 8 diſtin quæſt. ſecunda, vult, quod prima diuiſio entis finiti in quidditates, eſt in decē prædicamenta. Cū hoc concordat Antonius Andreas in ſuæ Metaph. q. 7 quod diuiſio entis finiti & limitati in decem prędicamenta, eſt prima: nec eſt alia bimembris, aut

Quomodo ens includitur in Deo, & creatura & in alijs.

Cum Scoto non diſcrepat Antonius Andreas.

trimembris, prior ea, & ſi benè alias diuiſiones tu reperies, ſemper dantur per poſteriora, & non per quidditates ſed per poſteriora quidditatibus: ſicuti eſt per finitum, & infinitum, creatum, & increatum, à ſe, & ab alio: ſemper quæcunq; dabitur poſt illam, qua diuiditur per Deum, & decem genera, erit poſterior: vt reſoluimus ſupra in q. de vniuocatione entis: nunc autem ſi daretur, quòd diuiditur quidditatiuè per abſolutum, & reſpectiuũ, nõn ergo erit illa prima quá diuiditur, per Deum, & decem generaliſsima, tanquam per ſuas quidditates. ergo iſtud non eſt tenendum de mente Scot. quòd deſcendat in abſolutum, & reſpectiuum: quia certum eſt, quòd prius deſcendit in iſta, quàm in decem genera. Nec poſſes dicere, quòd prius deſcendit in decem genera, & poſt in abſolutum, & reſpectiuum: quia abſolutum, & reſpectiuum eſt prius decem generibus. Nec potes dicere, quòd abſolutum, & reſpectiuum ſunt modi intrinſeci, ſicut aliqui dixerunt, & malè quia hoc eſt expreſſè contra Auctor. Ad hoc reſpõdeo, quòd vera ſunt quæ dixit Auctor, quòd ens quidditatiuè deſcendit in abſolutum, & reſpectiuum. & ad Scotum, qui de hoc non meminit tertia p. dico, quòd Scotus ſufficienter aſſignauit diuiſionem entis in Deum, & in illa, quæ ſunt limitata: quæ eſt diuiſio quidditatiua, per Deum præciſè, & per illa, quę ſunt limitata preciſè: Auctor verò loquitur ampliori diuiſione entis in ſuas quidditates, & complexus eſt diuiſionem entis quidditatiuam in Deum, in decem genera, & in illa, quæ ſunt illimitata. ſicut eſt abſolutum: quod conuenit Deo, & tribus prædicamentis, & in reſpectiuum, quod conuenit creaturæ, & Deo. Ad aliud, quãdo dicis, quòd prima diuiſio entis finiti ꝑ quidditates eſt per decẽ genera: dico, quòd verũ eſt, ꝙ prima diuiſio entis quando deſcẽdit in limitata, eſt per decem genera. ſed quando deſcendit in illimitata, & limitata, eſt abſolutũ, & reſpectiuum, & in decem genera. Et ſi dices, quòd Sco. in 1. q. 7. Meta. vult, quòd nõ eſt cõceptus inferior conceptu entis in quid dictus de generaliſſimis. Reſponde ꝙ inter datur nõ ens, & decẽ genera, cõceptus in quid qui ſcilicet ſit præciſè limitatus, aut præciſè illimitatus, ſed benè poteſt dari cõe & tranſcendens ad limitatum,

tatum,& illimitatum,ſicut abſolutum,& reſpectiuum.

Non ens dicatur quidditatiue de materia & forma.

Antonij Trōbeta conciliatio.

Quia Auctor dicit, ꝙ materia,& forma ſunt ens quidditatiue,& ſimiliter Scot.3.diſt.1.q.3. ſed in ſecundo ſententiarum diſt.12.Scotus voluit oppoſitum,ꝙ materia,& forma ſunt primo diuerſa: Antonius Trombeta voluit conciliare iſta loca, & dixit, ꝙ materia, & forma capiuntur dupliciter, vno modo pro ſuis eſſentijs ſimplicibus, ſcilicet materia pura, & nuda, & nullo modo compoſita ex aliqua forma ſibi eueniente: ſimiliter forma pro ſua ſimplici actualitate, vt non eſt aliquo modo forma compoſita: Secundo modo poſſunt capi iſta duo pro eſſentijs compoſitis ex vtriuſque realitate: primo modo ſunt primo diuerſa,& ens non prædicatur de eis quidditatiue,ſecundo modo non ſunt primo diuerſa, & bene poſſunt includere ens quidditatiue, & iſto ſecundo modo loquebatur Scotus in primo ſententiarum. Sed hoc,pace tanti viri,ſtare non poteſt,quia Scot.3.diſt.1.non loquitur de compoſitis, ſed de partibus eſſentialibus, vnde verba ſua ſunt iſta, ens ſufficienter diuiditur tanquam in illa,quæ includunt quidditatiue ipſum,in ens increatum,& in decem genera,& in partes eſſentiales decem generum:ecce,ꝙ in iſto loco non loquitur de materia, & forma, vt ſunt compoſitæ, ſicut eſt homo,aut animal, ſed loquitur de materia, & forma, vt ſunt partes eſſentiales decem generũ, modo partes eſſentiales decem generum, ſicuti eſt actus, & potentia nullo modo ſunt cōpoſitæ,ſed ſolum ſimplicia: maximè cum dicat,ꝙ ſunt principia decem generum, quæ enim ſunt principia ſubſtantiæ,ſubſtantiæ compoſitæ nō ſunt,& quæ ſunt principia qualitatis, non ſunt qualitates cōpoſitæ. Sed tu dices,quomodo conciliabimus dicta Scoti? Dico,ꝙ quando in primo dicit, ꝙ includũt materia, & forma ens quidditatiue,& ſic non ſunt primo diuerſa in conceptu entis, quando verò dicit in ſecundo, quòd ſunt primo diuerſa, intelligas primo diuerſa in realitate, quia realitas vnius, & modus principiandi vnius repugnat alteri,& contra.vel dic, quòd ſunt primo diuerſa in cauſando, quia materia materiat,& forma informat: non in conceptu prædictam diſtinctionem de prima diuerſitate in realitate, & in conceptu,poſuit Scot.8.diſtinct.primi q.2.

Materia & forma non ſunt primo diuerſa in conceptu entis ſed ſunt diuerſa in realitate.

Textus.

ALia differentia non identitatis, eſt inter attributa, ſicuti eſt ſapientia, iuſtitia.

Patri potentia, Filio ſapientia, Spiritui ſancto bonitas attribuitur in diuinis.

Hic dubitabit, cum ſapientia ſit communis tribus perſonis, ſimiliter potentia, & bonitas, quare magis ſapientia appropriatur filio, & potentia Patri, & non Filio, & bonitas S.S. & non alijs? Ad hoc datur duplex ratio: vna, quia Filius ex natura ſuæ productionis eſt notitia declaratiua: quia producitur per memoriam fœcundam, id eſt per intellectum habens obiectum diuinum in ſe præſens, ex qua exprimitur talis notitia. ſimiliter Spiritus ſanctus quia procedit à Patre, & Filio per actum voluntatis, cuius obiectum eſt ſummum bonum: ideo Spiritui ſancto appropriatur bonitas. Pater verò qui eſt principium totius Trinitatis appropriat ſibi potentiam: licet omnia prædicta ſint in tribus perſonis. Aſſignari poteſt alia ratio ſicut Theologi dixerunt, quia hoc factum eſt ad excludendas hæreſes, & errores hominum. Aliqui credebant, quòd filius non eſſet æque ſapiens, ſicut pater, quia iuuenes imprudentiores ſunt ſenibus. vnde Iob in antiquis eſt prudentia, & in longo tempore ſapientia: vnde iuuenes excluduntur à regimine reipublicæ propter inexperientiam: & ideo ſapientia appropriatur filio, ne crederetur à ſimplicibus, ꝙ eſſet ſine ſapiẽtia. Similiter quia Patres ſunt ſeniores, & magis imbecilles quàm Filij, ad excludendum hunc errorem, potentia Patri appropriata eſt: Spiritui autem communiter attribuitur impetus, & malignitas: vt abigeretur iſte error appropriata eſt ſibi bonitas, & clementia. Iſta diſtinctio eorum, quæ ſunt in diuinis, non debet conformari cum Ariſtot. quia eſt Theologica.

Propriè omnia iſta competũt tribus perſonis, vni perſonæ verò appropriate vel effectiue tribus, terminatiue vni perſonæ.

Conformatio cum Ariſt.

SEd vbi Ariſt. ponit hanc diuiſionem, ꝙ ens non prædicatur quidditatiue de vltimis differentijs, & proprijs paſſionibus, ſed de Deo, & de his, quæ ſunt in recta linea prædicamentali, prædicatur quidditatiue? Dico, ꝙ primam

mam prædicationem denominatiuam entis de vltimis diſferẽtijs,ponit 5.& 10.Metaph.vbi vult, ꝙ differentia ſunt aliquid idem entia : vnde ſi vltimæ differentiæ includerent ens quidditatiue,cum non ſint omnino idem,eſſent diuerſa aliquid idem entia, & ſic alijs differentijs different, & ſic erit proceſſus in infimum, quod falſum eſt,ergo nõ includunt ens quidditatiue.Similiter patet,ꝙ ens denominatiue prædicatur de proprijs paſſionibus. nam ens habet paſſiones,vt patet per philoſophum 4.Metaphy.com.3.& paſſio prædicatur per ſe ſecundo modo de ſubiecto, per Ariſt.1.Poſter. ſi igitur eſt per ſe ſecundo modo ens eſt vnum ſubiectum, ponitur in diffinitione paſſionis, vt additum,& non vt incluſum eſſentialiter in ſua paſſione : ergo ens non eſſentialiter, & quidditatiue includitur in ſua paſſione,& ſic de ea non prædicatur quidditatiue. Sed prædicatio entis de Deo,& creatura, poteſt haberi penes hoc, quia in ſecundo Metaph.tex.com.4.uoluit veritatem dici de Deo, & creatura : ſi igitur veritas de Deo, & creatura dicitur vniuoce: ergo & ſubiectum ſcilicet ens vniuoce dicitur de Deo,& creatura. vnde ſubdidit ibi in illo ſecũdo, vnumquodque ſicut ſe habet ad eſſe, ſic ad veritatem.

Ens denominatiuũ prædicatur de ſuis paſſionibus.

Annotatio in Textu.

PONIT Auctor,quòd omnis ſubſtantia eſt natura, & non è contra,quia qualitas eſt natura, & tamen nõ eſt ſubſtantia. Contra hoc poteſt fieri vna inſtantia, quia ex ſecundo Phyſic. ſubſtantia dicitur de materia, & forma, & de ſubſtantia compoſita,cum triplex ſit ſubſtantia,forma, materia & ſubſtantia cõpoſita,ſicut patet 7.Metaphy.tex. com.7.dicitur ſubſtantia de materia,& forma,& ſubſtantia compoſita : materia vt æs : forma, vt figura ſpeciei, de compoſito vt eſt tota ſtatua.Idẽ habet Ariſt.12. Metaphy. tex.c.12.ſecundi de anima tex.com.2.& Natura ſecundũ Ariſt.ſecundo Phyſic. dicitur de materia, & forma, & non de ſubſtantia compoſita, ſed ſubſtantia compoſita vocatur naturatum, aut habens naturam, vt loquitur Comment. ibi in primo commento : falſum eſt igitur ſecundũ hoc, quod dicit Auctor, quòd omnis ſubſtantia ſit natura,nam

Triplex eſt ſubſtantia.

ra: nam ſubſtantia compoſita bene eſt ſubſtantia, vt patuit, & non natura, ſed naturatum, vt Ariſtotel. deſcribit textu comment. quarti. Sed hæc inſtantia faciliter ſoluitur. Nam natura capitur dupliciter, aut ſtricte ſumpta, & ſic præciſe de materia, & forma dicitur. Aut large, & ſic de materia, forma, & de ſubſtantia compoſita dicitur: Primo modo loquutus eſt Ariſtotel. & Commen. Secundo modo loquutus eſt Auctor. Vel aliter, quòd alio modo diffinitur natura à philoſopho, dicente, quod eſt principium motus, & quietis. Alio modo à Scot. in primo, ſent. quòd eſt vis inſita rebus ex ſimilibus ſimilia procreans, & iſto modo bene compoſitum eſſentiale eſt natura, quia ſibi ſimile poteſt generare, & ſic loquutus eſt auctor. Quia vero Auct. meminit de mouere intellectum, & terminare actum eiuſdem. Notabis, quòd quando notitia abſtractiua vniuerſalium cauſatur, aut per mouere, aut per terminare actum intellectus, non cauſatur ab obiecto vniuerſali, vt habet eſſe cognitum. ratio autem eſt, quia nullum imperfectum poteſt eſſe cauſa perfectioris. notitia actualis eſt ens reale realiter exiſtens: & obiectum, vt habet eſſe cognitum, non habet eſſe realiter exiſtens, & hinc eſt, quòd non poteſt eſſe cauſa notitiæ. Vnde cognitio abſtractiua eſt verum ens reale abſolutum de prædicamento qualitatis, & poſitum in prima ſpecie qualitatis, vt patet à Doctore in tertiadecima quæſtione quol. modò verum ens reale non poteſt cauſari, nec totaliter, nec partialiter ab aliquo ente tantum ſecundum quid: quod eſt tantum eſſe repræſentatum, ex hoc concludimus, quòd notitia abſtractiua nullo modo cauſari poteſt ab obiecto, vt habet eſſe cognitum, & notitia: alio modo haberi non poteſt ab obiecto, niſi vt habet eſſe cognitum. Dicimus, ad hoc, quòd notitia abſtractiua eſt poſſibilis nobis, & cauſatur ab intellectu, & ſpecie intelligibili, & iſta ſpecies eſt, quæ realiter exiſtit, & bene poteſt eſſe cauſa cognitionis abſtractiuæ, quę ſimiliter realiter exiſtit. Et hoc probat Scotus contra Henricum tertia diſtin prima q. 7. vnde dicit Scot. contra eum, quoniam ipſum quod quid eſt ſecundum eſſe repræſentatum, & non ſecũdum eſſe exiſtentiæ, non poteſt eſſe ratio formalis agendi aliquam actionem

Alio modo natura diffinitur ab Ariſt. alio modo à Scoto.

realem

realem:ſic non poteſt agere intellectionem. patet igitur, quòd a ſpecie cauſatur notitia abſtractiua,& non ab obiecto,vt cognito. Ad propoſitionem autem illam, quòd nullum imperfectum eſt cauſa perfectioris,dico cum Scoto in 12.diſt.4. quòd non eſt vniuerſaliter vera, intellectio enim,vt illud quod in dubio vertitur explicemus,eſt ſimpliciter nobilior, & præſtantior ſpecie intelligibili,a qua tamen ut a cauſa æquiuoca producitur:ſimile pôt dici de albedine,quæ comproducit viſionem ipſa excellentioré: idem de ſpecie intelligibili reſpectu phantaſmatis:habet igitur verum illud axioma in oppoſitum de cauſa totali æquiuoca,& non ſemper de partiali.

Conformatio cum Ariſtotele.

SEd ubi Ariſt.poſuit obiectum mouere intellectum, & terminare?dico,quòd 3.de anima,tex.commen.54.obiectum ſe habet ad potentiam, vt motiuum ad mobile, vel terminatiuum ad terminabile. ecce igitur ambo, & quod obiectum poteſt mouere, & quòd obiectum poteſt terminare:primum non eſt de ratione formali obiecti, ſecundum autem eſt.

TEXTVS.

Formalitas trib. modis accipitur.

Quartò eſt notandum,quòd formalitas capitur tribus modis. Primo modo large, & tunc ſic diffinitur, Formalitas eſt aliquid repertum in re ex natura rei, ꝙ non oportet ſemper intellectũ mouere,dummodo poſſit intellectũ terminare.dicitur repertum in re,propter figmenta: dicitur ex natura rei,propter relationes rationis : dicitur quod non ſemper oportet mouere intellectum, dummodo poſſit terminare,propter relationes reales,quæ dicuntur formalitates: tamen intellectum mouere

Relatio nihil cārepōt.

non poſſunt, cum idem ſit mouere intellectum, & cauſare partialiter intellectionem per ſpeciē ſui. Modò dictum eſt nunc, quòd relationes non ſunt productiuæ alicuius formæ abſolutæ quare, &c. Et iſto modo capiendo formalitatem, omne illud quod eſt extra nihil, dicitur formalitas, cuiuſmodi ſunt modi intrinſeci, differentiæ vltimæ, & ſic de alijs, & ſic formalitas eſt communis ad realitatem, & quidditatem. Secundo modo capitur formalitas proprie, & ſic formalitas dicitur de omni eo quod eſt ens quidditatiuè, et de omni eo quod eſt aliquid entis, præterquam de modis intrinſecis & iſto modo formalitas conuertitur cum realitate obiectiua, nec communior eſt ea, ſed realitas obiectiua, & formalitas iſto modo ſunt communiores quidditate, & ſic accipiemus formalitatē, cū loquemur de diſtinctione formali. Tertio modo capitur formalitas ſtrictiſſime pro illo quod prędicatur quidditatiuè de aliquo, vel de quo aliquid quidditatiuè prædicatur, & iſto modo formalitas eſt minus communis, quàm realitas, ſed conuertitur cum quidditate. Et licet differentiæ indiuiduales dicantur formalitates (capiendo formalitatem duobus primis modis) non tamen ſunt formalitates, capiendo tertio modo, & iſta diuiſio eſt neceſſaria cuilibet formalizanti. Et quia ibi tactum eſt de quidditate, idcirco notandum, quòd quidditatiuum dicitur ſex modis. Primo modo eſſentiatiuè, & ſic illud dicitur quidditatiuum, quod dicit totā eſſentiam alicuius, & ſic ſpecies ſpecialiſſima dicitur eſſe quidditatiuum, cum (ſecundum Porphyrium

Quidditatiuum 6. modis dictum.

rium) dicat totam eſſentiam indiuiduorum. Nolo tamen dicere quin indiuiduum includat intrinſecè differentiam indiuidualem vltra naturam ſpecificam, ſed volo ſic intelligere, quòd ſpecies dicit totam eſſentiam indiuiduorum, ita quòd indiuidua nullum prædicatum quidditatiuum addũt vltra prædicata conuenientia naturæ ſpecificæ quidditatiuè, & eßentialiter in ea incluſa.

Secundo modo aliquid dicitur quidditatiuum conſtitutiuè, & ſic illud dicitur quidditatiuum, quod intrinſecè conſtituit aliquam rem, vt materia, & forma phyſicaliter: genus, & differentia, metaphyſicaliter loquendo. Tertio modo dicitur aliquid quidditatiuum ſpecificatiuè, & ſic illud dicitur quidditatiuum, quod vltimo ponit rẽ in eſſe ſpecifico, ſicut eſt differentia ſpecifica. Quarto modo dicitur quidditatiuum repræſentatiuè, & ſic illud quod eſt repræſentatiuum alicuius eſſentiæ, ſiue ſit actus intelligendi, ſiue ſpecies intelligibilis, dicitur quidditatiuum iſto modo. Quinto modo dicitur quid quidditatiuum indicatiue, & ſic illud dicitur quidditatiuum, quod eſſentiam indicat, vt definitio. Sexto modo dicitur quidditatiuum prędicatiue, & appropriate, & ſic illud præciſe, quod prædicatur in quid, dicitur quidditatiuum. Et poſſet addi ſeptimus modus (licet improprius) quod aliquid dicitur quidditatiuum conſecutiue, & iſto modo proprię paßiones conſequentes eſſentiã poſſent dici quidditatiue.

His notatis pono duas concluſiones. *Conclu. duæ ex prædictis*

Prima eſt iſta: illa ſunt idẽ ex natura rei, de q-

bus

bus duo prędicata oppoſita ſecluſo opere intellectus collatiuo verificari non poſſunt, vt homo eſt homo. ſor. eſt ſor.

Secunda concluſio: Illa diſtinguuntur ex natura rei. ſiue modaliter, de quibus ſeu inter quorum extrema duo contradictoria ſecluſo opere intellectus verificari poſſunt. Sic ſe habent definitio, & definitum, quia ſecluſo opere intellectus, definitio eſt ſaltem conſtitutiua: definitum verò, nō: totum etiam & partes, loquendo de toto metaphyſicę, & non de toto phyſico, quia certum eſt quod ſecundum viam Doctoris totum phyſicum & ſuæ partes diſtinguuntur realiter, & pluſquam ex natura rei: Totum autem metaphyſicum, quod non componitur ex re, & re, ſed ex realitate, & realitate, diſtinguitur ex natura rei præciſe a ſuis partibus: ſic quod non realiter. Totum enim ſecluſo opere intellectus dicitur conſtitutum: partes non. Conſtitutum autem, & non conſtitutum, contradicunt Similiter ſuperius pręter opus intellectus eſt multiplicabile in plura: inferius verò non: multiplicabile, & non multiplicabile contradicunt. Sic etiam in diuinis diſtinguuntur eſſentia diuina & relatio, puta paternitas, quod probat Scotus ſecunda d. 1. Sententiarum, quia eſſentia diuina eſt communicabilis tribus perſonis, paternitas non. Pater communicat eßentiam filio per generationem, & tamen non communicat ſibi paternitatem: ergo oportet quòd ſit aliqua diſtinctio ante omnem actum intellectus collatiuum inter eßentiam diuinam, & paternitatem. Similiter

liter argueretur, quod pater & filius communicant eßentiam Spirituiſancto, & tamen non communicant ſibiſuas notiones .ſ. paternitatem, & filiationem. Nolo tamen dicere,quòd eſſentia diuina non diſtinguitur pluſquam ex natura rei a relationibus in diuinis ; quia etiam diſtinguuntur formaliter, vt dicetur poſtea. Hac etiam diſtinctione diſtinguitur modus intrinſecus ab eo cuius eſt modus,ſicut finitas ab humanitate,infinitas a diuinitate.

POnit Auctor,ꝙ formalitas dicitur tripliciter:uno modo pro aliquo reperto in re ex natura rei,quod poteſt ſaltem terminare actum noſtri intellectus , & iſto modo omne,quod eſt extra nihil, formalitas dicitur , & hoc eſt nimis largè accipiendo formalitatem. Secundo modo accipitur formalitas pro omni illo,de quo ens dicitur quidditatiuè,vel denominatiuè:præterquam de modis intrinſecis , & iſte modus eſt proprius formalitatibus. Tertio modo accipitur ſtrictiſſimè pro omni illo, quod prædicatur de alio quidditatiuè,uel de quo aliquid quidditatiuè prædicatur,& iſto modo formalitas conuertitur cũ quidditate.Sed tu inſtabis ſic,ens prædicatur quidditatiuè de alio,quia de Deo,& de creatura,& tamen non eſt quidditas,nec conuertitur cum quidditate, facilis eſt reſpõſio , dicendo,ꝙ hic ponitur vna diſiunctiua,quia poteſt ſufficere alteram partem eſſe ueram,unde dixit,quod prædicatur quidditatiuè de aliquo,uel de quo aliquid prędicatur quidditatiuè.modo ens ſic ſe habet,ꝙ licet non prædicetur aliquid quidditatiuè de eo , ipſum tamen bene poteſt prædicari quidditatiuè de aliquo.

Conformatio cum Ariſt.

FOrmalitas primo modo dicta , quæ ſe extendit uſque ad modum intrinſecum,poteſt haberi ex Ariſtot.quia

modus

modus intrinſecus habetur per Ariſtot. ſecundo phyſico. tex.comm.32.dicentem, modi autem cauſarum numero quidem ſunt multi, vt prius,& poſterius, ſed iſti sũt modi intrinſeci, vt videbitur in iſto art. ergò modus intrinſecus eſt in re cum alio ſaltem: ergo eſt extra nihil: ergo eſt formalitas iſto primo modo, cum formalitas ſit quando aliquid eſt extra nihil,& quia ſi modum intrinſecum concedit eſſe extra nihil (quod.n. contrahit aliquid oportet eſſe extra nihil)& alia concedet eſſe extra nihil, vt quidditates & naturas,& ſimilia, & ſic ſecundum eum dabitur formalitas primo modo. Formalitas ſecundo modo, quæ ſe extendit vſque ad differentias vltimas, habetur ꝑ hoc quia Ariſt.3.phyſic. voluit, quod omne, quod intelligitur, intelligitur ut actus, qui idem eſt, quod forma,& quia omnia iſta poſita in iſto 2.memb. poſſunt intelligi: ergo, cum omnia poſſunt intelligi, omnia actus, & formæ ſunt, & ſic ſunt formalitates, quæ ſunt dictæ a forma. Formalitas tertio modo, quæ ſe extendit ad quidditates, & realitates, habetur ab Ariſt.9.met.t.comm.20. vbi vult, ꝙ unũquodque agens agit inquantum forma,& quidditas eſt forma, & ratio, ſub qua aliquid concipitur, quoquomodo agit in intellectum, ergo quidditas, quæ forma eſt, bene poteſt dici formalitas, quæ in intellectum agit, & ab intellectu concipitur.

Textus.

Quidditatiuũ dicitur 6. modis hãc diſtinctionẽ accepit Auctor a Io. canonico ſuper ſecũdũ phy. in q. de vniuocatione, vide ibi.

VLterius eſt notandum, ꝙ quidditatiuum capitur ſex modis. Et quartus modus accipiendi quidditatiuum eſt tunc, quando repræſentat aliquam eſſentiã: ſicut actus intelligendi, & ſpecies intelligibilis nam iſta in hoc differunt, ꝙ actus intelligendi repræſentat obiectum, ut cognitum eſt: ſpecies intelligibiles repræſentant obiectum, ut eſt intelligibile, aut cognoſcibile.

Conformatio cum Ariſt.

QVidditatiuum dicitur vno modo entitatiuè, ut dicit totam eſſentiam indiuiduorum, & ſic eſt ſpecies ſpecialiſ-

cialiſſima, vt Porphyrius dicit. Sed quod ſpecies dicat quidditatem, habetur ab Ariſt. 7. Metaph text comm. 35. materia eſt pars ſpeciei: ſpeciem autem dico, quod quid erat eſſe. ecce igitur clarè habes, quod ſpecies eſt quidditas. Secundo modo dicitur quidditatiuum conſtitutiuè: & ſic genus, & differentia Metaphy. materia, & forma phyſicaliter, ſunt entia quidditatiua: hoc confirmatur per Ariſtot. qui in 7. Metaphy. text. comment. 21. voluit, quod quidditas eſt principium per ſe cognoſcendi illud cuius eſt. ſed per eum ſecundo Metaphy. text. comm. 11. res non poteſt cognoſci niſi cognitis cauſis per ſe, ſed materia & forma ſunt cauſæ per ſe compoſiti, ſimiliter genus, & differentia, ergo pertinent ad quidditatem. Tertio modo dicitur quidditatiuum ſpecificatiuè, & ſic illud dicitur quidditatiuum quod vltimo ponit rem in eſſe ſpecifico, & in vltima differētia. Cōfirmatur hoc per Ariſt. 7. Meta, text. comm. 9. vbi commendat diffinitionē, & quidditatem Architæ dicentis diffinitionem, & quidditatē eſſe ex materia, & forma, ex genere & differentia. Quidditatiuum quarto modo nō reperio apud Ariſt. Quinto modo dicitur quidditatiuum indicatiuè, & ſic eſt diffinitio quidditatiua. Confirmatur per Ariſtot. 7. Metaphy. text. comm. 55. in habentibus quidditatem, quidditas eſt idem cum eo cuius eſt: exponunt, quod quidditas eſt idem, id eſt diffinitio eſt idem cum eo cuius eſt.

Annotatio & declaratio in textu.

HIs notatis Auctor ponit duas cōcluſiones. Prima eſt, illa ſunt idem ex natura rei, de quibus duo prædicata oppoſita ſine opere collatiuo intellectus verificari non poſſunt, vt homo eſt homo, ſortes eſt ſortes. ſecunda concluſio eſt iſta. Illa diſtinguuntur ex natura rei, ſiue modaliter, de quibus, ſeu inter quorum extrema duo cō tradictoria, ſecluſo opere intellectus, verificari poſſunt: ſic ſe habent diffinitio & diffinitum: quia ſecluſo opere intellectus diffinitio eſt ſaltem conſtitutiua, diffinitv verò non. & aduerte, quia hic non accipiuntur diffinitio vel diffinitum formaliter, & pro ſecundis intentionibus: quia tunc non diſtinguerentur ex natura rei,

Thomiſtæ negant diſtinctionē ex natura rei datā à Scot.

ſed ſolum ratione: ſed hic accipiuntur diffinitio & diffinitum fundamentaliter, & pro primis intentionibus, vt homo, quod eſt diffinitum: & animai rationale, quod eſt diffinitio. Sed contra hoc poteſt argui, cùm prædicata quidditatiua non ſint in actu completo, niſi habeant eſſe per intellectum, quomodo igitur diffinitio, & diffinitum ſeclusa omni operatione intellectus, poſſunt ex natura rei ita ſe habere, quòd prædicata contradictoria de eis verificari poſſunt? Ad hoc reſpondeo, quòd de diffinitione & diffinitio verificantur prædicata contradictoria, ſine actu collatiuo, non tamen ſine actu abſtractiuo: habent igitur diffinitio & diffinitum eſſe per intellectum cōpletum inquantum quidditates ſunt, ſed non per intellectum collatiuum, ſed per intellectum abſtractiuū. Vltimo pro declaratione diffinitionis debes aduertere, quòd Sco. in ſecunda diſt. 1. quæſt. ſecunda voluit diffinitionem ex natura rei diſtingui à diffinito. Et ſi quæras à me, quæ eſt ratio? Reſpondeo, quod ſi diffinitio, & diffinitū non diſtinguerentur aliquo modo, in ſyllogiſmo ponerētur duo termini tantum, & non plures, vt doctè deducit Trombeta in hunc locū. nam omnes concedūt nō eſſe diſtinctionem realem inter diffinitum, & diffinitionem, & aliquo modo diſtinguuntur: nec poteſt dici, quòd eſt diſtinctio rationis tantum: quia tunc ſemper in demonſtratione committeretur fallacia petitionis principij, nam ſic idem per idē probatur: inferens, & illatum ratione ſola diſtinguerentur: ergo dabitur hæc diſtinctio, non rationis tantum, quia tunc benè poteſt ſtare, quòd idem ſit inferens, & illatum. illatum ponitur in concluſione, & inferens ſupponitur in præmiſſis: nec realis, quia omnes eā excludunt. ergo datur diſtinctio media: & iſta erit diſtinctio ex natura rei. patet igitur quòd diffinitio, & diffinitum ex natura rei diſtinguuntur. Et hinc dixit Auctor, quòd illa diſtinguūtur ex natura rei, ſiue modaliter. de quibus verificantur duo prædicata contradictoria. Et nota pro iſto termino modaliter, quòd iſta diſtinctio ex natura rei media vocatur modalis, & quidditatiuè: & eſt tūc, quando eſt inter quidditatē, & modū: & fundamentaliter eſt quidditatiua, & terminatiuè eſt modalis. Sequitur in textu [ſimiliter ſuperi⁹ prçtēr opus intelle-

Quomodo diffinitio et diffinitū diſtinguuntur ex natura rei.

intellectus eſt multiplicabile in plura', inferius vero non: multiplicabile,& nõ multiplicabile contradicunt]& ſic diſtinguuntur ex natura rei. hic inſurgunt mihi duæ optimę difficultates. Prima eſt iſta, in qua probabo, ꝙ ſuperius, & inferius nõ ſunt diſtincta ex natura rei. Et hoc probo ſic, ſuperius, per iſtum auctorẽ, eſt multiplicabile, & nõ niſi per ſe, & ſimiliter inferius, vt ego probabo: ergo non diſtinguitur ex natura rei: quia per iſtum doctorem pro tanto diſtinguuntur ex natura rei, pro quanto vnũ eſt multiplicabile, & aliud nõ eſt multiplicabile, & ego probabo, ꝙ inferius eſt bene multiplicabile: & arguo ſic, quicquid per ſe, & ex natura rei cõpetit ſuperiori, competit inferiori: ſed multiplicabile per ſe, & ex natura competit ſuperiori: ergo & inferiori: quod multiplicabile per ſe competit ſuperiori, patet ex tertia ſecundi. vnde, ſi homini cõpetit ſubſtantia,& animal per ſe: ſimiliter competunt iſta inferiori ſcilicet ſorti: ergo ſuperius, & inferius ambo ſunt per ſe multiplicabilia: ergo vnum non diſtinguitur ex natura rei ab alio. Secundo probo, quòd ſuperius non eſt multiplicabile: cuius oppoſitum tenet Auctor in litera. & pro hoc ſuppono mihi duo, vnum, quod eſt dictum Scoti in prologo primi ſententiarum quæſtione vltima, quòd quando erunt duo oppoſita, & vnum illorum per ſe competit alicui, reliquum neque per ſe neque per accidens poteſt eidem competere. Secundum præſuppoſitum eſt Scoti tertia diſt. ſecundi: quòd natura communis eſt per ſe multiplicabilis, per accidens autem, vt eſt in inferiori eſt immultiplicabilis. Tunc arguo ſic ex primo præſuppoſito, ſi multiplicabile cõpetit ſuperiori per ſe, oppoſitum ſuũ, ſcilicet immultiplicabile, neque per ſe, neq; per accidens poteſt ſibi competere: & tamen hoc dicitur eſſe falſum, & cõtra præſuppoſitum ſecundum: quia in ſecundo præſuppoſimus, quòd immultiplicabile poteſt competere ſuperiori per accidẽs. ex hoc igitur patet, ꝙ ſuperius nullo modo eſt multiplicabile. nam ſi eſſet multiplicabile per ſe, nunquam per accidens eſſet immultiplicabile, cuius contrarium tenet Scotus, in loco præallegato. Ad primum reſpondeo, quod ſuperius ſolum eſt multiplicabile, & nullo modo inferius: & quando tu arguis, quod quicquid com-

Num inferius & ſuperius ex natura rei diſtinguantur.

Quicquid cõpetit ſuperiori cõpetit inferiori quomodo eſt verum.

petit ſuperiori competit inferiori,verum eſt in ſuppoſitione perſonali, non autem in ſuppoſitione ſimplici: quia in ſuppoſitione perſonali verum eſt dicere, quòd ſi homini competit ſubſtantia per ſe,quòd ſimiliter cõpetit ſorti.ſed hoc non eſt verũ in ſuppoſitione ſimplici. Nam ſuperiori multa poſſunt competere,quæ tamen non cõperunt inferiori per ſe,vt homini competit per ſe cõuerti cum riſibili,aut de eo prædicari per ſe primò riſibile:non autem cõpetit ſorti:ſimiliter homini competit eſſe ſpeciem,ſed nõ competit ſorti. Ad ſecundum dicas,quòd ſuperius per ſe eſt multiplicabile: & ei non poteſt aliquo modo competere oppoſitum,ſcilicet immultiplicabile per ſe,neq; per ſe,neque per accidens,tamen immultiplicabile bene poteſt ſibi cõpetere per accidens ſcilicet in inferioribus, & ad regulã Scoti,cui cõpetit aliquod oppoſitũ,vt ſuperiori cui competit multiplicabile,eidẽ nõ poteſt cõpetere aliud per ſe,neq; per ſe,neq; per accidens. Modo immultiplicabile per ſe ſuperiori nullo modo competit,licet benè poſſet ſibi competere immultiplicabile per accidens:ſicut alterum oppoſitum poteſt ſibi competere per accidens. Et vt omnia clara fiãt,multiplicabile per ſe eſt natura abſtracta, vt homo abſtractus ab inferioribus: multiplicabile per accidens, eſt natura in indiuiduo,cui naturæ accidit, vt ſit immultiplicabile: ſicut accidit ſibi, vt in ſorte. immultiplicabile per ſe, ideſt differẽtia indiuidualis,vt ſorteitas, aut platoneitas:his tribus terminis declaratis,dicimus, quòd regula Scoti eſt vera, quòd, cui competit multiplicabile per ſe, ſicut naturæ competit multiplicabilitas per ſe: eidem naturæ per ſe ſumptæ immultiplicabile per ſe, ideſt differentia indiuidualis, neque per ſe competit,neque per accidens: tamen multiplicabili per ſe,ſcilicet naturæ benè poteſt competere, aut per ſe,aut per accidens. immultiplicabile, ſcilicet indiuiduum, quod eſt immultiplicabile per accidens:ſed non per ſe immultiplicabile: quia per ſe immultiplicabile eſt ſolum differentia indiuidualis. hoc igitur immultiplicabile per accidens poteſt competere naturæ per ſe, vt eſt prædicatio per accidens, vt homo eſt ſortes: ſed nullo modo immultiplicabile per ſe, ideſt differentia indiuidualis neque

que

que in prædicatione per ſe, neque per accidens naturæ poteſt competere, ſicut dicimus, quòd genus eſt ſpecies, & genus vt quid poteſt eſſe ſpecies, vt modus, & per accidens poteſt ſibi competere, ſed genus, vt quid, & ſpecies, vt quid nunquam vnum alteri poteſt competere, ſic multiplicabili per ſe nunquam immultiplicabile per ſe poteſt ſibi competere, ſed benè immultiplicabile per accidens, vt ſortes, & homo contractus per accidens poteſt competere ſuperiori, ideſt homini per ſe, quia homo, ut in ſorte, quod eſt immultiplicabile per accidens ſuperiori, ideſt homini per ſe, poteſt competere in prædicatione per accidens.

Cōſidera de genere, & ſpecie.

Conformatio cum Ariſt.

HAnc diſtinctionē ex natura rei inuenimus apud Ariſt. in pluribus locis primò Ariſt. 1. phyſicorum tex. comment. 5. inquit, ſuſtinent autem quodammodo, hoc & nomina ad rationem. totum enim quodammodo, & in diſtincta ſignificat, vtputa circulus. definitio autem ipſius diuidit in ſingularia. totum hic accipitur pro definito, & vult quòd diffinitum indiſtinctè ſignificat, & confusè illud quod definitio diuidit in ſingularia, ideſt illud, quod definitio diſtinctè ſignificat: modò inter ſignificare diſtinctè, & ſignificare confusè, eſt aliqua diſtinctio, & non rationis, non realis, vt patet: ergo media: & diffinitum includit definitionem in primo modo: ergo non formalis diſtinctio, nec aliqua aliarum, vt patet: ſequitur, quòd diffinitum, & diffinitio diſtinguuntur ex natura rei, & ſic diſtinctio ex natura rei eſt. Et Ariſtoteles ſecundo poſteriorum voluit, quòd medium in demonſtratione potiſſima ſit ratio alterius extremorum: ratio, ideſt diffinitio: alterius extremorum, ideſt minoris extremitatis, ut in iſta demonſtratione: omne animal rationale eſt riſibile, omnis homo eſt animal rationale, ergo omnis homo eſt riſibilis. medium erit animal rōnale, quod eſt diffinitio hominis: mō ne fiat fallacia petitionis principij oportet, q̄d aliquo modo dicatur eſſe diſtinctum, animal rationale ab homine, & non realiter, aut ratione, nec formaliter, quia

Quod medium dicatur eſſe in demōſtratione potiſſima.

diffinitum includit diffinitionem in primo modo,nec aliqua aliarum diſtinctionum, vt patet: ergo erunt diſtincta ex natura rei,diffinitum,& diffinitio, & ſic cōcluditur per Ariſtotelem diſtinctio ex natura rei. Tertiò probatur per illud,quod habet Ariſtot.ſeptimo metaphyſic.text. commen.41.in conceptis cum materia, non idem eſt, quod quid eſt cum eo,cuius eſt:in conceptis cum materia,ideſt ſortes,qui habet materiam,ſcilicet totius, quę eſt hęcceitas:non eſt idem,quod quid eſt,ſcilicet ſua diffinitio, cum eo cuius eſt,ideſt cum ſorte:ergo diffinitio ſortis, quæ eſt quidditas per ſe non primò,ſicut ſortes per ſe non primò habet quidditatem,non eſt idem cum ipſo ſorte.ergo ſua diffinitio diſtinguitur ab ipſo,& non ratione.nec realiter, nec formaliter,nec aliqua alia:ergo ſortes, & ſua diffinitio diſtinguuntur ex natura rei: ergo datur diſtinctio ex natura rei per eum. Quartò Ariſtoteles,tertio de anima, tex.commen.nono,aliud eſt magnitudo, & magnitudinis eſſe,caro,& carnis eſſe,& uult, quòd magnitudo apprehēdatur ſenſu,& eſſe magnitudinis per intellectum, & ſic diſtinguuntur ſicut diffinitio,& diffinitum,& tunc per antedicta diſtinguuntur ex natura rei. Quintò Ariſtot.ſeptimo metaphyſic.text.comment. ſecundi, ſingulum enim non aliud videtur eſſe a ſuimet ſubſtantia, ſed ſubſtantia diffinitio dicitur,& quod quid eſt: ergo diffinitio, ſi non eſt aliud a diffinito, nullam habebit diſtinctionem diffinitio a diffinito,nec realem,nec rationis,nec formalem, nec aliquam aliarum: ne igitur fieret fallacia petitionis, ſequitur quòd habebunt aliquam diſtinctionem, non aliquam prædictarum, ergo habebunt diſtinctionem ex natura rei,& ſic patet per iſta loca, quòd Ariſto.poſuit diſtinctionem ex natura rei, quidquid dicant illi tam ſani, & perfecti Ariſt.interpretes.

TEXTVS.

Modus intrinſecus, quid.

Eſt autem modus intrinſecus ſecundum Sco.8. diſt.1.q.4.qui additus alteri non variat rationem formalem conſtituti per ipſum, nec eſt remotus

ab

ab illo, ideſt qui de ſe nullam rationem formalem dicit. Modus enim intrinſecus eſt inconceptibilis per ſe, quia non concipitur niſi cum illo cuius eſt modus. Et dicunt aliqui, quòd dicitur modus intrinſecus ex eo, quia non intrat rationem formalẽ illius cuius eſt modus intrinſecus, nec debet propriè concedi, quod diſtinguitur a tali re formaliter. Modi intrinſeci in diuinis ſecundũ aliquos sũt infinitas, neceſſitas, æternitas, & exiſtentia: licet eſſe, ſeu exiſtere videatur eſſe de conceptu formali Dei, & quidditatiuè in primo modo dicendi per ſe, de Deo prædicetur ſecundum Doctorem in 2.d. 1. In creaturis ſunt modi intrinſeci actus, & potẽtia, contingentia, intentio, & remiſſio, exiſtentia, & ſic de alijs. eſti modi opponuntur inter ſe: quia vnus alteri, ſicut infinitum finito, contingens neceſſario, & ſic de alijs. *Modi intrinſeci in diuinis.*

Omnes iſti modi intrinſeci, nec intrant quidditatem, nec differunt ab ea formaliter poſitiuè, ſed bene negatiuè: hoc eſt quòd non ſunt de rõne formali ipſius quidditatis, cuius ſunt modi intrinſeci, & tales modi reducuntur ad illud genus in creaturis, cuius eſt ſua quidditas.

Landulphus tamen in ſuo primo in prologo tenet oppoſitum, cum quo multi tenẽt, quòd modus intrinſecus eſt idem formaliter cum illo cuius eſt modus intrinſecus, videlicet conſtituti per ipſum, & exemplificat de infinitate, quæ eſt modus intrinſecus Dei, & eſt de quidditate, ſeu de ratione quidditatiua ipſius Dei. Hoc etiam videtur tenere Doctor in quol. quia ex eo quod natura diuina

eſt infinita,eſt natura diuina:cum natura diuid-tur,quia alia eſt finita,& iſta eſt creaturarũ :alia autem infinita,& iſta eſt natura diuina. Sed quærendum eſt,quæ ergo eſt differentia inter modum intrinſecum,& differentiam,cum vtrunque ſit de ratione quidditatiua ſui conſtituti? Dico ꝙ maxima eſt differentia.

Differentia inter modũ, & differentiam.

Primò, quoniam differentia dicit realitatem actualem qualitatiuam, quæ præſupponit realitatem potentialem quam contrahat, & ſic vbicũq; eſt differentia, propriè accipiendo differentiã, ibi eſt compoſitio realitatis potentialis,& realitatis actualis, quæ compoſitio ſufficit ad hoc, quod aliquid ſit per ſe reponibile in prædicamento: nõ ſic eſt autem de modo intrinſeco ſecundum Sco.d.8 1 imaginatur enim Sco.& ſubtiliter,quòd ens dicit conceptum quidditatiuum dictũ de Deo, & creatura in quid, qui contrahitur per aliquos conceptus dicentes quale, ſed nec iſte conceptus dicens quid,dicitur conceptus generis,nec illi conceptus dicentes quale,ſunt conceptus differentiarũ,quia iſte conceptus quidditatiuus eſt communis ad finitum,& infinitum, qualis communitas non poteſt eſſe in conceptu generis, cum talis conceptus ſit neceſſariò limitatus. Iſti autem conceptus contrahentes dicunt modum intrinſecum ipſius contracti,& non aliquam realitatem perficientem illam.Differentiæ autem non dicunt modum intrinſecum realitatis alicuius generis, quia in quocunque gradu intelligatur animalitas, non propter hoc inuenitur rationalitas,vel irrationalitas eſſe

modus

modus intrinſecus animalitatis,ſed adhuc intelligitur animalitas in tali gradu perfectibili a rationalitate,& irrationalitate.

Sed quæres, quomodo poteſt conceptus communis Deo & creaturæ realis accipi, niſi ab aliqua realitate eiuſdem generis,& tunc videtur ꝙ ſit potẽtialis ad illam realitatem a qua accipitur conceptus diſtinguens, & tunc videtur eſſe idem iudicium de ente, & modis intrinſecis ipſum contrahentibus ſicut de conceptus generis, et differẽtiarum. Ergo ſi conceptus generis,& differentiæ neceſſariò faciant compoſitionem aliquam in illo, in quo ſunt: ſimiliter videbitur dicendum de ente, & de ſuis modis intrinſecis ipſum contrahentibus. Confirmatur, quia ſicut duæ ſpecies conueniunt in realitate generis, & differunt per differentias, ita etiam Deus, & creatura conueniunt quidditatiuè in ente, & differũt per modos intrinſecos. Reſpondeo breuiter ſecundum Doctorẽ prædictum: Quando intelligitur aliqua realitas cum ſuo modo intrinſeco, ille conceptus non eſt ita ſimpliciter ſimplex, quin poſſit concipi illa realitas abſque modo iſto, ſed tunc eſt conceptus imperfectus illius rei: poteſt etiam concipi cum illo modo, & tunc eſt perfectus conceptus illius rei. Exemplum. Si eßet albedo in octauo gradu intenſionis, quantumcunque eſſet ſimplex omnino in re, poſſet tamen concipi ſub ratione albedinis tantæ, & tunc perfectè conciperetur conceptu adæquato ipſi rei, vel poſſet concipi præciſè ſub ratione albedinis, & tunc conciperetur conceptu im- Quæstio. Reſponſio.

perfecto,

perfecto, & deficiente a perfectione rei. Cõceptus autem imperfectus poſſet eſſe communis albedini illi, & aliæ, & conceptus perfectus proprius eſſet. Requiritur ergo diſtinctio inter illud a quo accipitur conceptus communis, & inter illud a quo accipitur conceptus proprius in Deo, & creatura: non quidem ſicut diſtinctio realitatis, & realitatis, ſed ſicut diſtinctio realitatis, & modi proprij intrinſeci eiuſdem, quæ diſtinctio ſufficit ad habendum conceptum perfectum, & imperfectum de eodem, quorum imperfectus ſit communis, & perfectus ſit proprius, ſed conceptus generis, & differentiæ requirunt neceſſariò diſtinctionem realitatum, non tantum eiuſdem realitatis perfecte, & imperfecte conceptæ. Iſtud poteſt declarari ſic: Si ponamus aliquem intellectum perfectè moueri à colore ad intelligendum realitatem coloris; et realitatem differentiæ, quantumcunque habeat perfectum conceptum adæquatum primæ realitati a qua accipitur conceptus generis, non tamen habet in hoc cõceptum realitatis a qua accipitur differentia, nec econuerſo, ſed habet ibi duo obiecta formalia, quæ nata ſunt terminare diſtinctos conceptus proprios. Si autem eſſet tantum diſtinctio in re, ſicut realitatis, & ſui modi intrinſeci: non poſſet intellectus conceptum proprium habere illius modi intrinſeci, & nõ rei, ſed in illo conceptu perfecto haberet vnũ obiectum adęquatum illi. ſ. rẽ ſub modo. Et ſi dicas: Saltẽ conceptus communis eſt indeterminatus, & potentialis ad ſpecialẽ conceptum, vt realitas ad realitatem, vel ſaltem

Obiectio.

con-

conceptus entis communis non erit infinitus, quia nullum infinitum eſt potentiale ad aliquid. Concedo quod conceptus ille communis Deo, & creaturæ, nec de ſe eſt finitus, nec infinitus: quia ſi eſſet infinitus de ſe, non eſſet de ſe communis Deo & creaturæ, finito, & infinito. Si etiam eſſet de ſe finitus, ita quòd de ſe includeret finitatem, tunc non competeret infinito. Et ratio iſtorum duorum dictorum eſt, quia quod conuenit alicui ſuperiori de ſe, vt eſt indifferens ad omnia ſua inferiora, conuenit omnibus ſuis inferioribus, intelligendo quod illud prædicatum conueniat ſuperiori ſic indifferenti, habēti ſuppoſitionem perſonalem: ſed debet iſte conceptus dici indifferens ad finitum, & infinitum, & ideo poteſt concedi quod eſt finitus negatiue ideſt non ponens infinitatem, & vt ſic eſt determinabilis per iſtos modos intrinſecos, qui ſunt finitas, & infinitas. Sed ſi arguas, ergo realitas à qua accipitur eſt finita, non ſequitur: non enim accipitur ab aliqua realitate, vt conceptus adæquatus realitati, ſiue vt perfectus conceptus illi realitati adæquatus, ſed diminutus, vel imperfectus, intantum etiam quod ſi iſta realitas à qua accipitur, videretur perfecte, & intuitiue, intuens ibi non haberet diſtincte diſtincta obiecta formalia, ſcilicet realitatem & modum, ſed idem obiectum formale: tamen intelligens intellectione abſtractiua propter imperfectionem illius intellectionis, poteſt habere vnum pro obiecto formali, licet non habeat alterum, hæc Scot. vbi ſupra. & ſic patet,

Solutio.

quod

Secūda differentia inter modum & differentiam.

quod licet modus intrinſecus, ſecundum iſtum modum dicendi, pertineat ad rationem quidditatiuam ſicut & differentia, tamen valde differunt, vt dictum eſt. Secundò differunt modus intrinſecus, & differentia, quia modus intrinſecus variat ſolum rationem quidditatiuam, accipiendo rationem quidditatiuam pro conceptu quidditatiuo illius cui additur, ſiue contracti per ipſum: Differentia verò variat rationem quidditatiuam, & formalem, & ſic intelligitur dictum Scoti, ꝙ modus intrinſecus eſt, qui additus alteri non variat rationem formalem. Non enim dicit, quod non variat rationem quidditatiuam, ſed formalē, quia quidditatiuam bene poteſt variare, vt patet de finitate, & infinitate, quæ variant rationem ſeu conceptum quidditatiuum ipſius entis. Quæ autem differentia ſit inter rationem quidditatiuam ſolum, & quidditatiuā & formalem ſimul, fortè aliàs dicetur. Solum iſtud dico pro nunc, quòd ratio quidditatiua, & formalis conuenit ſolum ſpeciei ſiue ſpecialiſſimæ ſiue ſubalternæ: & omnis, & ſola talis ratio debet habere genus, & differentiam ipſam conſtituentia, vt patet per Porphyrium in prædicabilibus. Ratio verò quidditatiua poteſt conuenire omnibus alijs habentibus conceptum cōmunem quidditatiuum, & proprium qualitatiuum, & ſic ratio quidditatiua, & formalis differunt. Ex prædictis infero, ꝙ quidditas, & eius modus intrinſecus, & modi intrinſeci adinuicem, & omnia quæ ſunt in recta linea prædicamentali, diſtinguuntur ex natura rei ab

inuicem.

inuicem. Et ſimiliter ens à Deo, & creatura, & breuiter quodlibet conſtitutiuum à ſuo conſtituto. Omnia enim iſta diſtinguuntur ſecluſo opere intellectus, & non diſtinctione reali, propriè capiendo diſtinctionem realem: ergo aliqua diſtinctione media inter diſtinctionem rationis, & realem iſto modo ſumptam. Hanc diſtinctionem mediam voco ex natura rei, quæ vt patet ex vi vocabuli, niſi à proteruo negari poteſt, licet diſtinctionem inter modum, & quidditatem Franciſcus modalem appellauerit, tanquam à denominatione imperfectiori, & ignobiliori. Sed contra iſtam diſtinctionem ab aduerſarijs noſtris arguitur ſic: Vel diſtinctio ex natura rei eſt præter opus intellectus, vel per opus intellectus. Si ſolum per opus intellectus: ergo eſt diſtinctio rationis ſolum per vos, qui ſic diffinitis diſtinctionem rationis. Si eſt præter intellectum: ergo eſt diſtinctio realis, quorum vtrumq; negaſtis. Dico ꝙ diſtinctio realis poteſt capi dupliciter: vno modo largè pro omni diſtinctione quæ eſt ſecluſo opere intellectus, & ſic inter diſtinctionem rationis & diſtinctionem realem non eſt diſtinctio media, & ſic dico, ꝙ diſtinctio ex natura rei eſt realis, iſto modo capiendo diſtinctionem realem. Alio modo capitur diſtinctio realis propriè quæ eſt inter rem & rem: & ſic dico ꝙ inter diſtinctionem realem & diſtinctionem rationis eſt diſtinctio ex natura rei media, & formalis. Ex hoc patet, quod diſtinctio ex natura rei eſt reſpectus, qui oritur ex proprijs rationibus formali-

Diſtinctio realis duobus modis ſumitur.

bus terminorum ſecluſo quocunque actu potentiæ collatiuæ : & hæc de ſecundo articulo huius ſecundi articuli principalis.

Annotatio in Textu.

Quare modus non variat rationē formalē eius cuius eſt modus.

Reſpōdetur per propoſitionem ſumptā ex Scot. ſ. quod nihil poſterius poteſt variare ſuum prius, modo modus intrinſecus eſt poſterior eo cuius eſt modus, ergo non poteſt variare illud.

Num modus intrinſecus dicat formalitatem.

Achilinus ī libro de diſtinctionib.

EST autem modus intrinſecus, qui additus alteri non variat rationem formalem conſtituti per ipſum, nec remotus ab illo, & iſta ſunt dicta Scoti 8. prima quæſtione tertia, ideſt, qui de ſe nullam formalitatem dicit. Sed ego probo, ꝙ variat rationem formalem, quia ſi nō, ſequitur, quòd ſubſtantia non diſtinguitur à nouem prædicamentis formaliter. conſequens eſt falſum, ergo & antecedens. quod eſt concluſio Auctoris, & Scoti in loco præallegato. probatur conſequentia, quia ens deſcendit in decem prædicamenta per decem modos, ſcilicet per ens in ſe, & per ens in alio. Et iſtud ens in alio, diuiditur per quale, quantum, & ſic de alijs: ergo non diſtinguuntur niſi per modos prædicamenta : ſed diſtinctio per modos non variat rationem formalem, ergo prædicamenta non ſunt diſtincta formaliter, & ſic ſubſtantia non formaliter diſtinguitur à nouem prædicamentis. Secundò, ſi modus intrinſecus non variaret rationem formalem, Deus non eſſet diſtinctus formaliter à creatura, quia diuiditur ens per finitum, & infinitum, & infinitum eſt Deus, & finitum eſt creatura. modo, ſi Deus, & creatura per modos differunt, & modi non dicunt formalitatem: ergo Deus & creatura non diſtinguuntur formaliter. Tertiò ſic, quando prædicatur concretum de abſtracto, propoſitio non eſt vera niſi in primo modo dicendi per ſe: ſed in iſta propoſitione, eſſentia diuina eſt infinita, prædicatur concretum de abſtracto: ergo erit propoſitio in primó modo dicendi per ſe: ergo modus variat rationem formalem, quia illud, quod prædicatur in primo modo dicendi per ſe, bene dicit formalitatē, & poteſt variare rationem formalem. Sed iſtæ rationes licet bonæ ſint, tamen ſequendo viam Scoti, & conſequenter Auctoris, q hoc expreſſe ponit in litera (licet alij Scotiſtæ oppoſitum teneant, ſicuti eſt Landulfus in ſuo primo

in prologo cui multi Scotiſtæ adhærent) Auctor verò magis ad aliam partem declinat, ſicuti vides in litera. ideo ad rationes iſtas Reſpondeo, tenendo, quòd modus intrinſecus, nec de quidditate eſt illius, cuius eſt, nec variat rationem formalem, quia formalitatem per ſe non dicit, & ſi dicit, dicit cum alio. ideo, Ad primam dico, quòd decem prædicamenta non tantum per modos diſtinguuntur, ſed per proprias quidditates: tamen quantum ad modum noſtrum confuſe concipiendi, diſtinguuntur per decem modos iſta decem prædicamenta: & iſte eſt melior modus, qui poſſit teneri in Scoto, & tunc non ſequitur, ꝙ ſubſtantia non diſtinguitur formaliter à nouem prædicamentis, nec quòd alia prædicamenta inter ſe formaliter non diſtinguantur, ſed tunc ſequeretur quando tantum decem prædicamenta per modos diſtinguerentur, & non per quidditates. Ad ſecundum dico, ꝙ Deus non tantum formaliter à creatura diſtinguitur, ſed etiam eſſentialiter, & quidditatiue. Et quando dicis, quòd diſtinguuntur per finitum, & infinitum. Dico, quòd hoc eſt verum quantum ad noſtrum modum confuſe concipiendi. Ad tertium quando dicitur, quòd iſta propoſitio eſt in primo modo, eſſentia diuina eſt infinita: ergo eſt prædicatio quidditatiua. Dico pro nunc, quòd tunc eſſet vera, quando eſſet in primo modo, & in primo gradu: ſed iſta non eſt huiuſmodi, quia non eſt in primo gradu. Præterea arguo ex auctoritatibus, quòd modus intrinſecus dicat formalitatē. Et prima auctoritas eſt Auguſtin. 15. de Trinitate, cap. 5. vel 8. ſi dixero æternus, immortalis, iuſtus, bonus, beatus, ſpiritus, horum omnium nouiſſimum, quod poſuit ſubſtantiam ſignificare videtur, cætera verò huius ſubſtantiæ qualitatem. ergo æternitas, quæ ſecundum iſtum auctorem, eſt modus intrinſecus, ſignificabit ſecundum verbum Auguſtini, non ſubſtantiam, ſed proprietatem Dei: ſed, quod eſt proprietas, non dicitur eſſe modus intrinſecus eius; & omnis proprietas dicit formalitatem diſtinctam ab ea, cuius eſt. Ad hoc accedit auctoritas Damaſceni com. 4. ſi bonum, inquit, ſi iuſtum, ſi ſapiens, nō naturam dices Dei, ſed quæ circa naturam. Vltimò, Anſelmus in Monologion. commens. 15. inquit, non eſt corpus, nec aliquid eorum,

cap. 21. multa dicit de modo intrinſeco contra Scotum vide ibi, & Scotiza.

Quomodo Deus diſtinguitur à creatura.

rum, quod corporei ſenſus diſcernunt: ſed neceſſe eſt eſſe ipſum viuentem, ſapientem, omnipotentem, verum, iuſtum, æternum, & quicquid abſolute melius eſt ipſum quàm non ipſum. Vbi patet, quòd æternitas enumeratur inter perfectiones attributales, quæ ſunt perfectiones ſimpliciter. modò quòd eſt perfectio ſimpliciter, & ſecundaria, ſiue attributalis, non dicit modum intrinſecum, ſed proprietatem rei, & ſic ſequitur contra Auctorem, qui tenuit æternitatem dicere modum, & non diſtinctam formalitatem alicuius: cuius contrarium dicunt iſtæ auctoritates. Pro ſolutione omnium auctoritatum eſt notandũ, quòd æternitas, & quæcunque iſtorum nominum, dicunt circunſtantiam rei, non quidditatem primariam ponunt, quam dicimus habere hoc nomen ſubſtantia, vel ſpiritus ſed dicunt perfectionem ſecundariam. Ad illud verò, ꝙ dicis de æternitate, dic, ꝙ non dicit quidditatem rei, ſiue proprietatem, ſed conſecutiue dicit quidditatem, aut proprietatem rei, ſed non per ſe formalitatem. vnde primò ad Auguſtinum dicas, ꝙ æternitas dicit qualitatem ſubſtantiæ præexigitiue, ſiue conſecutiue. Similiter ad Anſelmum quòd æternitas dicit quidditatem, & perfectionẽ attributalem præexigitiue ſiue conſecutiue, ſiue oſtenſiue, non autem quidditatiue, quia ens non eſt, ſed eſt entis: ſicut in ſimili dicit Scotus de perfectione ſimpliciter diſtinguendo, quòd multa ſunt quæ dicunt perfectionem quidditatiue, & multa quæ dicunt perfectionem ſimpliciter præexigitiue, ſiue denominatiue. vnde in prima quolibeti concedit reſpectus ad extra, qui ſunt in Deo, ſicuti eſt reſpectus omnipotentiæ, creationis, conſeruationis, ꝙ ſunt perfectiones ſimpliciter denominatiue, non autem quidditatiue, quia perfectio ſimpliciter quidditatiue dicitur eſſe voluntas, aut eſſentia, aut intellectus, & ſimilia. Illa verò, quæ dicunt reſpectum ad extra non ſunt perfectiones ſimpliciter quidditatiue, ſed ſunt perfectiones ſimpliciter denominatiue, præexigitiue, oſtenſiue, aut conſecutiue. Sic dicas, quòd æternitas eſt proprietas Dei attributalis, non quidditatiue, ſed conſecutiue, & præexigitiue. Eſt tamen aduertendum, quod quando dicimus, ꝙ modus intrinſecus non variat rationem formalem, non

Quõo reſpectus ad extra ſunt perfectiones.

debet

debet intelligi ratio formalis illius,cui additur,ſed debet intelligi ratio formalis conſtituti per ipſum gradum, & per illud,cui aduenit talis modus:quod probatur: quia, ſi intelligeretur tantum de ratione formali illius,cui aduenit,ſequeretur,quod gradus intrinſecus,& differentia eſſentialis, non differret. quia certum eſt,quod differentia eſſentialis adueniens generi non variat rationem formalē eius, ſicut rationalitas non variat rationem formalem animalis:ex quo ſequitur, quod cum differentia eſſentialis variat rationem formalē eius,quod conſtituitur ex ipſa,& ex eo cui aduenit, vt patet inductiuè in omnibus, & gradus non ſic variat tale conſtitutum per ipſum, quòd differentia eſſentialis eſt alia ab ipſo modo intrinſeco. Quod ſi inueſtiges quare modus non variat rationē formalem eius cuius eſt modus,reſpondetur per propoſitionē ex Scot.deſumptā, ſcilicet quod nihil poſterius eſt cauſa prioris: ergo cum modus intrinſecus ſit poſterior illo cuius eſt,non valebit variare illud prius.

Non bene modus

modus

Quæſtio de exiſtentia Dei.

HIc mouetur quæſtio,an exiſtentia Dei ſit modus intrinſecus eius, vel ſit de quidditate Dei? Aliqui ſunt,qui tenent eſſe modum intrinſecum, & arguunt illis rationibus.Si exiſtētia eſſet de quidditate Dei,tūc ſequeretur,quod tot eſſent perſonæ in Deo,quot eſſent exiſtentiæ.quia multiplicato aliquo multiplicantur quæcunque ſunt de intellectu eius quidditatiuè,quod eſt falſum,quia vna exiſtentia eſt omnium perſonarum. Præterea Scotus 12.quarti quæſtione ſecunda in vltimo dicit, quod infinitas eſt medium ad eſſendum exiſtentiam in diuinis, vt in relationibus diuinis:ergo prius ineſt infinitas in diuinis,& poſt exiſtentia,ſed infinitas eſt modus intrinſecus,ergo & exiſtentia. Tertiò voluit Scotus in prima diſtin. primi, q. 2.quòd non poſſumus frui,neq; cognoſcere aliquam perſonam,niſi cognoſcamus eſſentiā, quæ eſt de quidditate perſonarum:& loquitur de quacunque fruitione, etiā uiatoris, vnde bene contingit frui eſſentia, & illam ſcire ſine perſonis,quia prius ſine poſteriori,benè poteſt terminare

Dubitatio pulchra.

Prima opinio aſſerit exiſtentiā eſſe modū intrinſecum.

Quomodo pſſum⁹ frui eſſentia ſine perſonis.

actum noſtrum. Et ſimiliter vna pſona prior poteſt terminare actum noſtrum, dato, quòd non terminet poſterior. ſed non perſona ſine eſſentia, à pari dicamus, quod nos nō poſſumus aliquid cognoſcere de Deo non cognita ſua quidditate: ergo, ſi de eſſentia Dei eſt exiſtentia, quodcūque prædicatum ſcimus de Deo, ſemper ſcimus exiſtentiā quod tamen eſt falſum. Et ſimiliter non poſſemus cognoſcere vnam perſonam non cognita exiſtentia, quod ſimiliter falſum eſt.

Quō iſta rō facit maximā difficultatem Auctori.

D. Trōbeta tenuit ī ſua expoſitione exiſtētiā ēē modū ītrinſecū. Aliqui præclari Scotiſtæ hāc ſequūtur ſentētiā. ſ. Frāciſ. de May. in 1. diſtin. 23. q. vnica. Barges Met4. Quaproter nonnulli doctores ī gymnaſio ſubtiliū nō uulgares aliā inſeptantur normā qui dixerūt exiſtentiam eſſe de quiddıtate Dei ſ. Magiſter Pariſiēſis Mauritius hyber

Vltimo uolo probare, quod exiſtentia eſt modus intrinſecus. Et præſuppono mihi duo. Primū quod ſcientia abſtrahit ab exiſtentia. patet, quia habeo ſcientiā nunc de roſa, & tamen roſa non exiſtit: ſecundò, quòd de Deo poſſumus habere ſcientiam. patet ex ſecunda q. 2. diſt. primi ſenten. tunc ſic ad impoſſibile. Exiſtētia per ſe, eſt prædicatum primi modi. & prædicatur de deo in primo modo, ergo de Deo non poteſt haberi ſcientia: quod eſt contra ſecundum præſuppoſitum: ergo exiſtentia non eſt prædicatū primi modi. Probatur cōſequentia, quia per primū præſuppoſitū ſcientia abſtrahit ab exiſtentia: ſed à prædicatis primi modi nō fit abſtractio, ergo exiſtētia non erit prædicatū primi modi: vnde quādo nos habemus ſciētiā de Deo hic, non cognoſcimus Deum diſtinctè, & ſub ratione exiſtentiæ, ſed Deum eſſe modo, ſi tu vis, quòd iſta exiſtentia ſit de ſua quidditate, cum abſtrahat ſciētiam, quam habemus de Deo ab exiſtentia. ſequeretur, quòd nō haberemus ſcientiam de Deo, quia nos non cognoſcimus ſuam quidditatem. & ſic cum non cognoſceremus, qđ eſt contra ſecundum præſuppoſitum. Ratio iſta facit mihi maximam difficultatem. Cum iſtis rationibus adduntur duæ aliæ excellentiſſimi magiſtri Antonij Trombetæ, qui tenuit hic in ſua expoſitione, quod exiſtentia eſt modus intrinſecus. Et arguit ſic, illa quæ ſunt communia Deo, & Creaturæ, ſunt eiuſdem rationis, ſecundum doctorem ſubtilem, in primo diſt. tertia & 8. & alibi: ſed ita eſt, quod exiſtentia eſt in Creaturis, & in Deo, ergo ſunt eiuſdem rationis. & tunc vltra, exiſtentia in Creaturis eſt modus intrinſecus ipſarum, & non eſt de conceptu formali earum, vt patet in ſuis dictis: ergo, & in Deo exiſtentia erit modus intrinſecus. Secunda ratio ſua fuit iſta, quæ-

cunque

cunque duo in ſuis conceptibus ſimpliciſſimis, & abſtractiſſimis non ſe formaliter includunt, ſic, quod vnum non ſit de eſſentia alterius, in nullo vno ſic vniuntur formaliter:ſed ita eſt, quod ens, & exiſtentia in ſuis conceptibus ſimpliciſſimis, & abſtractiſſimis non ſe formaliter includunt, ergo in nullo erunt formaliter idem. Maior eſt manifeſta. quia, ſi conceptus non includit formaliter conceptum, vbicunq; iſti conceptus manēt ſecundum proprias rationes, vnus non includit formaliter aliū:quia manente propria ratione formali alicuius, manet eadem identitas, vel diuerſitas ad alium conceptum. Minor autē probatur per Boetium ſuper prædicamēta, qui vult, quod in tantum differt eſſentia ab exiſtentia, quod prædicamenta ſiunt de eſſe eſſentiæ, & non de eſſe exiſtentiæ, alioquin roſa non eſſet in hyeme per ſe in prædicamento.

Alia eſt opinio auctoris, qui tenuit de mente Scoti exiſtentiam eſſe de quidditate Dei, vt patet in ſecunda diſt. primi quæſtione prima. vbi Scot. dixit, quod eſſe, exiſtere, ſiue exiſtentia immediatiſſimè conuenit eſſentiæ diuinæ:& quòd propoſitio, in qua prædicatur eſſe de Deo, non eſt per ſe ſecundi modi: & quod eſt mediatiſſima, ad quā omnes aliæ propoſitiones reſoluuntur, enunciantes aliquid de Deo. Hic reuera nimis apertè loquitur Scotus, nec opus eſt extorquere verba. Præterea Scotus 6. quæſtione quolibet. vult, quod ſicut infinitas eſt modus intrinſecus eſſentiæ, vt eſſentia eſt, ita æternitas eſt modus intrinſecus exiſtentiæ, vt exiſtentia eſt. & concludit ibi ſe reſoluendo, dicens: verum eſt igitur, quod exiſtentia habet modum ſibi intrinſecum, ſicut eſſentia. ſed illud non eſt ni ſi infinitas intenſiua: æternitas autem vt æternitas, non eſt infinitas: modo, ſi exiſtentia ſic habet modum ſicut eſſentia, & utraque habet infinitatem modum ſibi intrinſecum, ſicut igitur eſſentia eſt de quidditate Dei ſic exiſtentia: & vltra, ſi ipſa habet modum intrinſecum quomodo vis quòd ſit ipſa modus intrinſecus?

Ad hoc accedit dictum Dionyſij de diuinis nominibus cap. 5. Deus non quodam modo eſt exiſtens, ſed ſimpliciter, & incircunſcriptiuè: totum eſſe accipit in ſe ipſo, & præaccipit, propter quod dicitur rex ſeculorum: & ſequi-

nicus archiepiſcopus Vigerius epiſcopus Cornelius episcopus. Laurentius ſpatha epiſcop. Coſtacciarius epiſcopus. Licheus Brixienſis Gadius Bimonenſis. Symeo Ardeus Venetus & cū plures alij, uide pro hoc doctiſsimū Paduanum Barolitā in ſuis cōtradictionibus p. 3. Scot. itaq; crederē quod exiſtentia potius ſit de quidditate Dei, formaliter, & poſitiue quā ſit modus ne tamen ſubmitto ſecuriori iudicio.

tur,ipſe eſt eſſe exiſtentibus, & ipſum eſſe exiſtentium: & exiſtens autem ante ſecula: ipſe eſt æuum euorũ, qui eſt ante ſecula. Quam Auctor. pertractans Scot. 6. quæſtione quol. inquit Dico concedendo, quòd Deus eſt exiſtentia ex natura rei, incircũſcripta: hoc eſt infinita intenſiuè, ita quòd magnitudo propriæ exiſtentiæ eſt magnitudo. Si ergo Scotus concedit quòd exiſtentia eſt infinita intenſiuè, ſequitur igitur, quòd habet infinitatem pro ſuo modo. nã dixit, quòd magnitudo propriæ exiſtentiæ eſt infinitas: ex quibus habetur, quòd exiſtentia nullatenus eſt modus intrinſecus. Dicamus, ergo reſolutoriè, cum Scoto & autore noſtro, quòd exiſtentia, eſt de eſſentia Dei: & ad primam rationem reſpondeamus ſic, quando dicitur, quòd exiſtentia eſſet de intrinſeca ratione Dei, tot eſsẽt exiſtẽtiæ: quot ſunt perſonæ: hoc negamus, ſed bene concedimus quod quot ſunt perſonæ, tot ſunt ſubſiſtentiæ, non autem exiſtẽtiæ. Tu dicis multiplicato poſteriori multiplicantur omnia, quæ ſunt de intrinſeca ratione illius, ergo multiplicatis perſonis multiplicabuntur exiſtentiæ. Dico, quòd tantũ hoc eſt verum in Creaturis, vbi cuilibet ſuppoſito correſpondet ſua propria exiſtentia, eſſentia, & indiuiduatio: non ſic autem in diuinis, vbi eſt tantum vna exiſtentia numero, & vna eſſentia numero in omnibus tribus, plures autem ſubſiſtentię. Ad ſecundum, quando dicitur, quod infinitas eſt medium ad eſſendum exiſtentiam, in diuinis: dico, quod iſtud malè adducitur: ſed Scot. vult ibi probare per finitatem, non exiſtentiam Dei, ſed, quod relationes per ſe ſunt, ideſt non in alio: ſi concederetur, quod eſſent infinitæ, conſequentia valeret: ſi infinitæ ſunt, per ſe ſunt, ideſt non in alio, licet antecedens eſt falſum: quia infinitæ non ſunt, admiſſo antecedente ſequeretur, quod non ſunt in alio. Ad tertium dico, quod benè verum eſt, quod non poſſumus cognoſcere aliquam perſonam, niſi cognoſceremus exiſtentiam, quia eſt de intrinſeca ratione ſua. Dicas, quod hoc eſt verum de intellectu diſtinctè concipiente: & verum eſt hoc in ſe, non autem reſpectu noſtri, qui confusè cognoſcimus. Tu dicis, iſte eſt modus viatorum in fruitione, quia non poſſunt frui vna perſona, niſi fruantur eſſentia. Dicas, quod hoc verum eſt, quia eo

Relatio.

modo

modo quo fruimur nos,non poſſumus poſteriori frui, niſi fruamur priori,quod eſt poſſibile nobis cognoſci, quia vero exiſtentia,& eſſentia, vt hæc,nõ eſt poſſibilis a nobis cognoſci non fruimur eſſentia, vt exiſtentia , ſed eſſentia,vt eſſentia eſt.Ad aliud dico concedendo,quòd de Deo non habemus ſcientiam pro ſtatu iſto,quãtum ad exiſtere, poſſumus tamen habere ſcientiam de Deo quantum ad alia prædicata,vt ꝙ eſt intellectus,ſapiens, neceſſe eſſe,& ſimilia,ſed exiſtentia tantum eſt nota intellectui diſtincte concipienti.Tu replicabis,ſcientia abſtrahit ab exiſtentia,ergo poſſumus cognoſcere Deum non cognita exiſtentia.Dicas,quòd hoc eſt verum in nobis . Tu dices,à prædicatis primi modi non ſit abſtractio, & exiſtentia eſt huiuſmodi per te , ergo de Deo non habemus ſcientiam inquantum ſcientia abſtrahit ab exiſtentia.Dicas concedendo, ꝙ non habemus ſcientiã de eo, vt exiſtentiam habet,ſed inquantum ab exiſtentia abſtrahit.Replicabis,ergo non cognoſcimus Deum ſecundum prædicata quidditatiua , dic, quòd verum eſt ſecundum hoc prædicatum quidditatiuum niſi confuſe,quia exiſtentiam,& eſſentiam,vt hæc,hic non poſſumus cognoſcere.Ad rationes Antonij Trombe. dico, ꝙ quæcunque ſunt communia Deo, & creaturis ſunt eiuſdẽ rationis, ſed exiſtentia eſt huiuſmodi : dico, ꝙ aliqua eſſe eiuſdẽ rationis ſtat dupliciter : aut eiuſdem rationis tranſcendentis,aut eiuſdem rationis ſpecificæ, propter hoc, ſi in creaturis exiſtentia eſt modus intrinſecus , non erit in Deo,quia non eſt eiuſdem rationis ſpecificæ,ſed tranſcendentis.Hãc ad eruditiſſimi Trombetæ argumentũ,reſponſionem quam à Licheto in Cõmẽtarijs in 2. quæſt.diſt. 2. 1 .Scoti accepit, ſapientioribus examinãdam relinquo. Ego tamen crederem illam aduerſari doctrinæ Scoti qui in 1.diſt.3. vult modos intrinſecos eſſe conceptus ſimpliciter ſimplices,& ſic in vlteriores conceptus nõ reſolubiles, ita vt ſint de illorum ordine qui etiam iuxta Ariſtotelem, vel totaliter ſciuntur,vel totaliter ignorantur,at ſi creaturæ exiſtentia quæ eſt modus intrinſecus conueniret in aliquo cõi,cum exiſtentia Dei quidditatiue, concludendum ſanè videretur hanc exiſtentiam quæ modus intrinſecus eſt, reſolubilem eſſe in alium conceptum ſuperiorem :

Quõ habemus ſcientiã de Deo pro ſtatu iſto

Reſponſio ipſius Licheti ad rationes Antonij vide ipſum.

Iſta reſponſio eſt cõtraria iudicio meo doctrinæ Scoti dicit eni Scot. & author quid mo-

ideo non eſt aſſerendum quòd exiſtentia Dei ſit eiuſdem rationis cum exiſtentia creaturæ,ſed neganda eſt ſimpliciter minor Trombetæ,quæ vi x vnquam poterit confirmari propter rationem adductam , quia ſcilicet exiſtentia creaturæ eſt conceptus ſimpliciter ſimplex.Solutio etiam ſequens videtur fauere huic meæ ſententiæ. Ad ſecundum licet concederetur maior,tamen ad minorem dico,quòd duplex eſt exiſtentia, aut creata , aut increata , de creata verum eſt , quòd quidditas non includit exiſtentiam , ſed non eſt verum de increata,quòd illud,cuius eſt exiſtentia ideſt Deus aut eſſentia bene includit exiſtentiam, & cum ipſe probat minorem per Boetium , quòd prædicamenta ſiunt de eſſe eſſentiæ, non autem exiſtentiæ, & ſic eſſentia non includit exiſtentiam,eſt verum hoc de exiſtentia creata,quòd ſcilicet eſſentia creata non includit exiſtentiam creatam , & non loquitur Boetius niſi in creaturis : nam Deus nullo modo eſt in genere nec aliquid dictũ de Deo, vt probat Sco. 8.primi. Hæc ſecunda opinio tenetur à Syrecto, à Mauricio hybernico Archiepiſcopo, à Lycheto quondam ſodalitij minorum generali,commentarijs in 6. quæſtio. quotl. & à multis alijs vt eſt videre apud Barolitam Paduanum in ſuis contradict.

Conformatio cum Ariſt.

HIc quæritur,an modi iſti intrinſeci poſiti ſint ab Ariſtotel.& vbi?reſpondebis, quòd vtique poſiti ſunt , & multis in locis.nam Ariſto.ſecundo phyſic.text.comment. 28.ponit modos, ſiue diuiſiones per modos cauſarum per ſe,qui diuerſi modi cauſandi per ſe non ſunt niſi modi intrinſeci.vnde dicitur ibi,uno qui dem modo cauſa dicitur, ex quo fit aliquid cum inſit , ſicut æs ſtatuæ , & iſte eſt modus cauſandi materiæ.Alio autem modo ſpecies, & exemplum .Et iſte eſt modus cauſandi formæ ; ibi Commentator dicit, cauſa dicitur multis modis. Dicitur enim cauſa materialis,& dicitur alio modo cauſa ſecundum formam. Deinde ſubdit Ariſt.in 29 amplius,vnde principium mutationis,principium autem quietis eſt,& exẽplificat,vt pater filij, propter quod dat nobis intelligere cauſam efficiẽtem . Addidit poſt pauca verba , adhuc autem , quemadmodum

di intrinſeci ſunt conceptus ſimpliciter ſimplices,et ita in reſolubiles ĩ alios conceptus at ſi exiſtentia creatura qua eſt modus ĩtrinſecus conueniret in aliquo cõi cum exiſtentia Dei quidditatiue nõne reſolueretur in alium cõceptum ſuperiorem , & ideo non debebat concedere neque aſſerere vllo modo quod exiſtentia creaturæ ſit eiuſdem rõnis cum exiſtentia Dei bene verum eſt quod dicit de maiori propoſitione non autẽ de minori , & ideo ego

modum finis.Et in 30.tex.dixit, cauſæ igitur ferè tot modis dicuntur, ideſt ſecundum quatuor modos cauſarum. ibi ſubdit commentator: cum connumerauit modos quatuor cauſarum, & tu intelligas per ſe, incepit dicere diſpoſitiones eorum ſcilicet modorum. Dehinc in trigeſimo ſecundo textu Ariſtotel.poſuit modos cauſandi per accidens, expeditis modis cauſarum per ſe,& dixit, cauſæ quidem igitur hæ,& tot ſunt ſpecie Modi autem cauſarum numero quidem ſunt multi, vt prius, & poſterius: Et ibi commentator, intendit per modos cauſas, qui diuiduntur per accidentia, & in trigeſimotertio, & in trigeſimoquarto, diuiſit cauſas per modos cauſandi per ſe,& cauſandi per accidens, & per modos cauſandi vniuerſaliter, & cauſandi ſingulariter. Iſtæ autem diuiſiones per modos cauſandi, vt innuit commentator trigeſimoſecundo, eiuſdem libri: diuiduntur per accidentia, vbi appellat modos iſtos eſſe accidentia, quia vtrumque membrum poteſt aduenire cuilibet generi quatuor cauſarum: nec propter hoc variatur illud genus cauſæ, verbi gratia, cauſa materialis poteſt cauſare per ſe, vel per accidens, ſingulariter, aut vniuerſaliter, & tamen ſemper materia cauſabit per ſe ſecundum eſſe materiæ, & non variatur eſſe materiæ. Hoc ſimiliter nos dicimus, quòd modi intrinſeci non variant quidditatem, aut eſſe illius, cuius ſunt, ſiue rationem formalem illius, cui adduntur. Iſto modo etiam intenſio, & remiſſio ponuntur modi intrinſeci apud Scotiſtas,& de intenſionibus,& remiſſionibus bene Ariſto.meminit, vt patet vbique frequenter in dictis ſuis. Similiter Ariſtot.voluit in libro.Met.octauo, commen.10.vbi dixit quòd ſpecies ſunt ſicut numeri ideſt ſpecies habent modũ numerorum. vbi Ariſtot. ponit modos, ſecundum quos ſpecies,& numeri conueniunt: & modos ſecundum quos differunt. Ex hoc patet, quòd malè ſentiunt aliqui, vt Antonius Trombeta, qui dixit quòd Ariſtotel. nullam fecit mentionem de iſtis modis. Iam nos enumerauimus plura loca antedicta. Et vltra hoc dicemus, quòd prædicabuntur in primo modo dicendi per ſe de illo, cuius ſunt, ſed non in primo gradu, quod declarabitur in ſequenti articulo.

ſimpliciter nego minorẽ nec vnquam poterit probari propter rationem dictam quia ſ. exiſtentia creatura eſt cõceptus ſimpliciter ſimplex.

Modi intrinſeci non variant quidditatẽ.

Dubia circa Textum.

CIrca hanc materiam de modis intrinſecis, primò dubitatur num modus intrinſecus habet propriam formalitatem. Sco. enim in 6. q. quotl. cōcedit ꝙ magnitudo, quæ idem eſt, quod infinitas, tranſit in eſſentiam, & manet diſtincta ſecundum propriam rationem, ſic etiam in creaturis magnitudo perfectionis realiter non eſt aliud ab eo, cuius eſt, & tamen manet ſecundum propriam rationem magnitudinis. ſequitur igitur, ꝙ magnitudo habet propriam formalitatem, ſi manet ſecundum propriam rationem magnitudinis. & ſic modus intrinſecus habet propriã formalitatem, & diſtinctam formalitatem: ab eo cuius eſt modus. Ad hoc dico, quod non habeo pro inconuenienti, quòd ſi infinitas dicit propriam rationem diſtinctam ab eo, cuius eſt, quòd talis ſua propria ratio ſit diſtincta ab eo, cuius eſt ex natura rei, non autem realiter, aut formaliter. Dubitatur ſecundo, vtrum modus conſtituat, quia ſi pars affirmatiua ſit vera, ſequetur quòd modus, ſicut infinitas, erit prior deitate ex natura rei: & gradus formæ ipſa forma, cōtra doctorem 17. primi q. 3. dicas cum via cōi Scotiſtarum, ꝙ non eſt modus de intrinſeca rōne quidditatis, & ſic non ſequuntur iſta inconuenientia. ideo alia via, quod ſit de quidditate, ſaluatur cũ maxima difficultate.

Tertiò dubitatur & arguitur contra reſolutionem datam de exiſtentia ex Scoto in 1. quæſt. quotlib. cuius hæc ſunt verba, Cuicunque non repugnat eſſe idem alicui ſubſtantiæ eſſentialiter, illud non conuenit veriſſime illi ſubſtantiæ, niſi conueniat ſibi eſſentialiter, & ſubdit, quòd intellectualitas, & rationale conuenit creaturis eſſentialiter: ſic etiam in Deo intellectualitas ſibi conueniet, tunc arguitur ſic, ſicut intellectualitas in creaturis conuenit eſſentialiter, & ēt in Deo eſſentialiter, ergo ſi exiſtentia in creaturis eſt modus intrinſecus, in Deo erit modus intrinſecus: Reſpondetur quod exiſtentia in diuinis ſolum dicit quidditatem, & formalitatem, ſed nō in creaturis, quia in creaturis eſt modus. Et tunc ad regulã Scoti, ſicut intellectualitas in creaturis eſt de eſſentia, ſicut in Deo: dico, qđ

verum

verum eſt ſi vtrobique verè ineſt.& dicit quidditatem,ſed non poſſumus ſic applicare de exiſtentia creata, & increata,dicendo, quòd vtrobique eſt modus, aut vtrobique eſt de eſſentia, quia non vtrobique vere ineſt, ſed in Deo ſolum eſt de eſſentia, & non in creaturis: ſed intellectualitas vtrobique eſt de eſſentia: ideo, ſi in creaturis eſt modus non propterea erit in Deo modus.

Dubitabitis quare exiſtentia Dei non eſt modus & exiſtentia creatura eſt modus.

Quartò dubitatur vtrum ex modo, & illo cuius eſt modus reſultet conceptus ex ſe vnus? Id eſt vtrum infinitas, & eſſentia faciunt vnum conceptum per ſe. Reſpondetur,quòd ſicut proprietas,& eſſentiæ non ſunt eiuſdem rationis de ſe, ſed diſtinctarum rationum: & ſecundum hoc non faciunt per ſe vnum, paternitas, & eſſentia, quando conſtituunt patrem, tamen ſunt vnum numero propter eſſentiam, quia pater ab eſſentia habet vnitatem, quia illa eſt infinita, & ſic identificat ſibi omnia: ſimiliter infinitas, & eſſentia, licet ſint diuerſarum rationum in ſe: faciunt tamen vnum, & ſunt vnum numero propter eſſentiam, quæ habet infinitatem radicaliter. Hic etiam ſunt quàm maxime conſideranda verba auctoris quando dicit, quòd vbicunque eſt differentia proprie accipiendo, ibi eſt compoſitio. Propter illa enim deſtruitur Achylles Thomiſtarum contra vniuocationem entis. Achylles, & ratio Thomiſtarum formatur iſto modo, ſi ens eſt vniuocum Deo, & creaturæ, ergo Deus erit compoſitus ex ente, & infinitate, quæ eſt modus intrinſecus. Reſpondet Auctor huic rationi, & Achylli, ꝙ non ſequitur compoſitio in Deo, etiam ſi ens ſit vniuocū, quia ens non eſt realitas potentialis, neque infinitas eſt realitas actualis, quia non eſt differentia, propterea non poſſunt facere compoſitionem in Deo, ſed tunc facerent, quando eſſent realitates, quorum vna eſſet potentialis,& altera actualis,quod negatur in propoſito, hinc ſequitur, ꝙ Deus non eſt compoſitus. Dixit Mauritius ſuper verbo Auctoris, quod modus intrinſecus nullam facit compoſitionem. Quintò dubitatur nullam ne faciat modus intrinſecus compoſitionem? Contra hoc enim eſt argumentum difficile, nam ſi modus nullam facit compoſitionem cum illo, cuius eſt modus, ſequitur, ꝙ tantæ ſimplicitatis erit

Reſpondeo quòd hac eſt ratio immediata, quia Deus habet eſſe per eſſentiam, creatura autem per participationē, iō hac propoſitio Deus eſt in primo modo dicendi per ſe, iſta vero creatura eſt nō eſt i primo modo dicendi per ſe, ſed eſt propoſitio modalis.

Deſtruitur Achilles Thomiſtarū contra vniuocationem entis.

Argumentū difficile.

creatura

creatura in conceptu entis, quantæ eſt Deus, quod eſt im poſſibile. Ad hoc cum Scoto in 8. diſtin. 1. quæſt. 3 reſpondetur ꝙ non ſequitur, quia creatura in quocunque eſſe ponatur, ſiue concipiatur, ſemper concipitur limitata, & propter hoc ſemper concipitur compoſita ſaltem compoſitione, quæ eſt ex poſitiuo, & priuatiuo, de qua dictum eſt ſupra, non ſic autem Deus, quia in quocunque conceptu cōcipiatur, ſemper concipitur ſimplex, & ſumme ſimplex.

Sextò dubitatur vtrum modus habeat conceptum, & arguitur quòd ſic: modus eſt formalitas primo modo dicta, igitur ex hoc ſequitur quòd habet cōceptum, ſi habet formalitatem. Reſpondetur & diſtinguitur de formalitate, quia videlicet formalitas primo modo dicta non eſt conceptus per ſe, neque primarius, ſed eſt conceptus cum alio ſiue ſecundarius: quia eſt extra nihil: in tantum, quòd non poteſt per ſe terminare actum intellectus.

Animaduertendum eſt etiam ꝙ hic Doctor non ſoluit primam partem inſtantiæ de potentialitate. inſtantia eſt iſta, & ſi dicas, ſaltem conceptus cōis eſt indeterminatus, & potentialis ad ſpecialem conceptum, vt realitas ad realitatem, vel ſaltem conceptus entis communis, non erit infinitus. prima pars inſtantiæ eſt iſta: ſi tu conceſſiſti, ꝙ iſte conceptus entis eſt communis, & indeterminatus, ergo ſequitur, ꝙ eſt potentialis ad ſpecialem conceptum, & ſic includitur in Deo, ergo in Deo erit aliquid potentia le: ſecundam partem inſtantiæ benè ſoluit Auctor in litera, quæ erit iſta, vel ſaltem conceptus entis communis nō erit infinitus, ſed non primam. Sequitur, ſed dic, vt ſupra notaui: Hic poſſet adduci reſponſio Antonij Trombetæ, qui reſpondet huic cōſequentiæ, quando dicitur, ſi ens eſt indeterminatus conceptus, ergo potentialis ad iſtos modos: ipſe diſtinguit de triplici potentia ſcilicet phyſica, meta. & logica, & dicit quòd ens non dicitur in potentia phy. ad modos, ſed ſolum in potentia metaphy. & vult, quòd potentia metaphy. nihil aliud eſt niſi, quòd ens non includit ipſum contrahens tanquam aliquid de eſſentia ſua. Tunc arguo ſic contra eum, in Deo per Scot. 5 diſtin. pr. quæſt. 2. non eſt potentia, nec quaſi potentia, ſed ſi ens eſſet in potentia metaphyſica ad ſuos modos, & ens includitur

cluditur in Deo,& per te eſt potentiale: ergo potentiale, vel quaſi potentiale eſt in Deo,quod eſt contra Sco.

Ideo aliter reſpondeo,ꝙ nullo modo ens eſt potentiale reſpectu modorum Sed tunc eſt potentiale,quādo modi dicerent actum,& per ſe formalitatem,& ſecundū hoc ſoluitur inſtantia,quam Auctor noluit ſoluere.ſ.eſt communis,& indeterminatus:ergo potentialis,non ualet, qa ens bene eſt indeterminatus conceptus,non tamen potentialis reſpectu modorum,quia omne potentiale eſt reſpectu actus dicentis realitatem,modi autem intrinſeci, nec realitatem,nec formalitatem dicunt per ſe.

Deinde notandum ſuper illo dicto Aucto. Secūdò differunt modus intrinſecus, & differentia:quod non eſt intelligendum,vt verba ſonant, quia ſi ſic, tunc modus , & differentia non different inter ſe.i.ſi finitas non diſtingueret creaturam a Deo, nec ſimiliter differentia ſua poſſet illam diſtinguere a Deo,ſi modus non diſtinguit:dicendū ꝙ Auctor non vult dicere,quòd modi nullo modo uariāt, ſed dicit,quòd non faciunt diſtinctionem eſſentialem , & quidditatiuam modi:cum Deus & creatura, antequā aduenirent modi intrinſeci,ſint diſtincti per quidditates, & ſic modi non diſtinguunt,ſed benè modi diſtinguūt Deū , & creaturam modaliter.i ad quidditatiuam diſtinctionē Dei,& creaturæ,ſequitur diſtinctio modalis eorum, & ſic modus non ſe habet vt differentia. Septimò dubitatur , quia doctor aſſerit in tex. quòd ratio quidditatiua poteſt conuenire habentibus conceptum communem quidditatiuum,& proprium qualitatiuum , ſed ratio formalis, & quidditatiua conuenit, ſiue ſpeciei ſpecialiſſimæ, ſiue ſubalternæ.Hic apparet contradictio Doct.quia ,ſi rō quidditatiua poteſt conuenire omnibus habentibus conceptū quidditatiuum,& proprium qualitatiuum , tunc ens non habebit rationem quidditatiuam,neque Deus,neq; ſubſtantia , vt eſt genus generaliſſimum , quia nullum iſtorū habet conceptum communem quidditatiuum,& propriū qualitatiuum,quia tunc Deus non eſſet ſummè ſimplex : ſoluenda eſt contradictio quia ly,(&),ſumitur diuiſiuè,& non copulatiuè.i.iſta antedicta , & alia non habent ſimul cōceptum quidditatiuum,& qualitatiuum,quia tūc Deus

eſſet compoſitus,& ens tunc nō eſſet ſimpliciter ſimplex, & ſubſtantia haberet conceptum quidditatiuum,qui eſſet ens,& per ſe,eſſet alius conceptus,& ſic modus diceret cō ceptum, quod eſt falſum . Sed eſt hoc dictum intelligēdū diuiſiuè.i. ratio quidditatiua poteſt conuenire omnibus habentibus conceptum quidditatiuum: vt eſt ens,& Deus & ſubſtantia,aut qualitatiuum proprium,vt eſt qualitas, quantitas,ad aliquid:& differentia ut rationale,& ſimilia quæ habent conceptum qualitatiuum, & in quale prædicantur de ſubiecto. Dubitatur octauò ,an detur proceſſus in infinitum,in his diſtinctionibus ex natura rei? Quia,ſi diffinitio,& definitum diſtinguuntur ex natura rei,iſta eſt diſtinctio ex natura rei, tunc quæro de iſta diſtinctione, qua iſta duo diſtinguuntur. vtrum iſta diſtinctio ex natura rei,qua mediante diffinitum,& diffinitio diſtinguuntur eſt idem cum diffinitione,& diffinito,aut diſtincta? non eadē, ergo diſtincta ex natura rei, ergo per aliam diſtinctionē diſtinguitur,& ſic eſt proceſſus in infinitum in iſtis diſtinctionibus ex natura rei. Ad hoc reſpondeo, quòd non datur proceſſus in infinitum in iſtis diſtinctionibus ex natura rei, per regulam Sco in 2.diſt.1 q.5.& ratio eſt,quia vna diſtinctio eſt eadem realiter alteri. probatur omnis il la relatio eſt eadem realiter fundamento, cuius fundamentum non poteſt eſſe ſine termino,& quia prima diſtin ctio non poteſt eſſe ſine ſecunda quæ eſt terminus, & eſt idem realiter per ſe, ſicut diffinitum eſt idem realiter dif finientibus Hinc eſt,quòd tertia eſt eadem realiter primæ,& non diſtinguitur a prima,& ſic non datur proceſſus infinitus in iſtis diſtinctionibus realiter diſtinctis.nam pri ma eſt fundamentum , ſecunda eſt terminus, tertia,qua prima diſtinguitur a ſecunda identificatur realiter cum prima,quæ eſt fundamentum, & ſic non datur proceſſus infinitus in iſtis diſtinctionibus. Vltimò dubitatur an iſta diſtinctio ſit realis, quia extrema non ſunt diſtincta realiter,quod videtur cōtra Sco.d.3.primi. Dico,ꝙ iſta diſtinctio eſt relatio realis, & tamen extrema nō ſunt diſtincta realiter,ſed nota, ꝙ duplex eſt relatio realis,aut completa,& tunc habet extrema realia realiter diſtincta,& conſurgit ex natura rei.& iſto modo hæc diſtinctio nō eſt rela-

An detur proceſſus in his diſtictionibus ex natura rei.

tio

tio realis,ſed iſta eſt relatio realis incompleta. quia vide licet habet extrema realia,& conſurgit ex natura rei,uel dicas,ꝙ Sco.in 3.primi non dicit,ꝙ relatio realis hoc requirit,ꝙ habeat extrema realia,ſed dicit ſufficit habere extrema realiter diſtincta.nam dãtur relationes,& tamẽ extrema non ſunt realiter diſtincta. ſicut quando idem mouet ſeipſum,aut voluntas vult ſeipſam,& tamẽ extrema non ſunt diſtincta realiter.

TEXTVS.

Quantum ad tertium articulum, in quo videndum eſt de identitate, & diſtinctione formali, ſunt aliqua notanda. Primò notandum eſt, quòd formalitas venit de formali, & formale de forma. Forma autem dicitur multipliciter. Vno modo dicitur forma, prout eſt altera pars compoſiti, & tunc appellatur forma partis. Alio modo poteſt accipi pro forma totius, videlicet pro tota ipſa natura abſtractiuè ſumpta,ſicut humanitas dicitur forma totius,nõ per informationem materiæ,ſed qua ſuppoſitum eſt quidditatiuè homo. Forma primo modo dicta eſt per ſe terminus formalis generationis, ſed forma ſecundo modo dicta eſt terminus per ſe primus, & adæquatus ipſiuſmet generationis. Alio modo dicitur forma de omni ſubſtantia immateriali, eo modo quo Deus, & intelligentiæ dicuntur formæ. Alio modo accipitur pro forma accidentali. Alio modo accipitur pro qua cunque ratione, ſub qua ex natura rei aliquid poteſt concipi. Et ab iſta forma vltimo modo ſumitur formalitas, de qua hoc intendimus: vnde

Art. 3. vnde formalitas, & formale.

Forma diuerſimodè ſumitur.

licet ab vtraque forma proportionaliter nominetur formalitas, non tamen ſic intendimus hoc de ea. Ideo formalitas hoc modo intenta, nihil aliud eſt, quàm ratio obiectiualis, ſub vnaqueque res cõcipi poteſt ex natura rei, & dicitur formalitas à forma iſto modo, propter ſimilitudinem quam habet cum forma primo modo, & ſecundo modo dicta: quia ſicut forma illis duobus modis capta eſt ratio cognoſcendi rem cuius eſt, ita etiam forma, vel formalitas hoc vltimo modo dicta. Secundò eſt notandum, quòd hæc dictio formaliter eſt modalis dictio aduerbialis, & determinatiua, & ſumitur quinque modis, vt ait Franc. in 1. diſt. 8. Primis tribus modis ſumitur, vt dicit determinationem copulæ propoſitionum primi modi per ſe, ut cum dicitur primo modo, homo formaliter eſt animal, ſecundo modo, homo formaliter eſt rationalis: tertio modo, homo formaliter eſt animal rationale. Quarto modo ſumitur formaliter, vt notat formam, vel determinationem alicuius per denominationem intrinſecam ipſum denominantem: vt, homo formaliter eſt riſibilis: homo formaliter eſt albus, & ſic de alijs. Quinto notat actum, vel operationem: quo vel qua quis agit, vel patitur, vel operatur: vt cum dicitur, Petrus intellectione formaliter intelligit, viſione formaliter videt, & ſic de alijs. Tertiò notãdum, quòd quadruplex eſt prædicatio. Prima eſt quidditatiua, & formalis, vt eſt primus modus dicendi per ſe, & hæc habet quatuor gradus. Primus gradus eſt, quãdo per ſe ſuperius in quid prædicabile prædicatur de ſuo

Formalitas 5. modis dicitur.

Prædicatio quadruplex 1. modus dicẽdi per ſe, et ei⁹ gradus quatuor.

per

per ſe inferiori,vt quando ens prædicatur de Deo, et creatura,vel genus de ſua propria ſpecie,uel ſpecies de ſuo proprio indiuiduo. Secundus gradus, quando prędicatum intrinſecum dicens quale,prędicatur de illo cui conuenit intrinſecè,vt differentia de definito, vel modus intrinſecus de conſtituto per ipſum,ſecundum illam opinionem, quam ſuperius recitaui in præcedenti articulo.Exemplum primi membri huius ſecundi gradus, vt homo eſt rationalis.Exemplum ſecundi, vt Deus eſt infinitus,vel eſſentia diuina eſt infinita. Notandum tamen eſt,quòd rationale ſumitur dupliciter. Vno modo, vt conſtituit tanquam pars formalis, nec iſto modo dicit aptitudinem,ſed eſt differẽtia, vel tenens modum differentiæ. Alio modo, vt dicit aptitudinem ratiocinandi,& ſic eſt propria paſſio nec iſto modo facit prædicationem quidditatiuam quia nulla aptitudo pertinet ad primum modum dicendi per ſe.Prædictam diſtinctionem ponit Fr. ſuper Por.c. de differentia. Tertius gradus eſt, quando tota ratio intrinſeca prædicatur de ſuo cõſtituto,vt quando diffinitio prædicatur de diffinito vt homo eſt animal rationale.Quartus gradus eſt, quando idem prædicatur de ſeipſo,vt homo eſt homo.Et capitur hic prędicatio quidditatiua, vt diſtinguitur contra prædicationem in quo prædicatur aliquid extraneum,quia vt dicit Boetius,hæc propoſitio,homo eſt homo,non eſt propriè quidditatiua prædicatio, quia nihil idem omnimodè eſt de quidditate ſuiipſius,ſed largè eſt quidditatiua, prout diſtinguitur contra denominatiuam, & iſti

Rõnale duobus modis ſumitur.

qua-

quatuor gradus faciunt primum modum dicendi per ſe.

Aſſignautur etiam alij tres ab Ariſto.1.poſteriorum.t. c. 9. Et ſic ſecundus modus dicendi per ſe, eſt quando propria paſſio prædicatur de ſuo ſubiecto : & iſte modus habet duos gradus. Primus eſt, quando adæquata pasſio prædicatur de ſuo adæquato ſubiecto primo, vt homo eſt riſibilis. Secundus gradus eſt, quando paſſio adæquata ſuperiori de per ſe inferiori ad ſubiectum prædicatur, vt Sortes eſt riſibilis. Tertius modus non eſt prædicandi, ſed eſſendi : & iſto modo omnia per ſe ſunt, quæ per ſe & non in alio exiſtunt, ſicut Deus & omnes primæ ſubſtantiæ, quia nullo modo ſunt in alio.

Quartus modus dicendi per ſe, eſt quando effectus formalis prędicatur de aliquo mediante ſua cauſa formali, vel quando actus profluens, id eſt progrediens à cauſa formali, dicitur de effectu formali mediante cauſa formali, vel quando effectus prędicatur de ſuo immediato principio productiuo. Exemplum primi, vt homo albedine eſt albus. Exemplum ſecundi, vt album albedine diſgregat: calidum calore calefacit. Exemplum tertij, Intellectus intelligit, voluntas vult, & ſic de alijs. Sed hic inſurgunt duę difficultates. Prima eſt, in quo modo dicendi per ſe ſunt propoſitiones, in quibus prædicantur per ſe inferiora de ſuis ſuperioribus, vel paſſio inferioris de ſuperiori ad ſubiectum talis paſſionis. Dico breuiter contra multos, quòd tales prędicationes nullo modo ſunt per ſe.

ſe: licet enim tales diffinitæ vel particulares ſint neceſſariæ, non tamen ſunt per ſe. Probatur dupliciter ex intentione Philoſophi. Primò, quia dicit Philoſophus quòd propoſitiones per ſe non cõuertuntur: quòd non debet intelligi quòd non conuertuntur abſolutè, cum conuerſio ſit adæquata paſſio propoſitionis, ſaltem categoricæ, ſed debet intelligi, quòd non conuertuntur in alias propoſitiones per ſe, ſed iſta eſt per ſe, homo eſt animal: ergo iſta non erit per ſe, animal eſt homo: & idem eſt iudicium de omnibus alijs talibus. Secundò probatur, quia dicit Philoſophus quòd per ſe infert de omni, ita quòd à propoſitione per ſe ad propoſitionem de omni, eſt bona conſequentia: ergo ſi iſta eſſet per ſe, animal eſt homo, iſta eſſet bona conſequentia, animal eſt homo, ergo omne animal eſt homo: conſequens falſum, ergo illud ex quo ſequitur, videlicet quòd iſta ſit per ſe, animal eſt homo. & idem dico de iſta, animal eſt riſibile, & de omnibus talibus.

Secunda difficultas, in quo modo dicendi per ſe ſunt iſtæ propoſitiones, homo albus eſt homo albus, homo albus eſt homo, homo eſt homo albus, & ſimiles. Reſpondeo breuiter quòd nullo modo ſunt per ſe. Pro cuius declaratione ampliori, noto tres regulas optimas quæ habentur à Scoto in 1. diſtinct. ij. in materia de propoſitione per ſe nota, & in tertio, diſtinctione ſeptima & vigeſima ſecunda.

Prima regula eſt, Quòd de ratione in ſe falſa nihil verè & affirmatiuè prædicatur, nec ipſa de

aliquo prędicatur, immo nec ipſa de ſe ipſamet. Iſta enim non eſt vera, homo eſt homo irrationalis, homo irrationalis eſt animal, homo irrationalis eſt homo irrationalis; nulla illarum eſt vera, & ſimile eſt iudicium de omnibus alijs.

Secunda regula eſt, Quòd de illo quod eſt in ſe ens per accidens, nihil per ſe prędicatur, nec de aliquo ipſum per ſe prędicatur, imo nec idem de ſeipſo. Nulla enim iſtarum eſt per ſe, homo quantus eſt homo, Sortes eſt homo quantus.

Tertia regula eſt, Quòd de conceptu per accidens ſiue contingenti nihil neceſſariò prędicatur, nec ipſe de aliquo, nec idem de ſeipſo. Exemplum huius regulę eſt, cùm homo niger dicat conceptum contingenter vnum, nulla iſtarum eſt neceſſaria, homo niger eſt homo, homo eſt homo niger, homo niger eſt homo niger. Prima regula ſic poſſet perſuaderi, & breuiter: quia ſi iſta eſſet vera, homo irrationalis eſt homo irrationalis, de qua magis videtur, tunc ex vero ſequeretur falſum. Probatur ſic, quia benè ſequitur homo irrationalis eſt homo irrationalis, ergo homo irrationalis eſt homo, à parte in modo ad ſuum totum, & vltra: ergo homo eſt homo irrationalis per conuerſionem, & vltra: ergo homo irrationalis, & irrationale eſt homo, ſed omnia iſta ſunt falſa: ergo & iſta propoſitio, ex qua omnia iſta illata ſequuntur, ſcilicet homo irrationalis, eſt homo irrationalis, eſt falſa, quod eſt propoſitum. Secunda & tertia regula ſimul probantur per probationem tertiæ: quia ſi iſta eſſet neceſſaria vel per ſe, homo niger eſt

ger eſt homo niger, ex neceſſario ſequeretur contingens, quod eſt falſum, vt probatum eſt in conſequentis. Probatur tamen conſequentia, quia benè ſequitur homo niger eſt homo niger: ergo homo niger eſt homo, à parte in modo ad ſuum totum, & vltra conuertendo: ergo homo eſt homo niger, & vltra: ergo homo eſt niger à parte in modo etiam ad ſuum totum: Omnes iſtę propoſitiones illatę ſunt contingentes: ergo & iſta, homo niger eſt homo niger, eſt contingens, & per conſequens non neceſſaria nec per ſe: & intelligo per ſe in primo modo vel ſecundo modo dicendi per ſe, & ſic manēt regulę infallibiliter vera. Et ſi arguatur quòd in iſtis, homo niger eſt homo niger, homo albus eſt homo albus, eſt prędicatio eiuſdem de ſeipſo, ergo tales propoſitiones ſunt per ſe & neceſſariæ:

Dico breuiter, quòd quando dicimus quòd prędicatio eiuſdem de ſeipſo eſt per ſe & neceſſaria, intelligendum eſt de prædicatione, in qua non prædicatur ens per accidens, vel non ſubijcitur: & ſic patet reſponſio ad difficultatem.

Annotatio in Textu.

QVantum ad tertium articulum, notat Auctor formā multifariam dici, tamen nos dicamus ſic, quod forma vno modo poteſt accipi pro forma partis, & dicitur forma partis, quia non prædicatur in recto de compoſito ex materia, & forma: vnde iſta conſtructio eſt intranſitiua, forma partis, ideſt forma, quæ eſt pars ſecundo modo accipitur, pro forma totius, & iſta eſt tertia entitas, & per iſtam nihil informatur, ſed eſt illud, mediante quo aliquid quidditatiuè eſt tale, & de hac loquitur Scotus 5.

Forma ſubſtātialis qua homo habet eſſe hominē eſt forma partis, ideſt eſt altera pars compo-

ſiti quod eſt homo. diſtin. 1.q.vbi vult quòd eſſentia diuina non eſt forma informans,ſed eſt forma,mediante qua,aliquid eſt tale.vnde ſicut datur forma totius, ita datur materia totius,quæ eſt principium indiuiduationis:& iſta non eſt materia,ſed vocatur materia propter ſimilitudinem: quia ſicut materia, quæ contrahit totum, vocatur materia partis, ita materia totius ſcilicet differentia indiuidualis,-quæ contrahit totum, vocatur materia totius: vnde materia eſt primo diuerſa à forma totius, quia materia totius nec de aliquo prædicatur quidditatiuè,nec includit prædicatum quidditatiuum. Quidditas verò, & prædicatur quidditatiuè,& includit prædicatum quidditatiuum. Alio modo accipitur forma pro Deo, & intelligentijs. Alio modo accipitur pro forma accidentali. Alio modo pro quacunque ratione, ſub qua ex natura rei aliquid concipitur: & ab iſta dicitur formalitas. Alio modo accipitur pro Ideis,quæ ſunt formæ, & rationes ſecundum quas aliquid eſt formabile ad extra, eo modo, quo loquitur Auguſt. in lib. 83. quæſtio. Alio modo accipitur forma pro ſpecie intelligibili. Alio modo accipitur forma pro partibus diffinitioni: maximè cùm Scotus dicat 22. diſtinct. tertij, quòd omnes partes diffinitionis ſunt formæ de mente Ariſtotelis.

Conformatio cum Ariſt.

Forma primo modo dicta, quæ eſt pars compoſiti habetur ab Ariſt. in vltimo pri. phyſic. & 7. & 8. Metaphy. Forma, quæ eſt quidditas, & forma totius, habetur ab Ariſt. tertio phyſic. text. comm. 17. ſemper exiſtimabitur aliqua ſpecies mouens,ideſt agens, quia illa forma totius eſt mediāte qua agens agit:& qua agens aſſimilat ſibi paſſum,& tale in quo aſſimilat eſt ipſa natura,& forma toti*. Forma pro intelligentijs habetur ab Ariſto. 12. Metaphy. text.comment. 51. in his, quæ materiam non habent, id quod intelligit,intellectuſque ipſe non diuerſum erit. & loquitur de intelligentijs. has igitur appellat materiam non habere, & ſic ſunt formæ. idem habet Comm. prim. phyſic.vltimo comment.formæ aliæ in materia, aliæ non in ma-

in materia, & hæ ſunt de quibus conſiderat ſcientia, quæ loquitur de ente ſimpliciter. idem 12. Metaphyſi. text. comment. 25. & ſecund phyſic. text. comment. 26. Quòd verò Deus ſit forma, vide Ariſtot. 12 Metaphy. tex. commen. 30. vbi vult, quòd oportet, vt principium ſit tale, cuius ſubſtantia eſt actus. Forma accidentalis habetur ab Ariſtot. 5. phiſi. text. comment. 12. Alius verò modus, vt ſit aliud ſubiectum, cui accidit tranſmutatio, & transferatur ad aliam formam, ecce forma accidentalis. & dat exemplum, vt homo de ægritudine in ſanitatem. idem habet Comment. ſecund. phyſic. text. comment. 13. formæ artificiales, licet ſint accidentia, in corporibus naturalibus tamen conſtituunt res artificiales, ſecundum quod ſunt artificiales. Idem ſecundo de anima comment. 8. Forma vltimo modo accepta, ſub qua ex natura rei aliquid concipitur, à qua accipitur formalitas, habetur ex 9. Metaphy. text. commen. 20. vbi vult quod vnumquodq; agens agat inquãtum forma, & quia illud, quod intelligitur, agit intentionaliter, hinc eſt, quod ratio, ſub qua aliquid intelligitur, eſt forma.

Deus benedictus eſt forma extrinſecus perficiẽs ſicut Dominus eſt forma ſerui. non ergo eſt forma informans per formalẽ inhærẽtiam ſicut multi rudes et profani dicere conati ſunt. nã hoc nõ decet Dei celſitudinẽ vide Zim. Theor. 93. vel Deus eſt forma quia ẽ puriſſimus actus cui nulla eſt admixta potentia.

Conformatio cum Ariſt.

NOtat Auctor, quod formaliter dicitur quinque modis, primis tribus modis ſumitur, vt dicit determinationem copulæ propoſitionum primi modi per ſe. Hoc ſumptum eſt ex Ariſtot. 7. Meta. tex. comm. 35. vbi dixit, quod partes diffinitionis, & rationis ſun, formæ, ergo animal & rationale, quæ ſunt partes diffinitionis, iure formales determinationes poſſunt dici, vel formaliter determinare copulam. Tota diffinitio forma appellatur, & quod quid eſt apud Ariſt. 7. Metaphy. tex. comm. 20. quod quid eſt idem cum eo, cuius eſt, quod quid eſt ideſt diffinitio, quidditas, & forma eſt idem cũ diffinito. hoc tenet. 7: Met. ta. t. c. 21. & 3. Metaphy. t. c. 3. ergo tota diffinitio poteſt eſſe dictio terminans formaliter copulam. Idẽ tenet 7. Metaphy. 1. co. 35. quælibet pars diffinitionis eſt forma, tota verò totius, ideſt tota diffinitio eſt forma totius, ideſt diffiniti. Quarto modo formaliter accipitur, vt eſt

Hac forma partis dicit quidditatẽ eius cuius eſt forma.

Forma totius eſt illa quæ explicat, & conſequitur totã quidditatẽ eius cuius eſt forma,

vt humanitas dicitur forma totius Platonis quia cõſequitur totam quidditatẽ ipſius Platonis, et hoc eſt quod dicebat noſter Tartaretus in logica mag ſcilicet quòd homo prædicatur de ſuis indiuiduis vt totum.

determinatio formalis accidentis proprij, vel communis. Hoc habetur ab Ariſt. 9. Meta. t. c. 11. & 7. tex. c. 49. forma diſtinguit: ſed riſibile diſtinguit nos ab omni alio: ergo eſt forma: & à Porphyrio ponitur, quòd prædicatur in quale: ergo, vt forma, & ſic eſt determinatio formalis: Vel accidentis communis, vt homo formaliter eſt albus, patet 5. Metaphyſi. tex. comment. 19. vbi dicit actus & qualitas idem ſunt. ergo qualitas, ideſt albedo eſt forma: & ſic poteſt eſſe determinatio formalis. Quinto modo formaliter accipitur, vt notat actum, vel operationem, qua quis agit vel patitur, uel operatur, & hoc clarum eſt: nam omnis operatio, & actus ſunt formæ, vel forma, quia operatio facit nos cognoſcere formam, vt dicitur in lib. Phy. & qui tollit operationẽ à rebus tollit formas, per con. actus ſimiliter, & forma apud Ariſt. confunduntur, ut patet ſeptimo Meta. optime dici poteſt determinatio formalis, quando notatur actus, uel operatio. Idem habetur in lib. Poſt in c. de per ſe, ubi loquitur de quarto modo perſeitatis.

Conformatio cum Ariſtotele.

Duplex eſt prædicatio prima dicitur quidditatiua, & formalis, dicitur autem quidditatiua quia explicat quidditatem ſubiecti. Dicitur formalis quia eſt per formas ſ. Genericam et ſpecificam.

NOtat Auctor, quod in prædicatione quidditatiua, & formali ſunt plures gradus. & primus eſt, quando ens prædicatur de Deo, & Creatura. Auctor voluit hanc eſſe quidditatiuam prædicationem: ſed nunquid hoc dixiſſet Ariſt? Reſpondeo, quòd Ariſt. nunquam dixiſſet ens prædicari de Deo, vt genus, vt patet per eum Metaphy. tex cõmm. 9. ex quo textu habetur, quòd ſi idea poneretur propter ſimplicitatem non poſſet diffiniri: multo magis Deus non poſſet diffiniri propter ſimplicitatem eius: ſequitur igitur ex auctoritate eius, quòd nihil eſt dictum in quid de Deo: & vltra, quod nihil dicitur de Deo, vt genus: quia quicquid habet genus, habet diffinitionem. Et tamen docuit ſecund. Metaphy. text. comment. 4. veritatem dici de Deo, & Creatura vniuocè: ſicut ſupra in pri. articul. diximus, principia ſempiternorum eſſe veriſſima & in hoc docuit ens dici vniuocè de Deo, & Creatura: quia ſubdit ibi in ſecundo, ſicut vnumquodq; ſe habet ad

eſſe,

eſſe,ita ad veritatem,patet etiam ſecundum eum, quod ſi ens dicatur de Deo, quòd hoc erit in quid: ergo in iſtis docuit implicitè aliquod prędicatum tranſcendēs dici in quid:& non eſt genus, neque diffinitio:ergo ens,& ſic ens prædicatur in quid. Docuit etiam idem aliquo módo 4. Topic.in fine:ſi ſequitur aliquid ſemper, & non conuertitur,difficile eſt ſeparare,quod non ſit genus:& ſubdit, poteſt vti eo vt genere,quod ſemper eſt conſequens,cùm nō conuertatur: quaſi dicat, hoc expedit opponenti: & ſubdit deinde:alio autem protendente nō in omnibus obedire quia dicit hoc expedit reſpondenti,non concedere omne conſequens non conuertibile,eſſe prædicatum, vt genus,& ſi non loquitur de prædicato dicto in quid,non haberet apparentiam illud, quod ipſe docet opponentem vti tali,vt genere:ergo innuit ibi,quòd aliquod eſt prædicatum in quid,non vt genus. Et quòd loquitur de prædicatione in quid, patet per exempla ſua, tranquillitas eſt quies, prædicatio enim in abſtractis,non eſt in quale, vel denominatiua,ſed in quid, ergo ens in quid prædicatur, & ſic primus gradus prædicationis quidditatiuè eſt,quando ens prædicatur quid de inferioribus.

Hic ponuntur aliqua dubia.

Primum ſit iſtud.

Quia dictum eſt, quod vnus inter gradus primi modi dicendi per ſe eſt,quando ſpecies prædicatur de ſuo proprio indiuiduo. Quæro, an iſta ſit per ſe, ſortes eſt homo? & arguitur, quod non,& Prima ratio eſt, ſi eſt per ſe,ergo de omni, ſed non eſt de omni,ergo non eſt de per ſe,tenet prima conſequentia per Ariſtot. per ſe infert de omni. Secundò arguitur ſic, propoſitiones per ſe ſunt æternæ neceſſariæ, quia præcedunt determinationem diuinæ voluntatis, ſed iſta non eſt æterna,ſortes eſt homo, ergo non eſt per ſe. Tertiò Ariſtot. in 1.poſter. quòd primus modus dicendi per ſe, eſt quando tota diffinitio, vel partes diffinitionis prædicantur de diffinito, & exemplificat, vt lineæ in eſt punctus, punctus eſt de

An iſta ſit per ſe, ſortes eſt homo?

eſſentia lineæ, ſinea eſt de eſſentia trianguli, omnia iſta ſunt partes diffinitionis. ſed, cum homo non ſit tota diffinitio, nec pars diffinitionis reſpectu ſortis, quia nec genus, nec differentia, ſequitur, quòd illa non eſt in primo modo dicendi per ſe, ſortes eſt homo, & ſimiles. Quartò de ſingularibus non eſt ſcientia: vnde Porphy. dixit quod derelinquenda ſunt ab arte, in capite de ſpecie, neque eorum poſſe fieri diſciplinam. Propterea Ariſtotel. non meminit de propoſitione ſingulari in libro Priorum, vt dicunt expoſitores Græci: ideo in Prædicamentis non ponitur indiuiduum ſignatum, ſed vagum, vt aliquis homo. Alia eſt opinio Scoti in libro Perihermenias, quòd de iſta propoſitione poteſt haberi ſcientia, ſortes eſt, Cæſar eſt: eſto, quòd non exiſtant: & poſſunt ſciri, & deffiniri, & ſortes, & Cæſar poſſunt eſſe ſubiecta propoſitionum modorum dicendi per ſe: vnde vult in ſeptima quæſtione illius libri, quòd ſortes, & hic homo non exiſtunt. Quia ponere, quòd ratio communis attribuitur alicui exiſtenti, eſt ponere ideas Platonis, ideſt ponere, quod ſortes exiſtens includit hominem, eſt ponere ideas, ſed accipitur ſortes, & hic homo, vt ſuppoſitum hominis: & non vt exiſtens eſt, quia vt de eo fiunt demonſtrationes, & in prædicamento ponitur, & vt diffinitur abſtrahit ab exiſtentia, & accipitur, vt habet eſſe cognitum, & vt ab intellectu concipitur: & tunc dicit, quòd ſuppoſitum eſt natura concepta apud intellectum, non dicibilis de pluribus, & quòd res exiſtens, vt habet eſſe cognitum concipitur eodem modo, ſicut quando non eſt exiſtens: patet ex Ariſto. 1. Poſt. text. c. 20. vbi tenet, ꝙ de his, quæ frequenter fiunt, & quando non exiſtunt, poſſunt fieri demonſtrationes. Præterea Porphy. in communitatibus prædicabilium ſemper ſortes eſt homo: & ſemper eſt rationalis. Tunc ad argumenta. Ad primum, ſortes eſt homo, eſt per ſe, propoſitio, ergo de omni, negatur conſequentia: ſed tunc valet, eſt de omni: ergo de per ſe, qñ ſubiectum eſt capax concluſionis, modo non eſt ſic in propoſito. Ad ſecundum dico, ꝙ eſt æterna, accipiendo ſortem vt habet eſſe cognitum, & non eſſe exiſtentiæ, quia ad hoc quod propoſitio ſit vera, non requiritur ꝙ ſubiectum pro aliquo ſupponat, ſed ſufficit, quod habeat

Solutiones argum.

beat

beat eſſe cognitum,& ſic erit æterna iſta propoſitio ſortes eſt homo.Et ſi dices contra,intellectus creatus poteſt deficere,ergo non erit æterna. Dico licet creatus deficeret, ſed non increatus deficiet,ideſt intellectus Dei, & ſic iſta propoſitio habet eſſe cognitum, quod eſt in mête diuina, & tale nunquam corrumpitur: vnde res cognita participatiue, & obiectiue habet tale eſſe, quale habet cognitio, propter quam cognoſcitur, ſed cognitio Dei eſt æterna, ideo talia ſcibilia ſunt æterna.Ad tertium dico,ꝙ quando tota diffinitio complexa ex genere,& differentia, vel pars diffinitionis,vt eſt genus ſolum,aut differentia ſolum,prædicatur de diffinito, eſt primus modus in aliquo gradu. Sed, quando ſuperius prædicatur de per ſe inferiori, eſt prædicatio in primo modo, ſed non in illo eodem gradu. Ad quartum concedo, quòd ſingularia ſunt relinquenda ab arte: & de eis non habetur ſcientia,& in prædicamentis non ponuntur, ſcilicet vt exiſtentia ſunt talia ſingularia. Alio modo conſiderantur non vt exiſtentia, ſed vt habent eſſe cognitum,ſic de eis habetur ſcientia,& pertinent ad artem: & ponuntur in prædicamento, & habent conditiones ſcibilis per ſe non primo.

Intellectus Dei optimi maximi nũquam deficiet.

Prædicamẽta abſtrahunt ab exiſtentia, & illa quæ in prædicamẽto ponuntur conſiderantur vt habent eſſe cognitum.

Dubium ſecundum.

QVartus gradus primi modi dicendi per ſe, eſt quando prædicatur idem de ſeipſo,vt homo eſt homo. Et capitur hic prædicatio quidditatiua, vt diſtinguitur contra prædicationem in qua prædicatum eſt extraneum ſubiecto. quia,vt dicit Boetius, largè eſt quidditatiua quia nihil idem eſt de quidditate ſui ipſius. Hic moueo quæſitum,an iſta ſit prædicatio. Homo eſt homo? & videtur ꝙ non: Primò, quia ſi iſta eſſet prædicatio, homo eſt homo, ſequeretur, quod ſyllogiſmus poſſet conſtare ex duobus terminis: quod eſt contra Ariſtotel. prim. Prior. Secundò Ariſtot. ſecundo Topic. cap. 19. habet pro inconuenienti, quòd idem de ſe ipſo prædicetur. Et verba ſua ſunt iſta, ſi quis gaudere ei, qđ eſt lætari, ponet accidere, idem ſibi ipſi dicet accidere, id eſt, ſiquis dicet gaudere eſt lætari, dicit quod idem prædicatur de eodem, ergo ipſe habet pro inconuenienti, ꝙ idem de eodem prædicetur.

De hac prædicatione eiuſdem de ſe ipſo vide pri. Top. c. 7.

tur.Tertiò,Ariſto.7.Meta.text.c.59. dixit,quòd quærere propter quid muſicus homo, muſicus homo eſt, nihil eſt quærere. nam, quod quid eſt, propter quid ipſum eſt ipſum,nihil eſt quærere: ex hoc patet, quòd non vult,quod idem prædicetur de ſe ipſo. Quartò, iſta propoſitio aut eſt accidentalis,aut eſſentialis, ſed nec ſic, nec ſic: ergo non eſt propoſitio: quòd non ſit accidentalis patet, quia idem ſibi ipſi non accidit,quòd non ſit eſſentialis probo,quia nõ eſt in aliquo modo dicendi per ſe. Quintò, propoſitio eſt pro alio poſitio: ſed hic non eſt aliud,quod prædicetur de alio, ſed idem de ſe ipſo: ergo non eſt propoſitio. Sextò Ariſt.5.Met.text.c.23. hominis multæ ſunt cauſæ: quare homo eſt homo, nulla eſt cauſa: ergo homo eſt homo, nõ eſt propoſitio. In oppoſitum arguitur, quòd quando prædicatur idem de ſe ipſo, eſt propoſitio, & primò Boetius, nulla eſt verior propoſitio,quàm illa, in qua idem prædicatur de ſeipſo. Præterea Ariſt.1.Top.cap.7. idem teſtatur, & verba ſunt, vnumquodque enim talium ſiue idem de eodem dicatur, ſiue genus de hoc eodem, quid eſt ſignificat: ecce apertè quòd idem de ſe ipſo prædicari poteſt.Sed hic debes plures diſtinctiones de propoſitione notare. Quarum prima ſit iſta,ſecundum Aucto. duplex eſt propoſitio: vno modo quidditatiua,& eſſentialis propriè, & ſic iſta nõ eſt quidditatiua, quia nihil idem eſt de quidditate ſui ipſius. alio modo propoſitio capitur ſuſo nomine: & ſic iſta erit quidditatiua,in qua idem de ſe ipſo prædicatur. Secunda diſtinctio, duplex eſt propoſitio: vno modo habens extrema diſtincta ratione: alio modo habens extrema diſtincta realiter: aut ſaltem aliqua alia diſtinctione ſecluſo opere collatiuo intellectus. Tertia diſtinctio, duplex eſt propoſitio: vno modo vt deſeruit demonſtrationi,& ſyllogiſmo, &, vt eſt vtilis. Alio modo vt non deſeruit demonſtrationi,ſiue ſyllogiſmo, & eſt inutilis. Quarta diſtinctio, propoſitio poteſt capi dupliciter, ſecundum quod notat nimis apertè Commen.7. Metaph. text.comment.59.quod duplex eſt prædicatio,vna eſt naturalis,alia innaturalis: naturalis vt homo eſt animal:innaturalis vt homo eſt homo. His habitis potes applicare ad argumenta in oppoſitum quamcunque ſolutionem,

& di-

& diſtinctionem volueris. Et tunc ordinate ad primum dicas, quòd homo eſt homo, non eſt propoſitio, nec prædicatio deſeruiens ſyllogiſmo ſiue demonſtrationi, ſed eſt propoſitio abſolute ſumpta, & in ſe, ſiue inutilis, quæ non deſeruit ſyllogiſm s. Ad ſecundum dicas, quòd bene verum eſt, quòd idem de ſe ipſo prædicari non poteſt prædicatione reali, ſed bene prædicatione rationis. Aut non poteſt idem de ſe ipſo prædicari prædicatione naturali, vt dicebat com. ſed bene prædicatione innaturali. Ad tertium dicas ſicut Commentat. ibi reſpondit, quòd muſicus homo, eſt muſicus homo, eſt prædicatio innaturalis, non non autem naturalis. Ad quartum dicas, quòd eſt propoſitio quidditatiua large ſumpta, prout diſtinguitur contra denominatiuam, ſed non eſt propoſitio accidentalis. Ad quintum dicas, per idem reſpondeo: diſtinguendo de propoſitione: Ad ſextum dicas, quòd Ariſtot. loquitur de propoſitione naturali, ſiue de quæſito naturali, propter hoc negat, quòd iſta ſit propoſitio, homo eſt homo. Et ſi arguas, Comment. in prim. Prior. in materia de quarta figura, in digreſſione, quã ibi facit: dixit, quòd eſt in fine abominationis, vt idem de ſe ipſo prædicetur, & ratio eſt, vt dixit in ſecundo de anima Commẽt. 67. prædicata primi modi, ſunt cauſa ſubiectorum: & prædicata ſecundi modi ſunt cauſata à ſubiectis. Modo, homo non poteſt eſſe cauſa ſui ipſius, vt habet Ariſt. 4. Metaph. text. commenti 23. ergo dicendo ſic, homo eſt homo, nec ſubiectum, nec prædicatum adinuicem poteſt eſſe cauſa, aut cauſatum, nec diuiſiue, nec complexiue, quare relinquitur, quòd iſta, homo eſt homo, non eſt in aliquo modo dicendi per ſe, nec eſt accidentalis propoſitio, ergo nullo modo propoſitio eſt. Ad hoc dicas, quòd non eſt in ſecundo modo dicendi per ſe, nec in primo inquantum prædicatum poſſit eſſe cauſa ſubiecti, quia prædicatum nec eſt tota diffinitio, nec pars diffinitionis ſubiecti: & ſic concedo, quòd non eſt in primo modo in iſtis gradibus, ſed bene eſt in primo modo in vltimo gradu, vt hic dixit Auctor.

Duplex eſt prædicatio naturalis et innaturalis vel directa, vel indirecta i. vide doctiſsimũ Zimar. in ſuis theorematibus theor. 34 qui quidem in doctrina Auerrois & Scoti fuit doctiſsimus habuit præceptorem Antonium Trõbetam fratrem noſtrũ inter familiam Scotiſtarum doctiſsimũ qui Zimara ĩ q. de primo cognito dicere ſolebat ubi diſcrepat ſubtilis doctor à Diuo Thoma difficile eſt videre veritatẽ quando arguit contra doctorẽ ai-

Dubium Tertium.

Tertiò quæro, an iſta ſit per ſe in primo modo, animal eſt rationale? Reſpondeo quòd non quia nulla

differentia

differentia diuiſiua generis, prædicatur in primo modo dicendi per ſe de genere: quia,cum per ſe inferat de omni,tunc omne animal eſſet rationale. Præterea, omne contrahens, eſt extra intellectum contracti: vnde inquit Porphy.peremptis differentijs diuiſiuis alijs, adhuc ſubintelligi poteſt, ſubſtantia corporea animata ſenſibilis, ſed quod eſt extra intellectum alicuius, non prædicatur per ſe de illo,& rationale,vt patet,eſt extra intellectum,ergo non eſt prædicatio per ſe iſta,animal eſt rationale.Probatur per Porphy ſpecies abundat à genere per differentiã, quia ſcilicet ſpecies includit illam, ſed genus non includit in ſuo intellectu differentiam: ergo, ſi non includit eam, iſta non erit per ſe,animal eſt rationale.

cit,ſi fas eſt loqui de tanto viro ecce quõ modo maximo amore eum proſẽquebatur. Viſis omnibus iſtis reſponſionibus de facili poſſumus reſpõdere arg & obiectionib⁹ quas facit ipſe Balduinus contra doctorẽ ſubtilem immo contra veritatẽ de hac materia, qui quidem & in ſubiecto logicæ reprahẽdit noſtrum doctorem ſyllogiſmum non eſſe ſubiectũ quoniam in libri Priorũ q. 2. tenuit modũ ſciendi eſſe ſubiectum non cõſiderando

Quartum dubium.

QVartò quæro,an iſta ſit per ſe, rationale eſt animal? & aduerte quòd iſta eſt de omni.Reſpondetur quòd nullo modo eſt per ſe,& pro hoc eſt Ariſt.3.Metaph.genus non prædicatur per ſe de differẽtijs diuiſiuis, quamuis ille liber non ſit multæ auctoritatis.tamen quicquid ſit non poſſumus dicere, quòd ſit per ſe, ſicut tenet Scotus in 1.diſt.3.q.3. Secundò,ſi eſſet per ſe, tunc in diffinitione eſſet nugatio. Quia ponendo rationem pro nominibus,& dicendo ſic,homo eſt animal rationale, homo includit animal.Et ſimiliter rationale per ſe includit animal,quia prædicatur in primo modo, ergo homo eſt animal rationale.Tertiò genus ſe habet,vt potentiale, vnde ſecundum Scot.8.primi, & vbique frequenter, genus eſt in potentia reſpectu differentiæ,& differẽtia eſt, vt actus, quod ſimiliter patet per Porphy. Confirmatur etiã, quia genus eſt proportionale materiæ, & differẽtia formæ, ſed forma,& materia ſunt primo diuerſa, vt tenet Scot.12.diſtin.2.ideſt nunquam forma includit materiam nec econtra: ergo differentia non includit genus, & ſic genus non prædicatur de differentia in primo modo.

Quintum dubium.

QVintò quæro,an iſta ſit per ſe, animal eſt riſibile? Et ſic de omnibus talibus.Reſpondetur ꝙ non. Primò,

quia

quia eſſet de omni, & tũc oẽ animal eſſet riſibile. Scd̃o, qa animal non includit in ſuo conceptu riſibilitatem. Vltimò notare debes pro primo modo, Quòd antiqui voluere prę dicationem primi modi non eſſe prædicationẽ rectam, ſed tm̃ in obliquo, vnde non eſt prædicatio dicens hoc eſt hoc, ſed hoc eſt ex his, quia ſemper fit prædicatio partis conſtituentis, & principij intrinſeci per ſe incluſi, de cõſtituto, & includẽte. vt dicendo, homo eſt animal rationale, i. homo ex animali, & rationali conſtituitur, ſicut homo ex anima, & corpore: ergo prædicatio iſta eſt in obliquo, nõ in recto.

iſte vir quod Scotus loquitur in 3. q. uniuerſaliũ de ſubiecto attributionis, in libro Priorũ de ſubiecto adequationis quod eſt modus ſciẽdi uide Tartar. in principio & Scotiza.

Conformatio cum Ariſt.

SEd hic videmus multos inſurgere in nos dicẽtes, quòd primus modus dicendi per ſe non habet gradus. Præterea quæro, an iſti gradus ſint de mente Ariſtotel? vt an iſta ſit in primo modo ſecundum eum, homo eſt homo, & ſimiliter iſta, Sortes eſt homo? Quia ſi ipſe fatetur has eſſe per ſe in primo modo, vtique primus modus plures gradus habebit. Ad primum reſpondeo, quòd iſta eſt per ſe primo modo ſecundum eum, homo eſt homo, vide Ariſtotel. Primo Topicor. capitulo ſeptimo, prius enim in illo eodem capitulo dixit, quòd accidens prædicatur in quale, poſtea addidit: vnumquodque enim talium, ſcilicet prædicatorum, ſiue idem de eodem dicatur, ſiue genus de eodem, quid eſt ſignificat, ideſt genus prædicatur in quid, & eſſentialiter: & idem de eodem: ſimiliter in quid & eſſentialiter prædicatur. Nam ipſe dicit, quòd quando idem de eodem prædicatur, quid eſt ſignificat, ſed non poteſt ſignificare quid eſt, niſi eſſentialiter prædicaretur: ſed omnis prædicatio in quid, & eſſentialis eſt in primo modo: tunc arguo ſic, quando idem de eodem prædicatur, non prædicatur vt tota diffinitio, nec vt pars diffinitionis, & tamen prædicatur quidditatiue, ſecundũ Ariſt. quia quid eſt ſignificat, & ſic in primo modo. Sequitur ergo, ꝙ vel erunt ponendi plures modi dicendi per ſe, vel erunt ponendi in vno modo primo plures gradus: ſed non ſunt plures primi modi dicendi per ſe, nec ab Ariſt. poſiti, ergo ſunt plures gradus in primo modo dicendi per ſe ſecundum

An iſti gradus ſint de mẽte Ariſt.

dum Ariſt. Ad ſecundum reſpondeo, quòd iſta eſt per ſe ſecundum Ariſt. ſortes eſt homo, patet per eum in lib. prædicamentorum, capitulo ſecundo dicentem, eorum quæ ſunt alia de ſubiecto quidam dicuntur, in ſubiecto verò nullo ſunt, vt homo de ſubiecto quidem dicitur ſcilicet de aliquo homine, quia non poteſt de alio prædicari, quia prædicatum oportet quòd ſit ſuperius, nec eſt aliquid ſub homine, niſi aliquis homo: & in ſubiecto nullo ſunt, quia homo non eſt accidens. Si igitur Ariſt. concedit, quòd homo prædicatur de aliquo homine, non poteſt prædicari niſi eſſentialiter, ergo in primo modo: & non prædicatur, vt diffinitio, quia diffinitio eſt aliud prædicatum quam ſpècies, vt patet in libro Topicor. nec prædicatur, vt genus, aut vt differentia, vt clare patet, ergo aut non prædicabitur in aliquo gradu primi modi dicendi per ſe, quia non eſt aſſignabilis aliquis alius modus prædicandi ipſius ſpeciei de indiuiduo. Et quòd ſit eſſentialis, & quidditatiua prædicatio, vide Commento. in eodem loco & verba ſua ſunt, eorum quæ ſunt, quædam prædicantur de ſubiecto, & ſunt in ſubiecto ſcilicet quæ denotant de omni, quia prædicant ſubſtantiam, & quidditatem eius, & non denotant, omnino aliquid, quàm ſubſtantiam eius, & hæc eſt ſubſtantia vniuerſalis, vt animal, & homo, quoniã cum prædicantur de aliquo, notificant ſubſtantiã, & quidditatem eius. Hæc ille. Ecce clare habes, quòd eſt prædicatio quidditatiua, ergo in primo modo, & non vt tota diffinitio: nec, vt genus, aut differentia: ergo, cum ſit in primo modo, erit in alio gradu, quàm in iſtis, quos aſſignat in lib. Poſt. Ariſt. Præterea Ariſt. in 3. cap. prædicamentorum. ponendo primam regulam ante prædicamentalem, quando alterum de altero prædicatur, vt de ſubiecto, quæcunque de eo, quod prædicatur dicuntur, omnia etiam & de ſubiecto dicuntur, vt homo prædicatur de quodam homine, animal verò de homine: igitur, & de quodam homine animal prædicatur, vt aliquis homo eſt homo, & animal, iſtæ ſunt prædicationes eſſentiales, & in primo modo, quia ſuperius eſſentialiter ordinatum in primo modo prædicatur, ergo homo de aliquo homine in primo modo prædicatur: idem tenet ibidem Commentat. & dicit ꝙ quando

Vtrum iſta propoſitio ſecũdum Ariſtot. ſit per ſe dicendo ſortes eſt homo.

homo

homo prædicatur de Sorte, denotat ſubſtantiam eius: & tunc arguatur, vt prius, & ſequitur, quod dabuntur plures gradus in primo modo dicendi per ſe de mente Ariſtot. & quòd iſtæ duæ prædicationes erunt in primo modo ſcilicet homo eſt homo, & Sortes eſt homo: ſecundum Ariſt. aliter dabuntur plures primi modi dicendi per ſe, ſi negabuntur gradus.

Conformatio cum Ariſt.

AVctor ponit, quòd rationale capitur dupliciter, vno modo, vt conſtituit tanquam pars, nec iſto modo dicit aptitudinem: ſed eſt differentia, vel tenẽs modum differentiæ. Alio modo, vt dicit aptitudinem ratiocinandi, & ſic eſt propria paſſio. Simile huic diſtinctioni ponit Ariſt. 5. Metaph. textu commento 23. vbi diſtinguit ſecundum quod, vel in eo, quòd, per plures modos, & dicit, ꝙ prius modus eſt, vt ſpecies, & ſubſtantia cuiuſque rei. Alio modo dicitur ſecundum quod: id, in quo primo aptum eſt quippiam fieri. Sic per ſimile rationale, dupliciter capitur: vno modo, vt dicitur differentia, ſecundo modo, vt notat aptitudinem ratiocinandi. & nota, quòd dixi, quòd eſt ſimile, quia in aliquo non conuenit, ſecundum quòd cum rationali. modos per ſe non oportet cõformare, quia ab Ariſt ſumpti ſunt.

Secundus modus dicendi per ſe eſt, quando prędicatur propria paſſio de ſuo ſubiecto, & iſte habet duos gradus, vt patet in textu. Sed pro intelligentia ſecundi modi debes aduertere, quòd ſecundus differt à primo quintuplici differentia. Primò, quia prædicatum primi modi, eſt prius ſubiecto cum ſit illius cauſa: prædicatum verò ſecũdi modi, eſt poſterius ſubiecto, quia riſibile eſt poſterius homine. Secundò differunt, quia prædicatum primi modi, eſt cauſa ſubiecti intrinſeca, vt notat Commentat. ſecũdo de anima: prædicatum verò ſecundi modi, eſt cauſatum à ſubiecto intrinſece. Tertiò differunt, quia prædicatum primi modi, eſt reperibile ſine ſubiecto, ſaltem genus ſine ſpecie reperiri poteſt: prædicatum verò ſecundi modi, non eſt reperibile ſine ſubiecto. Quartò differunt, quia

prædi-

cit:quia voluntas non neceſſariò vult, ſed contingenter. ex hoc elicias corollarium, quòd dantur propoſitiones per ſe, quæ non ſunt neceſſariæ: & ad illud quod poſſes dicere per ſe infert neceſſarium. Dico, quòd hoc eſt verũ in primo, & ſecundo modo, tunc per ſe infert neceſſe, ſed nõ in quarto valet. Pro declaratione huius, quod dixit Auctor, quod propoſitiones per ſe non conuertuntur, ipſe expoſuit propoſitiones per ſe non conuertuntur ſcilicet in per ſe propoſitiones: ſed contra hoc arguitur ſic. iſta propoſitio eſt per ſe, homo eſt rationalis, & tamen conuertitur. quod conuertatur patet, quia homo eſt rationalis, & rationalis eſt homo. Præterea Scot. in de vniuerſalibus in quæſtione, an ſint tãtum quinq; vniuerſalia, dixit, quod aliqua eſt vltima differentia, & ſpecifica, quæ conuertitur cum ſpecie, & conuerſim prędicatur de ſpecie: ergo falſum eſt, qu propoſitiones per ſe noo conuertuntur in per ſe propoſitiones. Ad hoc reſpondeo, quod triplex eſt conuertibilitas: quædam eſt diffinitionis cum diffinito. Alia eſt propriæ paſſionis cum ſubiecto. Alia eſt vltimæ differentiæ cum ſpecie. Prima eſt ex completa identitate formali, & totali: ſecunda ex neceſſaria inhærentia, & identitate reali, tertia ex vlt. actualitate, & ſpecifica forma. Non enim differentia dicit totam eſſentiam rei comprehenſiuè, ſed benè vltimatè, & completiuè. Modo ad argumentum, concedo hanc propoſitionem eſſe conuertibilem, homo eſt rationalis, & rationalis eſt homo, & dicimus, quod habet conuertibilitatem, ſed non conuerſionem ad hunc ſenſum, i. quod ſicut prima eſt per ſe, ſic ſecunda eſt per ſe ſimiliter iſta eſt conuertibilis, homo eſt animal rationale, & animal rationale eſt homo, tamen non habet conuerſionẽ, i. quod ſicut prima eſt per ſe, ſic ſecunda ſit per ſe, quæ eſt conuertens. nam iſta non eſt in aliquo modo dicendi per ſe, animal rationale eſt homo. Sed hic eſt vna difficultas, in hoc quod dicitur differentia prędicari conuertibiliter de eo cuius eſt differẽtia. Et probo, quod nulla differẽtia etiam vltima poteſt conuertibiliter, ſiue per conuerſionem prædicari aliquo modo de eo, cuius eſt differentia, & arguo ſic Ariſt. ſecundo Poſter. tex. commen. 17. voluit, quod ſi differentia vltima accipitur ſimul cũ gene-

vtilis ipſi demõſtrationi quia non demõſtrationi potiſſima.

Etiã Auerroes probat cauſam efficientem non ingredi demõſtrationẽ potiſſimã niſi raro nõ per ſe vt cauſa efficiens, ſed vt habet aliquid de cauſa formali vide Auerr. cõm. 34. primi poſter.

Notandum eſt ex magno Alberto quod hæc tria ſcilicet cõuerſio conuertibilitas & conuertẽtia differũt apud logicos vide Albertum, & etiã Iauellum in cap. 4. de relatiuis.

re,adæquatur conuertibiliter cum diffinito , ſi verò accipitur ſola , differentia vltima non conuertetur cum illo cuius eſt differentia, & exemplificat de diffinitione ternarij: dicens, quòd ternarius eſt numerus impar primus. & dixit, quòd iſta vltima differentia , primus in plus ſe habet quàm ternarius: quia conuenit etiam dualitati, quæ eſt prima in numeris æqualibus . ſed ternarius eſt primus in numeris imparibus.hoc autem videtur etiam cõtra determinata:quia iſto modo ſequeretur, quod vltima differentia non conuerteretur cum illo, cuius eſt, & ſequeretur etiam contra dicta ſua 7. & 8. Metaph. Ad hoc reſpõdeo , quod differentia vltima conuertibiliter prædicatur de diffinito.tamen notare debes,quòd differentia ultima bifariam ſumitur : vno modo pro vltima forma : & hæc ſemper conuertitur,ſiue ponatur cum genere, ſiue ponatur ſine genere. Alia eſt differẽtia,quæ non eſt vltima forma,ſed eſt aliquid commune prædicatum . quod circumloquitur nobis differentiam vltimam ſumptam ab accidẽte communi, & non proprio:& quia talis ſemper pluribus conuenit,ideo ſemper in plus ſe habet,quam illud de quo prædicatur . ideo differentia circum loquuta per ipſum, non conuertitur cum diffinito.tunc ad rationem dico,differentia ſumpta ab vltima forma conuertitur cum diffinito: illa verò ſumpta ab vltima forma circumloquuta per accidens commune,non conuertitur cum diffinito: & de iſta ibi loquitur , vt patet primo,diffiniente ternariũ quod eſt accidens cõmune conueniẽs ternario,& binario.

Ratio in ſe falſa quanam ſit.

Ponit Auctor tres optimas regulas, quarum prima eſt, de ratione in ſe falſa,nihil verè & affirmatiuè prædicatur vnde iſtæ,homo irrationalis eſt homo,homo eſt homo irrationalis, homo irrationalis eſt homo irrationalis : omnes ſunt falſæ per regulam: quia non tantum ratio in ſe falſa,de nullo verè prædicatur, ſed nec de ipſa aliquid verè dici poteſt,nec eadem de ſe ipſa verè prædicari poteſt. Et ſi quæras,quid eſt ratio in ſe falſa?Reſpondeo,quòd ratio in ſe falſa eſt tunc,quando ſi inter extrema poſueris copulam,vnum non prædicatur de alio niſi falsò,& incõpoſſibiliter, vt homo irrationalis . iſta vocatur ratio falſa, quia ſi ponis copulam inter iſta duo extrema , vnum non

poteſt

poteſt vere prædicari de alio.Sed ſcire debes,quòd ſi dicimus , quod de ratione in ſe falsa nihil verè prædicatur , hoc debet intelligi in ſuppoſitione perſonali,& non in ſuppoſitione ſimplici : quia ſi in ſimplici intelligeretur , tunc de ratione in ſe falſa poſſet aliquid verè prædicari . nam iſta eſt vera,homo irrationalis eſt ſubiectum. ſimiliter dicas, quòd non debet intelligi in ſuppoſitione materiali; quia iſta eſt vera,homo irrationalis eſt dictio biſyllaba.

Conformatio cum Ariſt.

RAtio in ſe falſa per Ariſtot. 5. Meta.text.comment. 34.eſt , cuius partes ad ſe inuicem repugnant . ſed quod in ſe repugnat nulli conuenire poteſt,ergo ratio falſa nulli poteſt verè,& affirmatiuè competere,& ſic de nullo poteſt prædicari. Secunda regula,de ente per accidens nihil per ſe prædicatur: comprobatur per Ariſt. vide eum 7.Metaph. text. comm. 35. in dictis ſecundum accidens, non eſt idem quod quid eſt cum eo cuius eſt , propter duplex ſignificare: ſed , quod prædicatur in primo modo eſt quod quid eſt,& illud eſt idem cũ illo de quo prædicatur: ergo nõ poteſt ens per ſe,& quod quid eſt prædicari de ente per accidens.Tertia regula,in qua dicitur,quod neceſſarium non ſequitur ex contingenti.probatur per Ariſt.qui vult in primo Priorum & in primo Poſt. quod per ſe, & neceſſarium non ſequitur ex ente per accidens,& ex contingenti, ſi ponerentur in ſyllogiſmo.

Dubia circa Textum.

HIc nonnulla animaduertenda veniunt & primo , an maior in demonſtratione potiſſima ſit in quarto modo? & ſi ſic, qualiter infert ſecundum? ſi eſt maior perſeitas in ſecundo,quàm in quarto: nam videtur quod maior in demonſtratione potiſſima ſit in quarto modo , patet: quia ibi ponitur effectus prædicatus de ſuo immediato principio productiuo. nam riſibilitas eſt effectus , & animal rationale eſt principium immediatum productiuum. & tunc ex quarto modo ſequitur illud , quod ponitur

In ſecundo modo, ſcilicet ergo omnis homo eſt riſibilis quod falſum eſt. Reſpondetur quod maior propoſitio eſt in ſecundo modo, quando dicitur, omne animal rationale eſt riſibile, & non in quarto. & ad illud, quod tu dicis, quod prędicatur effectus de ſuo principio immediato productiuo, hoc eſt falſum, quia aut iſte effectus accipitur in actu, & ſic eſt in quarto modo aut prędicatur de ſuo immediato principio vt dicendo ſic voluntas vult, intellectus intelligit, & ſic non ponitur in demonſtratione potiſſima, aut accipitur in aptitudine iſte effectus, vt omne animal rationale eſt riſibile, & ſic eſt in ſecundo modo, & ſic ex minore perſeitate non ſequitur maior.

Deinde quæritur, num propria paſſio inferioris de ſuo ſuperiori, per ſe prædicetur, Scotus enim videtur ſentire oppoſitum ſecunda diſt. 1. q. 2. vbi vult, quod paſſio inferioris demonſtratur de ſuperiori, dicendo ſic, omne animal rationale eſt riſibile, aliqua ſubſtantia eſt animal rationale, ergo aliqua ſubſtantia eſt riſiblis, ibi concedit Doctor hanc eſſe per ſe, & ſimiliter in prologo contra Henri. Auctor dicit, quod propria paſſio inferioris non demonſtratur de ſuperiori. Ad hoc reſpondetur quod duplex eſt demonſtratio, vna particularis, & per illam benè poteſt demonſtrari, vt apparet in exemplo adducto & ſic loquitur Scotus in illo loco. Alia eſt demonſtratio vniuerſalis, & de iſta loquitur Auctor, quod paſſio inferioris non demonſtratur de ſuperiori.

Vltimo eſt notandum quod Doctoi in ſecunda diſt. pri, non habet hoc tertiũ, ſcilicet quod ex contingenti non ſequitur neceſſariũ: immo ſciendum quod non rectè probatur illa tertia regula, quia ex cõtingenti ſequitur neceſſariũ, verbi gratia ex hoc cõtingenti, ſcilicet animal prędicatur de homine ſequitur neceſſariũ ſcilicet iſtud, ergo homo eſt animal. nã antecedens eſt cõtingẽs, quia accidit homini habere eſſe cognitũ. & animali habere eſſe cognitũ & vnũ fundare ſubiectum, & aliud fundare prędicatum, & tamen iſta eſt neceſſaria, homo eſt animal. Sed vt ſententia auctoris firma & irrefragabilis maneat ſciẽdũ quod licet neceſſariũ ſequatur ex contingenti, hoc eſt per conſequentiã materialẽ, quia per iſtam cõſequentiã neceſſariũ

ſequitur

ſequitur ex quolibet: tamen loquendo de conſequentia formali, nunquã neceſſarium ſequitur ex contingẽti: quia verius non ſequitur ex minus vero, nec per ſe ſequitur, ex per accidens, vt vult Ariſt. in lib. Prior. & ſic loquutus eſt Auctor, quòd non ſequitur neceſſarium ex contingenti, ſcilicet per conſequentiam formalem. poſſet etiam argui contra hoc, quod dicit Auctor, quòd iſta propoſitio eſt per accidens, homo quantus, eſt homo: ſimiliter iſta, ſortes eſt homo quantus, & ſimiliter iſta, homo quantus, eſt homo quantus: quia hoc videtur eſſe contra Sco. 3. diſt. 2. q. 6. vbi dicit quòd hæc eſt per ſe primo modo, ſuperficies alba, eſt ſuperficies alba. Ad hoc reſpondendum quòd propoſitio per ſe habet duas conditiones: vnam, quòd ſubiectum includat prædicatum, & iſto modo iſta eſt per ſe, ſuperficies alba: eſt ſuperficies alba: alia conditio eſt ꝙ extrema ſint ens per ſe, & quia talia extrema non faciunt vnum per ſe, propterea hæc non eſt propoſitio per ſe, & ſic loquutus eſt Auctor reſpiciendo ad ſecundam conditionem.

TEXTVS.

Secunda prædicatio eſt formalis prædicatio & denominatiua: & hæc habet quatuor gradus. Primus eſt, quando differentia prædicatur de genere contrahibili per eam, vt animal eſt rationale: & quando modus intrinſecus, prædicatur de ſuo contracto vel contrahibili, vt cum dicitur, ens eſt infinitum, & ſic de alijs. Et ſi dicas quòd hic videtur contradictio, quia ſuperius dictum eſt, ſuſtinendo opinionem Landulph. quòd quando modus prædicatur de eo cuius eſt modus, eſt prædicatio quidditatiua, hic dicitur quod eſt prædicatio denominatiua, igitur. Reſpondeo, & dico quòd non eſt contradictio: quia ſuperius dicitur quòd talis prędicatio eſt quidditatiua, ſi modus prædicatur de conſtituto per ipſum, cum ſit de *Denominatiua prædicatio quatuor habet grad^9.*

eſſentia ipſius ſecundum Landulphum: hic dico ꝙ eſt prædicatio denominatiua, quia prædicatur non de conſtituto, ſed de contrahibili per ipſum. Sicut refert dicere, homo eſt rationalis, & animal eſt rationale, cum prima ſit quidditatiua, & ſecunda ſit denominatiua: ita etiam refert dicere, Deus eſt infinitus, vel eſſentia diuina eſt infinita, & ens eſt infinitum. Quare dico conſequenter quod duæ primæ ſunt quidditatiuæ, ſecunda autem non, ſed denominatiua tantum. Secundus gradus denominatiuæ prædicationis eſt, quando propria paſſio prædicatur de ſuo ſubiecto. Et iſte gradus eſt ſecundus modus dicendi per ſe. Et eſt ſciendum, quòd propria paſſio, cum ſit eadem res cum ſuo ſubiecto ſecundum Scotum, & ſuos ſequaces, eſt reductiue in illo genere ſeu prædicamento, in quo eſt ſuum ſubiectum per ſe.

Tertius gradus prædicationis denominatiuæ, & formalis eſt, quando effectus formalis denominatiue prædicatur de aliquo mediante ſua cauſa formali, vt homo nigredine eſt niger, vel quando actus profluens à cauſa formali dicitur de effectu mediante cauſa formali: vel quando effectus dicitur de ſuo immediato principio productiuo. Et iſte gradus eſt quartus modus dicendi per ſe.

Quartus gradus prædicationis denominatiuæ formalis eſt, quando accidens prædicatur de ſuo ſubiecto, & poteſt fieri nouem modis, poſito quòd Petrus ſit ſubiectum in omnibus his, dicendo, Petrus eſt bicubitus, albus, pater, agẽs, patiens, calciatus, & ſic de alijs: & iſte gradus eſt de per accidẽs.

Ponit

Ponit Auctor conſequenter prædicationem denominatiuam formalem. Sed primo notandum eſt. quid eſt prædicatio denominatiua formalis? Et de hoc dico, quòd eſt illa, in qua prædicatum dicitur ineſſe ſubiecto in quadam adiacentia,& ex hoc ſequitur, quòd ipſum denominat, & ſecundum illud non habet appellationem ſicut albedo quando denominat in eſſe ſubiecto, eſt in quadam adiacentia,& inhærentia formali: tunc ſubiectum denominat & ſecũdum appellationem ſui nominis ſubiectum dicitur album. Denominans enim,& denominatum eodem nomine nominantur, niſi, quòd denominatum habet nomen effectus formalis,& denominans habet nomen formæ. Secundò eſt notandum, ꝙ denominatio quædam eſt intrinſeca, in qua denominans intrinſece adiacet ſubiecto, ſicut albedo adiacet parieti: alia eſt denominatio, in qua prædicatum, non intrinſece adiacet ſubiecto: vt lapis eſt viſus: viſio non intrinſece adiacet lapidi, immo magis inhæret oculo vt adnotat Fontanus in appẽdice vocabulorum. Tertiò eſt notandum, quòd prædicatum denominatiuum aliquando eſt prædicatum per accidẽs, vt homo eſt albus. Aliquando eſt prædicatum per ſe in omnibus tribus modis per ſe. Vnde iſta eſt per ſe in primo modo, homo eſt rationalis, & tamen eſt prædicatio denominatiua, vt tenet Scotus in tertia quæſtione quolib. ſimiliter iſta, homo eſt animatus, eſt denominatiua, & tamen eſt per ſe. Similiter in ſecundo modo per ſe, homo eſt riſibilis, & tamẽ eſt denominatiua: ſimiliter iſta eſt per ſe in quarto modo, volũtas vult,& intellectus intelligit,& tamen eſt denominatiua. Quartò notandum eſt, ꝙ duplex eſt prædicatio denominatiua: vno modo propria,& eſt tunc, quando prædicatum eſt diſtinctum à ſubiecto,& ſubiectum recipit formã, & ſic iſta eſt prædicatio propria, corpus eſt animatum. Alia eſt prædicatio denominatiua impropria, & eſt tunc, quando ſubiectum nõ eſt diſtinctum à prædicato, nec ſubiectum recipit formam, quæ de eo prædicatur, & ſic iſtæ ſunt prædicationes denominatiuæ impropriæ: homo eſt rationalis, homo eſt animatus. Et ſi quæras, quare iſta eſt denominatiua, homo eſt rationalis, & iſta, homo eſt animal non eſt denominatiua, cum ambæ ſint per ſe? Re-

Prædicatũ denominatiuum aliquã do eſt prædicatũ per ſe.

ſpondeo, quia prædicatum primæ eſt forma per modum formæ, prædicatum ſecundæ non eſt per modum formæ, ſed per modum materiæ: hinc eſt, quòd prima eſt denominatiua, ſecunda verò non. Quintò eſt notandum, quòd in prædicatione propria denominatiua, prædicatum debet ſemper prædicari de compoſito, ſiue conſtituto, aut ſuſceptiuo, reſpectu cuius iſta non eſt denominatiua vera, eſſentia generat, quia ſubiectum non eſt compoſitum, neq; conſtitutum, neque ſuſceptiuum, & ſi dicis omnis forma denominat ſubiectum, in quo eſt: generare, & generari ſunt in eſſentia, ergo denominant eſſentiam, ergo iſta erit vera, eſſentia generat. Dico, quòd non ſufficit ad hoc, quòd ſit prædicatio denominatiua, quòd forma ſit in ſubiecto: ſed quòd illud ſubiectum ſit conſtitutum, vel compoſitum, aut ſuſceptiuum formæ, cuius modi non eſt eſſentia diuina.

Primus gradus prædicationis denominatiuæ, et formalis.

Primus igitur gradus prædicationis denominatiuę, & formalis eſt, Quando prædicatur differentia de genere contrahibili per eam, vt rationale de animali, aut modus intrinſecus de ſuo contrahibili, vt ens eſt infinitum. Secundus gradus, quando propria paſſio prædicatur de eo, cuius eſt paſſio propria. Sed dicet quidam Thomiſta vnde habetis à Scoto, quòd propria paſſio eſt idem realiter cum ſubiecto? Nullibi apud eum reperietis. Dico, ꝙ in Scoto reperies hoc multoties, omnis appetitus naturalis eſt idem realiter cum natura. Item omnis inclinatio eſt idem realiter cum illo, cuius eſt. Item omnis reſpectus aptitudinalis eſt idem realiter cum illo, cuius eſt, vel idem fundamēto. Sed propria paſſio eſt iſta tria, ergo eſt idem realiter cū ſubiecto, & iſto modo reperitur in Sco. Præterea ſcire debes, ꝙ ſi in Scoto reperies, ꝙ propria paſſio cauſat à ſubiecto. Dicas ſic, ꝙ cauſaretur, niſi eſſet impedimentum: quia ſunt idem realiter ſubiectum, & proprietas, vel, ꝙ intelligitur de accidente communi, & ſic ſequitur, ꝙ non diſtinguitur à ſubiecto proprietas. Et ſi diceres ſubiectum eſt prius natura propria paſſione, & omne prius natura eſt prius duratione, per Scotū in quæſt. ergo, ſi ſubiectum eſt prius duratione, & tempore propria paſſione, poteſt ab ea ſeparari: & ſic realiter ab ea diſtinguitur. Dicas, quòd

hoc

hoc verum eſt quantum eſt ex parte ſubiecti,& de ſe poſſet eſſe ſine propria paſſione, non autem de facto ſubiectum ſeparatur à paſſione, quia eſt impedimentum, vt nõ poſſit ſeparari,& hoc eſt,quia propria paſſio eſt idem realiter ſubiecto, hinc non poteſt eſſe ſubiectum ſine paſſione propria. Vel dicas,quòd ſubiectum quantum ad prædicata primi modi poteſt eſſe ſine propria paſſione, non autem quantum ad alia prædicata. Thomiſtæ verò aliter ſenſerunt,voluerunt ſolum paſſiones illimitatas eſſe eaſdem realiter cum ſubiecto propter verba Ariſtotel. in 4. Metaph.ens,& vnum dicunt vnam naturam,ſed paſſiones limitatas,vt eſt riſibilitas,dixerunt eſſe diſtinctas realiter à ſubiecto. Tertius gradus prædicationis denominatiuę & formalis,eſt quartus modus prædicandi per ſe. Quartus,quando accidens prædicatur de ſubiecto,& hoc fit nouem modis.

Conformatio cum Ariſt.

Quatuor ſunt denominatiue prædicationis gradus.

PRimus gradus prædicationis denominatiuę eſt, quando differentia prædicatur de contrahibili, ſcilicet de genere,comprobatur hoc per Ariſt.4.Top.vbi vult, ꝙ differentia non participat genus,nec econtra,ſi igitur differentia genus non participat, erit prædicatio ſolum denominatiua,& non quidditatiua,quia vnum nõ erit de quidditate alterius,nec econtra: in hoc gradu ponit,quòd modus intrinſecus prædicatur denominatiue de eo,cuius eſt modus.Hoc comprobatur per Ariſto.2.Phyſic.tex.32.vbi ponit modos cauſandi per accidens,expeditis modis cauſandi per ſe,dicens,cauſæ quidem igitur hæ,& tot ſunt ſpecie,modi autem cauſarum numero quidem ſunt multi,vt prius & poſterius,&,Ibi Com.intendit per modos,cauſas, quæ diuiduntur per accidentia,& in 34. diuiſit cauſas,per modos cauſandi per ſe,& per accidẽs, & com.in 32.appellat modos iſtos cauſandi accidentia, quia vtrunque membrum,per ſe, & per accidens poteſt aduenire cuilibet generi quatuor cauſarum, nec per hoc variatur illud genus cauſæ, verbi gratia cauſa materialis põt cauſare per ſe,& per accidens,& tamen materia ſemper cauſabit per ſe ſecundum

cundum eſſe materiæ, & non variatur eſſe materiæ: ergo habemus ꝙ cauſare per ſe, & per accidens ſunt modi, & accidentia: ergo denominatiue prædicantur de cauſis. Secundus gradus prædicationis denominatiuæ comprobatꝰ per philoſophum pri. Poſt. tex. com. 9. vbi vult, ꝙ illa, quæ per ſe in ſecundo modo prædicantur, inſunt, & inhærent ſubiecto, ergo accidentia ſunt propria. Similiter Porphy. appellat proprias paſſiones accidentia propria, igitur vt accidentia prædicantur, & ſic denominatiue. Tertius gradus propoſitionis denominatiuæ, qui eſt quartus modus dicendi per ſe, comprobatur per Ariſt. prim. Poſter. text. com. 9. vbi vult, ꝙ tunc eſt quartus modus, quando ſubiectum dicit cauſam prædicati, vt interemptus interijt: & quod ponitur in prædicato eſt effectus, & quod ponitur in ſubiecto eſt cauſa, modo accidit cauſæ, producere effectũ, & ſic prædicatum non eſt de eſſentia ſubiecti: ergo denominatiue prædicatur, & hoc magis exprimit Ariſto. in illo tex. nam dicit ibi, ꝙ prædicatum ineſt ſubiecto. item alio modo quod quid eſt ꝑꝑ ipſum ineſt vnicuiq; per ſe, ſi prædicatum ineſt ſubiecto: ergo accidit ſibi, & ſic denominatiue prædicatur. Quartus gradus probatur eſſe prædicationem denominatiuam, per ea quæ Ariſt. dixit in prædicamentis, c. 1. vbi deſcribit prędicatũ denominatiuum, denominatiua dicuntur quæcunque ab aliquo ſolo caſu differunt: talia igitur ſunt iſta, quæ prædicãtur in quarto gradu differunt ſolo caſu ab aliquo, vt albedo, & albus, paternitas, & pater. quantitas, & quantus, & ſecundũ illud nomen habent appellationem. Et ſic per Ariſt. habemus comprobatos omnes quatuor gradus denominatiuæ ꝑdicationis.

TEXTVS.

Tertia prædicatio eſt identice identica, & hæc eſt, quando vtrumque extremum eſt formaliter infinitum, vel alterum tantum eſt formaliter infinitum, vel permiſſiue. Exemplum primi, vt eſſentia diuina eſt bonitas, eſſentia diuina eſt iuſtitia

& ſic

& ſic de aliјs. Exemplum ſecundi, vt eſſentia diuina eſt filiatio, eſſentia diuina eſt paternitas, & ſic de aliјs. Exemplum tertij, vt paternitas eſt entitas, humanitas eſt entitas, & ſic de aliјs.

Pro quo notandum, quòd iſtę prædicationes, ſi ſunt veræ, debet prædicari concretum de concreto vel abſtractum de abſtracto, & non concretum de abſtracto, nec abſtractum de concreto: maximè ſi talia concreta ſint adiectiua. Iſta enim conceditur, eſſentia diuina eſt generatio: tamen iſta non conceditur, eſſentia diuina generat, vel generatur, ſecundum magiſtrum ſententiarum v. diſ. primi.

Super quo verbo datur a Scoto pulcherrima regula, Quòd quando ſubiectum eſt vltima abſtractione abſtractum, & prædicatum ex ſua ratione formali non eſt aptum natum prædicari niſi formaliter, propoſitio non eſt vera, niſi ſit in primo modo dicendi per ſe: Ratio eſt, quia ſubiectum, & prædicatum modos ſignificandi oppoſitos dicunt ſibi incompoſſibiles: vnde de tali ſubiecto ſic vltimatè abſtracto nihil poteſt verè prędicari, niſi per ſe primo modo, vel identicè. Hanc propoſitionem declarat Scotus ſic Videmus enim, quòd in ſubſtãtijs, ſiue in prædicamento ſubſtantiæ eſt una abſtractio tantum. ſ. quidditatis a ſuppoſito propriæ naturæ, quia ſubſtantię non ſunt natæ concernere aliquid alterius naturæ: ideo prima ibi abſtractio maxima eſt, abſtrahendo naturam humanã a ſuppoſitis, quæ verè ſunt illius naturæ, ſicut abſtrahitur cum concipitur humanitas, non remanet vlte- Reg. Sco. pro abſtractis.

riue

rius alia abſtractio: & ideo iſtud, vt ſic conceptū, eſt præcisè ipſummet: quia cuilibet alij extraneū eſt, ſicut dicit Aui. quinto metaph. quòd equinitas eſt tantum equinitas, & nihil aliud. In accidentibus autem quanto plura poſſunt concernere tāto plures poſſunt fieri abſtractiones: unde quia accidentia abſoluta concernunt duo, ſcilicet ſuppoſita alterius naturæ, & indiuidua propriæ, licet a ſuppoſitis alterius naturæ abſtrahantur, tamen concernunt indiuidua propriæ naturæ, ſicut albū concernit lignum, & hoc album ſiue hanc albedinem, & illam & ideo poßunt ibi fieri duæ abſtractiones, vna ſcilicet accidentis a ſubiecto, puta albedinis a ligno: & alia, ſcilicet quidditatis a ſuppoſito vel ſingulari, puta albedinis ab hac albedine, & illa quæ ſunt indiuidua ſua. Et hanc circumloquimur per albedineitatem, vel per hoc quod dicitur quidditas albedinis: & iſta non concernit aliquod ſubiectum, nec ſuppoſitum eiuſdem naturæ, nec alterius. In relationibus etiam quæ plura concernunt, adhuc plures poßunt fieri abſtractiones. Concernit enim relatio ſuum proprium indiuiduū fundamentum, & ſubiectum, & ſecundū hoc poſſunt ibi fieri tres abſtractiones., vna relationis a ſubiecto, ſecunda relationis a fundamento, tertia quidditatis a ſuppoſito, & iſtæ abſtractiones ſic ſe habent, quòd licet abſtractio fiat a poſteriori, & intrinſeco, non tamen a priori, & extrinſeco. Exēplum. Hoc concretum quod eſt cauſa, dicitur de igne, quia generat calorem in ligno, ſed abſtrahendo a ſubiecto remanet adhuc concretio ad fun-

Abſtractionum multitudo, & diuerſitas.

damen-

damentum, puta ſi dicatur potentia cauſandi calorem. Calor enim eſt potentia cauſandi calorem, non tamen ignis eſt potentia cauſandi. Adhuc poteſt fieri abſtractio vlterior ad proprium genus, puta ſi dicatur cauſalitas, & tūc nec ignis nec calor recipit prædicationem ipſius, tamē hæc cauſalitas eſt cauſalitas. Vltima abſtractio, qualis eſt in ſubſtantijs, eſt per hoc quod dicitur quidditas cauſalitatis, & hoc de nullo alio prædicatur. Ex prædictis apparet, quid ſit vltima abſtractio cuiuslibet rei: quia quidditatis abſolutiſſimè ſumptæ ab omni eo, quod eſt quocunque modo extra rationem quidditatis, in qua quidem abſtractione nihil aliud inuenitur, ſeu intelligitur re vel ratione, niſi quod eſt ipſius quidditatis. Et dicunt quidam, quòd terminus vltimatè abſtractus in propoſitione ſubiectus includit vnum ſyncategorema, puta vel formaliter primo modo, vel quidditatiuè, uel identicè, & ſic de alijs. Circa aliū terminum propoſitionis dato etiam quòd prędicatum de quocunque prędicatur, non poteſt prædicari niſi formaliter. Notandum eſt, quòd ſubſtantiua nomina poſſunt dupliciter prædicari in diuinis: quandoque formaliter, vt deitas eſt deitas: quandoque per identitatem, vt deitas eſt ſapientia. Sed adiectiua ſi prędicantur de neceſſitate, formaliter & denominatiuè prædicantur, & hoc quia ſunt adiectiua. nam ex hoc ꝙ adiectiua ſunt, ſignificant formam per modum informantis. Et ideo de nullo verè dicuntur, niſi quòd ſe habēt per modū informati, de quo videlicet formaliter dicūtur.

Subſtantiua nomina duobus modis enunciātur in diuinis.

Talia ſunt non tantum adiectiua nomina, ſed omnia participialia,& verba. Sēper enim in ſuo modo ſignificandi includunt adiacentiam,& modum formalem reſpectu alicuius talis ſuppoſiti, & iō prædicantur quaſi ſecundùm 2.modum dicēdi per ſe:quod ergo prædicentur identicè,eſt ipſa prædicari modo oppoſito ſuo proprio modo dicēdi,vel prædicandi. His intellectis patet maior iſta aſſūpta: Quando ſubiectum eſt abſtractum vltimatè, ita ꝙ eſt abſtractum ab omni, quod eſt extra rationem eius,& prædicatum non poteſt prædicari ex ratione formali,niſi formaliter,& modo inhærētis, ſiue quaſi inhærentis, iſtud prædicatum nō poteſt verè dici de illo ſubiecto, niſi per ſe primo modo, quia iſtud prædicatum præciſe natum eſt formaliter prædicari: ideo non poteſt ſaluari veritas propter identitatem tantum, quia ſubiectum eſt ultima,& ſumma abſtractione abſtractum: ideo non poteſt ſtare pro aliquo qualitercunque alio a ſe, ſed præciſe pro ſe formaliter. Et ideo oporteret, quod ſua ratio præciſè formaliter eſſet idem illi prędicato:quod non poſſet eſſe, niſi illa ratio præciſè includeret prędicatum: patet ergo propoſitio.

Et ſi fiant ſyllogiſmi expoſitorij, vel aliqui alij, debent ſolui per artem datam in primo Priorum, videlicet quòd maior, vel minor reducantur ad propoſitionem de omni, ſi ſint affirmatiui, uel de nullo, ſi ſint negatiui.

Anno-

Annotatio textus.

Tertia prædicatio eſt identice identica, & hæc poteſt eſſe duplex, vna in creaturis, alia in diuinis, prædicatio identica in creaturis eſt, quando aliqua duo ſunt idē inter ſe, propter identitatem, quam habent in tertio. ſicut eſt genus cum differētia, quæ ſunt idem inter ſe, propter identitatem, quam habent cum tertio. i. cum homine, & iſta ſemper eſt formalis, quia prædicatum informat ſubiectum, nam rationale informat animal, & iſta pōt eſſe multipliciter, aut in prædicatis primi modi, ſicut eſt de animali, & rationali, quæ habent identitatem identicam, aut in prædicatis ſecundi modi, ſicut bonitas, & ueritas ſunt idem propter identitatem eorum ad tertium. ſ. ſubiectum, quod eſt ens, cui ſunt idem, & ſic bonum, & verum ſunt identica identice: aut in prædicatis per accidens, album, & dulce ſunt idem propter identitatem eorum ad ſubiectum. ſ. ad lac, & habent identitatem identicam. Secundò eſt notandum, quòd duo ſunt gradus huius identitatis, quia iſta extrema, aut habent identitatem ſolum ad tertium, & tunc illa identitas vocatur ſolum identica, aut conſideratur identitas extremorum inter ſe, quæ eſt propter identitatem, quam habent cum tertio, & tunc illa vocatur identice identica. Et ex hoc ſequitur, quòd prędicatio identicè identica, eſt illa, quæ præſupponit ante ſe aliam, & de iſta aliquo modo loquuntur naturales quando dicitur, quòd omnis forma ſyllogiſtica tenet per illam regulam, quæcunque ſunt eadem vni, & eidem, inter ſe ſunt eadem, & talis eſt identitas concluſionis in ſyllogiſmo, q̄ eſt identitas identicè identica, quæ præſupponit identitatem maioris, & minoris ad medium in præmiſſis, & ſi illæ præmiſſæ ſunt immediatę, tunc eſt propoſitio identica. Si autem ſunt demonſtrabiles, tunc earum identitas eſt idēticè identica. Ex hoc ſequitur corollarium, quia dictum eſt prædicationem identicè identicam eſſe illam, quæ habet duas identitates, quia multæ prædicationes ſunt veræ in concreto, quæ falſæ ſunt in abſtracto qualis eſt iſta, album eſt dulce, vera eſt in concreto, & falſa in abſtracto,

Prædicatio identice idēticæ eſt illa, quæ præſuppõit ante ſe aliam.

vt albedo eſt dulcedo,& hoc eſt, quia in concreto habent duas identitates:extrema propoſitionis,& inter ſe,& cum tertio:in abſtracto autem amittunt identitatem in tertio, ideo propoſitio redditur falſa.Alia eſt prædicatio identice identica in diuinis, & iſta ſemper eſt per ſubſtantiua nomina abſtracta,& ſi ſit per nomina abſtracta nullo modo eſt formalis,ſicut illa,quæ eſt in creaturis,& hęc habet plures gradus.Primus gradus eſt,quando vtrunque extremum eſt formaliter,& poſitiuè infinitum, vt eſſentia diuina eſt bonitas,eſſentia diuina eſt iuſtitia.Secundus grad⁹ eſt,quando alterum tantum eſt formaliter infinitum, ut eſſentia diuina eſt filiatio.Addit iſte Auctor alium gradũ, quando alterum extremum eſt infinitum poſitiuè,ut humanitas eſt entitas, ſed hoc ego non teneo. vt videbis in iſto articulo, & contra eum arguetur. Et dicitur, quòd iſtæ prædicationes ſunt veræ, quando concretum de concreto prædicatur, aut abſtractum de abſtracto, & concretum de abſtracto non prædicatur, propter modum incompoſſibilem, maximè, ſi talia concreta ſint adiectiua,& verba.

Ponit Auctor regulam Scoti in 1.diſtinct.1.q.1.quando ſubiectum eſt ultima abſtractione abſtractum,& prædicatum non eſt aptum prædicari niſi formaliter. i. per modum adiacentis,propoſitio non eſt vera,niſi in primo modo dicendi per ſe.Hic notabis primò,quòd iſta regula videtur falſiſſima, & in nullo exemplo poteſt verificari, & diſcurrere per omnia.nam primò dicit,ſi ſubiectum eſt vltima abſtractione abſtractum,ſic debet habere prædicatũ primi modi,& non aliud.Secundò dicit,ꝙ prędicatum eſt per modum adiacentis,& denominantis. Tertiò dicit,ꝙ eſt vera in primo modo:hoc implicat maximam contradictionem, quia nullum prædicatum denominatiuũ poteſt prædicari in primo modo dicendi per ſe,de ſubiecto ultimatè abſtracto.Dico,quòd iſta regula exponitur per duos ſenſus.Vnus eſt negatiuus,& eſt iſte,ſi ſubiectum eſt ultimatè abſtractum,& prædicatum eſt denominatiuum,ſiue per modum inhærentis, propoſitio nunquam eſt vera in primo modo dicendi per ſe,propter repugnantiam prędicati,& ſubiecti.Et ſic habet infinita exempla negatiua:vna

de iſta

de iſtà propoſitio non eſt vera, neque eſt per ſe: humanitas eſt alba, aſineitas currit, humanitas eſt riſibilis. Alius ſēſus eſt affirmatiuus,& vult dicere regula,de ſubiecto vltimatè abſtracto nō prædicatur aliud prædicatum niſi idē de ſe ipſo: vt humanitas eſt humanitas, aſineitas eſt aſineitas: quia ſubiectum eſt vltimatè abſtractum: de eo non verificantur illa, quæ ſunt extra quidditatem ſuam: aut illa, quæ ſunt aliquo modo diſtincta à ſubiecto, ſed de vltimatè abſtracto idem ſolum de ſe ipſo prædicatur: & ſic habet multa exempla & ſunt omnes propoſitiones in quibus idem de ſe ipſo prædicatur, & ſi alio modo intelligere volueris regulam,ſemper errabis.

Quia verò dixit Auctor, quòd in ſubſtantijs ſit vna ſolum abſtractio,ſcilicet quidditatis à ſuppoſito propriæ naturæ,hoc dictū patitur inſtantias. primò, quia iſta eſt vera intellectiuum eſt volitituum:& licet hæc ſit falſa, intellectus eſt voluntas tamen hæc eſt vera, intellectus eſt intellectus. Secūdò falſum eſt, quòd homo non concernit niſi ſuppoſita proprię naturæ. nam Deus poſſet facere, quòd natura humana aſſumatur à lapide,vt patet à Sco. in tertio diſt. 1. quæſt. 4. & tūc prædicaretur de lapide, & iſta eſſet vera,lapis eſt homo:falſum eſt igitur, quod concernat tantū ſuppoſita propriæ naturæ. Ad primam inſtantiam reſpondeo,quòd in ſubſtantijs eſt tantū vna abſtractio,quando ſcilicet ſubiectū includit formaliter prædicatum,vt homo eſt homo:ergo humanitas eſt humanitas:hic prædicatum non diſtinguitur formaliter à ſubiecto,ſed in iſta, intellectiuum eſt volitiuum,aut ſubſtātia intellectiua eſt volitiua,prędicatū eſt diſtinctū formaliter à ſubiecto: ideo, ſi benè ſit abſtractio adhuc iſta abſtracta concernunt ſuppoſita:Ad ſecundam inſtantiam dico,quod tantum cōcernit ſuppoſitum propriæ naturæ, vel aliud ſuppoſitum ſupplens vicem ſuppoſiti propriæ naturę, vt patet à Scoto, q. 19. quolibet. ſicut eſſet hic, ſi natura humana eſſet aſſumpta à lapide, quod videtur poſſibile iuxta Scotū. Alia eſt abſtractio, quę ſit in accidentibus abſolutis, vbi concernuntur duo ſcilicet indiuidua propriæ naturæ, & ſubiectum: vt album concernit lignum, & hanc, & hanc albedinem, facta hac abſtractione à ſubiecto, ideſt à ligno.

Tria.n. ſunt genera abſtractionū à fundamēto à ſubſtitute et à ſuppoſito.

Quō in cōcretis ſubſtātialibus ſit vna ſolum abſtractio, ſcilicet quidditatis à ſuppoſito, vt puta ab iſto & ab illo homine abſtrahitur humanitas quæ eſt vltima in fundamētis ſed vlterius præcedēdo. ſ. in ſecundis intētionibus ingrediēdo vltima erit iſta quidditas humanitatis. ī accedētibus verò ſupple abſolutis ſiunt duæ ſ. à ſubſtituto & à ſuppoſito à primo vt ab hoc

alio abſtrahitur albedo qua eſt ultima ſtando in prædicamẽtis ſecunda aut. ſ. à ſuppoſito ut puta ab hac albedine abſtrahitur quidditas albedinis. In accedẽtibus autẽ reſpectiuis ſiũt tres prima à fundamẽto ut puta ab iſto homine qui eſt pater abſtrahitur potẽtia generãdi quæ eſt fundamẽtũ generationis Secunda à ſubſituto ut à potẽtia generandi abſtrahitur pater tertia à ſuppoſito ut ab iſto patre abſtrahitur paternitas quæ eſt ultima i fundã

& hoc eſt, quando albedo abſtrahitur à ſuppoſito alterius naturæ, adhuc remanet concretio ad indiuidua propriæ naturæ. quia iſtæ ſunt veræ, hæc albedo eſt albedo: & ab iſtis quę ſunt indiuidua propriæ naturę, non fit poſtea alia abſtractio, & eſt tunc, quando albedineitas abſtrahitur à ſuis indiuiduis: & circumloquitur per hoc quod dicimus, albedineitatem: vel per hoc, quod dicitur quidditas albedinis: & iſta non concernit nec ſuppoſitum, nec indiuiduũ alterius, aut propriæ naturæ. Alia eſt abſtractio in relationibus, quæ plura concernunt, vnde hic poſſunt fieri tres abſtractiones: quia relatio tria concernit, ſcilicet ſuũ proprium indiuiduum, fundamentum, & ſubiectum: exemplũ hoc concretum, quod eſt cauſa, dicitur de igne, qui cauſat calorem, vt de ſubiecto: & ſic eſt vera iſta, ignis eſt cauſa. Sed abſtrahendo à ſubiecto remanet adhuc concretio ad fundamentum, quod vocatur calor, & tunc eſt vera iſta. calor eſt potẽtia cauſandi calorem, ſed iſta eſt falſa, ignis eſt potẽtia cauſandi calorem. Adhuc poteſt fieri tertia abſtractio, quia adhuc remanſit cõcretio ad indiuidua propriæ naturæ. & facta tertia abſtractione ab indiuiduis, hæc ſola remanet vera, cauſalitas eſt cauſalitas, quæ nihil cõcernit, tamẽ hę ſunt falſę, ignis eſt cauſalitas. ſimiliter iſta calor eſt cauſalitas. ſimiliter iſta hæc cauſa eſt cauſalitas: quia cauſalitas ab omnibus eſt abſtracta.

Ad leuandam autem omnem ſtudioſi Tyronis doctrinã de abſtractione quæ latè tractata eſt à Bruliſero, in ſummam congrego, & dico quòd tria ſunt genera abſtractionum primum à fundamento, ſecundũ à ſubiecto, tertium à ſuppoſito. In concretis ſubſtantialibus vna fit tantum abſtractio: cum quidditas per actum intellectus à ſuppoſito abſtrahitur, vt à Platone & Socrate abſtrahitur humanitas, quæ manendo in fundamento vltima eſt. Sed ſi vlterius volueris progredi in ſecundis intentionibus vltima erit quidditas humanitatis: In accidentibus autem abſolutis quantitate videlicet & qualitate, duæ ſolum reperiuntur abſtractiones, vna à ſubiecto, altera à ſuppoſito. prima eſt vt dum ab albo abſtrahitur albedo, quæ eſt vltima ſi ſteterimus in fundamentis, ſicut dictum eſt de abſtractione in ſubſtantiæ concretis. Secunda quæ fit à ſuppoſito,

poſito, vt ab albedine elicitur albedineitas. Quod autem attinet ad accidentia reſpectiua, in ijs tres duntaxat inueniuntur abſtractiones: prima à fundamento, vt à Socrate qui eſt pater abſtrahitur potentia generandi quę eſt generationis principium & fundamentum: Secunda à ſubiecto, ſicut à potentia generandi abſtrahitur pater. Tertia à ſuppoſito vt ab iſto patre abſtrahitur paternitas quæ eſt vltima in fundamentis.

mentis in ſecūdis atin tentionibus abſtrahitur quidditas paternitatis

Sed contra ſupradicta arguitur ſic, dictum eſt, quòd ſemper abſtractio fit à pòſteriori, non autem à priori, vt patet per Aucto. in litera, & per Scot. 5. primi. ſed ſubiectum reſpectu accidentis, ſiue abſoluti, ſiue reſpectiui eſt prius ſemper accidente, quia ſubiectum eſt ſubſtantia: & ſubſtantia priòr eſt omni accidente: ergo non poteſt fieri abſtractio à ſubiecto, quod eſt ſubſtantia, quia à priori nulla fit abſtractio. Secundò dictum eſt, quòd accidens reſpectiuum concernit tria, ſcilicet ſubiectum, fundamentum, & indiuiduum, & ego probo, quòd vltra hæc concernit terminum, quia relatio non poteſt eſſe ſine termino, ſic erunt quatuor, & non tria. Ad primum dico, quòd duplex eſt prius: vno modo eſt, prius in prædicando, quod eſt ſuperius ordinatū, & de quidditate alicuius: & ſic non eſt ſubſtantia nunc, quia ſubſtantia non eſt de quidditate accidentis. Alio modo dicitur prius, quod præſupponitur ab aliquo, & iſto modo ſubſtantia eſt prior accidente quolibet, & tunc dicemus, quòd non eſt in prædicamento accidentis, neque poteſt eſſe de quidditate accidentis. nam ſubſtantia non ponitur in definitione accidentis quidditatiua, ſed benè in definitione quietatiua, vt docet Tartaretus quæſt. 2. vniuerſ. ſcibi. 3. Ad ſecundum dico, quòd relatio non concernit terminum, imo includit in primo modo, & quidditatiuè habitudinem ad terminum & ſic non concernitur terminus, quia non eſt poſterius relatione, immo habitudo ſua eſt de eſſentia relatiui. Et ſi diceres Ariſtot. 7. Metaphy. concedit, quod fixio pedis eſt pedalitas quædam, ergo datur prædicatio in abſtracto, & non eſt eiuſdem de ſe ipſo: contra determinata: quia nos conceſſimus in abſtractis eſſe vnam tantum veram propoſitionem, ſcili-

cet eiuſdem de ſe ipſo, & tamen iſta fixio pedis non eſt eiuſdem de ſe ipſo. Reſpondet Scot. 11. diſt. quarta, quod pedalitas non prædicatur de fixione, ſed pedalitas accipitur diuiſiuè, ideſt fixio, & non fixio diuidunt pedalitatem.

Cathalogus propoſitionum in abſtracto, & primò de propoſitionibus in diuinis.

PRimò ſtante veritate regulæ, ſcilicet quando ſubiectum eſt vltima abſtractione, & cæt. omnes iſtæ reales ſunt falſæ formaliter, quæ ſunt in diuinis. Eſſentia diuina eſt paternitas, eſſentia eſt filiatio, & ſimiles: quia non ſunt veræ in primo modo dicendi per ſe, tamen realiter, & identicè ſunt veræ.

Secundò, omnes iſtæ reales ſunt falſæ, eſſentia diuina eſt fœlix, eſſentia diuina eſt beata, communicata, eſſentia diuina eſt obiectum, eſſentia eſt pater: accipiendo pater adiectiuè, eſſentia diuina eſt ſapiens, intelligens, & ſimiles: quomodocunque prædicatum ſit, aut per ſe in aliquo modo, aut denominatiuè acceptum, ſunt falſæ dupliciter & quidditatiuè, & identicè: patet quòd ſint falſæ quiditatiuè, quia non ſunt propoſitiones in primo modo, falſæ ſunt identicè, quia non ſunt extrema ambo ſubſtantiua, ſed adiectiua, & verba, & participia, tamen realiter ſunt veræ: nam Scot. prima diſtin. primi concedit iſtam, eſſentia diuina eſt obiectum fruitionis.

Tertiò, omnes iſtæ rationales propoſitiones ſunt falſæ, de rigore, eſſentia diuina eſt abſtracta, eſſentia diuina prędicatur: eſſentia diuina eſt nominatiui caſus, fœmini generis: quia non ſunt veræ, in primo modo tamen in ſe, & in re ſunt veræ, quia Theoligi concedunt omnes iſtas.

Eſſentia generat eſſentia generatur falſa ſut identicè.

Quartò, iſtæ propoſitiones, eſſentia generat, eſſentia generatur, falſæ ſunt identicè: falſæ in primo modo dicendi per ſe, ſiue formaliter, falſæ de rigore logicæ, falſæ realiter, & in ſe, nec aliquo modo poſſunt concedi, quòd falſæ ſint in primo modo, & identicè, & de rigore logicæ patet. ſed probo, quòd ſint falſæ realiter: & arguo ſic, generare eſt ope-

eſt operatio alicuius generantis realiter diſtincti a genito, ſimiliter generari eſt alicuius realiter diſtincti a generante, ſed eſſentia, vt hæc eſſentia, ſiue vt hæc forma, eſt ſimpliciter idem realiter omnibus tribus perſonis: ergo non eſt operatio eſſentiæ, & ſi tale generare eſſet propria operatio eſſentiæ, tunc eſſentia realiter diſtingueretur a perſona genita, & hoc tenuit Sco. 5. diſtin. primi, q. 1. quòd eſſentia diuina non generatur, neq; generat, & aliter dicere, eſt hæreſis.

Quintò, iſtæ ſunt falſæ, humanitas eſt entitas, aſineitas eſt entitas: & ſimiles, falſæ ſunt formaliter: & in primo modo, falſæ ſunt identicè, quod eſt contra omnes quaſi Scotiſtas, qui conuenere in vnum dicentes, quòd iſtæ ſunt veræ identicè: propter infinitatem permiſſiuam entitatis. Sed contra eos arguo ſic, cum entitas ſit abſtracta a finitate, & infinitate permiſſiua, & formali, & ipſi ſaluant eam propter infinitatem permiſſiuam, & non alio modo, cum hic non ſit infinitas, ſequitur, quòd falſæ ſunt, quòd ſint abſtracta a finitate, & infinitate patet. nam omne prius poteſt abſtrahi a poſteriori, ſed entitas eſt prius, & modi ſunt poſteriores: ergo abſtrahitur entitas a modis, qui ſunt finitas, & infinitas, & eſt ſine finitate, & infinitate in tali abſtractione, & ſic propoſitio non poteſt eſſe uera. Nec imaginandum eſt, quod entitas adhuc poſſit abſtrahi facta abſtractione a modis, quia ens prædicatur in quid, & nō per modum qualis, & in his eſt tantum vna abſtractio, ſicut in ſubſtātijs. nec Sco. qui adeo diffusè loquutus eſt de his abſtractionibus, vſquam dixit, ꝙ iſta infinitas permiſſiua faciat propoſitionem identicam, bene tamen 8. 1. q. 3. dixit ꝙ infinitas formalis facit propoſitionem identicam ſicut iſta eſt vera, eſſentia eſt iuſtitia.

De propoſitionibus in abſtracto in creaturis, pro quibus primò eſt notanda regula valde ſingularis ad cognoſcendum propoſitiones mundi, quæ ſunt veræ, & quæ ſunt falſæ.

REgula eſt talis, omnis propoſitio affirmatiua vniuerſalis ſemper eſt vera, quando extrema habent infini-

tatem formalem, aut permiſſiuam aut quando concernunt tertium, cui ſunt idem aut cui vniuntur. Primò dicitur, quando extrema habent infinitatem, aut ambo, aut vnum: propter hoc iſtæ ſunt veræ, eſſentia eſt iuſtitia, eſſentia eſt paternitas, & per oppoſitum iſtæ ſunt falſæ, paternitas eſt innaſcibilitas, & generatio eſt filiatio, quia nec ambo: nec alterum extremum eſt infinitum. Secundo dicitur, aut quando extrema concernunt tertium, cui ſunt idem. propterea omnes iſtæ ſunt verę, homo eſt animal, homo eſt albus, homo eſt quantus, animal eſt ens, & omnes propoſitiones mundi, quarum extrema tertium concernunt. nam homo, & animal, concernunt ſortem, cui identificantur, propterea eſt vera iſta, homo eſt animal: ſimiliter homo eſt albus, homo eſt pater extrema concernunt ſortem, & ſic omnes ſunt verę, accipiendo propoſitiones in quocunque prædicamento, & per oppoſitum omnes iſtæ ſunt falſæ, humanitas eſt animalitas, humanitas eſt albedo, humanitas eſt paternitas, albedineitas eſt quanta, quia extrema non concernunt tertium, & poſterius à quo ſunt abſtractæ, & in hoc facias combinationes cuiuſcunque prædicamenti in quocunque modo. Tertiò, dicitur propoſitio affimatiua, quia propoſitio negatiua non eſt vera per hoc, immo quia non conueniunt extrema in tertio. Quartò, dicitur vniuerſalis, quia iſtæ particulares ſunt veræ, ſortes eſt homo, ſortes eſt animal ſed non propter concernentiam ad tertium, ſcilicet ad inferius: quia ſortes nō habet inferius poſt ſe, ſed per aliam cauſam ſunt veræ, ſcilicet propter incluſionem, quia ſortes includit hominē & animal. Quintò, debet addi, quòd ſubiectum propoſitionis ſupponat pro aliquo, defectu cuius iſtæ non ſunt veræ, chymera eſt homo, & ſimiles. Sexto, dicitur, cui extrema ſunt idem, aut uniuntur: propter iſtam propoſitionem, Deus eſt homo, & ſimiles, quia extrema non ſunt idem alicui, ſed benè ſunt vnita tertio, ſcilicet uerbo: hæc regula probatur per illud Ariſt. Quæcunque ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe 17. t. primi Phy. Hæc propoſitio interim quæ hic ab auctore ex Philoſopho in medium profertur, nō eſt uniuerſaliter uera. non enim ſequitur (ut docet Scotus noſter in 13. diſ. 1.

quæſt.

quæſt.vnica in reſponſ.ad 2.)ego ſum cum æternitate,& Abraham fuit cum æternitate:ergo ſum, vel fui ſimul cũ Abraham:ideo dicendum, quod hoc axioma non eſt verum, quando illa duo comparantur ad aliquod illimitatum, & infinitum. Nonnulli verò doctoris diſtinctione haud contenti, dicunt non valere prædictam propoſitionem in inadæquatis; alij in terminis improportionatis. Quidam verò alij Scotiſtæ interpretantur (& optime diſtinctionique Scoticæ conuenienter) ſic. Quæcunque ſunt eadem vni tertio: illa ſunt eadem inter ſe: hoc eſt quæcunque aliqua identitate ſunt eadem alicui: illa ſunt eadẽ inter ſe de tali idẽtitate exemplum accommodatiſſimum dari poteſt de tribus perſonis in diuinis reſpectu eſſentiæ, vide Scotum in 1.diſt.2. quæſt.4. in reſponſione ad primum arg:

Quæcunque ſunt eadem uni duo ſunt eadẽ inter ſe. Scot. noſter d.13.1.ſent. dicit, quod non eſt uera illa propoſit. quando illa duo cõparãtur ad 3. illimitatum, et dat duo exẽpla ibi, & hanc met ſolutionẽ dat inferius diſ. 19.q.1. Alij dicunt, quod non ualet in inadequatis Alij dicunt, quod non tenet in terminis non proportionatis;

INcipiendo modo a propoſitionibus abſtractis in creaturis, dico primo in ſubſtantijs loquẽdo, quòd hæc eſt falſa, humanitas eſt animal: quamuis aliqui eam concedant. ratio, quia extrema non ſunt infinita, neque ambo cõcernunt tertium, & ad hoc quòd propoſitio ſit uera, Scot.8. primi dixit, quòd extrema debent habere unitatem cum tertio, & non extremum. vlterius ipſæ nunquam concedit propoſitiones in abſtracto veras, niſi quando idem de ſeipſo prædicatur.

Secundò, iſta eſt vera, humanitas eſt ens non propter concernentiam ad tertium, ſed propter infinitatẽ permiſſiuam. nam modo ens benè habet infinitatem permiſſiuã, & quòd iſta ſit vera, probatur per Sco.3.d.j.q.3. ubi cõceſſit rationalitatem eſſe ens.

Tertiò, iſta eſt falſa humanitas eſt animalitas: patet per regulam, quia extrema nec infinita ſunt, nec tertiũ concernunt,

Quartò, iſtæ ſunt falſæ, ueritas eſt entitas, ueritas eſt unitas: patet per regulam, quia extrema non concernunt tertium, nec infinitatem habent formalem, aut permiſſiuam.

Quintò, iſtæ ſunt falſæ, humanitas eſt rõnalitas, aſineitas eſt irrationalitas: propter cauſas antedictas, ulterius,

tamen dicerẽ ut dicunt aliqui Scotiſta, & Sco. 5 Quacunque ſunt eadem uni 3. ſunt eadem iter. i. ſe quacũq; aliqua idẽtitate ſunt eadem alicui, ſunt eadẽ inter ſe tali identitate. Da exemplũ de trib. perſonis i diuinis reſpectu eſſentiæ.

quia pars per modum partis .ſ. rationalitas non prædicatur de toto .i. humanitate.

Sextò, iſtæ ſunt falſæ, humanitas eſt riſibilitas: aſineitas eſt rudibilitas, & ſimiles, patet per regulã, quia extrema non concernunt tertium, nec ſunt infinita.

Septimò, iſtæ ſunt falſæ, humanitas eſt albedo quanta, pater agit, patitur, eſt in hac hora, & ſimiles, omnes ſunt falſæ propter regulam antedictam.

Octauò, iſtæ ſunt falſæ, hæc albedo eſt quidditas albedinis: hæc nigredo eſt quidditas nigredinis: calor aut ignis, eſt cauſalitas, quia extrema non concernunt tertium.

Nonò, iſtæ ſunt veræ, albedo eſt color: color eſt potẽtia cauſandi colorem, & ſimiles propter regulam antedictã, quia extrema concernunt tertium.

Decimò, iſtæ ſunt falſæ: humanitas includit humanitatem, & rationalitatem, humanitas identificat ſibi animalitatem, propter regulam: falſæ inquam ſunt de rigore logices, tamen realiter ſunt veræ.

Vndecimò, iſtæ propoſitiones ſecundarum intentionũ, humanitas eſt abſtracta, humanitas eſt vniuerſale, humanitas eſt ſpecies, ſunt falſæ de rigore logices, tamen in ſe ſunt veræ.

Quæ nam ſit vera propoſitio in abſtracto.

Duodecimò, iſtæ ſunt falſæ, humanitas eſt aſſumpta a verbo, intemerata Virginitas edidit Saluatorem mundi, vt dicitur in Canone, Humanitas Chriſti in triduo fuit corrupta, & ſimiles, ſunt falſæ inquam de rigore logices: per regulam, ſed realiter ſunt veræ, & Theologi illas concedunt. Et breuiter dico, quòd multæ aliæ propoſitiones in abſtracto veræ ſunt realiter, quæ de rigore ſunt falſæ, & vt omnia concludam: nulla propoſitio poteſt eſſe uera in abſtracto, niſi illa in qua prędicatur idem de ſeipſo, nec oportet adducere tot gloſulas, ſicut fecit Franciſcus de Mayronis, loquens de propoſitionibus in abſtracto: volens ſaluare regulam Scoti, adduxit vndecim exceptiones. ſic enim faciliter poſſumus ſaluare quamcunque propoſitionem, etiam falſam.

Tertiodecimò iſtæ, humanitas eſt animalitas, & rõnalitas: aſineitas eſt animalitas, & irrationalitas, & ſimiles, sũt falſæ, per regulam: cum nõ ſint infinita extrema, neq; ter-

tium

tium concernunt, & vltra hoc ſubiectum non eſt idem cū prædicato, quia vltra animalitatem, & rationalitatem ſubiectum includit tertiam entitatem.

Conformatio cum Ariſt.

PRædicationem identicam in diuinis in Ariſt. non inueniemus, eo modo, quo Auctor ponit, tamen poſſemus comprobare eam per ea, quæ habet Ariſt. primo phyſico. text. commen. 17. quæcunque ſunt eadem vni tertio, ſunt eadem inter ſe, quia verò eſſentia, & iuſtitia ſunt eadem infinitati formali, erunt inter ſe eadem. & ſi Ariſtoteles poſuiſſet identitatem, & trinitatem: non repugnaret dictis ſuis propoſitio identica, vt eſſentia eſt paternitas, eſſentia eſt filiatio.

Conformatio cum Ariſt. de propoſitionibus in abſtracto.

ARiſt. poſuiſſe propoſitionem in abſtracto inuenies, ut habet videri 3. de ani. tex. com. 35. Quæ vero abſtractione dicuntur intelligit ſicut ſimum ſecundum, quod ſimum non ſeparatè .i. licet intelligas ſimitatē, ſeparatam a naſo, nō tamen ſimitas eſt ſeparata a naſo, & ſequitur: inquantum aūt concauum ſi aliquod intellexerit actu ſine carne, vtiq; intellexerit in qua concauum: ſicut mathematica, ideſt tu potes intelligere concauum per abſtractionem ſine carne: ſicut mathematicus facit, non tamē, quòd concauum ſit ſine carne. ex Ariſt: igitur habemus, ꝙ dantur propoſitiones ī abſtracto, ſimiliter patet per eū 2. phy. t. c. 18. de his quidem igitur negotiatur mathematicus, id eſt de quantitatibus, ſed non inquantum phyſici corporis terminus eſt vnumquodq;, ideſt mathematicus conſiderat quantitates, ſed non vt ſunt terminus corporis phyſici, ſed abſtrahuntur a corpore: & ſequitur, neq: accidētia ſpeculatur, ſcilicet mathematicus inquantum talibus exiſtentibus accidūt, vnde abſtrahit: ideſt mathematicus non ſpeculatur quātitates, inquantū ſunt exiſtentes cū alijs accidentibus: ſed abſtrahit ab iſtis, propterea dixit, ab-

ſtracta

Vide pro hoc doctiſſimũ Mauritium de duplici abſtractiõe. Duplex ẽ.n. abſtractio præciſiua & diuiſiua. Complexa et incomplexa. applica.

ſed abſtrahit ab iſtis, propterea dixit, abſtracta.n.a motu ſunt. neque fit mendacium abſtrahentium.i. bene poſſumus abſtrahere a poſteriori per conſiderationem,& tunc non eſt mendacium.i.non ſunt falſæ propoſitiones. Habemus duo per Ariſt.ꝙ dantur propoſitiones in abſtracto,& abſtractio eſt a poſteriori, quæ ambo ponuntur ab Aucto. Hoc confirmat comment. in eodem loco mathematicus abſtrahit a materia ſenſibili.Idem habet 7.metaph.text. comm.35.& primo de anima,text. commen.17. & primo cœli.92.Sed ultra hoc aliud nos quærimus in Ariſtote. ſ. quòd predicatio in abſtracto ſit in primo modo, & hoc habemus ab Ariſt.in lib.4.Top.in ſi ubi uoluit, ꝙ tranquillitas eſt quies:iſta eſt prædicatio in abſtracto, & uera in primo modo,ſicut Sco.8.primi declarat. Sed ad ſufficiẽtiam regulæ aliud nos quærimus ſcilicet quòd de vltimato abſtracto non ſit vera propoſitio,niſi in primo modo,& quòd nihil poſſit prędicari de vltimatè abſtracto niſi idem de ſe ipſo.hoc ultimum apud Ariſt.non inuenio,ſed bene Auicen.ponit 5.metaph.c. 1. equinitas eſt tantum equinitas. Quod verò detur vna abſtractio in ſubſtantijs, patet per antedicta,quia Auicen.dicit, quòd equinitas eſt tantum ipſa,neque una,neque plures:ſi plures non eſt neq; una, ergo nihil eſt niſi ipſamet,ergo nihil cõcernit, ergo a nullo poteſt abſtrahi,& eſt ſubſtãtia: igitur eſt una abſtractio in ſubſtantijs. Quod verò in accidentibus abſolutis dẽtur duæ abſtractiones: patet quia concedit iſtam, tranquillitas eſt quies,& non eſt prædicatio eiuſdem de ſe ipſo,igitur tranquillitas non eſt tantum ipſa, ergo aliquid aliud includit. ſaltem indiuidua propriæ naturæ,& iſta ſunt accidentia abſoluta in prædicamento qualitatis, ut patet. Sed tres abſtractiones in prædicamentis reſpectiuis apud Ariſt. ego non inueni: poſſunt bene deduci ex dictis ſuis per multas conſequentias, ſed formaliter ab eo non ſunt poſitæ.

Dubia circa textum.

I.

DVbitatur primò circa uerba Auctoris quando aſſerit ſecũdam prædicationem eſſe prædicationẽ formalẽ: poſſet

poſſet enim in oppoſitū ſic argui, nulla prædicatio eſt formalis niſi primi modi, quia in omni prædicatione formali, prædicatum includitur formaliter in ſubiecto, ſed hoc conuenit tantum in primo modo, vt tenet Scot. 8. diſt. 1. q. 4. Reſpondetur quòd duplex eſt prædicatio, vna formalis & quidditatiua, & ſic eſt verum, quòd nulla eſt formalis niſi illa, quæ eſt primi modi, & de iſta loquitur Scotus. 8. primi, quòd prædicatum includitur in ſubiecto, alia eſt formalis non quidditatiua, & ſic plures ſunt prædicationes formales, quæ tamen non ſunt primi modi. Secundò dubitatur quare Doctor poſuit iſtos quatuor gradus ordinatos prædicationis denominatiuę, quia potius gradus quartus deberet eſſe primus, quia accidens per accidēs eſt magis denominatiuum, & magis diſtinctum ab ipſo ſubiecto, & tamen Auctor fecit oppoſitum, & poſuit primum gradum, quando differentia prædicatur de genere. Ad hoc reſpondeo, ꝙ Auctor hoc fecit, vt continuaret per ordinē illa, quæ dixerat de modis dicendi per ſe, quia poſt prædicationes per ſe, ſequitur magis prædicatio, in qua prædicatur differentia de genere, quàm prædicatio, in qua accidens per accidens prædicatur de ſubiecto, ideo merito voluit ſecundam prædicationem eſſe, in qua prædicatur differentia de genere, & non illam, in qua prædicatur accidens de ſubiecto. Tertiò dubitatur an iſta Deus eſt homo vel verbum eſt homo, ſit formalis? Et an ſit formalis quidditatiua, aut formalis denominatiua? Reſpondet Scotus ad hoc, quòd Theologice loquendo, hæc propoſitio nec eſt formalis denominatiua, nec quidditatiua: quidditatiua non eſt, quia ſubiectum non includit prædicatum, accidentalis non, quia neutrum extremum realiter accidit alteri, ſed vocatur ſecundum Scot. propoſitio ſubſtantialis. Et ſi diceres, ergo datur propoſitio, quæ dicitur eſſe diſtincta contra quidditatiuam, & accidentalem. Dico, quòd Theologice datur, quamuis philoſophi naturales eam nō poſuerint. Hic eſt etiam dignum animaduerſione quòd ideo dicitur prædicatio identice identica, quia hæc genera prædicationum habent duas identitates, vna eſt extremorum inter ſe, & alia eſt extremorum propter tertium, vt in iſta, eſſentia eſt volūtas, extrema ſunt idem inter ſe,

An iſta Deus eſt homo uel verbū eſt homo ſit prædicatio formalis.

&alia

& alia identitas eſt, quia extrema ſunt idem propter infinitatem formalem, & propterea vocatur identica identice, lata eſt etiam differentia identitatis in diuinis, & in creaturis: iſta eſt vna inter alias differentias, quia in diuinis eſt idética identica pp infinitatem formalem, in creaturis propter concernentiam ad tertium vt in iſta, animal eſt rationale eſt identica, quia extrema tertium concernunt, ſcilicet hominem, & abſtracta ab his propoſitio eſt falſa. Quartò dubitatur de illa propoſitione auctoris, quæ talis eſt. Arguitur enim in oppoſitum, ſi iſta eſt vera, humanitas eſt entitas, ratione infinitatis permiſſiuæ, multo magis iſta debet eſſe vera, lapideitas eſt Deitas: probatur, quia in prima ponitur: ſolũ infinitas permiſſiua, in ſecũda ponitur infinitas formalis: iſta ratio contra illos qui tenẽt hanc eſſe falſam, humanitas eſt entitas, non valet, ſed bene valet contra Auctorem. Reſpondeo pro auctore ꝙ iſta non eſt vera, lapideitas eſt Deitas, quia extrema non ſunt componibilia naturaliter, & formaliter, quia tam in concreto, quam in abſtracto extrema ſunt incompoſſibilia formaliter, & naturaliter. Nam iſta eſt falſa, lapis eſt Deus: ſimiliter iſta eſt falſa, lapideitas eſt deitas: ſed iſta extrema, humanitas eſt entitas, non ſunt incompoſſibilia naturaliter, & in ipſa re: immo ſecundum eos iſta bene naturaliter ſunt compoſſibilia, quia entitas non repugnat humanitati. Quintò, de illa regula Scot. dubitatur dum dicit quando ſubiectum eſt vltima abſtractione abſtractum, & prædicatum non poteſt prædicari, niſi formaliter, propoſitio nõ eſt vera niſi in primo modo: hæc regula Scoti impugnatur, & limitatur à diuerſis, & Franciſcus ponit duas limitationes. Sed breuiter eſt dicendum quòd hæc regula tenet tribus conditionibus poſitis. Prima eſt iſta, valet in prædicatis poſitiuis: propterea iſta non eſt formalis in primo modo, eſſentia diſtinguitur, eſſentia non eſt eadem, quæ non ſunt prædicata poſitiua. Secunda tenet in prædicatis aliam formalitatem ex natura rei importãtibus: ideo, iſta non eſt vera formalis in primo modo, eſſentia eſt infinita, quia infinitum non importat formalitatem per ſe diſtinctam formaliter ex natura rei à ſubiecto, cum ſit modus intrinſecus eſſentiæ. Tertia conditio tenet ſuppoſitis

primo

primo verificabilibus, ſcilicet tenet in iſtis humanitas eſt humanitas: quia iſta, & ſimiles ſunt veræ, quia in eorum ſuppoſitis large ſumendo ſuppoſita, poſſunt primo verificari. Nam iſta eſt vera, humanitas eſt humanitas, quia in ſuppoſitis ſuis primò verificatur, ideſt in iſtis hæc humanitas eſt humanitas: ſequitur igitur, quòd ſolum regula eſt vera, in abſtractis, quando idem de ſe ipſo prædicatur. Aut intellige primò verificabilibus, ideſt adæquate, & præciſe, quia hæc humanitas eſt adæquate, & præciſe eadem ſibi ipſi: ergo, & de humanitate in communi vltimate abſtracta nihil prædicatur niſi ipſamet, quia equinitas eſt tãtum ipſa, nec vna, nec plures: & per, ly tantum, intelligas omnia prædicata paſſionalia, denominatiua, & quidditatiua, ideſt nullum prædicatum de vltimate abſtracto poteſt verificari, ſed tantum ipſa, ideſt equinitas eſt equinitas: & nullo alio modo eſt vera propoſitio. Et ſi dicas vna conditio eſt, quòd prædicatum debet habere diſtinctum eſſe ex natura rei à ſubiecto, ſed quando prædicatur idem de ſe ipſo, non diſtinguitur prædicatum à ſubiecto. Reſpõdeo, ꝙ ego nolo dicere per hoc, ꝙ idem diſtinguatur ex natura rei à ſeipſo, quia clarum eſt quod diſtinguitur, ſed volo dicere in ſecunda conditione, ꝙ non eſt vera regula in prædicatis, quæ ſunt modi intrinſeci, qui non ſunt diſtincti ex natura rei à ſubiecto, & quidditate eorum.

Eſſentia eſt infinita non eſt vera formalis in primo modo. De iſtis abſtractionib⁹, vide Doctiſſimum Laurentium Brixienſem ſuper articulũ de identitate formali qui per pulchre declarat.

Sextò dubitatur circa iſta verba Doctoris, tertia abſtractio eſt quidditatis à ſuppoſito. Et iſtæ abſtractiones ſic ſe habent, ꝙ licet abſtractio fiat à poſteriori, & extrinſeco, non tamen à priori. Et quæritur quid ſit propinquius relationi, an ſubiectum, an certe fundamentum? Dico quòd propinquius eſt relationi fundamentum. Deinde quæritur an poſſit abſtrahi à termino, ſicut à fundamento? Dico, quòd non poteſt abſtrahi à termino, ideſt ab habitudine ad terminum, quia illud includit in primo modo per ſe. Sicut patet per Scotum 5. diſtinct. primi quæſtione prima, propterea ipſe dicebat contra Henric quod includitur eſſentialiter in conceptu relatiui non poteſt excludi ab eo. Sed habitudo ad terminum eſſentialiter includitur in relatiuo, propterea non poteſt ab eo excludi. Ideo non poteſt abſtrahi relatio ab habitudine ad terminum.

Confir-

Confirmatur per ea, quæ habet Ariſtotel. in definitione relatiuorum in prædicamentis,quia diffinit relatiuum per habitudinem ad terminum, ergo ab habitudine ad terminum non poteſt abſtrahi (quia à fundamento bene abſtrahi poteſt,quia eſt poſterius relatione) & ſi non, quo modo igitur à fundamento,cũ ſit habitudo vnius ad aliud ideſt ſi non ita abſtrahitur à termino,ſicut a fundamento, quia videlicet à fundamento bene abſtrahitur, ſed non à termino. Contrarium tamen poteſt colligi ex mutua habitudine vnius ad aliud: nam relatio eſt habitudo vnius ad aliud,ergo ſi non poteſt ſtare ſine termino neque poterit ſine fundamento.Ad hoc dico quòd a termino relatio actualis non abſtrahitur,ſed bene à fundamento, & quando dicis,eſt habitudo vnius ad aliud. Reſpõdeo,quòd fundamentum capitur dupliciter: aut,vt extremum relationis,& ſic ab eo non abſtrahitur relatio,quia tunc ſic conſiderare relationem ſine duobus extremis,eſſet conſideratio, & abſtractio mendax, quia non poteſt ſic eſſe, nec ſic conſiderari relatio ſine implicatione cõtradictionis. Alio modo poteſt capi fundamentum pro illo,quod fundat reſpectum,quod non eſt de quidditate relationis,ab iſto per intellectum poteſt conſiderari eſſe abſtractam relationem,ſicut poteſt conſiderari cauſalitas ſine calore. Et ſic relatio abſtrahitur à fundamento,& nõ à termino,& nullum ſequitur inconueniens. Sed ad quem artificem ſpectat conſideratio relationis in vltimata abſtractione? Reſpondeo, quòd ſi iſta relatio accipitur incomplexe, ad nullum artificem ſpectat, ſed bene tantum ab intellectu cognoſcitur,& pertinet ad ſimplicium intelligentiam. Si verò accipitur complexe,ideſt ſi ponitur relatio in propoſitione,hoc dupliciter,aut reſpectu paſſionum tranſcendẽtium,& entis, ſic poteſt abſtrahi à fundamento talis relatio accepta,vt reſpicit ens,& alia tranſcendentia,& ſic de ea conſiderat metaph.ſi verò reſpectu propriarum paſſionum,& omnium, non poteſt conſiderari relatio præſcindendo ab habitudine ad fundamentum, ideſt ſi relatio ſecundum proprias paſſiones conſideratur vt eſt inhærentia actualis,vel aptitudinalis, non poteſt præſcindi à fundamento,& ratio eſt,quia actualis, vel aptitudinalis relatio

non

non poteſt præſcindi à fundaméto. Et ratio eſt, quia actualis, vel aptitudinalis relatio non eſt prior natura fundamẽto immo iſta inhærentia vocatur fundamẽtalis, ſicut Mauritius vult alibi ſuper vniuerſalia Scoti quæſt.30. & ibi reperies, qualiter aptitudo non eſt prior fundamento, ideo à fundamento non poteſt abſtrahi. Vbi aduerte, quòd propter illam inhærentiam actualis relationis, quæ forte eſt formaliter, illa dicitur eadem accidenti reſpectiuo ideſt relatio inhærentię aptitudinalis, & actualis idem ſunt, hoc habet iſte Doctor in illa expoſitione vniuerſalium: dicẽs, quòd in reſpectiuis non ſeparatur inhærentia aptitudinalis ab actuali. Et non propter ſubiectum inquantum tale, ideſt actualis relatio, & aptitudinalis. Forte ſunt idem formaliter propter fundamentum, quia dixi, quòd talis relatio non præcedit fundamẽtum natura, ſed non ſunt idem propter ſubiectum, & idem, relatio aptitudinalis abſtrahit à ſubiecto, ſed non à fundamento: Septimò de his verbis dubitatur: in ſubſtantijs eſt vna abſtractio tantum ſcilicet quidditatis à ſuppoſito propriæ naturæ: quia ſubſtantiæ non concernunt aliquid alterius naturæ, & ideo iſtud, vt ſic conceptum, eſt præciſe ipſummet. Et ſic equinitas eſt tantum ipſa: contra hoc ſit talis inſtantia, ſi bene equinitas eſt vltime abſtracta, adhuc iſta eſt vera, hæc equinitas eſt equinitas, & ſic equinitas vltimate abſtracta concernit ſuppoſita propriæ naturæ. Reſpondeo quòd in illo priori ſtando, adhuc dantur ſigna naturę. Vult dicere, quòd licet equinitas ſic vltimate abſtracta, & in iſto priori, & eſſe ſuo abſtracto ſtando, dantur adhuc ſigna naturæ: & ſic in primo ſigno naturæ ipſa in communi prædicatur de ſe ipſa ſola: in ſecundo ſigno naturæ habet hanc, & hanc humanitatem, & ſic ab ipſa vltimate abſtracta poſſunt fieri abſtractiones. Et ſi tu dices, equinitas eſt tantum ipſa, & nihil aliud concernit: dicas, verum eſt in primo ſigno naturæ, tamen in ſecundo ſigno naturę concernit hanc, & hanc equinitatem. Animaduertendum eſt etiam circa illa verba, de vltimate abſtracto non prædicantur illa, quæ ſe habẽt per modum inhærentis, & informantis, vt verba participia, & adiectiua. Quòd hæc expoſitio videtur falſa, quia ſic erit falſum, quòd eſſentia mouet intellectũ, ſicut eſt falſa iſta

eſſentia generat, & ſic ſequitur contra Sco.14.q.quol.qui acceptat illam propoſitionem: dicens, ꝙ eſſentia mouet intellectum diuinum. Dicendum quòd licet ſit falſa iſta, eſſentia mouet de rigore logicæ, tamen realiter eſt vera, ſed iſta eſſentia generat, neutro modo poteſt eſſe vera: logice non, vt patet: realiter non; quia generare eſt operatio alicuius generantis realiter diſtincti à genito, ſed eſſentia non eſt realiter diſtincta a genito, ergo non poteſt ſibi competere generare. Non ſic eſt de quaſi mouere: quia, ſi mouet intellectum, non eſt diſtincta ab intellectu: quia, mouere eſt relatiuum accidentale, & nõ requirit diſtinctionem realem extremorum, ſicut generare, vt patet à Scoto in primo diſt.1.q.7. Denique in illis verbis textus. Et ſi fiant ſyllogiſmi expoſitorij &c. poteſt dubitari num, per regulam dici de omni poſſint ſolui, iſte poteſt eſſe ſyllogiſmus expoſitorius. Hic pater generat, hæc eſſentia eſt pater, igitur hæc eſſentia generat: poſſet ergo aliquis dicere, ergo concluſum eſt ratione, ꝙ iſta propoſitio eſt vera, ꝙ eſſentia generat, quod tamen nos negauimus. Auctor reſponderet ꝙ ſyllogiſmus non valet, quia ſi regularetur per dici de omni, minor eſt falſa, hæc videlicet omne qđ eſt hæc eſſentia generat, quia eſſentia eſt terminus ſingularis, & nõ põt ſibi addi ſignum vniuerſale. Mauritius alio modo ſoluit & melius, dicens, ꝙ ſyllogiſmus non valet, qa concluſio formalis, quæ erit iſta, eſſentia generat, non ſequitur ex identica præmiſſa, ideſt ex iſta minore, hæc eſſentia eſt pater. Notandũ hic, quòd licet ſoluatur argumentũ communiter, recurrendo ad diſtributionem illam extra terminũ, & diſtributio extra terminũ eſt, quãdo fit per alios terminos: vt ſi deberet dici ſic omnis eſſentia, tũc eſt diſtributio in termino. dicitur ſic, omne quod eſt eſſentia: iſtud, omne quod vocatur extra terminũ: & eſt ſolutum argumentum, quòd ſyllogiſmus non valet. & minor eſt falſa, quia eſſentia non poteſt diſtribui. tamen ſi fiat argumẽtum ſic: Nulla eſſentia generat, pater eſt eſſentia, ergo pater non generat, non facilè ſoluitur argumentum. & ratio eſt, quia licet eſſentia diuina nõ diſtribuatur, tamẽ eſſentia in cõmuni benè diſtribuitur: & ſic ambę propoſitiones, & maior & minor erũt veræ, & cõſequentia bona, & cõcluſio falſa,

Syllogiſmus expoſitorius dicitur quãdo vna præmiſſarũ exponit alterã.

ſio falſa,hæc videliet,pater non generat.ſequitur, & ſic ille modus reſpondendi eſt fuga. Ad hoc dico, quòd modus ille eſt bonus,& iſte ſyllogiſmus non concludit,quòd pater non generat:quia licet maior ſit vera, ſcilicet nulla eſſentia eſt pater,tamen minor eſt vera ſolùm identicè, ſcilicet hæc,pater eſt eſſentia:ſed,ſi poneretur iſta pater eſt Deus, eſſet vera formalis: vnde iſta, pater eſt eſſentiæ eſt vera ſolum propter infinitatem,ſed non eſt vera formalis: quia pater in ſubiecto, & eſſentia in prædicato, habent modos repugnantes ad inuicem: & eſſentia formaliter non prædicatur de patre, vnde ſi non eſſet infinitas in prædicato, ratione cuius identificat ſibi ſubiectum, propoſitio eſſet falſa: poſtea ponitur in concluſione,ergo pater non generat, ſed iſta eſt formalis, & concluſio formalis non ſequitur ex minore identica.

TEXTVS.

Quarta prædicatio eſt tantnm eſſentialis,& iſta eſt tantum in diuinis: quam ponit Hilarius de Trinitate:& eſt iſta in qua denotatur conſubſtantialitas & origo,vt filius eſt de eſſentia patris, per ly de eſſentia,vel ſubſtantia notatur conſubſtantialitas,& per ly patris origo.

Si autem quæras an iſta ſit eſſentialis,filius eſt eſſentiæ: Ad primũ reſpondetur ſecundum Scotum diſt. 5.q.2.1.Sententia.quòd non propriè dicitur aliqua perſona eſſe de eſſentia abſolutè:ſed addendo cum ſubſtantia perſonã aliquam originantem,bene dicitur quòd aliqua perſona originata eſt de ſubſtãtia illius perſonæ:ita quòd hæc,filius eſt de ſubſtantia diuina,non eſt ita concedenda ſicut hæc, filius eſt de ſubſtantia patris: quia per ſecundam exprimitur conſubſtantialitas & origo, propter genitiuum conſtructum cum caſu præpoſitionis: per

R primam

primam autem non notatur aliquid originans. Ad aliam dicendum, quòd licet Aug. dicat filium eſſe filium eſſentiæ patris. 15. de Trinitate, cap. 18. & Doctor quidam dicat illam eſſe propriam, tamen videtur probabilius dicendum quòd non: quia quãdocunque relatiuum conſtruitur cum aliquo in tali habitudine caſuali, in qua natum eſt aliquid terminare illam relationem vt correlatiuum, tunc cõſtruitur cum illo præcisè vt cum correlatiuo. Exẽplum. Pater conſtruitur cum relatiuo in habitudine genitiui, ſimile in habitudine datiui, & minus in habitudine ablatiui: & ſecundum communem ſermonem videtur, quòd cum quocunque conſtruatur tale relatiuum, expreſsè in tali habitudine caſuali illud notatur eſſe correlatiuum huius relatiui. Non enim dicimus; iſte canis eſt filius hominis quia eſt filius, & eſt hominis, vt domini canis, ita quod ly hominis conſtituitur cum ly canis ex vi poſſeſſionis vel poſſeſſoris, ſed videtur ſignificare quod conſtituatur cum ly canis in ratione relatiui vt patris. Ita igitur in iſta, filius eſt eſſentiæ, videtur ly eſſentiæ accipi vt correlatiuum illius relatiui cum quo conſtruitur. Et tunc ad argumentũ quod videtur huic contradicere, dicendo filius eſt eſſentiæ dico quod debet intelligi quòd ſit conſtructio intranſitiua, vt filius eſt eſſentiæ, id eſt, filius eſt eſſentia: non autem debet intelligi quòd ſit conſtructio tranſitiua, quia aliàs eſſet falſa, vt dictum eſt. Et ſi dicatur quòd ad iſtam, filius eſt de ſubſtantia patris, videtur ſequi iſta, filius eſt eſſentiæ patris, nego ſequelam: quia conſequẽs notat

relatio-

relationem inter filium & eſſentiam ſicut ſuũ correlatiuum;quod non notat accidens,ſed tantum notat conſubſtantialitatem in eſſentia cum originatione notata in illo quod conſtituitur cum eſſentia. Sic ergo patet,quòd ad veritatem prædicationis eſſentialis, vt hic capitur, requiritur quòd ſit conſubſtantialitas & origo.

Vlterius notandum eſt, quòd poſſumus inuenire multos gradus in vnitate. In primo gradu eſt vnitas aggregationis,quæ eſt minima,vt in aceruo lapidum.In ſecundo eſt vnitas ordinis, quæ aliquid addit ſupra aggregationem. Tertia eſt vnitas per accidens, vbi vltra ordinem eſt informatio, licet accidentalis vnius ab altero eorum quę ſunt ſic vnum.In quarto eſt per ſe vnitas ex principijs eſſentialibus ex per ſe actu & ex per ſe potentia. In quinto eſt per ſe vnitas ſimplicitatis, quæ eſt vera identitas: quicquid enim eſt ibi, eſt realiter idem cuilibet,& non tantum eſt vnum illi vnitate vnionis ſicut in alijs modis.

Vltra autem omnes iſtas identitates eſt identitas formalis, vt dicit Scotus 2. diſtin. q. 4. primi Sententiarum.

Declaratio & annotatio textus.

QVarta prædicatio eſt tantum eſſentialis,& iſta eſt tãtum in diuinis quam ponit Hilarius, & habet duas conditiones: primo quia notat conſubſtantialitatem:ſecundò quia dicit originationem,vt eſt iſta: filius eſt de eſſentia patris. per ly eſſentia vel ſubſtantia, quod eſt ablatiuus,notatur conſubſtãtialitas ideſt pater & ſunt eiuſdem ſubſtãtiæ:per ly patris,in genitiuo notatur originatio.

Iſte terminus ſubſtātia notat cōſubſtātialitatem quia pater & filius habent eandem ſubſtātiam & naturā qua eſt eſſentia diuina.

Hac enim aequaliter et ſine ſui ipſi diuiſione eſt in tribus.

Iſte verò terminus patris notat originē quia notat perſonam originantem.

quia pater eſt originās filium. Et nota, quòd ponitur in iſta prædicatione, tātum: hoc dixit, quia duplex eſt prædicatio eſſentialis, vna eſſentialis & formalis, & de iſta loquuntur naturales: & eſt propoſitio primi modi, vt homo eſt animal homo eſt rationalis, quia prædicatum non tantū eſt de eſſentia ſubiecti, ſed etiā ſe habet, vt forma reſpectu ſubiecti, & per modum concreti. Alia eſt propoſitio, in qua prædicatum tantum eſt de eſſentia ſubiecti, & nullo modo eſt forma informans: vt dicendo, filius eſt de eſſentia, eſſentia, vt vult. Sco. ex quinta primi non eſt forma informans filiū, ſed eſt forma, qua ſubſiſtit. ideo non eſt formalis prædicatio, ſed benè eſt eſſentialis tantum. Et aduerte quòd iſta prædicatio eſſentialis eſt diſtincta cōtra prædicationē ſubſtantialem, in eſſentiali notatur conſubſtantialitas & origo, in ſubſtantiali nullum iſtorū ponitur, ſed tantū ponitur vnio inter extrema, vt eſt iſta: Deus eſt homo. de qua Sco. 7. diſt. 3. q. 1. & Damaſ. 49. ca. conſubſtantialem inquimus vnionē, ſcilicet veram, & non ſecundum ſantaſiam. Ibi cū dicit Auct. ſi autem quæras, an iſta ſit eſſentialis, filius eſt eſſentiæ patris? Reſpondet, quòd licet Aug. concedat eā, & Doctor quidam dicat eam eſſe propriā: iſte Doctor eſt Bonauētura in 5. diſt. 1. ſen. tamen probabilius dicendum eſt, quòd non eſt propria, ſed opinio Bonauenturę non totaliter improbatur: ſed dixit probabilius dicendū, quòd non eſt propria propoſitio, & proprius ſermo. & aſſignat Sco. rationem 5. diſt. primi, quam Auctor hic poſuit. Quando cū que relatiuum conſtruitur cum aliquo in tali habitudine cauſali in qua natum eſt aliquid terminare illam relationem, vt correlatiuum, tunc conſtruitur cum illo preciſè, vt correlatiuum: vult dicere, quando relatiuum conſtruitur cum alio verbi gratia, cum genitiuo, & illud relatiuū eſt talis naturæ, quod non poteſt conſtrui niſi cum genitiuo, tunc dicas ſemper, quòd ille genitiuus conſtructus cum vno relatiuo, ſe habet ut correlatiuum ſuum: vt dicendo ſic, pater filij, pater eſt relatiuum, quia conſtruitur cū genitiuo, ſcilicet cum ly filij: & neceſſariò ly filij eſt correlatiuum ſuum: modo dicomus in propoſito, quia dicendo ſic, filius eſt eſſentiæ, hic ponitur vnū relatiuum, & eſt filius, & quia ſimiliter ponitur eſſentiæ in propoſitione: cum ly eſſentiæ

ſentiæ ſit genitiuus, neceſſariò erit ſuum correlatiuum. & tunc ſequeretur, quòd ſi eſſentia eſſet correlatiuum, quòd eſſentia generaret filium: quia omne correlatiuum filij generat filium, quod improbatum eſt à Scoto quinta primi, & eſt hæreſis, Et probat per hoc, quia iſta propoſitio nō eſt propria: dicendo ſic, iſte canis eſt filius hominis. tamen, ſi habet ſenſum verum ſic eſt intelligenda: iſte canis eſt filius hominis, ideſt iſte canis eſt filius alterius canis, & eſt hominis ideſt poſſidetur ab homine. Sed accipēdo ſic, vt abſolutè impropria eſt, quia filius, quod eſt relatiuū conſtruitur cum ly hominis, quod eſt genitiuus: & tunc videtur, quòd hominis ſit correlatiuum ſuum: & ſe habeat, vt pater, reſpectu de ly filius: quia omnis genitiuus conſtructus cū relatiuo ponitur pro alio relatiuo, & tunc ſequeretur, ꝙ canis eſſet genitus ab homine, quod falſum eſt. ſic dicatis de iſta, filius eſt eſſentiæ. Tamen pro Bonauentura poſſemus nos ſic reſpondere, dicendo, ꝙ non benè arguitur, quando dicitur, omne relatiuum conſtructum cum alio in tali diſpoſitione, & natura caſus, ſecundum quam caſus poſitus poſt relatiuum, poteſt terminare illam relationem, vt correlatiuum, ideſt omne relatiuum conſtructum cum aliquo in tali caſu, quòd poteſt eſſe correlatiuum ſuum, ſemper erit relatiuum ſuum. Dico, quòd iſta maior eſt vera, ſi illud correlatiuum correſpondens ſuo relatiuo, erit ſuppoſitum, ſiue indiuiduum: modo licet filius ſit relatiuum, & ly eſſentiæ ſit genitiuus: tamen non pōt eſſe correlatiuū de ly filius, quia ly eſſentiæ non eſt ſuppoſitum, aut indiuiduum: quia abſtractum non eſt ſuppoſitum, & propter hoc Auguſt. conceſſit eam: & debet intelligi, quòd ſit conſtructio intranſitiua, ideſt filius eſt de eſſentia, ſimiliter Sco. & Auctor dicunt: Videtur probabilius dicendum, ſed non damnant eam; quia bene poteſt defendi, & habere verū ſenſum, tamen non eſt ita propria, ſicut iſta, filius eſt de eſſentia patris.

Defenſio ipſius Bonauētura de quo Alexan. de Ales dicere ſolebat.

Nō videtur Adam in homine iſto peccaſſe.

Conformatio cum Ariſt.

Ponit Auctor multos gradus vnitatis, primus eſt vnitas aggregationis: hanc in Ariſt. inueni. 8. meta. t. com. 15.

Poſſumus inuenire multos gradus vnitatis.

vbi vult,quod totum non eſt vnum : ſicut aceruus eſt vnū, ſed aceruus eſt vnum aggregatione,ergo datur vnitas aggregationis per eum.in ſecundo eſt vnitas ordinis,quæ addit aliquid vltra aggregationem. Hanc vnitatem reperies ī Ariſ.12.met.t.c.52.vbi dicit,quòd vniuerſum habet vnitatem ordinis, in tertio gradu eſt vnitas per accidens: hanc poſuit Ariſt.5.met.t.c.7. vnum dicitur ſecundum accidens,vt Coriſcus muſicus: vbi per exemplum docet vnitatem per accidens, & modos vnitatis per accidēs.in quarto gradu eſt vnitas per ſe: & iſta eſt ex per ſe actu & ex per ſe potētia,& ponitur ab Ariſt. quinto met.t.c.11.Amplius dicuntur vnum,quorum ratio,quæ quod quid erat eſſe dicit,indiuiſibilis eſt,& Ariſtot. collocat hunc modum vnitatis inter modos vnitatis per ſe: & incipit ab 8. textu vſque ad 13. enumerando modos vnitatis per ſe: & in 7. meta.t. commen.35. poſuit diffinitionem habere huiuſmodi partes per ſe,ſcilicet genus & differentiam , materiām & formam,ergo ſecundum Ariſt.quę habent eandem diffinitionem,habent vnitatem per ſe quæ eſt ex per ſe materia, & & ex per ſe actu.in 5. eſt unitas ſimplicitatis quæ eſt in diuinis,quicquid enim eſt ibi,eſt realiter idē cuilibet. Hanc unitatem poſuit Ariſto.12.meta.tex.com.39.dicens,quare idem eſt intellectus,& intelligibile.ſic vult,intellectum diuinum idem eſſe cum ipſo Deo intellecto.Confirmatur per Commentatorem ibidem, vbi inquit , uita ſempiterna, &c. dicuntur propriè de Deo quia Deus dicitur propriè,& verè uiuens,,& ſapiens:talia autem,& conſimilia in materialibus reducuntur ad unum ineſſe,& ad duo in conſideratione : ſed in rebus immaterialibus reducuntur ad unā intentionem in oībus modis,& nullus modus erit, quo diſtinguatur prædicatum à ſubiecto extra intellectum ineſſe rei : ſed nullā differentiā intelligit intellectus inter ea in eſſendo;patet igitur per eum , quòd quicquid eſt ibi, eſt realiter idem cuilibet,& omnia unū ſunt unitate ſimplicitatis . In ſexto gradu eſt unitas formalis , hæc habetur ab Ariſt.7.meta. tex. com.20. ubi habet ſingulum quod quid eſt non eſt aliud à ſuimet ſubſtantia , ergo diffinitū non eſt aliud à diffinitione,uel à partibus diffinitionis. ſed diffinitum eſt idem formaliter diffinitioni & partibus diffinitionis,ut

nis, vt dicit Auctor, & quia Ariſtote. dicit, quòd diffinitum non eſt aliud à diffinitione, ſed idem, & non poteſt intelligi eſſe idem ex natura rei, quia homo & animal non habent identitatem præciſam, nec idem ratione vt probauimus, nec idem realiter: quia tunc ſecundus modus per ſe non differret à primo: & ſubiectum ſecundi modi eſt idem realiter prædicato, ſed ſubiectum primi modi habet maiorem identitatem cum prædicato. ſi autem Ariſtot. dicit, quòd ſubiectum primi eſt idem cum ſua eſſentia, & ſua quidditate, ſequitur, quòd habet identitatem cum prædicato non realem, ſed formalem quæ eſt maior: & ſic per Ariſtot. datur identitas formalis: & ſi diceres vbi habemus, quòd ſubiectum eſt idem formaliter prædicato? vt probare nititur Auctor contra alios? poteſt dici propter antedicta verba Ariſtot. vbi vult, quòd ſingulum quodque non eſt aliud à ſubſtantia, & à ſua quidditate: & loquitur de identitate formali, vt probauimus: & dicit, quòd ſingulum, id eſt diffinitum & inferius non eſt aliud à ſua eſſentia, & quidditate, quæ ſunt ſuperiora ad ipſum. ergo habemus ex Ariſtot. quòd inferius eſt idem formaliter ſuperiori.

TEXTVS.

Iſtis notatis pono duas concluſiones, quarum primam accipio in paſſu præallegato, quæ eſt diffinitio identitatis formalis data à Sco. diſt. 2. q. 4. pri. Voco autem, inquit, identitatem formalem, vbi illud quod dicitur ſic idem, includit illud cui ſic eſt idem in ratione ſua formali, & per ſe primo modo. Vide bene hanc diffinitionem, & videbis, quod de intentione Doctoris fuit, quod inferius eſt idem formaliter ſuperiori: quia dicit Doctor, quòd illud quod ſic eſt idem, formaliter includit illud, cui ſic eſt idem. Clarum eſt, quòd ſupe-

rius non includit inferius in ratione ſua formali, & per ſe primo modo, ſed potius econtra, niſi dicas quod ponitur actiuum pro paſſiuo, ita quòd ſit ſenſus: Illud dicitur eſſe idem formaliter alicui, quod includitur in ſua diffinitione, ſeu ratione ſua formali, & per ſe primo modo.

Sed iſta expoſitio videtur extorquere textũ. Non.n. videtur veriſimile, quòd iſte Doctor, qui fuit ita ſubtilis, & qui etiã primus amplè locutus eſt de formalitatibus, poſuißet ſuam diffinitionẽ ſic obſcuram. Ex quo inferuntur duo corollaria. Primum eſt, ꝙ omnia prædicata quidditatiua ſuperiora, & omnes differentiæ eſſentiales, & modi intrinſeci, non ſunt idem formaliter ſuis conſtitutis ſiue inferioribus, ſed benè econtrà. Aliqui tamen ampliant identitatem formalem, & dicunt, quòd omnia illa dicuntur eſſe idem formaliter, quibus conuenit tantum vna ratio formalis, & quidditatiua, ſicut ſunt omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei: ſed hoc eſt impropriè, & abuſiuè vti identitate formali.

Secundum corollarium: ꝙ nullum ſubiectum eſt idem formaliter ſuo accidenti, nec econtra: quia licet accidens includat ſubiectum in diffinitione additamentali, non tamen in ratione ſua formali, & per ſe primo modo. Eſſentiæ enim prædicamentorum ſunt impermixtæ ſecundum Themiſtium, quod debet intelligi formaliter.

Secunda concluſio iſtius articuli eſt, quia illa diſtinguuntur formaliter, quæ habent aliam & aliam formalitatem, quarum neutra alteram in-

cludit

cludit in ratione ſua formali, & per ſe primo modo, ſicut dicimus, quòd ſubiectum, & propria paſſio diſtinguuntur formaliter. Ex iſta concluſione inferuntur duo corollaria.

Primum eſt, quòd eſſentia diuina à relationibus diſtinguitur formaliter, quia conceptus abſoluti non includit quidditatiuè conceptum relatiui, nec econtrà.

Secundum corollarium: ꝙ omnia attributa in diuinis, vt ſunt intellectus & voluntas, ſi fas eſt attributa nominari ſapientia, bonitas, & iuſtitia, ab eſſentia diuina, & à ſe inuicem, & ẽt à relationibus formaliter diſtinguuntur. Sed dices: Videtur ꝙ in diuinis nõ ſunt plures formalitates, quia formalitas dicitur à forma: ſed in diuinis nõ ſunt plures formæ, ergo nec plures formalitates. Reſpondeo, ꝙ argumentum nihil valet, ſupponit enim quòd ſuperius negatum eſt, quòd. ſ. formalitas dicatur à forma, ſicut capimus formam. Et licet admittatur, ꝙ formalitas à forma dicatur, ad huc tamen argumentum non valet, quia ſimiliter arguerem, eſſentiale dicitur ab eßentia, ſed in diuinis ſunt multa eſſentialia ſecundum Diony. ergo ſunt multæ eſſentiæ. Si iſtud argumentũ non valet, nec tuũ. Quòd iſtud non valeat. patet, quia cõcludit concluſionem hæreticam. Et ideo pro me, & pro te dico ad conſequentiam, quòd nunquam bene arguitur à plurificatione conſequentis ad plurificationem antecedentis, maximè in diuinis, immo nec etiam in creaturis: vnde licet iſta conſequentia ſit bona, iſte homo eſt ſciens vel qualis,

ergo

ergo habet ſcientiã vel qualitatem : tamen non ſequitur, iſte homo habet plures ſcientias, vel qualitates : ergo eſt plures ſcientes, vel plures quales.

Dices, ꝙ nihil eſt ponendum in diuinis, niſi quod habetur à ratione naturali, vel à fide, vel à ſacra ſcriptura, vel ab aliquo doctore auctentico. Sed iſtæ formalitates non habentur ab aliquo iſtorum, ꝙ debeant poni in diuinis : ergo non ſunt ponendæ : Breuiter dico, ꝙ ſicut ex vna de neceſſario, & vna de contingenti infertur, vna de contingenti ex primo Priorum, ita quod ibi eſt bona conſequentia : ita dico, ꝙ ex vna credita, & ex alia naturaliter cognita, per bonam conſequentiam poteſt inferri vna credita. Modo ſic eſt quod credimus & catholicè confitemur, quòd eßentia diuina eſt communicabilis, & de facto communicatur tribus perſonis, & eſt abſolutiſſima. Paternitas autem nec eſt communicabilis nec communicatur, nec eſt ens abſolutum. Iſti propoſitioni addo vnam aliam naturaliter euidentem, quòd quandocunq; aliqua ſic ſe habent, quòd aliquid conuenit vni ex natura rei, ſecluſo opere intellectus, ꝙ non conuenit alteri, eſt ibi diſtinctio ex natura rei. Et quando vnum eſt abſolutum à parte rei formaliter & quidditatiuè, & aliud non, imò eſt formaliter relatiuum, illa dicunt diſtinctas formalitates. Iſti vltimæ propoſitioni adde præcedentem, & realiter concludes, quòd in diuinis ſunt plures formalitates.

Et confirmatur per Beatum Auguſtinum dicentem, quòd alio pater eſt, & alio pater eſt pater:

ter: quia pater eſt eßentia diuina, ſed eſt pater paternitate. Ex hoc clarum eſt, quòd diſtinctio eſt inter eßentiam diuinam & paternitatem, & ſimiliter de alijs dicendum eſt.

Item Hilarius de Trinitate dicit, quòd non efficit creaturam voluntas, ſed poteſtas. Itē genus & differentia genere diſtinguuntur & pluſquam genere: quia ſecundum Philoſophum 4. Top. differentia non participat genus nec è contra, & tamen non realiter, igitur, &c. probatur etiam ratione, quia in diffinitione eßet nugatio.

Et ſi arguatur in tertia figura ſic, omnis homo formaliter eſt animal, omnis homo eſt formaliter rationalis, ergo rationale formaliter eſt animal:

Reſpondetur breuiter, quòd licet ex neceſſarijs nunquam ſequatur niſi neceſſarium, tamē ex propoſitionibus per ſe non ſequuntur propoſitiones per ſe: nec ex propoſitionibus formalibus & quidditatiuis ſequuntur propoſitiones formales & quiddatiuę.

Et ſi contra prædicta arguatur iterum, negando diſtinctionem formalem in diuinis, ſic nulla eſſentia diuina diſtinguitur formaliter ab eßentia diuina. Paternitas eſt eſſentia diuina, & ſimiliter filiatio, bonitas, ſapientia, & ſic de alijs: igitur paternitas non diſtinguitur formaliter ab eſſentia diuina. conſequētia eſt formalis in 4. 1. Maior eſt iſtorum formalizantium, quia nihil à ſe diſtinguitur ex natura rei & formaliter; minor eſt catholica: ergo concluſio eſt vera, quod eſt propoſitum.

conſe-

conſequentia non peccat, nec in materia, nec in forma.

Reſpondetur, ꝙ nec iſtæ nec oēs tales ſimiles valent ex eo, ꝙ non regulantur per, dici de omni vel dici de nullo, ita ꝙ fiat diſtributio in termino, vel extra terminum, in numero vel extra numerum: & tunc maior erit falſa in propoſito, & à nobis negata & nō cōceſſa, videlicet iſta, nihil quod eſt eſſentia diuina, diſtinguitur formaliter, & ex natura rei ab eſſentia diuina. Et breuiter in omnibus talibus ſyllogiſmis in propoſitione, quæ eſt de nullo, debet poni nihil quod eſt, & in propoſitione quæ eſt de omni, debet poni omne quod eſt.

Adhuc circa prædicta incidunt duæ difficultates, quarū prima eſt, ꝙ ex eo quod dictū eſt, quod attributa in diuinis diſtinguuntur à ſeinuicem, & ab eſſentia diuina formaliter, ideo quæritur, vtrū quodlibet attributum habeat propriam infinitatē formaliter diſtinctā ab infinitate diuinæ eſſentiæ, cū prædicatio vnius de altero ſit vera per identitatem, vt dictum eſt. Reſpondeo breuiter, ꝙ oīa abſoluta cōia tribus perſonis habent propriā infinitatē formaliter diſtinctā ab infinitate diuinæ eſſentiæ: verum eſt tamen ꝙ oīa ſunt infinita radicaliter ab eſſentia diuina, licet non formaliter, vt dictum eſt. Secunda difficultas eſt, vtrum concretum & abſtractum diſtinguuntur formaliter ſiue ex natura rei: verbi gratia homo & humanitas. Dico ꝙ non, immo ſola rōne diſtinguuntur. quod patet primo per Scotum dicentem, ꝙ pater, paternitas, generatio, generat, generare, non diſtinguuntur

guuntur niſi per modos ſignificandi Grammaticales, qui ſunt in voce ab intellectu. Et ſi dicas, ꝙ concedimus iſtam, homo eſt riſibilis, negamus iſtam, humanitas eſt riſibilis, quia humanitas eſt vltimatè abſtractum: ergo oportet, ꝙ ſit aliqua diſtinctio inter hominem & humanitatem. Reſpondeo, ꝙ vna non dicitur vera pluſquam alia, niſi per modos ſignificandi Grammaticales, qui ſunt in uoce ab intellectu, & non in re ipſa: & ſic patet, quòd tantum diſtinguuntur ratione. Si enim præciſè ſtemus in re, dico, quòd quicquid ineſt homini, ineſt humanitati; quia nulla ibi penitus diſtinctio eſt: & hæc de tertio articulo minus principali.

Annotatio in Textu.

HIs notatis, dixit Auctor. pono duas concluſiones, quarum prima accipitur à Scot. ſecunda diſt. 1. q. 4. quæ eſt, diffinitio identitatis formalis, ait Sco voco identitatẽ formalem, vbi illud, quod dicitur ſic idem, includit illud, cui ſic eſt idem in rõne ſua formali, & per ſe primo modo. vide benè hanc diffinitionẽ: & videbis, ꝙ inferius eſt idem formaliter ſuperiori de intentione Doctoris, & nõ econtra. Hic Antonius Trõbeta diſſentit ab Auct. & vult, ꝙ ſuperius eſt idẽ formaliter inferiori, & non ecõtra. Sed contra Trombetam formo duas rõnes, quarum prima eſt iſta, illa ſunt idem formaliter ſicut patuit per diffinitionẽ formalitatis, quando vnum nõ poteſt concipi ſeorſum ab alio: & illa ſunt diſtincta formaliter, quæ ſi intellectui repræſentantur, & habent diſtinctas formalitates, vnum poteſt concipi ſeorſum ab alio. Tunc arguo ſic, inferius non põt concipi ſine ſuperiori, vt patet per Sco. 3. diſt. tertij, ergo eſt idem formaliter ſuperiori: ſuperius poteſt concipi ſeorſum ab inferiori, & ſine inferiori: quia habet diſtinctam conceptibilitatem, ab inferiori: ergo

Qũo hic Antonius Trõbeta diſſentit ab Autore, & vult quod ſuperiꝰ eſt idem formaliter inferiori, et nõ ecõtra, et iõ ait, quod hoc ad mẽtẽ Scoti nõ ẽ bene dictum, quia inferiꝰ extraneatur à ſuo ſuperiori, ut viſũ eſt milies ſupra, & præfer-

ſuperius

tim in diuiſione ipſius accidẽtis cũ igitur extraneatur inferius à ſuo ſuperiori non idẽtificatur realiter, cũ eo. Ego autẽ pro tutela authoris dicerẽ ad hoc, quod verũ eſt inferius extraneari à ſuo ſuperiori, & illi accidere i. inferius nõ eſſe de rõne intrinſeca, & rõne formali, nec per ſe. nec primo ipſius ſuperioris, nec intrare in eius definitionẽ: dico tamen quod inferius non extraneatur ſic à ſuo ſuperiori quod poſſit cõcipi ſine illo, quod nõ eſt uerũ; non. n.

ſuperius diſtinguitur formaliter ab inferiori, & quòd ſuperius poſſit concipi ſine ſuperiori, hoc patet vbique per Scot. & Ariſto. prim. Poſter. in quo dicitur contingit ſcire omnem dualitatem eſſe parem, & ignorare hanc eſſe parem, ergo concipimus ſuperius ſine inferiori ſeorſum: ergo ſuperius habet diſtinctam formalitatem ab inferiori: ergo ſuperius formaliter diſtinguitur ab inferiori, non autem inferius diſtinguitur formaliter à ſuperiori: immo eſt idem formaliter ſuperiori, quia non poſſumus inferius concipere non concepto ſuperiori. Secundo arguo ſic, homo eſt formaliter animal, ergo homo eſt idem formaliter animal. iſta tamen eſt falſa: animal eſt formaliter homo, ergo iſta non eſt vera, animal eſt idem formaliter homini. Et, quia ipſe ponit aliquas auctoritates Scoti, quæ videntur ſonare, quòd illud eſt idem formaliter alicui, quod eſt de eſſentia eius, ſicut patet in 4. ſent. diſt. 12. quæſt. 1. & in metaphy. q. 1. eſſe idem formaliter alicui eſt eſſe de eſſentia eius. Ad hoc reſpondeo, quòd ipſe æquiuocat de formalit. quia Scot. accipit, quòd ſuperius eſt formaliter in inferiori ideſt ſuperius eſt de intrinſeca ratione inferioris & nõ econtra, & ſic intelliguntur auctoritates Scoti. Alio modo accipitur eſſe formaliter. i. habere eandem conceptibilitatem & formalitatem: & ſic dico, quòd inferius eſt idem ſuperiori & non econtra. Et quando arguit, quòd inferius accidit ſuo ſuperiori: & illud quod accidit alteri extraneatur à ſua ratione formali: & non eſt idem formaliter illi: & ſic inferius non eſt idem formaliter ſuperiori. Ad hoc reſpondeo, quòd verum eſt, quòd inferius accidit ſuperiori: & quia extraneatur à ſua ratione formali, ideſt inferius non eſt de intrinſeca ratione formali, & quidditatiua ſui ſuperioris, & hoc concedo. Sed inferius non extraneatur ſic à ſuperiori, & à ratione ſua formali, quòd poſſit concipi ſine ſuperiori: quia hoc eſt falſum, & ſic patet, quòd rationes ſuæ contra Auctorem non concludunt. Sed Trombeta poſſet reſpondere rationibus prætactis contra eum: & dicere ſic, concedo quòd inferius eſt idem formaliter ſuperiori terminatiuè: non autem eſt idem formaliter, & inexiſtenter ideſt identitas formalis non inexiſtit, & ſubiectatur inferiori,

riori, ſed tantum inferius eſt terminus huius identitatis. Sed arguo ſic contra eum: ergo tunc ſequeretur, quòd inferius non haberet identitatem formalem, ſed tantum extrinſecè denominatiuè appellatur habere identitatē formalem: ſicut dicit Scot. 3. diſt. 1. quòd Deus non habet creationem de nouo verè: ſed terminatiuè habet, id eſt denominatur habere, ſed non hēt, Tunc arguo ſic, hoc eſt contra Sco. qui in præallegato loco voluit expreſsè inferius eſſe idem ſuperiori: & clarius in primo reportationū diſt. 33. quæſtione ſecunda ſi eſſet vt Anto. dicit, non ita clarè poſuiſſet Sco. primus inuentor formalitatum, ſed vocaſſet ſuperius eſſe idem formaliter inferiori. Et Mauritius dicit, quòd quando vidit locum primi reportationum ita clarum, tunc credidit inferius eſſe idem formaliter ſuperiori, & non econtra. Secunda concluſio eſt, illa ſunt diſtincta formaliter, quæ habent aliam, & aliam formalitatem, quarum neutra includit aliam in ſua ratione formali, & per ſe primo modo: & ſic dicimus quòd ſubiectum, & propria paſſio diſtinguuntur formaliter. Sed contra iſtam concluſionem arguo ſic, volo probare, quòd homo, & riſibilitas, ſubiectum, & propria paſſio non diſtinguuntur formaliter, immo ſunt idem formaliter, & arguo ſic, quæ conueniunt in inferiori conueniunt in ſuperiori: probo, homo, & aſinus conueniunt in animali: ergo conueniunt in ſubſtantia, & in ente. Sed homo, & riſibilitas conueniunt in inferiori, ſcilicet in realitate: quia dicunt unam naturam, ergo conueniunt & in formalitate, ſcilicet in eadem ratione conceptibili: & quia realitas eſt inferior, & formalitas eſt ſuperior ſicut Auct. dixit in precedenti articulo: ubi uoluit, quòd omnis realitas eſt formalitas & non econtra: ergo homo, & riſibilitas ſubiectū, & paſſio ſunt idem formaliter. Ad hoc reſpondeo, quòd aliud eſt conuenire in formalitate: & aliud eſt cōuenire formaliter, conuenire in formalitate eſt habere eandem rōnem cōceptibilē, & vnū includere aliud in primo modo dicēdi per ſe: & ſic homo, & riſibile, nō cōueniūt in formalitate: quia homo, nō includit riſibile ī primo modo, nec ecōtra, & iſto modo nō ſunt idē formaliter. Sed cōuenire formaliter, eſt quando aliqua duo habent conceptum, ſi-

vnquā cōcipitur inferius ſine ſuo ſuperiori, & ad hūc ſenſum dicitur quod inferius idētificatur formaliter ſuo ſuperiori.

Quō ſubiectū, & propria paſſio nō diſtinguūtur formaliter.

Reſpōſio huius argumēti.

ue ſunt extrema nihil ex natura rei: & iſto modo homo, & riſibile conueniunt formaliter, ideſt vtrunque eſt extra nihil ex natura rei. Sed hoc non eſt eſſe idem formaliter, quia nihil aliud eſt niſi ſicut vnum reperitur in re: & habet eſſe extra nihil, ita & reliquum: ſed conceptibilitas vnius non includit conceptibilitatem alterius in primo modo, propterea non ſunt idem formaliter.

Conformatio cum Ariſtotele.

SEd dices in quo loco poſuit Ariſto. diſtinctionem formalem? reſpondeo, quòd Ariſt. poſuit eam, vt patuit per Auctorem ante in opponendo pro parte affirmatiua, & hoc probauit quintuplici auctoritate Ariſto: vbi ponuntur omnes loci, & verba Ariſto. formaliter. Confirmatur iſta diſtinctio per Comment. 3. cœli comment. 28. vbi voluit, quòd forma elementi mouet, & mouetur: mouet inquantum forma, mouetur inquantum in materia: arguitur ergo ſic, de eadem forma ſimplici verificantur prædicata contradictoria ſine opere noſtri intellectus, ergo eadem diſtinguitur à ſeipſa non ratione, quia ſine opere intellectus mouet, & mouetur: non realiter, quia eſt eadem forma realiter, ergo formaliter, ſcilicet, vt mouet, & vt mouetur.

In Textu declaratio.

An intellectus, & voluntas ſint attributa. ego breuiter reſpon. quod non propriè ſunt attributa, qua attributa conueniunt ipſi eſſentia diuina, tāquā

IBi cum dicit. Item Hilarius dixit, quòd non efficit creaturam voluntas, ſed poteſtas, ergo in diuinis eſt diſtinctio formalis inter poteſtatem, & voluntatem. Pro hoc nota, quòd poteſtas, & omnipotentia idem ſunt: quæ dicunt reſpectum Dei ad creaturas: qui reſpectus immediatè fundatur in omnipotentia: poſtea mediatè in volitione, poſtea in voluntate, vltimo in eſſentia radicaliter. Hinc Hilarius volens explicare fundamentum propinquum iſtius reſpectus, dixit non efficit creaturam voluntas, ſed poteſtas: vnde omnes iſtæ ſunt veræ, omnipotentia Dei efficit animam, volitio Dei efficit animam, voluntas

tas facit animam, eſſentiâ facit animam, omnipotentia, ſeu poteſtas tanquam principium immediatum, voluntas tanquam principium mediatum, eſſentia verò radicaliter, & hoc voluit dicere Hilarius. ibi cùm dicit genus, & differentia genere diſtinguuntur: & pluſquam genere: quia ſecundum philoſophum 4. Topic. differentia non participat genus: nec econtra: & tamen non realiter diſtinguuntur: Pro hoc tu debes notare; quòd primò diuerſa ſunt duobus modis. aliqua ſunt primò diuerſa ex omni parte, quæ nullo quidditatiuè conueniunt ex parte vtriuſque extremi: vt ſunt duæ differentiæ. Aliqua ſunt primò diuerſa ex parte vnius vt animal, & rationale: & animal non eſt primò diuerſum: quia conuenit in corpore, & ſubſtantia, & ente: ſed rationale in nullo conuenit quidditatiuè, licet rationaliter includat ens quidditatiuè, ſed non rationale: cuius differentiam ſuperius notauimus, & à Scot. 3. diſt. primi ponitur qualiter rationalitas eſt ens quidditatiuè, & rationale eſt ens denominatiuè: quia verò differentia, & genus non ſunt primò diuerſa ex parte vtriuſque, hinc eſt quòd erunt idem realiter, & diſtincta formaliter: & propter hoc Auctor dixit, quòd formaliter diſtinguuntur, tamen realiter non ſeparantur. Sequitur in litera, & ſi arguatur in tertia figura ſic, omnis homo formaliter eſt animal: omnis homo formaliter eſt rationalis. ergo rationale formaliter eſt animal. Auctor reſpondet, quod licet ex neceſſarijs non ſequatur niſi neceſſarium, tamen ex propoſitionibus per ſe non ſequuntur propoſitiones per ſe: nec ex propoſitionibus formalibus, & quidditatiuis ſequuntur propoſitiones formales, & quidditatiuæ, & ratio eſt quia propoſitiones per ſe non conuertuntur: ſicut dictum fuit ſupra, maximè, quia prædicatum eſt cauſa ſubiecti, in propoſitione primi modi: ſi verò conuerteretur in propoſitiones per ſe, tunc ſubiectum eſſet cauſa prædicati: & ſic daretur circulus in cauſis per ſe, & eodem modo ſumptis. Et ſi tu dicas, non ne ex duabus præmiſſis per ſe ſequitur concluſio per ſe: ergo ex per ſe benè ſequitur per ſe. v.g. ex illis præmiſſis hic poſitis, vt dicendo ſic, homo eſt per ſe animal, homo eſt per ſe rationalis, ergo rationale per ſe, & formaliter eſt animal.

quaſi actus ſecũdi intellectus autẽ & voluntas hoc modo nõ ſe habẽt immo ſunt act⁹ primus & ſunt idẽ cũ eſſentia & sũt de quidditate eius nõ cõſtitutiue quidẽ ſed vnitiue: nã ſicut dicim⁹ intellect⁹, et volũtas noſtra ſunt de eſſentia animæ non quidẽ quia cõſtituat animã in ſuo eſſe quidditatiuo et formali, ſed quia ita vniũtur cũ ea vt ab ea imediatè pullulent, & emanẽt, ita eſt de intellectu & volũtate diuina. sũt. n. de eſſentia diuina eſſẽ-

tiā vnitiue & pullulāt ab ea & id eo non ſunt in ea tāquā actus ſecundi veluti attributa: quare patet credēdum eſſe & non eſſe attributa.

animal. Quare non ſequitur, quòd iſta vltima propoſitio quæ eſt concluſio, ſit per ſe, ſicut omnis homo eſt riſibilis: eſt per ſe quæ ſequitur ex duabus alijs propoſitionibus, quæ ſunt per ſe. Ad hoc reſpondeo, quòd ex propoſitionibus per ſe non ſequitur concluſio per ſe in eodem genere cauſæ: & in eodem modo perſeitatis: quia tunc daretur circulus in cauſis: quod improbatum eſt apud Ariſtot. 1. Poſt. Sed ſi iſta quæ eſt per ſe: omnis homo eſt riſibilis, ſequitur ex duabus alijs quæ ſunt per ſe: non ſequitur in eodem modo perſeitatis: immo concluſio non eſt aliquo modo cauſa per ſe præmiſſarum, ſed præmiſſæ ſunt cauſa concluſionis per ſe, concluſio vero effectus.

Attributa diſtīguūtur a ſe inuicē & ab eſſentia diuina formaliter & rō quia alia eſt formalitas & ratio obiectiualis, vel cōceptus intrīſecus iuſtitiæ alia ſapientiæ alia bonitatis, ita etiā alia eſt formalitas ipſius diuinæ eſſentiæ alia eſt attributorū.

Quærit Auctor. vtrum quodlibet attributum habeat propriam infinitatem formaliter diſtinctam ab infinitate diuinæ eſſentiæ? & tenet, quòd ſic. Sed nota quia aliqui ſunt qui dicunt atttributa non habere propriam infinitatem, ſed habēt infinitatem ab eſſentia, & contra iſtos arguitur ſic, iſta eſt vera, ſapientia eſt bonitas, & non propter concernentiam ad tertium, quia ambo ſunt abſtracta, ergo vera propter infinitatem propriam iſtorum extremorum, ergo iſta extrema habent infinitatem formaliter, & ab eſſentia radicaliter.

Dubia circa Textum.

HIc primò dubitatur an iſta quarta vnitas, quæ vocatur per ſe vnitas ex principijs eſſentialibus, ſcilicet ex per ſe actu, & ex per ſe potentia, coincidat cum ſexta? ideſt ſit eadem cum identitate formali: & dicendum eſt, quòd non eſt eadem quia identitas formalis, eſt quando inferius includit ſuperius. Sed per ſe vnitas in quarto gradu eſt, quādo totū includit partes eſſentiales, quę realiter diſtinguitur à toto, ſaltem in eſſe phyſico. Sed inferius non realiter diſtinguitur à partibus eſſentialibus, ſaltem in eſſe metaphyſico. quia inferius eſt idē formaliter ſuperiori, ſed compoſitum phyſicum ex partibus per ſe eſſentialibus, non eſt idem realiter cum partibus per ſe eſſentialibus, ſed ab illo realiter diſtinguitur. & propter

hoc

hoc apparet, quòd quartus modus vnitatis, & ſextus, qui eſt identitas formalis, non coincidunt. Nota etiam quòd facilius poteſt ſuſtineri hanc identitatem, ſcilicet formalem eſſe relationem realem, quàm præcedentem, ideſt quàm identitatem ex natura rei: & ratio eſt, quia relatio realis debet eſſe inter extrema realia realiter diſtincta, modo minor diſtinctio realis eſt inter hominem, & hominem, quàm ſit inter hominem, & animal & ideo difficilius ſaluatur. Alia ratio eſt quæ probat diſtinctionem formalem minus poſſe ſaluari quàm ſequentes quia diximus, quòd relatio realis eſt inter extrema realiter diſtincta: &, quòd conſurgit ex natura rei, licet iſta identitas formalis habeat extrema realia, non tamen ſunt realiter diſtincta. Sed identitas realis eſt relatio realis, & extrema habent maiorem diſtinctionem, licet non realem. ſimiliter aliæ identitates habét extrema magis diſtincta, vt patet de identitate obiectiua, vt homo, & aſinus, quæ ſunt idem obiectiuè: homo, & riſibilitas, quæ ſunt idem realiter, extrema ſunt magis diſtincta, quàm homo, & animal quæ ſunt extrema identitatis formalis. ideo facilius ſaluantur aliæ identitates reales, eſſe relationes reales: quàm iſta identitas formalis, quia quanto extrema habét maiorem diſtinctionem, tanto erit illa relatio magis realis. Super diffinitionẽ idẽtitatis formalis eo mõ quo diffiniuit Auctor arguit ſic Mauritius contra diffinitionem, omnis relatio primi modi denominat utrunque extremum ſecundum eundum modum quinto Metaph. text. commen. 20. Sed identitas formalis eſt relatio primi modi, ergo denominat vtrunque extremum eodem modo. ergo ſi inferius eſt idẽ formaliter ſuperiori, ſimiliter ſuperius erit idem formaliter inferiori: hoc vult dicere, licet ipſe obſcurè loquatur: & probat hoc, quia omne quod ſequitur ad aliud abſolutè, ſequitur ad ipſum etiã eodem vtrique addito, quod non diſtrahit, neque diminuit. hoc eſt ſi ad iſtam, homo eſt idem animali, ſequitur animal eſt idem homini: abſolutè ſumendo iſta, ſine ly formaliter, ſimiliter ad iſtam, homo eſt idem formaliter animali, ſequitur animal eſt idẽ formaliter homini: & tunc eſt idem additum, ideſt formaliter vtriq; ſcilicet tã *Arguit ſic Mauritius cõtra diffinitionem.*

 homini,

Quando Mauritius allegat Scotum in 1. lib. reportatio-nū diſt. 33. q. 2. vbi expreſſè īquit Scot⁹, quod ſuperius non eſt idem formaliter ſuo inferiori.

Dico quòd nō intendit dicere doctor quòd ſuperius nullo modo ſit idē formaliter ī ferīori abſolutè.

Sed vult inferre quòd non eſt ita idē formaliter quod ſuperius includat iferius.

homini, quàm animali: & iſtud formaliter non diſtrahit, neq; diminuit identitatem: quia idētitas formalis eſt perfectiſſima identitas. poteſt dici, quod ly formaliter, eſt dictio diſtrahens, vel ſaltem impediens: & ratio eſt, quia ſi inferius eſt idem formaliter ſuperiori, & econtra, non ſunt idem adæquatè, quia benè inferius erit idem formaliter ſuperiori ſed non econtra: ideo non habent identitatem adæquatam, ſed inadæquatam, aut ſi habent idētitatem, habent non mutuam, ſed non habent mutuam: aut ſi habent identitatem incompletam, ſed non habent identitatem completam: hinc eſt, quòd ly, formaliter diſtrahit: ideo poteſt ſic reſponderi argumēto, ſi homo eſt idem animali, & animal idem homini, non tamen ſunt idem adinuicem mutuo formaliter quia, ly, formaliter diſtrahit, & non ponit identitatem mutuam, ideſt quòd ſicut homo eſt idem formaliter animali, ſic animal ſit idem formaliter homini, ſed formaliter ponit tantum identitatem non mutuam. Sed ſi vis ſaluare conſequentiā huius enthymematis homo eſt idem animali, ergo animal eſt idem homini. Dic quòd in antecedente idētitas accipitur fundamentaliter in antecedente ideſt in homine, & in inferiori, quod eſt antecedens: ad quod ſequitur conſequens, & ſuperius, quia benè valet eſt homo: ergo eſt animal, propterea homo eſt antecedēs, in antecedēte igitur, ideſt in inferiori eſt idētitas formalis fundamentaliter, & inexiſtenter: & in conſequente, ideſt in ſuperiori eſt terminatiuè, & extrinſecè quod eſt pro me, & totum contra Trombetam. Ego verò aliter dicerem ad primū argumentum de identitate, quod probat inferius eſſe idem formaliter ſuperiori: & econtra quando ſic arguis omnis relatio primi modi denominat vtrumq; extremum eodem modo, ergo ſi inferius eſt idem formaliter ſuperiori, & ſuperius erit idem formaliter inferiori. Tunc reſponderem, quòd omnis relatio primi modi denominat vtrunque extremum eodem modo: quod verum eſt, ſi in illis eſt eadem ratio fundādi, ſicut dicimus, quòd ſimilitudo denominat vtrunque extremum, quia in vtroque extremo eſt albedo. ſic identitas formalis, quia non habet eandem rationem fundandi ipſam: quia in uno ex

tremo

tremo eſt incluſio: & propter hanc rationem inferius eſt idem formaliter ſuperiori, & in alio extremo eſt alia ratio fundandi:& eſt iſta ſecundum aliquos, ſcilicet eſſe de eſſentia, quia ſuperius propter hoc eſt idem formaliter inferiori:quia eſt de eſſentia inferioris,& ſic diuerſificantur rationes fundandi.propterea non ſequitur,quòd ſi inferius eſt idem formaliter ſuperiori, quòd ſuperius erit idem formaliter inferiori, & iſta eſſet optima reſponſio, & euacuaret omnem difficultatem inſtantiæ adductæ. Dubitatur ſecundò vtrum quod in textu aſſeritur, ſcilicet quod inferius eſt idem formaliter ſuperiori, ſit verũ, nam Scotus 1.quæſt.quotl.art.1.part.2.videtur velle,qđ conſtitutiuum ſit idem conſtituto formaliter, vt patet de intellectualitate reſpectu eſſentiæ,& tunc ſequeretur qđ ſuperius eſſet idẽ formaliter cum inferiori. Dico quod litera dicit quòd ſuperius.& intellectualitas,eſt idem eſſentialiter,& non formaliter inferiori, & eſſentiæ, ſi autem diceret, quòd intellectualitas eſt idem formaliter, eſſentię,intellige tu idem formaliter,& idẽ eſſentialiter, ideſt ſuperius eſt de eſſentia inferioris. Tertiò dubitatur vtrum vnitas ſimplicitatis quæ eſt vera identitas ſit perfectiòr formali,& dicendum eſt, quod identitas ſimplicitatis perfectior eſt formali, quia in diuinis ponitur illa identitas propter infinitatem quæ perfectiori modo identificat ſibi omnia, quàm facit inferius, quando includit ſuperius,quia adhuc in iſta concluſione non repugnat eſſe potentialitas,& compoſitio quæ diminuunt perfectionem identitatis. Quartò dubitatur num identitas ex natura rei, ſit alia ab iſta formaliter,quia Scot. ſecunda diſtin.primi q. quarta, loquens de omnibus iſtis ſex vnitatibus non meminit de identitate ex natura rei, & tamen ponit omnes iſtas identitates, quæ ſunt hic, etiam ſextam,quæ eſt formalis. Ad hoc reſpondeo, quia Scot. loquitur ſecundum propoſitum ibi,volens ponere diſtinctionem formalem in diuinis, & non diſtinctionem ex natura rei, quia tenet ibi, quod eſſentia formaliter diſtinguitur à proprietatibus hypoſtaticis, non tamen negat in diuinis eſſe diſtinctionem ex natura rei, quia hanc probat in 8.diſt.1. Vnde in 2.diſt.1. dicit ex his con-

cluditur differentia hic intenta ſcilicet differentia formalis,propterea igitur non ponit identitatem ex natura rei ibi,quia non debet ibi ponere diſtinctionem ex natura rei. Quintò dubitatur:num diſtinctio formalis poſſit eſſe in diuinis: & videtur quòd non. quia non eſt diſtinctio realis extremorum: & in diuinis repetitur diſtinctio quæ eſt inter extrema realia, & iſta formalis non eſt ſic. Tum quia omnis relatio quæ eſt in diuinis, aut eſt communis: vt eſt identitas, æqualitas, & ſimilitudo: aut hypoſtatica, vt eſt paternitas, quæ competit ſoli patri: & ſpiratio paſſiua quæ competit. S.S. ſed relatio iſta, ſcilicet diſtinctio formalis, nec eſt ſic, nec ſic, ergo nullo modo ponitur in diuinis iſta relatio ſcilicet diſtinctio formalis. Ad hoc reſpondeo primò, quòd argumentum aſſumit falſum quando dicitur, quòd omnis relatio in diuinis aut eſt hypoſtatica, aut communis: quia ſpiratio actiua nec eſt relatio communis, nec hypoſtatica: & ſic argumentum procedit ab inſufficienti. Alio modo reſpondeo, quòd verum eſt, quòd in diuinis non ſunt iſtæ relationes fundamentaliter, ſcilicet diſtinctio formalis, & ex natura rei,ſed ibi ſunt formaliter.

Nō ualet cō ſequentia à plurificatione abſtractorū ad plurificationē cōcretorum et præſertim ī accidentib. Nō ualet.n. ſortes ē ſciēs ergo hēt ſciē

Sextò dubitatur an iſta conſequentia valeat:homo habet plures ſcientias ergo eſt plures ſcientes: & videtur ꝙ ſic quia Scot.in 3.diſt.1.quæſt.3. vult de mente Ariſt.7. meta.t.comm.16.quotiens dicitur vnum, totiens dicitur ens per ſe.vnum autem diuiditur in quantitatem, qualitatem & ſubſtantiam:& ens diuiditur in ſubſtantiam,qualitatem, & quantitatem: ergo quot ſunt iſta in numero, tot ſunt entia per ſe: ergo benè ſequitur à plurificatione inferiorum, plurificatio ſuperiorum: quia iſta ſunt inferiora.& ens eſt ſuperius:& tamen multiplicatis iſtis,ſ.ſubſtantia,quantitate, & qualitate, multiplicatur ens, quod eſt ſuperius: ſimiliter ꝑ hoc ſequit̃ à multiplicatione formarum abſtractarũ multiplicatio cõcreti: nam qualitas, quantitas,ſunt formæ abſtractæ: & ad ipſarum plurificationẽ,ſequitur plurificatio entis,qđ eſt cõcretum,& iſtud negant, Auctor, & Scot. Ad hanc inſtantiam reſpondeo ſic, quòd quando Scotus dicit multiplicatio poſterioris non infert multiplicationem ſuperioris, nõ intelligit inferio-

inferiora in linea prædicamentalı eſſentialiter ordinata, quia in his valet conſequentia: vt ſi ſunt duo homines,bene ſequitur,ergo duo animalia,& ſi ſunt duo animalia ergo duo entia . Sed intelligit poſteriora non ordinata in eodem prædicamento, quod dependet à priori: vt ſunt accidentia reſpectu ſubſtantiæ, quæ ſunt poſteriora ſubſtantia, & dependent à ſubſtantia, ſed non ſunt inferiora ſubſtantia . in his benè non valet:vt iſte homo habet plures ſciẽtias, ergo eſt plures ſcientes:vel habet plures qualitates, ergo eſt plures quales. Ad aliud quando dicitur, quòd à multiplicatione formarum abſtractarum ſequitur multiplicatio concreti.& tamen Auctor,& Sco. dicũt, quòd non valet conſequentia. Ad hoc dico,quòd ſubſtantia,quantitas,& qualitas,ſunt benè formæ abſtractæ: ſed ens non eſt ſuppoſitum. ideo ad multiplicationem iſtarũ formarum benè ſequitur multiplicatio entis, quod eſt cõcretum,ſed non multiplicatio ſuppoſiti: quia ens non eſt ſuppoſitum.vnde non valet, habet plures paternitates,ergo eſt plures patres, quia hic pater eſt ſuppoſitum,& non multiplicatur,ſi benè formæ abſtractæ multiplicantur, ſicut tenet Scot. 3.di.3.& ſic nihil cõtra Auctorem,& Scot.

tias, ſeu hẽt plures ſcias, ergo ẽ plures ſcientes.

Obijcitur ad hæc contra diſtinctionem formalem,quę diſtinguuntur in ſuperiori diſtinguuntur in inferiori. ſed diſtinctio formalis eſt ſuperior ad diſtinctionem eſſentialem,& realem, ergo quæ diſtinguuntur formaliter diſtinguuntur realiter, & eſſentialiter,quod eſt ad falſum totaliter. Dico quòd aliud eſt eſſe ſuperius, & aliud eſt eſſe communius, ſeu in plus ſe habens: concedit,quòd diſtinctio formalis eſt quid communius, ſeu in plus ſe habens quàm realis aut eſſentialis, ſed non eſt ſuperior reſpectu diſtinctionis realis, ſeu eſſentialis, ideo argumentum nõ concludit. quæ enim diſtinguuntur formaliter, & ſunt quidditates, in his valet conſequentia. diſtinguuntur formaliter, ergo diſtinguuntur realiter, & eſſentialiter. vt homo, & aſinus ſunt quidditates & formaliter diſtinguuntur, ergo diſtinguuntur eſſentialiter, & realiter. quæ autem non ſunt quidditates, ſed quidditatis: vt homo, & riſibilitas. ſi homo eſt quidditas, riſibilitas eſt quidditatis: in his non valet homo,& riſibilitas di-

Hac ẽt non valet eſſentialia ſunt plura ĩ diuinis ergo plures eſſentiæ, quia arguit à pluriſicatiõe poſterioris ad pluriſicationem prioris, eſſẽtiale. n. eſt ueluti actus 2. reſpũ ipſi eſſentia diuina, & per cõſequẽs veluti poſterius. Quò in diuinis ſunt plures formalitates confirmatur per

Au.7.de tr. c.6. dicētē, quod alio pater ē, et alio pater eſt pater: quia pater ē eſſētia diuina, ſed pater paternitate, ex quib. uerbis ſequit̄, quid inter illud quo cōſtituitur pater in eſſe: Et id quo conſtituitur pater in eſſe patris ē diſtinctio formalis, quoniā vtrūque hēt diuerſas formalitates.

ſtinguuntur formaliter, ergo realiter, & eſſentialiter. Septimò dubitatur num ſit ponenda aliqua potentia executiua à voluntate, quia dixit Hilarius, quòd voluntas non efficit creaturam, ſed poteſtas. ergo vltra voluntatem, datur alia potentia, & iſta eſt poteſtas ſiue potentia exequutiua. Dico cum Scoto, quòd non datur potentia exequutiua: quia iſta poteſtas nihil aliud eſt, quàm voluntas, pro ſubſtrato: & ſic non eſt neceſſaria potentia exequutiua ſi idem eſt poteſtas quod voluntas. Octauò dubitatur, nū ſit verum quòd abſoluta tribus perſonis communia, habeant propriam infinitatem diſtinctam formaliter ab infinitate diuinæ eſſentiæ: inſtatur enim ex dictis Scoti 3. quæſt. prologi & 2. quæſt. quol. & 2. diſt. 1. q. 1. & quæſt. 3. inſtantia eſt iſta, probo, quòd non ſit vnum tantum infinitum radicale: quia infinitum vt dicitur in omnibus his locis, eſt quod continet in ſe omnem perfectionem, & bonitatem: Tunc arguo ſic, plura bona ſunt meliora paucioribus bonis: ſed quæcunque meliora ſunt ponenda in vniuerſo. ergo melius eſt, quòd dentur plura bona, quàm vnum ſolum, & ſi iſta plura in vniuerſo eſſent, non ſunt niſi in infinito: quia ibi quicquid perfectionis poteſt eſſe, de neceſſitate eſt, ergo dantur plura infinita radicaliter. Ad hoc reſpondet Scot. 3. q. 2. diſtin. 1. quòd benè verum eſt, quòd plura ſunt meliora paucioribus bonis, ſi iſta plura eſſent poſſibilia, ſed hoc eſt impoſſibile, quòd ſint plura bona infinita: vnde tunc non eſſent meliora bona: quia ex poſitione in compoſſibilium, nec bona ſequūtur, nec meliora. Aduerte interim non ita eſt de exiſtentia, & neceſſitate: ſcilicet quod habeant infinitatem propriam formaliter diſtinctam ab infinitate diuinæ eſſentiæ. & ratio eſt quia iſta ſunt modi intrinſeci, & non dicunt formalitatē: hinc eſt, quòd non poſſunt fundare infinitatem formaliter diſtinctam ab eſſentia, quia quod non eſt formalitas, quomodo poteſt fundare aliquod formaliter diſtinctum? Super illis verbis doctoris: pater & paternitas non diſtinguuntur niſi per modos, quæritur. cùm forma in abſtracto ex natura rei præcedat concretum: quare eſt, quòd abſtractum ex natura rei nō diſtinguitur à concreto? & ꝙ forma in abſtracto præcedat concretum: patet, quia concretum

cretum dicitur à forma. Ad hoc reſpondeo cum Scoto in 1.di26.rñdendo ad argumenta præpoſitini, ꝙ concretũ eſt duplex: vno modo accipitur ſubſtantiuè, & ſic diſtinguitur ab aſtracto: quia concretum iſto modo ſumptum dat intelligere ſubſiſtens in natura, vel forma: abſtractũ autem præcisè dat intelligere formam,& vt ſic diſtinguũtur ex natura rei pater,& paternitas,cõcretum, & abſtractum. Alio modo accipitur concretum adiectiuè, & iſto modo non diſtinguuntur ex natura rei, concretum,& abſtractum:& ſic loquutus eſt Auctor,& hoc eſt valde neceſſarium in iſta via, & poteſt accommodari exemplum de quolibet concreto,quod adiectiuè,& ſubſtãtiuè ſumi poteſt.nam pater poteſt ſumi adiectiuè,& ſubſtantiuè. Nonò dubitatur num homo & humanitas ſolum rõne diſtinguantur, & videtur ꝙ ſic, nam humanitas in ſubiecto, & humanitas in prædicato,diſtinguuntur rõne.Tunc arguo ſic,magis diſtinguitur homo ab humanitate,quàm humanitas ab humanitate, ſed humanitas, & humanitas in ſubiecto,& prædicato diſtinguuntur rõne, ergo homo in cõcreto & humanitas in abſtracto diſtinguuntur pluſquam ratione. Ad hoc reſpondeo, ꝙ non diſtinguũtur plus quã ratione ideſt aliqua diſtinctione ex natura rei, ſed diſtinguuntur ſola diſtinctione rationis in maiori gradu: quia in diſtinctione rationis ponimus gradus: ſicut in entibus realibus:& hæc de tertio articulo minus principali.

Qũo plura bona sũt meliora pauciorib. bonis,vi de D.Bona. di.2.q.1.& Sco.3.q.2. diſt.1.

Cõcretũ,& abſtractum nõ diſtinguũtur formaliter,quia habẽt idẽ ſignificatum formale.

In hac re nõ multum me extẽdo, quoniã facillima sũt, ſed remitto ad libellũ Scoti de modis ſignificãdi, et ad noſtrum Tarta. ĩ Logica magna pag. 23. qui dicit bene ad mente Scoti.

TEXTVS.

QVantum ad quartum articulum,in quo videndũ eſt de identitate & diſtinctione reali: Notãdum eſt primò, ꝙ multiplex eſt prioritas. Prima eſt perfectionis: & ſic dicimus ꝙ in vno quoque genere eſt vnum primum, id eſt,perfectiſſimum. Alia eſt prioritas generationis: & ſic illa quæ ſunt priora generatione, ſunt poſteriora perfectione: ſaltẽ ſi prius cõcurrat intrinſecè ad eſſe poſterioris. Alia eſt prioritas naturę: & eſt quando prius quantũ eſt de ſe non habet repugnãtiam,

Idẽtitas,& diſtinctio realis.

quod

quod ſit ſine poſteriori,licet hoc ſibi repugnet,aliquando per identitatem realem cum poſteriori, vel propter aliquid aliud extrinſecum priori. Aliqui tamen Scotiſtæ dicunt,quòd prioritas naturæ, vel eſſe prius natura, non eſt eſſe in aliquo priori ſimpliciter loquendo,in quo non ſit poſterius: ſed eſt præſuppoſitio huius ab hoc Et iſtud confirmat Fran. in 1. Aliquando etiam prioritas naturæ dicitur illa quæ eſt inter naturam & naturale. Aliquando dicitur, quæ eſt inter formalitatem & formalitatem in eadem natura, & hoc eſt tã in diuinis quam in creaturis: vt dicit Pet.de aquila libro primo diſt. 12. Dicit enim quòd prioritas duo dicit:primum eſt progreſſus de non eſſe ad eſſe in altero,& ſic dicit imperfectionem, quia ſtat cum alietate naturarum.ſecundum quod dicit,eſt præſuppoſitio huius ab hoc: & iſto modo non dicit imperfectionem,quia poteſt ſtare cum identitate naturæ. Et ſic in Deo eſt proprietas naturæ iſto ſecundo modo remota imperfectione primi modi.Et per iſtam diſtinctionem vel declarationẽ poſſunt ſolui omnes auctoritates dicentes in diuinis non eſſe prius nec poſterius.Alia prioritas eſt durationis.

QVantum ad quartum articulum, in quo videbitur de identitate, & diſtinctione reali: ponit author. quòd multiplex eſt prioritas. Vno modo aliquid dicitur primum quod eſt perfectiſſimum:& hoc poteſt eſſe aut in genere, aut extra genus:ſi in genere ſubſtantiæ, erit.v.g.ſecũdum Theologos lucifer, iuxta illud d.Aug. duo feciſti domine vnum prope te aliud propè nihil, quãtum ad naturalia:ſi in genere animalis, erit homo, ſi ex-

tra genus, erit Deus: qui eſt mẽſura extrinſeca omnium, per cuius acceſſum, & receſſum omnia alia menſurãtur. Alia eſt prioritas generationis: & auctor dixit, quòd illa, quæ ſunt priora generatione, ſunt Poſteriora perfectione: ſaltem ſi prius concurrat intrinſecè ad eſſe poſterioris, & hoc dictum fuit prius à Scot. 5. diſt. 1. q. 2. ꝙ priora generatione ſunt poſteriora perfectione. Et nota quòd iſta regula, vt ibi dicit Scot. non eſt vera in diuinis: quia ibi, quæ ſunt priora origine, ſunt priora perfectione quia totus ordo originis reducitur ad aliquod principium perfectionis, in diuinis: igitur ſimiliter debet intelligi cõcurrere ordo originis, & ordo perfectionis. Si in creaturis cõcurrerent iſti duo ordines ſemper vni formaliter, nõ quæreremus primò materiam, quæ ſubſtaret formæ, & ſcđò formam: ſed primò quæreremus formam, quę nata eſſet dare actũ materiæ: & ſcđò quæreremus materiam, quæ nata eſſet recipere eſſe formale per illam formam. intelligitur ergo regula, cum iſtis limitationib. Primò ꝙ non eſt vera in diuinis. Scđò, ꝙ eſt vera in eodem gñe: vt animal eſt perfectius ſubia, ſed in diuerſis generib. non valet. vnde licet albedo ſit poſterior homine, non eſt perfectior, quia non eſt in eodem genere. Habet autem iſta regula maximè veritatem, ponendo plures formas in compoſito: tunc poſteriora generatione ſunt priora perfectione. vnde Scot. 12. diſt. 4. tunc in compoſito eſt forma ſubſtantialis: quando forma poſterior generatione eſt prior perfectione: poſtea quando vides, ꝙ forma poſterior generatione, non eſt prior perfectione: tunc non eſt in prædicamento ſubſtantiæ illa forma, ſed in alio prædicamẽto. Eſt igitur vera iſta regula ſemper in prædicamento ſubſtantiæ, ſed in alijs prædicamentis, vt in prædicamento qualitatis eſt vera gratia materiæ, ſed non gratia formæ. vnde Ariſt. in prædicamento ſubſtantiæ explicauit. vt patet 9. metaphyſi. tex. commen. 15. dicens vir eſt perfectior puero, & homo ſpermate: Illud. n. iam habet formam, hoc verò non. Alia eſt prioritas naturæ, & iſta eſt multipliciter: vno mõ aliquid eſt prius natura priuatiuè, aut negatiuè. & de iſta loquit Scot. in 1. diſt. 2. q. 2. & 3. & iſto mõ dicimus, ꝙ materia eſt prior natura forma, vt ha

Priora generatiõne ſunt poſteriora perfectiõe, quod intelligẽdũ ẽ in eodẽ ordine. vide Paduanum pa. 16. vide et Zimarã ĩ ſuis theorematib. theore. C.

Quòd iſta regula ẽ vera ſẽper in prædicamento ſubſtantia.

bet

bet Scotus in 3.diſt.3.q.& hoc intelligas ſic, ꝙ nõ eſt aliquod ſignũ poſitiuũ,in quo ſit materia, & nõ ſit forma : & ſic vnũ poſitiuè nõ præcedit aliud,ſed benè priuatiuè, vt materia priuatiuè præcedit formam , i. quantũ eſt de ſe poſſet eſſe ſine forma,quia non ex ſe habet formam , ſed ſi habet,habet ab alio,vt à generante,vel creante:& ipſa ſola ſine alia poſitiua cauſa ſufficit, vt ſit priuatiua : eſſet igitur ſemper priuata,niſi eſſet alia cauſa poſitiua impediens eius priuationem continuam : & de tali prioritate dixit Sco.ꝙ prius natura priuatiuè non eſt prius tẽpore , quantum eſt de ſe : & rõ eſt , quia cauſa poſitiua poteſt à principio,i.ab æterno impedire ipſius materiæ priuationem dãdo ſibi eſſe. Secũdo accipitur ordo naturæ , quæ ẽ inter aliqua,quorum vnum dependet ab alio ſecũdũ mẽſuram perfectionalem : ita,ꝙ poſterius ſecundum perfectionem menſuratur à perfectiori , & ſic omnia alicuius generis dependent à perfectiſſimo in illo genere, vt patet per philoſophum 10.meta.tex.commen. 2. talis ordo ſemper connotat imperfectionem in poſteriori natura: vt aſſerit Sco.in q.4.quotlib.& de hoc dicimus, ꝙ in vnoquoq; genere eſt vnum,quod eſt metrũ , & menſura omnium illorum,quæ ſunt in eodem genere. Tertio modo accipitur ordo naturæ,qui fundatur in vna natura,& terminatur ad aliam : ita ꝙ inter illas naturas eſt ordo producentis,& producti: & productum eſt ſimpliciter aliud à producente,& hoc in natura:& ſic productum ſemꝑ eſt imperfectum & cauſatum:& iſto modo loquitur Auctor, quando dicit,ꝙ prioritas naturæ dicit duo, primum ideſt progreſſum de non eſſe ad eſſe in altero:& ſic dicit imperfectionem,quæ ſtat cum alietate naturarũ . Quarto modo accipitur ordo naturæ inter aliqua , quorũ vnũ nullo modo dependet ab alio in aliquo genere cauſati , vel menſurati,& conſeruati, ſed vnum neceſſariò præſupponit aliud:& ſic eſt inter intellectum,& volũtatem , & hoc modo ordo naturæ nõ præexigit neceſſariò imperfectionem in poſteriori natura: immo multotiens poſterius natura eſt perfectius: vt patet de volũtate & intellectu, intellectione,& volitione: nam volitio eſt perfectior intellectione,vt tenet Sco.vlt.q.prologi.aliquando prius natu

ra erit perfectius, vt de intellectu, & uolitione patet. Quintò ordo naturæ eſt inter aliqua, quorũ vnũ depẽdet ab alio non ineſſe aut conſeruari, ſed quia dependentia eius ad aliud terminatur: vel quia terminatur ad ſubiectum, vel ad ſuppoſitum, ſi ad ſubiectum, ſic accidens dependet à ſubſtantia: quia in ſe ſtare non poteſt: accidentis enim eſſe eſt in eſſe, & ſic dicit imperfectionem in accidente, ſecundo modo natura aſſumpta à verbo, dependet ad ipſum verbum, & hoc eſt imperfectionis in natura: quia in alio ſubſtentatur, ſed in verbo nulla eſt imperfectio, in ſubiecto verò, quod ſubſtẽtat accidẽs, benè eſt imperfectio, quia informatur ab accidẽte. Sextò ordo naturæ eſt inter aliqua, quorum vnũ eſt quaſi productũ, vel quaſi originatum, & ſic eſt inter ſubiectũ, & propriam paſſionem: & de iſto dixit Sco. in 2. ꝙ prius natura quantum eſt de ſe eſt prius duratione: iſte ordo naturæ iſtis ſex modis reperitur in creaturis. Septimò ordo naturæ eſt inter aliqua, quæ infinita ſunt; & vnum eſt quaſi productum ſiue originatum, & aliud originans: & ſic eſt inter eſſentiam, & omnia attributa quæ formaliter ſunt infinita: & ſunt quaſi originata à natura diuina, & formaliter infinita ſunt, & talis ordo nullam dicit imperfectionem: etiam ſi quaſi productũ non ſit formaliter infinitũ, vt ſunt relationes originis. Octauò prioritas, & poſterioritas naturæ, eſt inter aliqua, vbi vnũ accipit totum eſſe ſuũ ab alio: ita quòd tantũ ab illo diſtinguuntur ſecundũ proprietatem perſonalem præcisè, & hoc modo perſonæ diuinæ ſi per abſoluta conſtituantur, ſic perſona prima eſt prior natura ſecũda, quia quicquid habet filius habet à patre, & in nulla perfectione diſtinguitur filius à patre. Si etiam teneatur, quòd perſonæ diuinæ per relatiua conſtituantur, adhuc inter patrẽ, & filiũ fortè eſt ordo naturæ: quia omnem perfectionẽ, quam habet filius, habet à patre: & vterq; habet. & in relationibus tantum diſtinguuntur: & licet relatiua ſint ſimul natura, loquendo de ſimultate ordinis naturæ, quæ opponitur ordini eſſentiali: adhuc pater eſt prior natura filio, nõ ꝙ filius depẽdeat à patre: qa ſic ſunt ſimul natura, ſed vnũ eſt prius natura reliquo: qa communicat ſibi omnem perfectionẽ, quam habet.

In 4. q. quol. aſſerit Scot. patrẽ præcedere filium natura huiꝰ tamẽ oppoſitũ dicit d. 3 quodli. ar. 3 quod pater, & filius sũt ſimul natura.

Solutio.

Prioritas naturæ duobus modis ſumi cõſueuit, aliqñ enim eſt præ-

ſuppoſitio huius ab hoc tātū, et conuertitur cū prioritate originis, & ſic pater, eſt prior natura filio.

habet. hæc tamen quæ dixi hic in octauo modo prioritatis multis non placebunt, & ſi non ab omnibus acceptantur: tamen mihi videtur, quòd nullum ſequatur inconueniens: tu ſequere, quod tibi placuerit.

Nota etiam quod Sco. in 4. q. quotlibe. aſſerit patrem præcedere filium natura: huius tamen oppoſitum dicit 3. q. quolibet ar. 3. quòd pater & filius ſunt ſimul natura. Reſpondeo prioritas naturæ duobus modis ſumi conſueuit: aliquando enim eſt præſuppoſitio huius ab hoc tantum, & conuertitur cum prioritate originis, & ſic pater eſt prior natura filio. Alio modo prius natura eſt à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia. hoc modo pater non eſt prior ipſo filio, hoc etiam dixit Sco. 3 quæſt. quolibe. art. 3. quòd pater & filius ſunt ſimul natura, quia correlatiua.

Conformatio cum Ariſt.

POſuit Auctor plures prioritates, prima eſt perfectionis, & ſic dicimus, ꝙ in vnoquoque genere eſt vnum primum, ideſt perfectiſſimum: & hoc ſumptum eſt ex Ariſto. 10. metaphyſ. comm. 2. & idem: alia eſt prioritas generationis & ſic illa, quæ ſunt priora generatione ſunt poſteriora perfectione in eodem genere. Hoc ſumptum ex Ariſt. 9. metaphy. tex. comm. 15. vbi dicitur, quæ ſunt poſteriora generatione, forma, atque ſubſtantia, priora ſunt, ideſt perfectione priora ſunt: quæ perfectio eſt in forma, & ſubſtantia: vt vir puero, homo ſpermate, reddit rationem Ariſto. quare vnum eſt perfectius alio: quia alterum habet formam, alterum non: quia homo habet formam, quam non habet puer. Alia prioritas eſt naturæ, quando prius quantum eſt de ſe non habet repugnantiam, quòd ſit ſine poſteriori, licet aliquando ſibi repugnat propter identitatem poſterioris, vt homo quantum eſt de ſe poteſt eſſe ſine riſibili: aliquando hoc ſibi repugnat propter identitatem, quam habet riſibile cum homine. Hoc habetur ab Ariſto. 5. metaphy. tex. commen. 16. vbi dicitur, priora ſecundum naturam ſunt quæcunque contingunt eſſe ſine alijs: & alia non ſine his, ideſt

homo

homo poteſt eſſe ſine riſibili quantum eſt de ſe, ſed riſibile non poteſt eſſe ſine homine: & hoc propter identitatem, quam habet riſibile cum homine: aut propter aliquod extrinſecum ſicut eſt de cœlo, & motu: quia cœlũ de ſe poteſt eſſe ſine motu: ſed propter aliquod extrinſecum eſt, quòd non poteſt eſſe ſine motu: & hoc eſt propter intelligentiam, quæ neceſſariò mouet. quod confirmatur per illud, quod habet Ariſto. 12. metaphyſic. tex. commen. 43. Alia prioritas naturæ, quæ eſt inter duas formalitates, quæ non eſt vera prioritas, ita quòd prius ſit in aliquo eſſe ſimpliciter in quo non ſit poſterius: ſed eſt præſuppoſitio huius ab hoc, & eſt inter formalitatem, & formalitatem in eadem natura: poteſt confirmari per Ariſto. 9. meta. comm. 10. vbi loquens de intellectu & voluntate, voluit, quòd intellectus, vt diſtinguitur à voluntate, eſt potentia merè naturalis, & non poteſt exire in actum ſuum, ſed eſt indeterminatus ad contraria, & agit in oppoſita: quia eſt naturalis neceſſariò præſupponit voluntatem, & electionem ad hoc vt determinetur, aliter non agit intellectus, ergo prius eſt voluntas in determinando, quàm intellectus agat: & tamen ſunt in eadem natura intellectus, & voluntas. & ſolum formaliter diſtinguuntur: vt tenet Sco. 16. diſtin. 2. & intellectus eſt poſterior in agendo: & voluntas eſt prior, & non ſeparantur: ſed neceſſariò intellectus in agendo præſupponit voluntatem. ſic filius præſupponit patrem, & notionalia præſupponunt eſſentialia.

Homo quantũ ē de ſe poterit eſſe ſine riſibilitate.

Cõſidera de cœlo non tamē ſunt idē realiter orbis, & mot⁹ eius, quia ipſum cœlũ, quantũ ē de ſe poterit eē ſine motu.

TEXTVS.

Pro quo notandum, quòd triplex eſt duratio. Prima eſt reſpectu Dei, & ſic æternitas eſt eius duratio, & ideo ſic nihil eſt prius in duratione in diuinis.

Secunda eſt reſpectu angeli & aliarum rerum permanentium: & talis duratio vocatur æuum.

Tertia

Tertia eſt reſpectu entium ſucceſſiuorum, vel quantum ad ſuum fieri: & talis duratio eſt tempus. Alia prioritas originis, de qua ait Aug. primo de Trin. quòd nihil gignit ſeipſum: & iſta eſt tam in diuinis, quàm in creaturis: & ſemper oportet, quòd ſit diſtinctio realis inter originans & originatum ſiue inter producens, & productum ſecundum Sco. Prioritas originis eſt, qua quis intelligitur eſſe à ſe, & à quo alius: poſterioritas originis eſt, qua quis dicitur, vel intelligitur eſſe ab alio. Vnde Fran. in prologo q. 1. in fine dicit, ꝙ primum ſignum originis eſt eſſe à ſe, & ſecundũ eſt eſſe ab alio. Verum tamen prius, & poſterius origine aliquando accipiuntur pro priori, & poſteriori natura, ſicut exponebat Petrus de Aquila in ſecundo membro: & ſic dicimus, quòd pater prius origine eſt beatus, quàm generet: quod non eſt intelligendum, vt clarum eſt, quòd ſit beatus à ſe, & quòd generet ab alio: ſed quia antequam generet, præexigitur eſſe beatus. Secundò notandum, quòd realitas dicitur à reali: reale verò à re: Res autem vt ad propoſitum ſpectat, ſumitur à ratus rata ratum, & talis eſt triplex: quædam eſt eſſentię, ſicut eſt quidditas abſolutè conſiderata: quædam exiſtentiæ, & talis eſt in omni prædicamento ſubſtantiæ ſolum: in propoſito autem reale ſumitur à re, ſecundo vel tertio modo dicta, non autem à re eſſentiæ, quia in diuinis eſt diſtinctio realis: & tamen eſt ibi vna eſſentia: nec ſumitur à re dicta à reor, ris, quæ eſt communis ad omnia entia imaginabilia: quia tũc

inter

inter chimeram & alliud fictitium eſſet diſtinctio realis. Tertiò intelligendum, quòd in diuinis res poteſt ſumi dupliciter: vnó modo eſſentialiter, & ſic eſt tantum vna res, quia vna eſſentia & vna exiſtentia: alio modo perſonaliter, & ſic in diuinis ſunt tres res ſubſiſtentes.

Quid eſt æuum? dico quod eſt fluxus forma. ſ. praſētialitatis & coexiſtentia creatura cū Deo, eſtque eiuſdem rationis cū tēpore formaliter materialiter nō imo differunt quia tempus mēſurat res ī fluxu ſed æuū menſurat permanentia, ſed in hoc couenit cū tēpore, quia habet prius & poſterius in ſucceſſione.

Annotatio in textu.

ALia prioritas durationis: & iſta eſt triplex, ſcilicet æternitas, tempus, & æuum: & prima menſura vocat æternitas: & hic notabis, quòd de iſta æternitate Sco. eſt problematicus 6. q. quolib. aliquando dicit, quod eſt modus intrinſecus eſſentiæ, vel exiſtentiæ Dei: & ſic nos dicendo conſequenter ad dicta ſuperius, dicemus quod modo eſt extra primum modum. Aliquando dicit ibidē, quòd importat reſpectum ad duplicem negationem ad non eſſe præcedens, & ad non eſſe ſequens, ideſt non habuit Deus, nec habebit non eſſe, connotat tamen vitam & poſſeſſionem. vnde, ſi eſt aliqua res, quæ non habuit eſſe nec poteſt non eſſe nec poteſt deficere: æternitate menſuratur, & iſta eſt Deus, ſi fuerit permanens, & habet eſſe defectibile, ſic menſuratur æuo, & ſic eſt angelus aut ſecundum alium modū angelus, & ſubſtātia æuo mēſurantur: aut habet eſſe ſucceſſiuum, & defectibile: & ſic eſt motus & tunc menſuratur tempore. Boetius ſic diffinit ęternitatem in 4 lib. de conſolatione proſa vltima. Aeternitas eſt interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio: declarans ſuam diffinitionem dicit quòd ſi mundus ſecundum Philoſophos careat principio & fine, non tamē ex hoc æternus intrinſecè quia non eſt tota ſimul & perfecta poſſeſſio, quia præteritum iam eſt tranſactum & futurum nondū eſt, & ita non eſt ſimul tota & perfecta poſſeſſio. quamuis poſſet dici, ęternitate extrinſeca ęternus.

Conformatio cum Ariſtotele.

ARiſt. ponit æternitatem, quæ eſt duratio Dei, & hoc in 3. Phyſic. text. co. 32. in æternis non differt eſſe à

Boetius ſic definit æternitatem in 4. lib. de conſolatione proſa vltima: æternitas ē interminabilis vita tota ſimul & perfecta poſſeſſio. declarās ſuā definitionē dicit quod ſi mundus ſecūdū philoſophos careat principio & fine non tamen ex hoc eſt æternus quia non eſt tota ſimul & perfecta poſſeſſio, quia præteritu iā eſt tranſactū et futurū nondū: eſt ita nō eſt ſimul tota & perfecta poſſeſſio.

Vbicūq; eſt hoc, ab hoc illud a quo eſt hoc, eſt prius

poſſe. æuum quod eſt duratio angeli ab Ariſto. non ponitur, ſed ſub æternitate ſecundum Ariſtot. comprehenduntur angeli, & Deus, prima intelligentia, & omnes aliæ, & cœli, & materia prima. Nā ipſe imaginatur Deū, & omnes alias intelligentias, & cælos eſſe æternos. Ex hoc ſequitur corrollarium, quod differt æternitas, quam ponit Ariſt. ab æternitate, quam ponunt Theologi. Alia duratio eſt tempus, & hæc duratio ponitur ab Ariſtot. 4. Phyſi. à tex. commen. 87. vſque ad 134. & ibi ponit talem durationem eſſe ſucceſſiuorum.

Annotatio Textus.

Alia eſt prioritas originis, & hic Thomas, & Aegidius ſunt contra nos, qui dixerunt, quod non eſt ordo originis inter eſſentiam, & filium, nec inter eſſentialia, & notionalia. Sed contra eos dicitur eſſe Auguſtinus cui magis aſſentire fas eſt, in libello de triplici habitaculo. Siquis intuitiuè videret eſſentiam, videret eam prius origine filio, ecce quomodo ponendus eſt ordo originis inter eſſentiam, & perſonas, quod tamē ipſi negauerunt.

ORDO ORIGINIS.

Et vt omnia ſint tibi clara, notare debes quòd ordo originis eſt quadruplex & per hoc conciliabis multa loca Scoti in quibus Scotus videtur ſibi contradicere, ſed non ita eſt.

VNo modo ſumitur ordo originis impropriè & ſic eſt inter eſſentialia ſolum, vt inter eſſentiam, & alia abſoluta: vt eſt intellectus, & voluntas. & deſcribitur ſic, ordo originis eſt habitudo vnius abſoluti præſupponentis ad aliud abſolutum, vt præſuppoſitum in eſſendo, vel obiiciendo. Et aduerte, quod rectè dicitur, quod eſt ordo improprius, quia eſſentialia non originantur ab eſſentia, niſi capiatur originari pro, fluere, & ſic Sco. concedit in quolib. quæſt. 1. quod eſſentialia immediatius fluunt ab eſſentia, quàm notionalia, & dato, quod omnia iſta fluant in inſtanti æternitatis, tamen vt cognoſcamus rerum ordinem, poſita ſunt iſta ſigna. vnde iſta ſigna non

ſunt

ſunt menſuræ, ſed ſunt ſynchategoremata, ideſt modi intelligendi eſſentiam, & eſſentialia notionalia, & modi intelligendi eſſe patris, & eſſe filij. Et ordo originis iſto primo modo ſumptus, habet tria ſigna in eſſendo, & duo obijciendo.

Ordo originis ſumitur quatuor modis.

Primo modo ſumitur ordo originis in diuinis pro ordine vnius eſſentialis, & ad aliud eſſentiale, prout loquitur Scotus quæſt. 1. quolib. artic. 1. in primo diſtin. 1. & in 1. diſt. 13. in fine, & diſtinct. 2. parte 2. q. 4. in ſolutione ſecundi & tertij dubij.

Deſcriptio eius.

Ordo originis eſt habitudo vnius abſoluti, vt præſupponentis, ad aliud abſolutum, vt præſuppoſitum in eſſendo, vel in obijciendo.

Sicut res ſe habet	ad eſſe, ita ad operari.

Primum ſignum in eſſendo ponitur q. 1. quolib. & poſſet iſte ordo multiplicari conſiderando ordinem modorum intrinſecorum inter ſe, & actuum immanentium, & habitiuum.	Secundum ſignum in obijciendo de hoc in prima q. ſecundi in prima diſtinct.

Eſſentia eſt in primo ſigno.	Voluntas in in tertio ſigno.	In primo ſigno eſſentia obijcitur intellectui.	In 2. ſigno eſſentia obijcitur voluntati, & comparatur ad voluntatem.

origine, et illud quod eſt ab eo ē poſterius ſed ī diuinis pater & filius ſic ſe hēnt quod filius eſt a patre, ergo pater eſt prior quia eſt à quo aliud, et filius eſt poſterior origine quia eſt quod ab aliō Eſſentialia ſūt ſecundaria vt habet Scot. in prima q. quodlib. Quædam n. ſunt quæ dicūnt reſpectum adextra, veluti ſapientia iuſtitia bonitas &c. ſed vos dicetis quare dicūtur eſſentialia. Reſpōſio. Quia prædicātur de tribus perſonis per modum

eſſentia .i.ſicut eſſentia prædicatur de tribus ita etiam hæc eſſētialia prædicantur de tribus perſonis: dicimus pater eſt eſſentia, filius eſt eſſentia, ſpiritus ſanctus eſt eſſentia. Ita dicimus pater eſt ſapiens, filius eſt ſapiens ſpiritus ſanctus eſt ſapiens, pater eſt creator, filius eſt creator, ſpiritus ſ. eſt creator ita dicatis de alijs. Prædicata notionalia ſunt ipſæ realitates cōſtitutiuæ perſonarum ſicut paternitas filiatio &c. de his viſum eſt ſupra.

Intellectus in ſecundo ſigno.

Secundo modo ſumitur ordo originis prout eſt habitudo eſſentialis, vt præſuppoſiti, ad notionale, vt præſupponens; ideſt notionale præſupponit eſſentiale. Et iſte ordo habet tria ſigna: in primo ſigno pater eſt beatus, intelligit, vult, eſt ſapiens, iuſtus, & ſic dicas de filio: & de ſpiritu Sancto. & habet tria ſigna iſte ordo, ſicut tres ſunt perſonæ, & ſic pater in ſecundo ſigno generat, & ſpirat, in ſecundo filius ſpirat, in ſecundo ſpiritus ſanctus non habet aliquod notionale, ſed comparatur ſolum ad extra, iſti duo modi ſunt impropriè ſumpti.

Secundo modo ſumitur ordo originis pro habitudine inter eſſentiale & notionale, de quo Scot. 1. diſtin. 1. q. 2. & diſtinct. 6. quæſt. vnica artic. 1.

Deſcriptio eius.

Ordo originis eſt habitudo eſſentialis vt præſuppoſiti, ad notionale vt præſupponens, ideſt notionale præſupponit eſſentiale.

In primo ſigno pater ē beatus intelligit, vult, eſt ſapiens, & iuſtus.	In ſecundo ſigno pater generat & ſpirat.

In pri-

In primo ſigno filius eſt beatus intelligit, vult & eſt ſapiens.	In ſecundo ſigno filius ſpirat Spiritum ſanctum.
In primo ſigno Spiritus ſanctus eſt beatus, intelligit, & vult.	In 2. ſigno S.S non habet aliquod notionale, ſed comparatur ſolum ad extra.

Tertius ordo originis eſt qui cadit inter perſonas originantes & originatas.& eſt duplex & in eſſendo & in operando: & deſcribi poteſt ſic, ordo originis eſt habitudo vnius ab alio, vel ab alijs in eſſendo vel operando iſte ordo habet tria ſigna in eſſendo. primum eſt eſſe à ſe & à quo alius, & ſic eſt pater; ſecundum eſſe ab alio & ſic eſt filius. tertium eſſe à duobus, & ſic eſt Spiritus ſanctus, & tria ſimiliter ſigna habet in operari:primum ſignum operari à ſe: ſecundum operari ab alio. tertium operari intelligo tam ad intra quàm ad extra. ſed talis ordo nō eſt in operatione quia illa eſt vnica operatio: ſed eſt inter perſonas operātes. & ſic pater prius origine vult producit Spiritum ſanctum: prius origine producit creaturas in eſſe cognito, & in eſſe reali. Filius in ſecundo ſigno intelligit, vult, producit Spiritum ſanctum, creaturas tam

in eſſe reali, quàm in eſſe cognito. Spiritus ſanctus in tertio ſigno intelligit, vult creaturas tam in eſſe reali quàm in eſſe cognito.

Tertio modo ſumitur ordo originis pro ordine, qui cadit inter perſonas originantes & originatas, & iſte modus tertius eſt proprius. Alij duo prædicti ſunt improprij. de quo Scot. in 1. diſtinct. 2. parte 2. quæſt. 1. diſtin. 12. 1. & iſte ordo eſt duplex in eſſendo & in operando.

Deſcriptio.

Ordo originis eſt habitudo unius ab alio uel ab alijs in eſſendo uel operando.

Sicut res ſe habet	ad eſſe ita ad operari.

Primum ſignum in eſſendo. Primum ſignum eſt eſſe à ſe & à quo, alius. Secundum eſſe ab alio. Tertium eſſe à duobus.	Secuudum ſignũ eſt in operari. Primum ſignum eſt operari à ſe. Secundum operari ab alio. Tertium à duobus tam ad extra quàm ab intra: ſed non eſt in operatione, ſed eſt inter perſonas operãtes.

Pater

Pater eſt in primo ſigno in quo non eſt filius, quia eſt à ſe, & ſic eſt prior origine.	Pater prius origine vult, producit Spiritum Sanctum, & creaturas.
Filius eſt in ſecundo, quia ab alio.	Filius in ſecundo ſigno intelligit, producit S. S. & creaturas in eſſe reali, & cognito.
Spiritus Sanctus eſt in tertio ſigno.	Spiritus S. in tertio ſigno intelligit vult creaturas in eſſe reali, & cognito.

Quartus ordo originis eſt, qui cadit inter originationes, ſ. generationem, & ſpirationem: & poſſunt addi duo alia ſigna ad extra: vt ſunt ibi emanationes ſecũdũ, quid & vna in eſſe obiectiuo alia in actuali exiſtẽtia, & deſcribitur ſic: Ordo originis eſt habitudo emanationis ad emanationem: vt præſuppoſiti ad præſupponentem: & habet quatuor ſigna: in primo ſigno pater generat filium: in ſecundo producit S. S. in tertio producit creaturas in

Si quis allegaret Scotũ contra nos ſicut faciũt Thomiſtæ, conſideret reſponſionẽ Scotiſtarũ.

eſſe ideali: in quarto creat, conſeruat, miſeretur. Et propter hoc patet, ꝙ ſi quis allegaret Sco. contra nos, ſicut faciunt Thomiſtæ, quando dicitur in 1. diſt. 1. omnem entitatem quam habet Deus habet in primo ſigno, eſt ergo intelligendum, ꝙ habet in primo ſigno, i. à ſe, & nõ habet ab alio: quia paternitas non ponitur in primo ſigno primi ordinis, ſed ponitur in primo ſigno quarti ordinis, & in primo ſigno tertij ordinis. Et hæc omnia clarius tibi patebunt in arbore hic poſita, quam benè notabis:

Quarto modo ſumitur pro ordine, qui cadit inter originationes, ſcilicet generationem, & ſpirationem, & poſſunt addi duo ſigna ad extra: quia ſunt ibi emanationes ſecundæ, quæ ſunt ſecundum quid & vna eſt in eſſe obiectiuo, & alia in actuali exiſtentia.

Deſcriptio.

Ordo originis eſt habitudo emanationis ad emanationem, vt præſuppoſiti ad præſupponentem.

In primo ſigno pater generat filium.	In quarto ſigno pater creat ad extra.
In ſecundo ſigno pater producit Spiritum Sanctum.	In tertio ſigno pater producit creaturas in eſſe ideali.

Conformatio cum Ariſt.

ARiſto. non ponere Trinitatem perſonarum, clarum eſt: ſed ſi ipſe conceſſiſſet Trinitatem nõ repugnat dictis ſuis, ordo originis: quem ordinem ipſe poſuit in Poſtprædicamentis, in capitulo de priori poſtquam numerauit modos prioris, qui ſunt quatuor: ponit deinde quartum modum, qui videtur quaſi reduci ad iſtum ordinem: quia verus modus prioritatis non eſt: & verba ſua ſunt, videtur præter eos qui dicti ſunt, alter eſſe prioris modus: & dicit, quòd eſt inter ea quæ conuertuntur adinuicem: & poſito vno ponitur reliquum, & econtra: & exemplificat de veritate orationis & de re: quia ab eo, quòd res eſt vel non eſt, oratio dicitur eſſe vera vel falſa: vnde bene valet, res eſt, ergo veritas orationis eſt, & ecõtra: & ita ſimiliter poſſumus dicere in diuinis, quòd inter primam & ſecundam perſonam eſt ordo originis, & ſi multas naturæ, quia pater & filius conuertuntur adinuicem: ſicut de relatiuis dicitur, ꝙ dicuntur ad conuertentiam: & ſic dicimus in propoſito pater eſt, ergo filius eſt: filius eſt, ergo pater eſt: & ſimiliter dicimus de re & oratione, quòd ſunt ſimul natura, quia conuertuntur, vt Ar. ibi dicit, & tamen Ariſto. concedit, quòd res eſt prius reliquo, id eſt prius oratione, quia res dat eſſe orationi: ſic ſimiliter filius habet eſſe à patre: & vt notaret, ꝙ oratio non verè cauſatur à re, dixit & alterum quodammodo eſt cauſa alterius: & ſic dicimus de patre, & filio, quòd pater non eſt cauſa filij, ſed quodammodo, id eſt dat ſibi eſſe: ſic igitur patet, ꝙ pater eſt prior filio, ſecundum quartum modum prioritatis, quem Ariſt. ponit: & hoc prius nos vocamus prius origine, & conditionis, huiuſmodi non competunt alijs modis. nam in alijs dicit, ꝙ eſt vnus modus prioritatis, à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, ſed in iſto dixit, quòd prius & poſterius conuertuntur adinuicem, quòd verò dixit, quòd alia eſt prioritas originis, de qua Augu. quòd nihil gignit ſeipſum: hoc confirmatur per ea, quæ habet Ariſto. 2. de anima. tę. comm. 47. vbi dicit generat autem nihil ſe ipſum,

Inter primã & ſecundã perſonã eſt ordo originis.

ſum,ſed conſeruat, idem commen.in eodem commen.

Dubia circa Textum.

HIc primò in dubium vertitur num illa ſententia Au ctoris, quæ ſunt priora generatione ſunt poſteriora perfectione, ſit vera. oppoſitum enim colligitur ex 8. phy.tex.commẽ.75. vbi philoſophus dicit quòd perfectũ eſt prius imperfecto & natura,& ratione. ideſt diffinitione,& tempore:& ſic incorruptibile eſt prius corruptibili: & exemplificat de motu circulari reſpectu recti & dixit, quòd motus circularis eſt perfectior motu recto. Idem Com.in eodem commen. motus circularis eſt prior natura diffinitione motu recto:& in eodem commẽ.dicit omnia quorum vnum eſt perfectum, & reliquum diminutũ, perfectum eſt prius diminuto: omnia igitur iſta ſunt contra propoſitum Aucto. vbi dicitur quòd poſteriora generatione ſunt perfectiora. nam Ariſtot. & Comment. volunt quòd illud quod eſt perfectum ſit prius natura, ideſt generatione, tempore, & diffinitione omni imperfecto, ergo imperfectum erit poſterius generatione,& non perfectum: cuius contrarium dixit auct. quòd illa quæ ſunt poſteriora ſunt perfectiora. Ad hoc reſpondeas, quòd iſtam inſtantiam remouet Auct. tunc quando dicit,quòd priora generatione ſunt imperfectiora ſi prius concurrit intrinſecè ad eſſe poſterioris: modo motus circularis non componit motum rectum intrinſecè, immo Ariſtot. vult, quòd circulatio cùm dicatur eſſe ſimplicior eſt perfectior. ex hoc tu potes habere, quòd circulare non componit rectum. nam circulare ex circularibus componitur, & rectum ex rectis. vt dixit 4. phy. patet igitur, quòd nullo modo circulare eſt prius intrinſecè ad componendum motum rectum: ergo verba Ariſtot. non ſunt ad propoſitum adducta eo modò,quo loquimur hic.Præterea iſta propoſitio, quam aſſumit Aucto. non eſt vera, vt dixi niſi in prædicamento ſubſtantiæ, motus verò rectus & circularis non ſunt in prædicamẽto ſubſtantiæ. Cõtra iſtam reſponſionem poſſet obijci ꝙ illa quæ ſunt priora generatione in propoſito ſunt poſteriora perfectione: vt

Nota & bene.

Circulare nõ componit rectum.

vt verificatur de materia & forma. nã licet forma ſit poſterior & perfectior materia,& materia ſit prior: & ſimiliter intelligentia perfectior eſt cœlo, tamen materia nõ componit formam:nec cœlum componit intelligentiam, & ſic iſtud eſſet contra Auc.qui vult,quòd priora generatione componant poſteriora & perfectiora: & tamen materia non componit formam, nec cœlum cõponit intelligentiam.ad hoc poſſumus dicere, quòd Auct. vult quòd priora generatione componant poſteriora, ſi ſunt in eadem linea recta prędicamentali:modo materia & forma non ſunt in eadem linea prædicamentali,& directa:quia ſunt primo diuerſa,& in nulla realitate conueniunt, propterea materia eſt prior forma, & imperfectior. ſed non poteſt eam intrinſecè componere. Ad aliud,quòd intelligentia eſt perfectior cœlo, & tamen cœlum non componit intelligentiam,dico quòd non valet,quia cœlum & intelligentia non ſunt in eadem linea generica propinqua, immo vnum eſt ſpirituale,& aliud non ſpirituale:& ſic nõ ſunt in eadem linea directa,& in eodem genere propinquo ſecundum Scotum, ſed in eodem genere remoto: propterea cęlum non poteſt componere intelligentiam. Arguitur deinde,differẽtiæ indiuiduales ſunt aliqua poſteriora, & non perfectiora ſuperioribus quæ contrahũt, ergo non eſt verũ quod poſteriora generatione ſunt priora perfectione.Dico,quòd hoc verum eſt,quòd priora generatione ſunt imperfectiora, & poſteriora ſunt perfectiora ſi dicunt quidditatem priora & poſteriora, & ſi ponuntur in eadem linea recta, modo in propoſito quidditas & differentia indiuidualis, nec ambo dicunt quidditatem, nec ambo ponuntur in recta linea. Hic ẽt eſt animaduertendum contra Thomiſtas,cùm de prioritate naturæ fiat ſermo,ꝙ ipſi concedunt prioritatẽ originis,& negant prioritatem naturæ, quæ vltima à prima non differt & in hoc allucinantur,cùm admittentes vnam,etiam illis inuitis neceſſarium ſit ponere aliam. Hoc ſic probo quia uolunt ipſi quod pater & filius quæ ſunt relatiua ſint ſimul natura,& quia agere præſupponit eſſe, ſicut ab omni Philoſophorum Schola ſemper fuit cõceſſum,& pater filium producit ut ipſi ẽt concedunt,ergo aliquo modo,priorita

Contra thomiſtas.

te

tate naturæ pater præſupponitur filio.& ſic apparet quòd oportet in diuinis etiam admittere prioritatem naturæ.

Secundò dubitatur de illa prioritate de qua dicit auctor quòd pater prius eſt beatus quàm generet, propter iſtam inſtantiam quæ eſt iſta, quia ſi pater per relatiuum conſtituitur, ſcilicet per generationem:& tunc habet eſſe cum generat,& ante generationem non habet eſſe, ſi non habet eſſe ante generationem, quomodo poteſt operari? cùm nihil poſſit operari niſi prius habuerit eſſe:& tamen hic dicitur, quòd pater eſt prius beatus, & ſic primò operatur, antequam generet, per quam generationem habet eſſe ſuum? mirum eſt hoc, & contra ſenſum & rationem, quòd pater prius operatur, & eſt beatus, & poſtmodum habet eſſe ſuum. Hic ponunt duas reſponſiones, prima, quod pater accipitur pro hoc Deo, & ſic euadit iſta prima reſponſio difficultatem, ideſt hic Deus prius eſt beatus, & poſtea generat: ſed iſta iudicio meo non ſatisfacit: quia ego quæram, quando dicit hic Deus, pro quo ſupponitur? certum eſt, quòd non ſupponit pro alio niſi pro patre: ergo redit ad idem difficultas, quia non poteſt ſupponere pro hoc Deo vt præſcindit à ſuppoſitis: & Scot. in 4. diſtinctio. 1. dicit, quòd eſt communis ad tria ſuppoſita hic Deus. & ſibi non competit generare, quia generatio eſt ſolius ſuppoſiti: patet ex hoc, quòd non bene dixerũt moderni exponentes Scotum qui plerumque iſto modo ſoluunt difficultatem: vt habet videri in 1. diſtin. prima, ſed non omnia poſſumus omnes: ideò Mauritius addit ſecundam reſponſionem, quòd iſta prædicata eſſe beatum, & generare, poſſunt comparari vel inter ſe, vel in ordine ad ſubiectum. ſi inter ſe comparantur, ſic propoſitio eſt vera, quia nihil aliud eſt hoc dicere niſi quia in diuinis prius ſunt prædicata eſſentialia, quàm notionalia: & ſemper facias comparationem inter iſta duo videlicet, inter eſſentialia, & notionalia, ideſt prius competunt eſſentialia in diuinis, quàm notionalia. & hoc probat Scot. per longum proceſſum prima q. quolibet: ſi comparantur iſta prædicata ad ſubiectum, ideſt quòd prius pater habet iſtam operationem ſcilicet eſt beatus: & poſtmodum habet eſſe ſuum per generationem, ſic propoſitio eſt falſa;

Reſponſio Mauritij.

tu

tu tamen aduertes ad ea, quæ auctor hic dixit; quòd ordo originis accipitur hic prout eſt præſuppoſitio huius ad hoc: ideſt ad hoc quòd pater generat, prius requiritur, q; ſit beatus: & nō quod generat à ſe, & é beatus ab alio.

Non erit iudicio meo, alienum à propoſito vltra hæc quæ dicuntur, hic inſerere diuerſas huiuſce propoſitionis à varijs doctoribus traditas interpretationes. prima eſt Stephani Bruliferi: pater prius eſt beatus quam generet hoc eſt pater omnem perfectionem quam habet, à ſe habet & nullam à filio. Secunda, pater eſt &c. hoc ſonat Beatitudo patris præſupponitur generationi. ſeu clarius: pater non eſt beatus per generationem, ratio eſt, quia ſi p impoſſibile non generaret filiū adhuc eſſet beatus, ita quòd iuxta hunc ſenſum prius origine nil ſit aliud quàm prius natura. Sed ſaluo meliori iudicio (inquit Lychetus commentarijs in 2. q. diſt. 1. li. 1.) non opinor hoc eſſe de mente doctoris ſubtilis. Rō eſt quia ſuſtinendo patrem cōſtitui in eſſe per paternitatem vt ſic, eſt tātum pater prior origine filio, vt patet ex doctore in 1. d. 26. & in quolib. q. 4. cùm ergo beatitudo patris præſupponat patrem habere eſſe, & per tantum ſit prius origine filio: ſequitur quòd non erit prior natura beatus quàm generet filium. Tertia explicatio eſt Lycheti cui nil eſt aliud iſta enunciatio, pater prius eſt beatus quàm generet filium, id eſt quàm habeat filium genitum: ita quòd in aliquo priori originis pater eſt perfectè beatus, & in aliquo poſteriori pater habet filium genitum, quod dictum ſic exponit. quia in quo inſtanti pater habet eſſe, in eodem inſtanti habet omnē perfectionem diuinam: & quia in aliquo priori originis habet eſſe per generationem actiuam: ſiue per paternitatem quòd idem eſt, ſequitur quòd in illo priori eſt perfectè beatus: & ſic in illo priori perfectè videt eſſentiam, nō vt in filio: quia in illo priori filius non eſt: quæ quidem interpretatio mihi melior videtur.

Vide paduanum in ſuis cōtradictionibus.

Vide Lychetum.

Explicatio Lycheti.

TEXTVS.

Iſtis præſuppoſitis pono duas concluſiones de

identi-

identitate reali,quarum prima eſt iſta: Illa ſunt idem realiter,quæ ſic ſe habent,quòd vnum non poteſt eſſe ſine alio,ſeu vnum eſt impoſſibile ſeparari ab alio abſque contradictione. Et cum hoc, ꝙ impoſſibilitas ſeparationis proueniat à cauſa extrinſeca: & quòd vnum reſpectu alterius non ſit originans & aliud originatum: quod non ſint in pluribus rebus realiter diſtinctis; omnes iſtę tres particulæ ſunt accipiendæ copulatiuè, ita ꝙ vna conditio non ſufficit ſine alia: vnde non valet conſequentia,hoc non poteſt eſſe ſine illo, ergo eſt idem realiter illi: quia tunc quęlibet relatio, quæ ineſt eßentię diuinę per actum intellectus diuini, eſſet realis: quia quicquid eſt idem rei eſt reale: conſequens eſt falſum, vt patet ex 30.di.primi.aut quòd talis eßet eadem illi eſſentię, quia impoſſibile eſt illam eſſentiam eſſe ſine ea: quia ſi talis relatio poßet eſſe noua,tunc intellectus diuinus poßet mutari: conſequens eſt falſum,ſed talis poßibilitas prouenit à cauſa extrinſeca,quia ab intellectu diuino. Similiter ſecundum Philoſophum contradictio eſt cælum eße ſine motu,non quidem ex cauſa intrinſeca in cælo,ſed ex cauſa extrinſeca mouente:non tamen ſequitur,quòd cælum ſit motus realiter, licet non poſſit eſſe ſine eo.

Illa prima conditio probatur à Doctore in ſecundo, diſtinctione prima: Sicut contradictio dicta de aliquibus eſt via concludendi diſtinctionem,ita impoſſibilitas recipiendi prędicationem contradictoriorum pertinentium ad eſſe, eſt via concluden-

concludendi identitatem in eſſe: & hoc vbi non eſt dependentia eſſentialis, quę requirit diſtinctionem manifeſtam. Secunda conditio patet, quia nihil ſeipſum producit. Tertiam verò conditionem notanter poſui propter relationes, quæ licet non ſic ſe habeant, quòd vna poſſit eße ſine alia, vel quòd vna ſit producens & alia producta: quia tamen ſic ſe habent, quòd fundantur in pluribus rebus realiter diſtinctis, ſicut patet de paternitate & filiatione, de duabus ſimilitudinibus & ęqualitatibus; ideo realiter diſtinguũtur. Ex quo infero aliqua corollaria. Primum, ꝙ omnia eßentialia, & notionalia eſſentię diuinę vnica realitate reantur. Similiter omnia attributa ſunt realiter & cum eſſentia, & cum ſeinuicẽ, & cum perſonis diuinis, & perſonæ diuinæ cum eßentia diuina.

Secundum corollarium, ꝙ omnes differentię eſſentiales modi intrinſeci in eodem ſuppoſito vnica realitate reantur.

Tertium corollarium, ꝙ omne ſuperius eſt idẽ realiter cũ ſuo inferiori. Et ſi dicas, ꝙ diſtinguuntur realiter: dico ꝙ iſtę duæ ſunt concedendæ, homo eſt idem realiter cum ſor. &, homo diſtinguitur realiter à ſorte.

Quartum corollarium, ꝙ illa quæ ſunt in potentia obiectiua, nec diſtinguuntur realiter, nec ſunt idem realiter: quia ad identitatem realem, & diſtinctionem requiritur, quòd vtrumque extremum ſit aliquid poſitiuum exiſtens. Et ex hoc patet, ꝙ diſtinctio realis eſt illa, cuius extre-

ma habent aliam & aliam realitatem formaliter poſitiuam actualis exiſtentiæ vel ſaltem ſubſiſtentiæ. Dicitur notanter, aliam & aliam realitatem, propter ſubiectum & propriam paſſionem quæ non realiter diſtinguuntur, quia non habent niſi vnam realitatem exiſtentiæ. Dicitur realiter poſitiuam, propter negationes & priuationes. Dicitur actualis exiſtentiæ, propter quidditates diuerſarum ſpecierum: quia quidditas vt quidditas nō habet exiſtentiam per ſe: Dicitur vel ſaltem ſubſiſtentiæ, quia in diuinis eſt tantum vna exiſtentia, licet ſint tres ſubſiſtentiæ. Secunda concluſio huius articu. eſt iſta, quòd illa ſunt diſtincta realiter quæ ſic ſe habent diſiunctiuè, quòd vnum poteſt eſſe ſine alio, vel quòd vnum eſt procedens, & aliud productum: vel quæ ſunt in pluribus rebus realiter diſtinctis. Et dixit diſiunctiuè, quia ad inferendum diſtinctionem realem ſufficit habere aliquam iſtarum conditionum. Prima pars probatur per Doctorem in ſecundo, diſtinctione prima. Nihil eſt idem realiter a, ſine quo a. poteſt eſſe realiter ſine contradictione: quia aliter idem ſimul eſſet & non eſſet: quod videtur eſſe oppoſitum primi principij. Ex quo principio videtur ſtatim concludi diuerſitas entium: quia ſi de aliquibus duobus dicantur contradictoria eodem modo quo dicuntur de eis, videntur eſſe non idem: & ita ſi cōtradictoria in eſſe & non eſſe dicantur de eis, videntur eſſe non idem in eſſe, ſiue non idem ens. Et confirmatur ratio: quia ſi iſtam propoſitionem, Illa ſunt diſtincta realiter quorum vnum poteſt

manere ſine altero, negaret proteruus, non videtur relinqui vnde poſſit diſtinctio entium probari: diceret enim proteruus, quod non tantum plures naturæ, vt ſubſtantia & accidētia communia, ſunt eadem, ſed quod Sortes & Plato, vel Sortes & lapis non differunt realiter. Et ſi arguas cōtra, Sortes poteſt eſſe non exiſtente Platone, ergo diſtinguūtur realiter: negabitur tibi conſequentia, quia proteruus negabit tibi propoſitionem cui inniteris: qua negata, perit tota doctrina Philoſophi ſeptimo Topicorū, qua docet quod problema faciliter deſtruitur per contradictionem inuentā, ſed difficiliter conſtruitur. Si autem negetur propoſitio iſta, non videtur poſſe deſtrui: quia ſi non deſtruitur per contradictionem, nec per aliquam aliam oppoſitionem, aut ſaltem non faciliter. Ex quo infero, quod totū diſtinguitur realiter à ſuis partibus, loquendo de toto eſſentiali integrali & quantitatiuo. Secundum corollarium, quod res diuerſorum generum actualiter exiſtentes, ſimiliter indiuidua tam eiuſdem ſpeciei quàm diuerſarum ſpecierum eiuſdem prædicati actualiter exiſtentia realiter diſtinguuntur, etiam materia & forma realiter diſtinguuntur. Tertium corollarium, quod tres perſonæ diuinæ diſtinguuntur realiter à ſeinuicem, & non ſunt idem realiter, non obſtante quod vna non poſſit eſſe ſine alia, quia hoc non eſt niſi propter vnitatem eſſentiæ. Dices arguendo contra, Quæcunque vni & eidem ſimpliciter ſunt eadem, illa inter ſe ſunt ſimpliciter eadē, primo Priorum primo

V *phyſico-*

phyſicorum. ſed perſonæ diuinæ ſunt idem realiter eſſentiæ:ergo inter ſe ſunt eadem realiter. Dico breuiter omiſſis multis ſolutionibus, quod illa regula debet intelligi, quod ſi aliqua vniantur, vel identificētur realiter vni tertio, quod ſi hoc aliquid eſt incommunicabile, illa etiam identificabuntur inter ſe. Si vero illud tertium ſe habeat vt quale quid, & vt communicabile, non oportet qđ illa identificata in vno identificentur inter ſe. Et hęc de quarto articulo minus principali.

Annotationes in textu.

Eorũ quæ diſtinguuntur realiter oportet quod vnũ ſe hēat vt productũ quia producēs ſe hēt vt cauſa productũ verò vt effectus, modo cauſa & effectus diſtinguuntur realiter inter ſe.

Diceris ſubiectum ſe hēt vt cauſa reſpectu paſſionis ex ſentētia Sco

POnit Auctor duas concluſiones de identitate, & diſtinctione reali:prima concluſio eſt iſta, illa ſunt idē realiter, quæ ſic ſe habent, quod vnum non poteſt eſſe ſine alio ſeu vnum impoſſibile eſt ſeparari ab alio abſque contradictione. Et cum hoc, quòd impoſſibilitas ſeparationis non proueniat à cauſa extrinſeca:& quòd vnum reſpectu alterius non ſit originans, & aliud originatum. Et quòd non ſint in pluribus rebus realiter diſtinctis. Secunda concluſio eſt de diſtinctione reali:& in hac dixit, quòd illa ſunt diſtincta realiter, quæ ſic ſe habent diſiunctiuè, quod vnũ poteſt eſſe ſine alio, vel quòd vnum eſt producens, & aliud productum, vel quæ ſunt in pluribus rebus realiter diſtinctis. Hic moueo aliqua dubia, & primò volo probare, quod ſor. & Plato nō diſtinguuntur diſtinctione reali:cuius oppoſitum tenet Auctor in litera. Et arguo ſic, plus diſtinguuntur Sortes & Plato, quàm ſor. & caput eius, ſed ſor. & caput eius diſtinguũtur realiter; ergo ſor. & Plato diſtinguuntur maiori diſtinctione, quā diſtinctione reali. Secundo arguo ſic, negato ſuperiori negatur & inferius, hoc patet per locũ à toto in quātitate: qui tenet deſtructiuè & negatiuè:ſed diſtinctio ex natura rei eſt genus ad omnes iſta diſtinctiones, ſecluſo opere collatiuo intellectus:primò talis diſtinctio erit ſuperior ad formalem, &

lem,& realem,quia benè ſequitur hæc formaliter diſtinguuntur,ergo ex natura rei diſtinguuntur, & non ecõuerſo. Similiter hęc realiter diſtinguũtur,ergo ex natura rei & non econuerſo , non enim ſequitur hæc ex natura rei diſtinguuntur,ergo formaliter,vel realiter:ergo negata identitate ex natura rei,neceſſariò ſequitur negatio idẽtatis tã realis,quàm formalis, vt benè ſequitur,non eſt animal , ergo non eſt homo. Similiter ſequitur, homo & animal rationale non ſunt idem ex natura rei , ergo non ſunt idem formaliter.Et ſimiliter ſequitur ex eodẽ antecedente,quòd non ſunt idẽ realiter . Et ſic ſequitur contra auctoré,quod illa quæ ſunt diſtincta realiter,ſunt eadem realiter . Nam homo & rationale:ſunt idem realiter,quia non poſſunt ſeparari abinuicem . Et cũ hoc ſtat, quod diſtinguuntur realiter, quia ſi ex natura rei diſtinguuntur vt iam ipſe tenet,ergo realiter , ſicut nos probauimus,ergo quæ ſunt idem realiter,diſtinguuntur realiter,& econtra . Ad primum reſpondeo , quando dicitur quod plus diſtinguuntur ſor. & Plato ,quàm ſor. & caput eius. Dico quod hoc verum eſt,& cùm infers, ſor.& caput eius diſtinguũtur realiter,hoc nego,quia illa,quę diſtinguuntur realiter,vnũ poteſt eſſe ſine reliquo,ſed ſor.non poteſt eſſe ſine capite.ſed tu dices contra plus diſtinguuntur ſor.& Plato.quam ſor.& brachium eius,ſed ſortes, & brachium eius diſtinguuntur realiter. & ſor. poteſt ſtare ſine brachio,ergo ſor.& Plato diſtinguuntur pluſquam diſtinctione reali.Ad hoc reſpondeo,quod ſor. &Plato ſolum realiter diſtinguuntur:& quando dicis, quod diſtinguuntur plus ſor.& Plato,quàm ſor.& brachiũ eius.Dico, quod non diſtinguuntur plus alia diſtinctione,quã diſtinctione reali , & diſtinguuntur plus ideſt in maiori gradu diſtinctionis realis:& ſor.& brachium eius , diſtinguũtur in minori gradu diſt realis.vtraque tamen diſtinctio eſt realis, tam illa, quæ eſt inter ſor. & Plat. quàm illa quæ eſt inter ſortem & brachium eius , ſed vna eſt in maiori gradu; & alia eſt in minori gradu Ad ſecundum dico , ꝙ præponere,& poſtponere negationem magna eſt differẽtia , negatio enim antepoſita facit æquipollere ſuo contradictorio,ſed poſt poſita ſuo contrario,differt ergo dicere

ti in primo diſt. 3. q 7 & diſ. 3. & in ſecundo diſ 1. q 1. & d 16. Antonius Andreas hoc idem hẽt in 9 Meta q 1. attamẽ non diſtinguũtur realiter inter ſe. ergo Reſponſio. Quod cauſa ẽ duplex alia eſt qua producit effectũ in eſſe reali per actionẽ realẽ ſicut ignis q producit effectũ realẽ. i. calorẽ & hac cauſa benediſtinguitur realiter à ſuo effectu. Alia ẽ cauſa qua producit effectũ in eſſe cognito ſicuti eſt ſubiectum & talis cauſa nõ

cere non ſunt idem ex natura rei,& ſunt non idem ex natura rei,Ex primo non videtur aliud ſequi non per æquipollentiam, niſi ſua contradictoria, ſcilicet non ſunt idẽ tali modo ex natura rei. Et iſta fortè habet veritatem. quia ſcilicet homo & animal rationale tali modo non habent identitatem ex natura rei: ſed ad ſecundam ſunt nõ idem ex natura rei: ſequitur vt videtur per æquipollentiam,nullo modo ſunt idem ex natura rei, ideſt nullo modo in re conueniũt,quod eſt omnino falſum.ſed tu dices, adhuc videtur dubium ſtare: ſequitur enim non ſunt idẽ ex natura rei,vt identitas ex natura rei, eſt genus ad omnes identitates ſine intellectu, ergo nõ ſunt idẽ realiter. Dico, quòd nec iſta propoſitio non ſunt idem ex natura rei, debet concedi ſine additione pluſquam iſta: ſunt idẽ ex natura rei. Sed tu dices, vbi eſt differentia? Dico quòd vno modo, vel eodem modo addito vna eſt concedenda, & alia neganda: iſta enim non ſunt idem omnibus modis ex natura rei. concedenda eſt. Nam æquipollet ſuo contradictorio: quod eſt iſtud, ſunt non idem aliquo modo ex natura rei; & iſta eſt vera. Alia autem, ſcilicet iſta, ſunt non idem omnibus modis eſt neganda: quia æquipollet ſuo contrario, quod eſt iſtud,Nullo modo ſunt idem ex natura rei,& iſta eſt falſa & omnino repellenda.Et ſi tu diceres,quæ diſtinguuntur in ſuperiori diſtinguuntur in inferiori,ſed ex natura rei,vt genus eſt ſuperius ad reale & formale:ergo illa, quæ diſtinguũtur ex natura rei,diſtinguũtur realiter & formaliter.ergo diſtinctio ex natura rei infert realem.Et quæ ex natura rei diſtinguuntur,non poſſunt ſeparari:ergo quæ realiter diſtinguuntur, non poſſunt ſeparari: cuius contrariũ dixit auct. Ad hoc reſpondeo,quòd iſta regula: quæcunque diſtinguuntur in ſuperiori,diſtinguuntur in inferiori. non poteſt tenere per aliquem locum: quia nec locus à toto vniuerſali,nec locus à toto in quantitate,tenet niſi negatiuè & non affirmatiuè, nec conſtructiuè. tamen multotiens modus arguendi deficiẽs in forma, tenet ratione naturæ materiæ:ſic dico in propoſito, quia diſtinctio addita ſuperiori additur inferiori neceſſariò ſi proceſſus fiat in ſecundis intentionibus,vel in primis reſpectu ſecundarũ.

Exem-

diſtinguitur realiter à ſuo effectu qui eſt paſſio vel cauſa impropriè dicta ſecundum Scot. quod ſubiectum ſit cauſa paſſionis in eſſe cognito, nõ tamẽ in eſſe reali vide Tartaret ũ in prædicabilibus ĩ logica magna.uide ẽt doctiſſimũ verbum in v.Met.in q. ſuis q. is qui potius tenet opinionẽ noſtri doctoris quam ipſius D. Thomæ.1 2.quæſt.2.

Exemplum, bene ſequitur diſtinguuntur genere. ergo ſpecie, ſed in primis non valet: quia non ſequitur, ſunt diſtincta animalia: ergo diſtincti homines, ſimiliter non valet, iſta ſunt diſtincta in animalitate, ergo in humanitate. Sic à pari dicam, quòd iſta conſequentia non valet: iſta diſtinguuntur ex natura rei, ergo ſunt diſtincta realiter: & ſic patet, quid ſit dicendum ad dubium. *Bene ſequitur aliqua diſtinguuntur genere ergo ſpecie.*

Pro intelligentia diſtinctionis realis eſt aduertendum, quòd Sco. 2. diſtin. 2. q. 2. voluit quòd nihil poteſt concludi eſſe diſtinctum ab alio, niſi vel propter ſeparationem actualem, vel potentialem, vel propter proportionem iſtorum ad aliqua alia, quorum alterum eſt ab alio ſeparabile: id eſt ſi aliqua ſunt diſtincta realiter, vel actu ſeparãtur, vel poſſunt ſeparari, vel ſunt ſimilia aliquibus. quæ poſſunt ſeparari. Et iſtæ conditiones dicuntur capi diuiſiue, & ſi tu dices, quòd hoc dictũ Sco. eſt expreſsè contra Auct. quia Scot. dicit nihil poteſt concludi eſſe diſtinctũ realiter niſi propter tres conditiones: de quibus nulla ponitur ab Auctore: niſi prima, quando vnum ſeparatur vel poteſt ſeparari ab altero: immo Auct. ponit alias conditiones, de quibus Sco. non meminit, videlicet, quando vnũ eſt producens, & aliud productum, illa ſunt diſtincta realiter, vel ſi ſunt in pluribus rebus, realiter diſtinctis: non ſunt igitur iſti concordes, uel vnus ſuperfluus & alius diminutous, vel vterque defecerunt. Ad hoc reſpondeo, qđ benè poſſunt conciliari: primam enim conditionem vterque ponit, ſcilicet quãdo aliqua ſeparãtur, vel poſſunt ſeparari: duas alias conditiones quas auctor poſuit, ſcilicet quod vnum eſt producens, & aliud productũ, vel quando ſunt in pluribus rebus realiter diſtinctis, etiam Sco. ambas iſtas duas conditiones eſt complexus in vltima conditione, quam ipſe poſuit modo ſuo cum dixit illa ſunt diſtincta realiter quę ſunt ſimilia aliquibus realiter diſtinctis, per hoc intellexit producens & productum: quæ ſunt proportionalia realiter diſtinctis, & iſta eſt ſecunda conditio, quam poſuit auctor: & per eadem uerba, ſcilicet per aliqua eſſe ſimilia aliquibus realiter diſtinctis, intellexit vltimam conditionem auctoris, iſtam videlicet uel ſunt in aliquibus rebus realiter diſtinctis: quia illa, *Scot. & auctor poſſunt conciliari.*

quæ habent talem conditionem bene ſunt proportionalia realiter diſtinctis. Inſuper eſt ſciendum circa illud dictum Syrecti, illa diſtinguuntur realiter quorum vnum ſe habet vt producens, aliud vt productum: quòd ex hoc videtur ſequi abſurdum, ſi enim inter cauſam & effectũ eſt diſtinctio realis, cùm ſubiectum ſe habeat vt cauſa reſpectu paſſionis, vt patet ex Scoto in 1 diſt. 3. q. 7. ergo inter ſubiectum & ſuam paſſionem eſt diſtinctio realis: qđ Scoticæ doctrinæ aduerſatur, quæ ponit ſolum diſtinctionem formalem inter illa: Dico quòd duplex eſt cauſa: vna eſt quæ producit effectum in eſſe reali à ſe, per actionem realem, ſicut ignis qui producit calorem: & talis cã bene diſtinguitur realiter à ſuo effectu: Alia eſt cauſa quæ producit effectum in eſſe cognito, & talis cauſa non diſtinguitur realiter à ſuo effectu, ſic dicitur à Scoto ſubiectum eſſe cauſa ſuæ paſſionis. Vide Tartaret. in prædicabilibus. Vel dic aliter quòd propria paſſio non eſt cauſata, neque producta propriè: ſed emanat & profluit à ſubiecto: propterea cùm non ſit cauſata à ſubiecto, non realiter diſtinguitur à ſubiecto.

Paſſio propria non eſt cauſata phyſicè ſed metaphyſicè.

Quæſtio de toto an diſtinguatur à partibus.

QVia verò auctor dixit, quòd totum realiter diſtinguitur à partibus ſuis, de toto eſſentiali nõ eſt dubium apud Scot. vt patet 2. diſt 3. de quo comm. etiam tenet, quòd realiter diſtinguitur à ſuis partibus, vt patet expreſsè 3. de anima c 5. vbi reddens cauſam quomodo ex intellectu, & intelligibili fit maximè vnum, inquit, quòd enim fit ex eis, non eſt aliud: ſicut eſt in compoſitis ex materia & forma: idem habet comm. 5. met com. 6. quòd in compoſitis eſt natura addita componentib. ſcilicet, illud quod fit per compoſitionem idem 7. meta. ca. 26. dicit: generatum componitur ex materia & forma, & eſt aliud ab eis. neque valet dicere: quòd diſtinguitur à partibus ſeorſum ſumptis, ſed nõ ſimul ſumptis: quia Cõmen. in omnibus iſtis locis loquitur de toto & partibus ſimul ſumptis. Præterea omnis cauſa realiter diſtinguitur ab effe-

ab effectu: ſed materia, & forma ſunt cauſa compoſiti &
non ſunt cauſæ niſi ſimul ſumptæ: quia non cauſant niſi ſi-
mul ſumantur, ergo quando ſimul ſunt, tunc diſtinguun-
tur ab effectu. neque tu potes confugere & dicere quòd
materia & forma ſunt cauſæ alicuius alterius, quam to-
tius, quando ſimul ſunt vnitæ: & certum eſt quòd cauſant
aliquid, non ſe cauſant adinuicem materia & forma: qa
tunc materia eſſet cauſa intrinſeca ratione formæ & cō-
tra: nec materia cauſat ſeipſam, quia improbatur hoc 2.
de anima.tex.ca.47. vbi dicitur, quòd nihil generat ſe, ne
que potes dicere quòd materia & forma cauſant illam
vnionem vel reſpectum: quia abſolutum non eſt cauſa in
trinſeca ratione reſpectiui. Sed hic eſſet vna difficultas, ſi
partes eſſentiales ſunt cauſa totius, ergo ſunt perfectio-
res ipſo toto, quia omnis cauſa eſt perfectior ſuo effectu,
& ſic ſequeretur quòd partes excederēt totum: cuius op-
poſitum manifeſtum eſt. Ad hoc reſpondeo, quòd partes
poſſunt conſiderari dupliciter, aut entitatiuè aut cauſati-
uè, ſi cauſatiuè accipiuntur, ſic ſunt perfectiores toto cō-
poſito, ſi entitatiuè, ſic totum eſt perfectius cauſis: quia in
cludit vnam tertiam entitatem, quam non habent cauſę.
Et ſi tu inſtares adhuc probando quòd totum eſt imperfe
ctius partibus: & arguendo ſic, omne dependens eſt im-
perfectius independente: ſed partes ſunt independentes
à toto, & totum dependet ab illis: ergo totum eſt imper-
fectius partibus. Ad hoc reſpondeo, ꝙ ſi totum depende-
ret ab aliquo independente ſimpliciter, tunc totum im-
perfectius eſſet; & entitatiuè & cauſatiuè illo independē-
te ſimpliciter: quia tale independens eſt Deus: quia ve-
rò totum dependet ab aliquibus, id eſt à partibus, quæ ad
huc dependēt: ideo eſt imperfectius illis totū ſolum cau-
ſatiuè, ſed non entitatiuè. Secundò principaliter probo
eandem concluſionem ſic, materia præcedit compoſitū
in aliquo ſigno naturæ vt communiter conceditur ab om
nibus, & eſt dictum Ariſt. quia dator formarum producit
formas, ſecundum diſpoſitionem materiæ. forma ſimili-
ter præcedit compoſitum, quia omnis cauſa prior eſt ſuo
effectu ſaltem natura: ergo iſtæ cauſæ habent exiſtentiā
realem & actiualē in aliquo ſigno, quando nō erat cōpo-

ſitum,patet,quia realiter & actualiter cauſant,ergo realiter & actualiter exiſtunt. compoſitum ſimiliter habet ſuam propriam exiſtentiam realem & actualem,qđ probo ſic, quòd eſt per ſe primo terminus generationis habet propriam exiſtentiam realem & actualem, ſed totũ eſt per ſe primò terminus generationis & non partes, vt tenet Ariſto.7.met.quia ſortes generatur, & non anima, aut corpus loquendo de generatione adæquata:igitur totum habet aliam exiſtentiam actualem à partibus,& partes habent aliam exiſtentiam à toto:modo arguo ſic,quę habent reales & actuales exiſtẽtias,& diſtinctas,ſunt realiter diſtincta: ſed totum & partes ſunt huiuſmodi: ergo totum & partes ſunt realiter diſtincta: patet igitur via naturali, quòd totum & partes eſſentiales realiter diſtinguuntur. Hoc etiam probatur via Theologorum, credimus enim & fide catholica confitemur,ꝙ anima illa glorioſa Chriſti habens propriam exiſtentiam actualem in triduo deſcendit ad inferos: ſimiliter illud corpus ſanctiſſimum, habuit propriam exiſtentiam quando remanſit in monumento:poſtea,quia vera eſt reſurrectio, reſuſcitata eſt tertia entitas, ſcilicet humanitas, & non corpus: quia illud non fuit corruptum,dicente Ioanne,ad Ieſum autem cùm venirent vt viderunt eum mortuum,non fregerunt eius crura.& illud,non dabis ſanctum tuum videre corruptionem:ideo,ſi corpus non fuit corruptum,non fuit reſuſcitatum.ſimiliter,ſi anima ſua eſt incorruptibilis & immortalis non fuit reſuſcitata: quia igitur erit reſuſcitatum vt verificetur reſurrectio Chriſti? Dicendum erit, quòd eſt reſuſcitata tertia entitas & humanitas, cùm nec anima, nec corpus, nec diuinitas, poſſunt reſuſcitari: quia omnia remanſerunt incorrupta: ſed reſuſcitatio eſt actio realis, & terminus actionis realis, eſt exiſtens actuali exiſtentia: ergo totum exiſtit propria exiſtentia ſua, quæ eſt alia ab exiſtentia partium, & partes. ſ. corpus & anima ſua realiter exiſtunt propria exiſtentia: ergo cùm totum & partes habeant proprias exiſtentias reales, & diſtinctas abinuicem,realiter diſtinguũtur, ſed non oportet tales exiſtentias abinuicem diſtinctas videre ſenſu:quia ſi numquam vna exiſtentia ſeparatur

tur

tur ab alia,hoc eſt quia totum dependet à partib.& includit illas: ſed rõne comprobatur totum & partes habere proprias exiſtentias diſtinctas. Scdò eſt videndum an totum integrale ſit diſtinctum à partibus ſuis: & hic ſunt aliqui formaliſtæ,ſicut eſt Ant. Trombeta,qui volunt, ꝙ totum integrale non diſtinguitur realiter à ſuis partibus: quia verò Auct. tenet, oportet me conſequenter dicere, & contra Trombetam arguo ſic:Sco.in 3.ſen. d.22.q. vnica vult ꝙ quinarius realiter diſtinguatur à ſuis partibus: ſed numerus quinarius reſpectu partium ſuarum eſt totum integrale,ergo totum realiter diſtinguitur à ſuis partibus. Præterea rõne probatur ſic iſta eſt concedenda,totum integrale componitur ex ſuis partibus,vel totũ ſupponit ibi pro aliquo alio à ſuis partibus, vel pro ſuis partibus ſimul ſumptis:ſi pro alio habeo intentum,ꝙ totum integrale eſt aliud à ſuis partibus integralibus: ſi pro ſuis partibus ſimul ſumptis, ergo idem componeretur à ſeipſo.& cauſa diſtinctionis huius totius à ſuis partibus nõ eſt diuerſitas actualis per ſe exiſtẽtiarum partium & totius, ſed eſt quia partes ſunt cauſa totius, & totum eſt cauſatum. Tertiò eſt uidendum,an totum quantitatiuum realiter diſtinguatur à partibus ſuis .v. g. an aqua diſtinguatur realiter à ſuis partibus? Et hic ſunt duæ opiniones. prima eſt A. Tromb. qui voluit ꝙ totum quantitatiuum non diſtinguitur à ſuis partibus, & pro eo poſſet fieri talis rõ.partes ſubiectiuæ includunt totum in primo modo. vt hæc,& hæc aqua includunt aquam in cõi:ergo partes ſubiectiuæ ſunt idem formaliter & realiter cum toto quantitatiuo.Aliam opinionem dicimus eſſe Auctoris: q vult, quòd totum quantitatiuum realiter diſtinguitur à partibus ſuis. Et contra Trombetam poſſumus adducere ſententiam Scoti in ſecundo diſt.3 q.4.vbi vult,quòd totum quantitatiuum habet connexum & concomitans aliud totum commune,& vniuerſale, quod habet partes ſubiectiuas:& prædicatur de omnibus ſuis tale totum vniuerſale, & diuiditur in eas: ita quòd quælibet pars ſubiectiua eſt ipſum:partes autem quantitatiuæ in quas ſit diuiſio totius continui, nunquam recipiunt prædicationem totius cõtinui diuiſi in eas: & nota,quòd licet concurrat diuiſio

totius

totius homogenei & integralis in partes quantitatiuas: & diuiſio ſpeciei,ſiue totius vniuerſalis in partes ſubiectiuas,tamen non ſunt vnum totum :ſed videntur eſſe vnũ, immo ſunt duo tota , quia non ſunt diuiſiones vnius totius: quando diuiditur tota aqua in ſuas partes: ſed totũ quantum integrale diuiditur diuiſione quantitatiua , & non prædicatur de aliqua parte diuidente:ſicut nec quãtum heterogeneum de ſuo diuidente prædicatur . Propterea dico , ꝙ iſtud totum eſt aliud à partibus ſuis : & nullo modo prædicatur de partibus,ſed totum vniuerſale ſiue ſpecies,quam concomitatur totum integrale, bene eſt idem realiter partibus , & ꝙ hæc duo tota ſunt diſtincta adinuicem,probatur,quia vnum,ſcilicet vniuerſale prædicatur de partibus verè,ſed aliud,ideſt quantitatiuum non verè prædicatur de partibus. nam hæc eſt falſa : hæc pars aquæ eſt aqua , ſi tu intelligas , quòd tota aqua prædicatur de hac parte aquæ : quia non eſt tota aqua,ſed deficit ſibi adhuc vna pars:& eſt iſta,quę ponitur in ſubiecto: propterea hoc totum quantitatiuum non verè prædicatur de ſuis partibus quãtitatiuis:ergo eſt aliud ab illis,ſed totum vniuerſale verè prædicatur de ſuis partibus , & eſt idem cum ſuis partibus : ergo ſunt diſtincta iſta duo tota . Secũdò probat hoc Sco alio medio ſi pars ſubiectiua non poteſt eſſe ſine toto vniuerſali,i.ſortes nõ poteſt eſſe ſine homine : ſed pars quantitatiua benè põt eſſe ſine toto: quia hæc pars aquæ poteſt eſſe ſine aqua. ergo ſequitur , ꝙ iſta duo tota ſunt diſtincta , & ꝙ vnum eſt diſtinctum à partibus ſuis realiter , ſcilicet totũ quantitatiuum : aliud verò non eſt diſtinctum , & quia Antonius Trombeta intellexit, totum quantitatiuum non eſſe diſtinctum à partibus, ideo pace ſua non benè dixit , immo eſt contra Sco. propterea malè opinati ſunt aliqui Scotiſtæ, qui in hoc paſſu voluerũt reprehendere auctorem, quia tũc reprehendunt Scotum in loco prællegato:& ad rationes eorum poſſumus ſic dicere, quãdo probant,quòd totum quantitatiuum eſt idem cũ ſuis partibus,quia prædicatur de ſuis partibus in primo modo. Dico,ꝙ iſtud non eſt totũ quantitatiuum , quod prædicatur de ſuis partibus in primo modó, ſed eſt totum vniuerſa-

le,

le,ſiue ſpecies: quod totum valde differt à toto quantitatiuo.nec eſt mirum,ſi talia dicũt, quia etiam volũt, ꝙ totum integrale ſit idem partibus ſuis,& totum quantitatiuum,vt Scotus in eodem loco dicit, habet partes integrales,ideo ipſi ambo tota, & integrale, & quantitatiuũ voluerunt eſſe eadem ſuis partibus: ſed in hoc recedunt à Sco. ideò melius eſt adhærere Auctori, qui in hoc ſequutus eſt Scotum.

Annotandum hic obiter venit, totius multiplicem eſſe acceptionem:aliquando enim ſumitur pro toto cathegorematico,id eſt pro toto partes habente,aliquãdo pro toto ſyncathegorematico: & tunc diſtributiuè accipitur, vt totus ſortes,ideſt quęlibet pars ſortis, aliquando intelligitur pro toto phyſico, ſeu eſſentiali, & tunc totum idem eſt, ac compoſitũ ex materia & forma: quod quidē vt dictũ eſt,realiter diſtinguitur à ſuis partibus, vt eſt videre apud Scotum in 3.diſt.2.quæſt.2.& 22.tertij quæſt. vnica, partibus dico non ſolũ diuiſim, ſed etiam coniunctim captis quod probo: illud enim quod poteſt ab alio ſeparari,realiter ab illo diſtinguitur: ita autem eſt,quòd partes poſſunt ſeparari à toto.ergo. Deinde cauſa realiter diſtinguitur a ſuo cauſato, materia & forma etiam iuxta Ariſtotelem ſunt cauſa totius compoſiti: ergo ab illo &c.tum cauſæ intrinſecæ vel cauſant,vel non: ſi non: non ſunt cauſæ: ſi ſic. ergo aliquid quod non eſt realiter materia,neq; forma cauſant. de hoc vide Ioannem Canonic.in 1.Phyſic.quæſt.4.Scotum in ſua metaph. q 4.& Tartare.in phyſica quæſt.2.dubio 2. Aliquando ſumitur totũ pro toto integrali,& tũc idem eſt,ac ens, quod integratur ex partibus ſuis: vt numerus denarius, qui decem vnitatibus tanquam partibus integratur & perficitur, & hoc adhuc diſtinguitur realiter à ſuis partibus: vt docet Ariſto.in 7.metaphyſi.tex.commen.60.& 5. metaphyſi. cap.de quali. Aliquando ſumitur pro toto quantitatiuo, quod idem ſignat ac ens habens partes quantas: & iſtud realiter etiã diſtinguitur à ſuis partibus, vt docuit Vallo ſupra aduerſus Antonium Trombetam,quia ab inuicem poſſunt ſeparari: hæc enim via ſeparationis arguit neceſſariò realem diſtinctionem. Nam hæc aqua poteſt ſepa-

rari

rari ab aqua. Et licet totum, partes poſſit denominare, vt dicendo hæc aqua, eſt aqua: tamen totum ſecundum exiſtentiam totius, non prædicatur de partibus: vel dicamus cum Scoto in 2. diſt. 3. quæſt. 4. quòd cùm dicitur totum quantitatiuum prædicatur de partibus ſuis, hoc falſum eſt: ſed obijcies forſan, nonne aqua prædicatur de aqua? dico quòd ſic, ſed tunc aqua non eſt totum quantitatiuum, ſed eſt totum vniuerſale, & eſt ſpecies: & vt talis de hac & illa aqua prædicatur. alias acceptiones vide in Brulifero fol. 24.

Conformatio cum Ariſtot.

DIcunt Scotiſtæ, ꝙ identitas realis ſumpta eſt ex Ariſto. 4. meta. t. c. 3. vbi vult, ꝙ ideo ens homo, & vnus homo ſunt idem realiter: quia non ſeparantur in generatione, & corruptione: & dicũt, ꝙ iſta conſequentia valet, ens homo, & vnus homo non ſeparantur in generatione, & corruptione: ergo ſunt idem: habemus ergo ex Ariſt. identitatem realem confirmatam. Sed diſtinctio realis confirmatur per Ariſto. qui vult in primo Phy. t. co. 60. ꝙ materia manet in aliquo inſtanti, in quo non eſt forma, ergo diſtinguitur à forma, & ſic vera eſt diffinitio diſtinctionis realis, & per Ariſto. confirmata.

Dubia circa textum.

DVbitauit primò, an ens ratum ſe extendat ad rem eſſentiæ? Ad hoc dico cum Scoto 36. primi: quòd ens ratum quod eſt firmum, & diſtinguitur contra ens ratũ, quod eſt ens ideale, benè extendit ſe ad eſſe eſſentiæ, quod non ſeparatur ab exiſtentia. Secundò dubitatur an identitas realis ſit relatio realis an rationis? ad hoc dico, quòd eſt relatio rationis: quia non habet extrema realiter diſtincta, licet habeat alias conditiones, & vocatur realis quantum ad alias duas conditiones, ſcilicet qꝫ conſurgit ex natura rei, & extrema ſunt realia: propterea erit realis.

Dubia

Dubia circa Textum.

TErtiò dubitatur vtrum ſolum exiſtentia requiratur diuerſa, vel ſubſiſtentia ad realem diſtinctionem? propter relationes diuinas, quæ ſunt in tribus perſonis realiter diſtinctis. Reſpondeo, ꝙ in creaturis ſufficeret exiſtentia diuerſa ad diſtinctionem realem: ſed in diuinis non requiritur diuerſa exiſtentia, ſed ſufficeret diuerſitas ſubſiſtentiæ. Eſt hic animaduertendum, ꝙ paternitas & filiatio ſunt relationes realiter diſtinctæ: quia ſunt in pluribus rebus realiter diſtinctis: Adde, quòd inſurgunt ex natura rei, vt ſcis: propterea concluditur, quòd paternitas & filiatio ſunt realiter diſtinctæ: quia non ſufficeret hoc ſolum, ſ. eſſe in aliquibus realiter diſtinctis. ergo ipſa ſunt diſtincta realiter: patet quia ſpecies eſt in homine, & differentia in irrationali, quæ realiter diſtinguuntur: ergo ſpecies & differentiæ diſtinguuntur realiter: non valet, ſed requiritur hoc: quòd paternitas, & filiatio ſunt in pluribus realiter diſtinctis, & inſurgant ex natura rei, ergo realiter diſtinguuntur. Quartò dubitatur, num omnia eſſentialia & notionalia, eſſentiæ diuinæ vnica realitate reantur? & videtur quòd non, nam ſi notionalia ſunt cauſa diſtinctionis realis in diuinis, quomodo ſunt idem in diuinis? Ad hoc reſpondeo, quòd inter ſe benè ſunt diſtincta realiter: & faciunt diſtinctionem realem, propter repugnantiam relatiuorum: quia idem non poteſt eſſe generans & genitum, cum nulla res generet ſeipſam ſecundum Auguſti. ſed ſunt idem eſſentialiter: quia ſtat benè, quòd in diuinis ſint diſtincta aliqua realiter, & eadem eſſentialiter: & hoc non inconuenit, quia idẽtitatem eſſentialem habent ab eſſentia: quæ eſt ibi vnica & infinita. Quintò dubitatur vtrum quidditas, vt quidditas habeat exiſtentiam per ſe: & videtur, ꝙ ſic, quia Scot. in reſponſione argumentorum principalium quæſtio. 3. diſtinctio. 45. dixit exiſtentia actualis, primò conuenit naturæ, vnde hæc natura non eſt exiſtẽs formaliter, quia hæc, ſed per naturam: ſi vera dicit Scot. ipſe vult, quòd exiſtentia actualis primò conueniat

naturæ,

naturæ,vt natura eſt, ergo malè dicit Auctor, qui vult, quòd natura, & quidditas non habeat exiſtentiam per ſe. Reſpondendo huic inſtantiæ poſſumus dicere vno modo ſic, ꝙ aliud eſt quidditas, & aliud eſt natura ſtrictè loquendo Sco. vult in quarto, ꝙ natura habeat exiſtentiā primo ex ſe,ſed non quidditas: ſed Auct. non dicit naturam non habere exiſtentiam,ſed vult,quòd quidditas nō habet exiſtentiam, quia eſt tantum ipſa: & eſt abſtracta ab exiſtentia: & cum non habeat exiſtentiam quidditas non poteſt fundare diſtinctionem realem. quæ ſumitur penes diuerſas exiſtentias. Alio modo poſſumus ſoluere inſtantiam, & tunc dicemus ſi volumus concedere quidditatem habere exiſtentiam,quòd non eſſet inconueniēs realiter loquendo,ſed benè de rigore, quòd natura communis habet exiſtentiam,ſicut etiam tenet Sco.3. d.ſecūdi.q.3.quia ſicut natura eſt prior ſingulari, ita eius exiſtentia: & iſta exiſtentia vocatur ſpecifica, quia ſecūdum quod aliquid habet gradum ſic habet exiſtentiam; & ita loquitur Sco.de exiſtentia in quarto. Alio modo ſumitur exiſtentia ſingularis, & ſic loquitur Aucto. quando vult ꝙ quidditas non habet exiſtentiā,ſcilicet ſingularem:ſed benè verum eſt,quòd nunquam natura communis habet eſſe actuale, reale & exiſtens, ſine eſſe reali actuali, & exiſtentiæ indiuiduorum,cum hoc tamen ſtat, quòd tale eſſe reale exiſtens ipſius naturæ, ſit prius prioritate naturæ eſſe reali & exiſtentia ſingularium. Animaduerſione etiam dignum eſt, quòd eſſentia diuina eſt quale quid: non dicitur quale quid, quod prædicetur in quale ſicut differentia: ſed quia habeat cum accidentibus quandam ſimilitudinem. ſicut enim accidentia communicātur pluribus,& prædicantur in quale: ita eſſentia. Secundum illam communicabilitatem dicitur qualis, dicetur autem quale quid: quia eſt quidditas perſonarum, & conceptus quidditatiuus earum; ita etiam genera & ſpecies dicūt quale quid per illam communicabilitatem: ſecundum quam conueniunt indiuiduis. Deinde etiam eſt diligenter obſeruandum, quòd entia in eſſe obiectiuo non diſtinguuntur propriè formaliter,nec ex natura rei: & ratio eſt iſta,quia ſi diſtinctio debet habere extrema formaliter

liter poſitiua, entia in eſſe cognito, vt Antichriſtus nō habet eſſe poſitiuum, propterea non diſtinguuntur propriè formaliter, aut ex natura rei: vel ſi ſic realiter ſuo modo, id eſt ſi diſtinguuntur propriè entia in potentia obiectiua realiter, aut formaliter, aut aliqua alia diſtinctione: diſtinguuntur eo modo quo habēt entitatem, quia vnumquodque ſicut ſe habet ad eſſe ſic ad diſtingui: qa diſtinctio ſequitur eſſe. Sextò dubitatur num ſit verum, quòd illa ſint diſtincta realiter, quæ ſic ſe habent, quod vnum poteſt eſſe ſine alio. Hic videtur maxima dubitatio de gradibus formarum, qui ſunt modi intrinſeci: qualiter identificentur formis realiter, ſi ab illis realiter ſeparantur? eo magis, quia forma præexiſtens non corrūpitur in aduentu ſequentis, vt ſenſit Sco. 17. diſt. 1. de gradibus charitatis: & dubitatio clara eſt, ſi modus intrinſecus, qui eſt gradus formæ, eſt idem realiter cum illo cuius eſt modus & gradus: ſequitur, quòd iſti gradus non ſeparantur à formis realiter. ſed probo, quòd ſeparentur: quia in remiſſione forma, quæ erat vt decem poſtea fit, vt nouem & octo, & ſic de alijs; ergo videtur, quòd ſeparantur gradus & modi: & ſic realiter diſtinguuntur, ſcilicet gradus & modi ab eo cuius ſunt. Ad hoc reſpondeo ſic, quòd quidam eſt modus intrinſecus, qui inſequitur naturam ſpecificam, & quidditatem: & iſte nūquam ſeparatur, ſed eſt idem cum illo cuius eſt. exemplum quantitas perfectionalis, quæ inſequitur naturam ſpecificam albedinis, vt albedo eſt, eſt modus intrinſecus eius & nunquam ſeparatur ab albedine, quia conſiderando albedinem in eſſe quidditatiuo eſt perfectior nigredine, & identificatur cum albedine gradus. Alius eſt modus intrinſecus, qui inſequitur eſſe indiuiduale albedinis, & iſte ſeparatur à forma, & diſtinguitur realiter à forma, vt ſunt modi & gradus indiuiduorum in forma intenſibili & remiſſibili. Obſerua ſuper dictum Aucto. contradictio concludit diuerſitatem entium, quod eſt ſanè intelligendū: nā hoc intelligitur de definitione, & nō de accidēte: vt ſi de aliquib. duob. verificantur contradictoria in diffinitione, illa ſunt diſtincta realiter, verbi gratia, ſi de homine dicitur, quòd eſt animal rationale, & de aſino,

quòd

Hic notate hunc punctũ quia Scotus vt Theologꝰ, poſuit materiã, ſine forma, quia poſuit eã creatam & hẽre eſſe exiſtentiæ ſine forma, et in hoc non eſt reprehẽdẽdus & ideo diſtingũtur realiter. Scotus ẽt ut Philoſ. poſuit materiã & formam diſtingui realiter loquẽdo ſẽper de hac forma, & de hac non aũt de forma ſimpliciter qa nunquã põt eẽ materia ſine forma, materia. n. cũ non hẽat propriã formam poteſt oẽs recipere: & ab omni-

quòd nõ eſt animal rationale, illa ſunt diſtincta realiter: ſed non in accidente, verbi gratia, ſi de intellectu dicitur: quòd intelligit & de voluntate quòd non intelligit, non propterea ſunt diſtincta realiter quia intelligere eſt accidens. Septimo dubitatur num totum habeat aliam exiſtentiam à partibus. Ad hoc reſpondeo, quòd totum habet aliam exiſtentiam à partibus, quod ſenſu non comprehenditur, ſed mente, & ratione. hoc antea probauimus, quòd totum habet veram ſuam exiſtentiam, cùm ſit terminus adæquatus generationis, exiſtentia ſua eſt diſtincta à partibus, quia omne quod poteſt per ſe primo terminare generationem habet ſuam exiſtentiam. ſed totum per Ariſt. eſt per ſe terminus primus generationis, & non partes: quia non generatur anima, neque corpus, ſed homo: ergo totum habet ſuam exiſtentiam aliam à partibus ſuis. Octauò dubitatur num illa regula ſit vera quę cunque vni & eidem ſimpliciter ſunt eadem illa inter ſe ſunt eadem ſimpliciter: rñdetur ꝙ ſic: nã ſi partes eſſent eadem toto eſſent eadem inter ſe, ſed quia nõ ſunt eadẽ ſed diſtinctæ à toto, ea propter non ſunt eadem inter ſe. Exemplum põt dari in diuinis de gñatione, & ſpiratione in patre. inſtantia eſt iſta, gñatio & ſpiratio actiua ſunt eadẽ realiter in patre: ergo inter ſe ſunt eadẽ realiter. Reſpondeo, quòd non eſt inconueniens concedere generationem, & ſpirationem actiuam eſſe, eadem realiter in patre, & inter ſe eadem realiter. ſed ſi loquimur de ſpiratione paſſiua & generatione, illa eo modo quo ſunt in patre ſic inter ſe ſunt eadem: in patre ſunt eadem eſſentialiter ſic ſunt eadem inter ſe: quia ſunt omnia idem eſſentialiter. Adducere etiam potes exemplum & inſtãtiam & exemplum & inſtantia poſſit eſſe ſic: animal & rationale ſunt idem formaliter ſorti: ergo inter ſe ſunt idem formaliter, & tertium eſt hoc aliquid, & tamen hoc eſt falſum. patet, quia animal, & rationale cum tertio benè ſunt idem formaliter, ſed nunquam inter ſe, & iſta eſt melior inſtantia. Sed tu dicas ſoluendo, quòd animal & rationale eo modo ſunt eadem, ſed cum tertio, ſecundum quod ego teneo non ſunt idem formaliter, quia ſunt ſuperiora, ſed tantum ſunt idem realiter, ſic ſimili-

ter

ter inter ſe animal, & rationale ſunt idem realiter, & nullo modo formaliter.

bus ſeparari. & priuari, & ideo iudicio meo non recte Achilinus i 1. Phyſicorũ in expoſitione text 69. reprehendit Scotum noſtrũ in hoc qui attribuit ei vt Phyloſopho quod non dixit.

TEXTVS.

QVantum ad quintum articulum, qui eſt de identitate & diſtinctione eſſentiali, noto aliqua. Primò, quòd duplex eſt ordo eſſentialis, vt ad præſens ſufficit. Vnus eſt ſecundum quid, & eſt quãdo poſterius dependet ſic à priori, quòd licet non poſſit eſſe ſine illo per potentiam naturalem, poteſt tamẽ per potentiam diuinam, ſicut eſt de accidente reſpectu ſubſtantiæ ſaltem de aliquo. & de ſubſtantia reſpectu cauſarum ſecundarum extrinſecarum. Alius eſt ordo eſſentialis ſimpliciter, & eſt inter illa quæ ſic ſe habent, quod implicat cantradictionem, etiam per quãcumque potentiam poſterius eſſe ſine priori: & accipio ibi ordinem eſſentialem pro dependentia eſſentiali; & ſic dico quòd quandocunque aliquod habet ordinem eſſentialem iſto ſecundo modo ad aliud in ratione dependentis ad independens, tali dependentia identificatur realiter cum ſua dependentia, ſicut dicimus de creatura & ſua dependentia quam habet ad Deum, & de toto reſpectu ſuarũ partium. Secundò notandum, quod identitas eſſentialis capitur dupliciter. Vno modo pro illa identate, qua aliqua identificantur vni eſſentiæ ſingulari: & ſic inter identitatẽ eſſentialẽ & realẽ nõ eſt differentia, præterquam in diuinis: quia licet tres perſonæ diuinæ ſint eædem realiter vni eſſentiæ ſingulariſſimæ, & per conſequens dicantur eſſe idem eſſentialiter, non tamen dicuntur

eſſe idem realiter. In creaturis verò non eſt inſtantia, quoniam omnia eadem eſſentialiter ſunt eadem realiter.

Secundo modo capitur identitas eſſentialis pro illa identitate, qua aliqua dicuntur eſſe de eſſentia alicuius: ſiue concurrunt intrinſecè ad eſſentiam alicuius.

Duplex ē ordo alius eſt eſſentialis, alius accidentalis.

QVantum ad quintum articulum, qui eſt de identitate & diſtinctione eſſentiali. Primò Auctor notat, ꝙ duplex eſt ordo eſſentialis, vt ad pręſens ſpectat, vnus ſecundum quid: & eſt quando poſterius dependet à priori, licet non poſſit eſſe ſine illo per potentiam naturalem, poteſt tamē per potentiam diuinam, verbi gratia, ſicut eſt de accidēte reſpectu ſubſtantiæ, ſaltem de aliquo, & tu intelligas de accidente abſoluto, & non de reſpectiuo: quia inhærentia reſpectiuorum fundamento ſuo idētificatur, de abſoluto autem poteſt deus facere quòd ſit (vide Tart. in prædic.) ſine ſubſtantia, vt patet in ſacramēto Euchariſtiæ & producere illud ſine ſubſiſtētia & cauſis ſecundis, & de ſubſtantia reſpectu cauſarum ſecundarum extrinſecarum, id eſt poteſt producere ſubſtantiam, vt hominem primum produxit ſine patre & ſole. Hic tu primò notabis, quod iſta diſtinctio adinuenta fuit propter perſonas diuinas, quæ diſtinguuntur realiter perſonaliter, ſed non realiter eſſentialiter. Secundò notabis, quòd duplex eſt ordo accidentalis, & eſſentialis: non diceretur ordo eſſentialis, niſi reperiretur accidentalis: erit igitur accidentalis vt in naui trahenda, Petrus erit primus, & Sortes erit ſecundus. Eſt & ordo eſſentialis? & iſte duplex: vnus ſecundum quid, ꝰ iſte poteſt diſpenſari à Deo, vt albedo dependet à ſubſtantia eſſentialiter non ſemper, quia Deus poteſt facere ſtare, & remanere albedinem ſine ſubſtantia, & quilibet effectus dependet eſſentialiter ſecundum quid à cauſis extrinſecis. Sed tu dices, quomodo Deus poteſt facere accidens abſolutum ſine ſubiecto? cùm Scot. dicat quòd ſubiectum ponitur in diffinitio-

finitione accidentis?Reſpondeo, quòd non in diffinitione quidditatiua: ſed ponitur in diffinitione additamentali. vnde Scot.in 4.d.17. dixit quòd ſubiectum eſt cauſa effectiua accidentis:& effectus non potet eſſe ſine cauſa ſecũda,& efficiente:ſed neceſſariò ineſt ſibi: Deus autem facit, quod accidens ſicut ſuſtentebatur per ſubſtantiam, ſic ab ipſo ſuſtentetur: quia poteſt ſupplere totum illud quod facit cauſa efficiens:neceſſitas uerò,quod vnum nõ poſſit eſſe ſine alio, eſt iſta. quia omnis forma eſt in ſua cauſa effectiua ſecunda: & tu intelligas de cauſa effectiua,quæ eſt ſubiectum: ſicuti eſt ſubſtantia reſpectu accidẽtis:ſed non eſt verum de cauſa effectiua ſola,quæ non eſt ſubiectum, vt albedo non eſt in ſole, aut in Platone generante: ſed albedo eſt in cauſa ſecunda effectiua vt in ſubſtantia:hoc igitur facit deus,ſupplet vicem ſubſtantiæ, & in producendo, & in ſuſtentando accidens: & ſic facit accidens ſtare ſine ſubiecto: ſed, ſi ſubſtantia eſſet de quidditate accidentis, Deus non poſſet facere accidens ſtare ſine ſubſtantia,ſiue ſubiecto. Nec credas, quod inhærentia accidentis ad ſubiectum ſit de intrinſeca ratione accidentis abſoluti: ſicut aliqui dixerunt, tunc ſequeretur quod abſolutum eſſet conſtitutum intrinſecè ex reſpectiuo, & quando dicitur quod accidentis eſſe eſt ineſſe, debes ſic exponere: primo quod Ariſt. hoc non dicit,tamen ſi inueniretur, potes ſic gloſare,accidentia non cauſantur nec habent eſſe niſi à ſubſtantia, vel aliter accidentis eſt ineſſe ideſt accidentia non diſponunt niſi ſubſtantiam, tamen apud philo.iſte ordo eſſentialis non fuit ſic cognitus,quia philoſophi non cognouerunt hunc ordinem eſſe diſpenſabilem à Deo. Et accipiẽtes hæc principia, primo quod à voluntate antiqua non poteſt prouenire nouus effectus. vt dixit comm.15. commen.8.phyſic. Secundo,quod intellectus quærens ſeparationem accidentis à ſubiecto quærit impoſſibilia,vt dicitur 39 primi phyſico. concluſerunt Deum non poſſe ſeparare,accidens abſolutum à ſubiecto. Alius eſt ordo eſſentialis ſimpliciter,vt homo eſſentialiter dependet à materia & forma:ſimiliter totum dependet à partibus:hunc ordinem Deus non poſſet diſpẽſare quia implicat contradi-

Quomodo Deus poteſt facere accidens abſolutum ſine ſubiecto.

Inhærentia accidẽtis ad ſubiectũ non eſt de intrinſeca ratione accidẽtis abſoluti vide ã ſit verum.

ctionem totum eſſe & non eſſe partes. Et pro intelligẽtia huius ordinis pono quatuor concluſiones. Prima rei productæ ad cauſas integrales principales: vt eſt cor, & caput eſt ordo eſſentialis. vt doctè docet Brulifer in ſuis formal. ,ol.4. Secunda concluſio rei productæ ad cauſas intrinſecas eſſentiales eſt ordo eſſentialis, vt hominis ad animam & corpus. Tertia rei productæ à Deo ad ipſum Deum eſt ordo eſſentialis. Quarta rei productæ ad cauſas extrinſecas ſecundas eſt ordo accidentalis, vt ſortis dependentis à ſole & à patre, ad patrem & ſolem.

Dependẽtia qua creatura dependet ad Deũ eſt eadem realiter.

Sequitur in litera, quandocunque aliquid habet ordinem eſſentialem iſto ſecundo modo ad aliud in ratione dependentis ad independens, talis dependentia identificatur realiter cum re dependente, & hoc eſt verum per vnam regulam Scoti antedictam in ſecundo diſtin. 1. q. 5. vbi dicitur, omnis illa relatio eſt eadem fundamento, cuius fundamentum non poteſt eſſe ſine termino, & quia fundamentum, ideſt creatura non poteſt eſſe ſine Deo, hinc eſt, quod relatio creationis eſt eadem realiter lapidi creato, ſed tu dices contra, vnio quæ eſt inter filium aſſumentem naturam humanam, & naturam aſſumptam eſt relatio ad Deum, & tamen non eſt eadem realiter fundamento: probo quia natura humana poteſt eſſe ſine iſta unione, & filius ſine iſta vnione, quia ſine natura humana, quod iam aliàs probauimus ſupra. Reſpondeo, quod regula intelligitur, quod eſt vera de relatione communi, vnde iſta relatio eſt eadem realiter fundamento, quãdo fundamentum non poteſt eſſe ſine termino, qui eſt ipſe Deus, ſicuti eſt creatio, ſed iſta relatio vnionis eſt relatio peculiaris, ſiue particularis ad filium tantum, & non ad omnes tres perſonas. Sed inſurgit dubium, ſint tantum tres homines in mundo per caſum, & nulla alia creatura, tunc volo, quod patet aſſumat naturã. vnius, filius naturam alterius, Spiritus Sanctus naturam alterius, ſequitur quod vnio tunc non erit peculiaris, ſed communis: ergo non valet reſponſio. Ad hoc dico, q̃d propoſitio Scoti non intelligitur de iſta vnione quæ eſt relatio contingẽs, ſiue natura ſit vnita vni perſonæ, ſiue tribus, quia iſtę tres naturæ aſſumptæ poſſunt eſſe ſine his tribus perſonis, &

illæ

illæ tres pſonæ poſſunt eſſe ſine tribus naturis aſſumptis, de iſtis igitur non intelligitur, quia ſunt relationes propriæ, ita, quod omnis perſona habet ſuam vnionem, ita prima ſicut ſecunda, & ſicut tertia, habet ſuam propriam vnionem. ſed regula intelligitur de relationibus communibus competentibus omnibus tribus perſonis, quia opera trinitatis ſunt indiuiſa ad extra, ſicuti eſt de creatione, & conſeruatione, quæ pro termino habent Deum, & non perſonas particulares.

Concordantia cum Ariſto.

NOta, quod licet Philoſophi, non poſuerunt hunc ordinem eſſentialem vnum, ſecundum quid, & alium, & ſimpliciter, tamen poſuerunt quendam modum propinquum iſti ordini. vnde Ariſt. in 3. metaph. cap. de neceſſario dicit, quod neceſſarium aliud ſimpliciter, & aliud eſt ex ſuppoſitione, quæ diſtinctio neceſſitatis videtur eſſe propinqua illis duobus ordinibus, tamen reuera illos duos ordines non poſuerunt. *Neceſſariũ duplex.*

Ponit Auctor ſecundum notabile, quod identitas eſſentialis capitur dupliciter, vno modo pro illa identitate, quæ eſt realis identitas, alio modo identitas eſſentialis eſt illa, qua aliqua dicuntur eſſe de eſſentia alicuius ſiue concurrunt intrinſecè ad eſſentiam alicuius. Et ſi tu quæras, quæ differentia eſt inter diſtinctionem realem & eſſentialem, dico quod diſtinctio realis ſimpliciter in plus ſe habet quàm eſſentialis, quia bene ſequitur, diſtinguuntur eſſentialiter, ergo realiter, tamen non conuertuntur in diuinis, ſed in creaturis conuertibiliter ſe habent. nam quæcunq; realiter diſtinguuntur eſſentialiter diſtinguuntur & econtra, ſed patitur inſtantiam in diuinis, vbi eſt diſtinctio realis, ſed non eſſentialis.

Concordantia cum Ariſto.

PRimam identitatem, ſcilicet realem, iam inuenimus in Ari. vt patuit in præcedenti articulo: ſecunda idẽtitatẽ, ſcilicet illã, quando aliqua duo ſunt de eſſentia ali-

cuius, poſuit Ariſto. libro primo Poſte. tex.comment.9. aſſignando primum modum dicendi per ſe: quando vult, quòd illa ſunt in primo modo, quæ ſunt de quidditate, & ſubſtantia alicuius: ſiue eſſentialia alicuius, vt eſt, ſcilicet genus, & differentia reſpectu conſtituti, ſicut ipſe exemplificat.

TEXTVS.

Iſtis notatis pono duas concluſiones. Prima quòd omnia illa dicuntur eſſe idem eſſentialiter, quæ identificãtur realiter vni eſſentiæ ſingulariſſimæ, capiendo primo modo identitatem eſſentialem: vel quæ ſunt de eſſentia intrinſeca alicuius, capiendo identitatem eſſentialem ſecundo modo.

Ex quo infero, quòd quæcunque identificãtur cuicunque ſingulari mundi., ſiue indiuiduo, ſiue ſuppoſito, illa ſunt idem eſſentialiter.

Secunda concluſio, quòd illa diſtinguũtur eſſẽtialiter, quæ habent diuerſas naturas ſiue eſſentias realiter diſtinctas, vel quæ non concurrunt ad rationem intrinſecam & eſſentialem alicuius ſecundum duo membra poſita in prædicta diuiſione de identitate eſſentiali: ad quam formaliter poſſet dari vna alia diuiſio de diſtinctione eſſentiali.

Intellige tamen, quòd ad diſtinctionem, vel idẽtitatem eſſentialem, & ſimiliter ad quãcunque identitatem vel diſtinctionem quæ eſt ſecluſo opere intellectus, requiruntur extrema eſſe poſitiua & exiſtentia: quia accidens non poteſt habere nobilius eſſe & verius quàm ſuum ſubiectum vel fundamentum. Et ſi quæratur, Cùm ego non

ſim realiter idem cum antichriſto, vt clarum eſt, nunquid, bene ſequitur quòd ſum realiter diſtinctus ab eo? dico quòd non: ſed bene ſequitur quòd ſum ſibi non idem, & ſic de alijs. Et hæc de quinto articulo minus principali.

COnſequenter Auctor ponit duas cõcluſiones: in prima dicitur, illa ſunt idem eſſentialiter, quæ identificantur realiter, vni eſſentiæ ſingulariſſimæ, capiendo primo modo identitatem: vel quæ ſunt de eſſentia in rinſeca alicuius: capiendo identitatem eſſentialem ſecundo modo. Secunda concluſio, illa ſunt diſtincta eſſentialiter quę habent diuerſas naturas, ſiue eſſentias realiter diſtinctas: vel quæ non concurrunt ad rationem intrinſecam, & eſſentialem alicuius.

Concordantia cum Ariſtotele.

PRimam concluſionem non oportet confirmare per Ariſto. quia iam paulò ante confirmata eſt: concluſio ſecunda de diſtinctione eſſentiali confirmatur per ea quę habet Ariſt. in libro Poſte. 1. t. comm. 35. & inde eſſentiæ prædicamentorum ſunt impermixtæ, ideſt nõ mixtæ: & per conſequens eſſentialiter diſtinctæ, idem habet Ariſt. ſeptimo Topic. capitulo tertio, illa ſunt eſſentialiter diſtincta, quando vnum poteſt exiſtere ſine alio.

Quomodo prædicamẽta diſtinguũtur inter ſe.

Dubia circa Textum.

PRimò dubitatur vtrum in Euchariſtia quantitas ſit qualitatis vltimatum ſubiectum? Ad hoc reſpõdeo, quòd Sco. & communis opinio tenet, quantitatem in Euchariſtia eſſe vltimatum ſubiectum, & qualitatem Euchariſtiæ in quantitate ſubiectari, vt patet 12. diſtin. 4. q. 2. & quòd qualitas in quantitate ſit ſubiectata, adducit ibi Sc. vnam probationem & eſt iſta: qualitas Euchariſtiæ eſt extenſa, vt patet ad ſenſum, non eſt extenſa extenſione intrinſeca qualitati ſecundum iſtam opinionem, ſed tãtum

Scotus et cõmunis opinio tenet quantitatẽ in Euchariſtia eſſe vltimatum ſubiectum.

per accidens: ſed omne extenſum per accidens extenditur ad extenſionem alterius: & illud alterum non eſt niſi quantitas, & hoc concordat cum illo dicto in prædicamẽtis, quanta eſt ſuperficies tanta eſt albedo : patet igitur, ꝙ quantitas eſt vltimatum ſubiectum in Euchariſtia. Hic tranſeundo eſt notandum, ꝙ relatio dependentiæ quamuis ad fundamentũ, & ad terminũ comparetur, tamẽ eſt eadem ſolũ fundamento: quando fundamentũ nõ poteſt eſſe ſine termino, & nullo modo termino, & hoc propter regulam antedictam, & ſi dependentia eſſet idẽ realiter termino, ſicut fundamento, tunc Deus de nouo haberet reſpectus ſibi aduenientes. Secundò dubitatur an dependentia, qua ſcientia ab obiecto dependet ſibi realiter, vel formaliter identificetur, & videtur quòd ſic, quia ſciẽtia poteſt eſſe ſine obiecto tam motiuo, quàm terminatiuo, vt patet de ſcientia Dei de lapide: vide Sco. 13. quæſtio. quol. Ad hoc reſpondeo, ꝙ talis dependentia ſcientię ad obiectum, quando obiectum non eſt, ſicut ipſe dicit, nec eſt diſtincta realiter ab obiecto, nec eſt eadem realiter, aut formaliter cum obiecto: quia tale obiectũ nõ eſt: vnde Sco. in quolib. q. 13. dicit quando terminus non habet eſſe reale, ſed tantum eſſe in intellectu, tunc ad ipſum non poteſt eſſe niſi relatio, & depẽdentia rõnis: quia non põt relatio habere verius eſſe quàm terminus ad quem eſt: nunc autem terminus, & obiectũ non habet eſſe, niſi in intellectu. Poſſes etiam dicere, ꝙ talis relatio eſt diſtincta realiter modo ſuo. Circa illud dictũ Syrecti duplex eſt ordo eſſentialis: vnus eſt ſecũdum quid, alius eſt ſimpliciter. Multa veniũt obſeruanda, & primò aduerte, ꝙ diuiſio eſſentialis ordinis datur in entibus non ſolum in eſſendo, ſed etiam in cauſando: & hoc verum eſt apud Theologos, licet philoſophos latuerit. hoc eſt ſicut dãtur entia neceſſaria ſimpliciter, & neceſſaria ſecundũ quid. ſic etiam dantur cauſæ ſimpliciter neceſſariæ, vt eſt Deus & ſecundum quid neceſſariæ, vt ſunt omnes cauſæ abſoluti effectus præter Deum, qui eſt cauſa neceſſaria ſimpliciter ſecundum theologos, ſed non ſecundum philoſophos, quia illi dixerunt, quòd omnes cauſæ ſunt neceſſariæ, & Deus nõ poteſt cauſare effectus ſine ſecundis cauſis.

ſis. Secundò aduerte quòd ordo eſſentialis eſt in plus quam dependentia eſſentialis, vt patet in ordine prædicamentali & ſpecierum vniuerſi, hoc eſt ſuperius & inferius in prædicamento habent ordinem eſſentialem, quia inferius eſſentialiter includit ſuperius, ſimiliter ſpecies vniuerſi habent ordinem, quia vna eſſentialiter ordinatur ad aliam, aliter non ſtaret vniuerſum, ſicut ponit ordinem eſſentialem Ariſto. 12. met. ꝙ ſpecies ordinantur ad inuicē, & oĩa ad vnũ ordinãtur: ſed iſta prædicata nõ habēt depēdētiam ſimpliciter eſſentialē, quia ſpecies nõ depēdet ſic ab alia, nec ſimiliter, illa quæ ſunt ordinata in prædicamēto. Tertiò dubitatur nũ ad quãlibet idētitatē & diſtinctionē ſecluſo opere intellectus requirãtur extrema eſſe poſitiua, & exiſtētia: & videtur ꝙ non, quia dictum eſt, ꝙ diſtinctio ex natura rei eſt inter diffinitum, & diffinitionē, & iſta nõ exiſtũt, quia exiſtētia eſt ſingulariũ. Ad hoc ſuperius iam diximus, ꝙ exiſtētia eſt duplex: quædam eſt vniuerſalis, quædam particularis, vt elicitur ex Sco. 3. diſt. 2. q. 3. diffinitum, & diffinitio habent exiſtētiã primo modo, non autem ſecundo modo: quia vnũquodque ſicut habet gradum ſic exiſtit: nunquam tamen exiſtentia vniuerſalis ſeparatur à particulari.

TEXTVS.

QVantum ad ſextum articulum, qui eſt de identitate ſubiectiua, & eius diſtinctione, eſt duplex modus dicendi.

Primus, ꝙ illa dicuntur eſſe idem ſe totis ſubiectiue, quæ quidditatiue conueniunt in aliqua realitate potentiali, & contrahibili per realitatē differentiæ Et per oppoſitum illa diſtinguũtur ſe totis ſubiectiue, quæ in nulla tali realitate quidditatiuè conueniunt. Et ex iſto modo dicendi eliciuntur tria corollaria.

Primum, quòd quæcunque includunt idem

genus

genus quidditatiuè, ſunt idem ſe totis ſubiectiuè.

Secundum corollarium, quòd omnia prædicamenta à ſe inuicem, Deus etiam & creatura, ſe totis ſubiectiuè diſtinguuntur.

Tertium corollarium, quòd perſonæ diuinæ ſe totis ſubiectiuè diſtinguuntur: & ſic ſecundum iſtum modum dicendi identitas ſubiectiua eſt ſuperius ad identitatem obiectiuam, & diſtinctio obiectiua eſt inferius ad diſtinctionem ſubiectiuã. Quæcunque enim ſunt idem ſe totis ſubiectiuè, ſunt idem ſe totis obiectiuè, & non econuerſo: & quæcunque diſtinguuntur ſe totis obiectiuè, diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè, & non ecõuerſo, ſecundum iſtum modum dicendi: quare, &c. Alius modus dicendi eſt, quòd illa dicuntur idem ſubiectiuè, quorum realitates poſſunt ſimul eſſe in eadem re, vel per identitatem realem, vel per modum informantis, vel informabilis. Et per oppoſitum illa diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè, quorum realitates non poſſunt ſimul eſſe in eodẽ numero, alio prædictorum modorum, ſ. vel per modum informantis, vel per modum informabilis, vel per identitatem realem. Ex hoc inferuntur aliqua corollaria.

Primum, quòd omnia quæ ſunt in diuinis ſunt idem ſubiectiuè. Secundum, quòd omnia in vno indiuiduo, ſiue ſint ſuperiora, ſiue accidentia abſoluta ſiue reſpectiua, ſunt idem ſubiectiuè. Tertium corollarium, quòd duo indiuidua eiuſdem ſpeciei, maximè de prædicamento ſubſtan-

tia,

tiæ, & etiam alterius ſpeciei completæ eiuſdem prædicamenti, diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè. Quartum corollarium, ꝙ duo contraria, & duo relatiua oppoſita, maximè de ſecundo modo relatiuorum, ſimiliter differentię eſſentialiter diuidentes genus, diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè ſecundum iſtum modum dicendi. Et ſi quæras quis iſtorum modorum eſt probabilior: dico, ꝙ vterque eſt probabilis, nec eſt differentia inter eos, niſi in modo vtendi vocabulo: & ideo qui voluerit tenere alterum illorum, dicat conſequenter. Et hoc de ſexto articulo minus principali.

QVantum ad ſeptimum. ſ. de identitate obiectiua, & eius diſtinctione: Dico breuiter, ꝙ illa ſunt idem obiectiuè, de quibus poteſt prædicari aliquod prædicatum quidditatiuè, ſiue illud ſit limitatum, ſiue tranſcendens, ſiue dicat realitatē potentialem, ſiue non. Et illa diſtinguuntur ſe totis obiectiuè, de quibus non poteſt prædicari tale prædicatum quidditatiuè. Ex hoc inferuntur aliqua corollaria. Primum, quòd Deus & creatura ſunt idem ſe totis obiectiuè, & ēt decem prædicamenta. Secundum, ꝙ paſſiones entis à ſe inuicem & ab ente diſtinguuntur ſe totis obiectiuè. Tertium corollarium, quòd differentię vltimæ, & breuiter omnia illa quæ ſunt primò diuerſa, diſtinguuntur ſe totis obiectiuè. Pro quo notandum, quòd aliud eſt dicere aliqua eſſe diuerſa, & differentia: nam differentia ſunt alicui idem entia, hoc eſt dictum in aliquo quidditatiue conueniunt, & in aliquo quidditatiue differunt: diuerſa ſunt, quę

De idētitate, & diſtinctione obiectiua.

in nul-

in nullo quidditatiue conueniunt, iuxta quod dicit Scotus, quòd omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primò diuerſa, alioquin non eſſet ſtatus in differentibus. Hoc notato, probatur ſic propoſitum ratione Scoti. Gratia exempli, accipiantur duo differentia, & ſint Sortes & Plato: tunc ſic, Sortes & Plato in aliquo conueniũt, & per aliquid differunt, vt patet ex ſuppoſito. Accipiantur ergo illa per quæ differunt, & ſint a, & b, vel ergo a, & b, ſunt diuerſa, vel differentia. Si ſunt diuerſa, habeo propoſitum, ſ. ꝙ iſta diſtinguuntur ſe totis obiectiue: ſi ſunt differentia, quæram ſicut prius, vel ergo erit proceſſus in infinitum, quod eſt inconueniens, vel ſtabitur ad aliqua, ſe totis obiectiue diſtinguuntur. Et hoc de 7. art. minus principali.

QVantum ad ſextum articulum, qui eſt de identitate ſubiectiua & eius diſtinctione, duplex eſt modus dicendi. Primus, illa dicuntur eſſe idẽ ſe totis ſubiectiuè, quæ quidditatiuè conueniũt in aliqua realitate potẽtiali, & contrahibili per realitatem differẽtiæ, & per oppoſitum illa diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè, quæ in nulla realitate quidditatiuè conueniũt. Hic tu primò notabis, ꝙ duplex eſt realitas, quædã eſt ſubiectiua, & quædam obiectiua: Subiectiua eſt illa, qua aliquid eſt diuiſibile per differẽtias formales, & vocatur ſubiectiua pp ſimilitudinem, quia ſicut ſubiectum eſt in potẽtia ad formam, ita realitas ſubiectiua eſt in potẽtia ad differẽtias formales, ſ. vt diuidatur per eas: exemplum, vt animal, corpus, & ſimilia. Realitas obiectiua eſt illa, quæ non eſt ſic contrahibilis per differentias, ſed quæ poteſt obijci intellectui noſtro, ideò obiectiua vocatur. Vnde illa ſunt idem ſe totis ſubiectiuè, ſecundum vnum modum vſitatiorem, quæ conueniunt in aliqua realitate ſubiectiua, vt

Duplex eſt realitas.

Quæ ſit realitas obiectiua.

in

in animali: & illa ſunt idem ſe totis obiectiuè, quæ in nulla realitate ſubiectiua, ſed ſolum obiectiua conueniũt. Sed eſt hic vna difficultas, quia Auct. tenet, ꝙ perſonæ diuinæ ſecundum iſtum modum non ſunt idẽ ſe totis ſubiectiuè, quia non conueniũt in realitate potẽtiali contrahibili. ſimile dixit de Deo, & creatura, & de decẽ prædicamentis, quod licet in ente conueniant, non tamen in aliquo genere. tunc arguo ſic, ſi perſonæ diuinæ conueniũt in realitate diuinæ eſſentiæ, quæ determinatur per relationes, vt patet à Sco. quarta quæſtio. quol. ergo ſunt idem ſe totis ſubiectiuè. Ad hoc reſpondeo ex fundamentis Sco 5. d. primi: quòd eſſentia diuina non eſt potentia, nec quaſi potentia, non ſubiectum, nec fundamentum, & iſtæ relationes non ſunt actus perficientes eſſentiam, ſed tantum actus determinantes perſonas: & ſic perſonæ diuinæ nõ ſunt idem ſe totis ſubiectiuè ſecundum primum modum. Alius eſt modus dicendi, quod illa dicuntur idẽ ſubiectiuè, quorum realitates poſſunt eſſe ſimul in eadem re per identitatem realem, vel per modum informantis, & informabilis: & per oppoſitum illa diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè, quorum realitates non poſſunt eſſe ſimul in eodem numero, ſecundum iſtos modos, ſ. vel per identitatem realem, vel per modum informantis, & informabilis: & ſic accidentia ſortis erunt idem ſubiectiuè ſorti iſto modo.

Concordantia cum Ariſto.

PRimus modus identitatis ſubiectiuè confirmatur per Ariſto. nam 5. met. t. com. 10. habetur, dicũtur etiam vnum, & ea, quorum genus vnum differens differentijs oppoſitis, atque hæc vniuerſa, vnũ propterea dici ſolent, voluit hic Ariſto. ea eſſe vnum & idem ſubiectiuè, quæ conueniunt in vno genere: quod eſt realitas potentialis contrahibilis per differentias dicentes realitatem, & ſic ab eo confirmatur identitas ſubiectiua. Diſtinctio ſubiectiua ſecundum primum modum habetur per Ariſto. 5. meta. t. comm. 15. diuerſa verò ſpecie dicuntur quæ ſub eodẽ genere collocata non ita ſe habẽt: vt alterum ſub

Vbi habetur ex Ariſt. diſtinctio ſubiectiua.

altero

altero collocetur, & quę ſub eodem genere collocata differentiam habent. vult hic Ariſt. quòd ſpecies collocatæ ſub eodem genere, quòd eſt realitas potentialis contrahibilis ſint diſtinctæ & differentes. & iſte eſt primus modus diſtinctionis ſubiectiuæ. Identitas ſubiectiua iuxta ſecundum modum ideſt quando realitates aliquorum poſſunt eſſe idem ſubiecto & plura ſecundum diffinitionem habetur per Ariſt. quinto Phy. t. com. 47. primo Phy. t. co. 60. 3. Phy. t. c. 19. & 21. tertio de Anima com. primo, & ſecundo de anima. t. c. 147. Diſtinctio ſubiectiua i. quando aliquando non ſunt in eodem ſubiecto. nec vnum poteſt reliquum informare, habetur ex Ariſt quinto met. cap. 15. vbi vult, quòd differentia dicuntur quæcunque diuerſa ſunt aliquid idem entia, & non ſolum numero, ſed ſpecie: & genere ſi Ariſt. vult, quòd reperiuntur diſtincta numero, & diuerſa numero: iſta quæ ſunt diſtincta numero, ſic ſe habent, quod vnum non poteſt aliud informare: nec poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, ergo ſunt diſtincta ſubiectiuè, & ſic per Ariſt. habemus diſtinctionem ſubiectiuā.

Dubia circa Textum.

DVbitatur num deus & Creatura ſe totis ſubiectiuè diſtinguantur: videntur enim poſſe dici potius diuerſa quam diſtincta: reſpondeo, ꝙ deberent dici diuerſa quando non haberent in quo conuenirent: modo habent ens, Deus & creatura, in quo conueniunt, licet non habeant realitatem: propterea poſſunt dici accommodatè, quòd ſunt diſtincta. Secundò dubitatur vtrū quæ ſunt in diuinis ſint idem ſubiectiuè & videtur quòd non, quia ſi illa ſunt ſubiectiuè ſecundum modum quorum realitas ſunt in eadem re per identitatem realem, & perſonæ nō ſunt idem realiter, imo diſtinctæ realiter; nec ſunt idem per modum informantis vel informabilis, quia cùm perſonæ ſint incommunicabiles exiſtentiæ, non poſſunt eſſe informantes, nec informabiles: non informantes, quia de nullo prædicari poſſunt ſecundum aliquem modum, & ſic non poſſunt alia informare, nec poſſunt eſſe informabiles, quia nihil poſſunt recipere. Ad hoc reſpondeo, ꝙ perſo-

Omnia quæ ſunt in Diuinis velut attributa eſſētialia notionalia modi ſunt idē ſe totis ſubiectiuè quia unum nō informat aliud nec di-

perſonæ in diuinis ſunt idem ſubiectiuè, & quando dicis illa ſunt idem ſubiectiuè, quorum realitates ſunt in eadẽ re per identitatem realem,& perſonæ non ſunt idem realiter,ſed diſtinctæ realiter:ſolutio quæ euacuat difficultatem eſt nota,quia perſonę ſunt in eadem realitate ꝑ idẽtitatem eſſentialem,non autem per identitatem perſonalem: quia ſic non habent identitatem:& quod dicitur, ꝙ non ſunt idem ſubiectiuè: quia nõ ſunt informabiles, nec informantes:dico,quòd Auct. loquitur diſiunctiuè dicẽs, illa ſunt idem ſubiectiuè,quorũ realitates ſunt in eadem re:vel per identitatem realem,vel per modum informãtis & informabilis perſonæ ſunt idem ſubiectiuè primo, ideſt per identitatem realem:ſed non ſecundo modo, qa non poſſunt informare,nec informari. Tertiò dubitatur vtrum duo contradictoria & duo relatiua oppoſita de ſecundo modo relatiuorum diſtinguuntur ſe totis ſubiectĩuè. & videtur quod ſic: nam mouens & motum ſunt oppoſita relatiuè de ſecundo modo relatiuorum: tamen non diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè:quia Scot.tenet 1.ſen.d. 3.q.7.& in 2.diſt.ſecunda: item in ſecundo diſt.25. quòd intellectus poteſt eſſe mouens & motus: ſimiliter voluntas: & ſi voluntas poteſt eſſe mouens & mota,ſequitur ꝙ mouens & motum ſunt idem ſubiectiuè:& tamen Auctor dicit, quòd diſtinguuntur ſubiectiuè. Ad hoc reſpondeo ſic,quòd mouens & motum diſtinguuntur ſubiectiuẽ: qñ eſſent in eodem ſubiecto eodem modo accepto;ſed quando diuerſimodè accipitur ſubiectum, non diſtinguuntur ſubiectiuè, ſicuti eſt hic ſubiectum acceptum.nam intellectus eſt mouens, vt eſt in actu virtuali, eſt motus vt eſt in potẽtia formali. Tu interim obſerua,quòd illi duo modi ponendi diſtinctionem ſe totis ſubiectiuè non ſunt idẽ vt patet de ſorte & de albedine ipſius, quia licet poſſint dici idem ſecundo modo ſubiectiuè, nunquàm tamen poterunt dici idem primo modo: patet quia ſortes & ſua albedo nunquàm ſunt idem primo modo, quia non conueniunt in aliquo vno prædicamento, quia ſunt diuerſorũ prædicamentorum: tamen bene ſunt idem ſubiectiuè ſecundum modum vt vides in litera, quia ſe habent ꝑ modum informabilis & informantis. Tamen ego credo, ꝙ

ſtinguuntur realiter interſe.

Auctor

Auctor non voluit dicere, quòd iſti duo modi ſunt idem quia clarum eſt vt deduximus, quòd ſunt diſtincti: ſed forte voluit dicere, quòd non eſt differentia inter eos niſi in modo vtendi vocabulo, ideſt vterque eſt verus & probabilis in ſuo ſenſu: propterea ſubdidit, qui voluerit tenere alterum illorum conſequenter: ſed non dicit, quòd ſunt idem iſti duo modi: ſi tamen ipſe vult eſſe idem iſtos duos modos, non bene dicit.

TEXTVS.

QVantum ad vltimum articulum principalem, pro complemento huius quęſtionis, qui eſt illatiuus & inueſtigatiuus identitatum & diſtinctionum: Primò diuidendo in duas partes principales, ſic procedam. In prima parte dabitur modus venandi diſtinctiones & identitates, in ſecunda parte dabitur modus inferendi vnam diſtinctionem & idētitatem ex alia.

Quantum ad primam partem, primo incipiam à diſtinctione rationis. Et pro ampliori declaratione notādum, quòd diſtinctio rationis inueſtigatur propter diuerſas relationes rationis attributas p̄ actum rectum vel collatiuum intellectus eidem obiecto, vel diuerſis hoc modo: quia vel res realis comparatur ad rem realem, vel realitas ad realitatem: & hoc vel ad ſeipſam vel ad aliam in vno & eodem obiecto formali, vt quando intellectus comparat colorem & diſgregatiuum in albedine: vel res rationis, ad rem realem, vt quando intellectus comparat genus ad animal, & econuerſo: vel res rationis ad rem rationis, vt quando intel

lectus

lectus comparat genus ad ſpeciem, & econuerſo. Si primo modo: vel res realis comparatur ad ſe, vel ad aliam: ſi ad ſeipſam, vel comparatur ipſa vt intellecta ad ſeipſam non intellectam, vel ad ſeipſam vt intellectam. Si ſecundo modo: vel igitur comparatur ipſa res concepta ſub uno modo concipiendi ad ſeipſam, vel ad aliam, vel ſub alio modo concipiendi. ſi primo modo: vel igitur ſub modo concipiendi Grammaticaliter, vt ſignificāt aliquid in recto vel in obliquo: vel Logicaliter, puta in concreto vel in abſtracto: et ſic ſecundum diuerſas comparationes intellectus ad res eaſdem vel diuerſas oritur diſtinctio rationis.

Diſtinctio vero ex natura rei inueſtigatur per quatuor genera oppoſitionis.

Primo per oppoſitionem relatiuam.

Secundo per oppoſitionem contrariam.

Tertio per oppoſitionem priuatiuam.

Et quarto per oppoſitionem contradictoriam ſic: quia impoſſibile eſt duo oppoſita, ſiue relatiue ſiue priuatiue, ſiue contrarie ſiue contradictorie, ſimul eidem reſpectu eiuſdem conuenire & differre, ideo, &c. Exemplum de oppoſitione relatiua: vt quia intellectus agens mouet intellectum poſſibilem, & intellectus poſſibilis mouetur ab intellectu agente, concludimus ibidem eſſe diſtinctionem ex natura rei. Exemplum de oppoſitione contradictoria: vt quia ſuperius eſt communicabile pluribus, inferius vero, non, ideo, &c. Exemplum de oppoſitione priuatiua uel quaſi priuatiua: vt quia eſſentia diuina eſt communicabi-

lis pluribus perſonis : paternitas verò cõmunicabilis.ideo,& c.Exemplum de contraria oppoſitione,capiendo large contrarietatem: vt quia homo formaliter eſt ad ſe,dependentia qua dependet ad Deum,formaliter eſt aliud.ideo,&c.

Diſtinctio autem formalis facilis eſt ad inueſtigandum,dummodo extrema ſint poſitiua.Tamen quadruplici via poteſt inueſtigari. Primò per viam excluſionis. Omnia enim quæ ſic ſe habent, quòd vnum non eſt de conceptu quidditatiuo alterius,illa formaliter diſtinguuntur. Secundò per uiam diffinitionis ſic.Quæcunque enim habent diſtinctas diffinitiones, quarum vna non includitur in alia, illa formaliter diſtinguuntur. Tertiò per viam deſcriptionis ſic. Quorum deſcriptiones ſunt diuerſæ,illa formaliter diſtinguuntur, intelligẽdo per deſcriptionem manifeſtationem conſtitutam ex genere & propria paſſione. Quartò per viã de mõſtrationis ſic:Quandocunque aliquid eſt demõ ſtrabile de aliquo & de alio, non illa ſunt diſtincta formaliter.Poteſt tamen addi quinto, via reduplicationis ſecundum Franciſcum ſic : Quando aliquid competit alicui inquantum tale & non alij,ſicut viuere competit homini in quantum homo & non lapidi, illa formaliter diſtinguuntur.

Diſtinctio verò realis quadrupliciter poterit inueſtigari.Primo per viam generationis ſic: Quorum vnum generatur alio non generato, illa diſtinguuntur realiter. Secundo per viam corruptionis, Tertio per viam originis. Quarto per viam ſepatatæ exiſtentiæ vel ſubſiſtentiæ.

Diſtin-

Diſtinctio autem eſſentialis quadruplici via inueſtigatur. Primò per viam generationis. Secundò per viam corruptionis. Tertiò per viam ſeparationis. Quartò per viam dependentiæ.

Diſtinctio tamen ſe totis ſubiectiuè per viam actualis ſeparationis poterit inueſtigari iſto modo: Quando aliqua actualiter ſecundum eſſe exiſtentiæ vel ſubſiſtentiæ ſeparantur ab inuicem, illa ſe totis ſubiectiuè diſtinguuntur. Sed diſtinctio ſe totis obiectiuè ſic inueſtigatur: Quæ in nullo quidditatiuè conueniunt, illa ſunt ſe totis obiectiuè diſtincta.

Ex quibus ſequitur, quod identitas iſtorum per oppoſitum eorum quæ dicta ſunt de diſtinctionibus, poterit inueſtigari.

QVantum ad ſecundam partem huius articuli: Primò inueſtigemus modum inferendi vnam identitatem ex alia: ſecundariò vnam diſtinctionem ex alia.

Quantum ad primum, pono duas concluſiones: quarum prima eſt iſta, quod minima identitas eſt identitas ſe totis obiectiue, quia ab omnibus infertur, & ipſa nullam aliam infert.

Secunda concluſio, quod maxima identitas eſt identitas rationis, quia omnes alias infert, & non econuerſo: poſt iſtam eſt identitas ex natura rei, quæ omnes alias ſequentes infert, & non econuerſo. Similiter dico de identitate formali in rebus non compoſitis ex re & re, capiendo proprie identitatem formalem, ita quod ſemper maior identitas infert minorem: in talibus rebus autem

compoſitis ex re & re, identitas formalis non infert alias identitates. Materia.n. & forma ſunt eę dem formaliter compoſito, cum ſint de ſua diffinitione ſecundum Philoſophum ſeptimo Metaphyſi. & tamen diſtinguuntur realiter ab eodem.

Identitas autem realis infert identitatem eſſentialem, & etiam identitatem ſubiectiuam ſecũdum ſecundum modum dicendi de identitate ſubiectiua, non tamen ſecundum primum: nec infert etiam identitatem obiectiuam, nec ſecundum primum, nec ſecundum ſecundum modum dicẽdi. Potentiæ animæ ſeu paſſiones entis ſunt eædem realiter inter ſe, & eſſentialiter, & tamen diſtinguuntur ſe totis obiectiue, cum in nullo quidditatiue conueniant.

Et ſi detur quod conueniant, ſaltem ego veniam ad primò diuerſa, per quę iſtę potentiæ animæ differunt, & iſta erunt diſtincta ſe totis obiectiue, non realiter. Et breuiter non poſſum videre, quomodo vna identitas per bonam conſequẽtiam poſſet inferre omnes alias identitates, licet aliquas inferant, vt dictum eſt.

Quantum ad ſecundum de modo inferendi vnã diſtinctionem ex alia, pono iſtam concluſionem, quod maior diſtinctio infert minorem: tamen non video iudicio meo qualiter vna diſtinctio per bonam conſequentiam poßet omnes alias diſtinctiones inferre, licet aliqua aliquas inferant. Minima tamen videtur eße diſtinctio rationis, quia ab omnibus infert, quod declaro ſic. Duæ potentię animæ diſtinguuntur ſe totis obiectiue, eo-

dem

dem modo quo dictum eſt: & tamen non diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè, ſecundum ſecundam opinionem ſuperius recitatam de diſtinctione ſubiectiua, nec etiam infert diſtinctionem realem ſecundum omnes formalizantes, nec eſſentialem. Materia etiam & forma diſtinguuntur realiter, à compoſito, & tamen non formaliter, vt iam dictum eſt. Iſta mihi videntur vera, licet multi formalizantes dicant oppoſitum: ſoluant tamẽ difficultates ibi tactas, videlicet, de potentijs animæ ſe totis obiectiuè diſtinctis & tamẽ non realiter nec eſſentialiter: quæ etiam ſunt eædem realiter, non tamen obiectiuè, etiam de materia & forma, quæ ſunt eædem formaliter cum compoſito, & tamen non realiter: immo diſtinguuntur realiter. nec vnquam Scotus ordinauit illas conſequentias ſiue illationes, nec etiam habent aliquam rationem conuenientem ideo eadem facilitate qua ſic affirmantur & ordinantur deſtruuntur. Et hæc de corpore quæſtionis.

Prædicatũ duplex. Aliud potẽtiale, et hoc eſt quod dicit cõceptũ quidditatiuũ, nẽ pe gen⁹ ipſũ. Aliud actuale quod dicit conceptũ qualitatiuũ. ſcilicet. Differentiã vel vtrũque ſimul ſicut ẽ cõceptus ſpecificus.

QVantum ad ſeptimum articulum, qui eſt de identitate obiectiua, & eius diſtinctione, dico, quòd illa ſunt idem obiectiuè, de quibus poteſt prędicari aliquod prædicatum quidditatiuè, ſiue illud ſit limitatum, ſiue tranſcendens, ſiue dicat realitatem potentialem, ſiue non: illa diſtinguuntur ſe totis obiectiue. de quibus nõ poteſt prædicare tali prædicatum quidditatiuè. Ex hoc Aucto. infert tria corollaria. Primum, Deus & creatura ſunt idem ſe totis obiectiuè: & etiam decem prædicamenta. Secundum, paſſiones entis à ſeinuicem & ab ente diſtinguuntur ſe totis obiectiuè. Tertium corollarium, differentiæ vltimæ, & breuiter omnia quæ ſunt primò diuerſa diſtinguuntur ſe totis obiectiue.

Concordantia cum Ariſt.

IDentitatem ſe totis obiectiuam confirmatam ab Ariſtot.habemus,quinto Meta.tex. commen. 12. vbi voluit, quòd illa quæ ſunt idem genere ſunt idem proportione, ideſt illa quæ ſunt idem ſubiectiuè ſunt bene idem obiectiuè. Sed illa, quæ ſunt idem proportione non ſunt idem omnia idem genere,ideſt illa, quę ſunt idem proportione,ideſt obiectiuè,nõ ſunt idem ſubiectiuè & genere.nã eſſe idem genere eſt eſſe idem ſubiectiuè, quia genus eſt realitas potentialis,contrahibilis per differentias & rectè identitas proportionis vocatur ſecundum nos identitas obiectiua, quia ſecundum Ariſtot. ibi identitas proportionis eſt vltima identitas, quæ ab omnibus infertur, & nullam infert:ſic identitas obiectiua ab omnibus infertur,& nullam infert.Diſtinctio obiectiua habetur per Ariſto.7.meta.tex. commen.4.& tex. comm. 17. vbi vult,quod ſubiectũ non prædicatur per ſe primo modo de paſſione, nec econtra.quia ſubiectum cadit in diffinitione paſſionis, vt additum: igitur ſubiectum & paſſio non conueniunt in aliquo quidditatiuè, ergo ſunt diſtincta obiectiue. Clarius ponitur iſta diſtinctio ab Ariſto. 5. meta. tex. commento. 15. omnino diuerſum ipſum oppoſito modo eidem dicitur, & omnino diuerſa ſunt quæ in nullo quidditatiuè conueniunt, & iſta ſunt diſtincta ſe totis obiectieè.

Annotatio textus.

DIcitur in litera, quod illa ſunt primo diuerſa, quæ diſtinguuntur ſe totis obiectiue, pro quo eſt notandum quod aliud eſt dicere aliqua eſſe diuerſa, & aliud differentia. nam differentia ſunt aliquid idem entia, hoc eſt dictu in aliquo quidditatiuè conueniunt, & per aliquid differunt. ſed diuerſa ſunt quæ in nullo quidditatiuè conueniunt. Et vult hic Auctor, quod differentiæ ultimæ, ſunt primo diuerſa quidditatiuè, contra hoc arguo ſic, contrarietas

per

per Ariſtotel. decimo, metaphyſic. text. comment. 14. eſt differentia, ergo contraria ſunt differentia: tunc arguo ſic contraria ſunt differentia, duæ differentiæ ſunt contrariæ accipiendo differentias pro vltima realitate, ergo duæ differentiæ ſi ſunt contrariæ erunt differentes: & ſi ſic non ſunt primò diuerſa. Ad hoc reſpondeo concedendo totum, quòd contrarietas eſt differentia: ergo contraria ſunt differentia, & bene, & valet conſequentia, qa ab abſtractis media abſtractione, ad concreta bene valet cõſequentia: ſed quando poſtmodum dicitur differentiæ vltimæ ſunt contrariæ, ergo ſunt differentes: nego antecedens, & diſtinguo de contrarijs: vno modo accipitur prout ſunt formæ, quæ eidem ſuſceptibili viciſſim inſunt & mutuò ſe expellunt: vt ſunt duæ qualitates, & ſic differentiæ vltimæ non ſunt contrariæ. Alio modo accipiuntur pro oppoſitione aliquorum condiuidentium aliquod genus, & ſic dicimus quòd differentiæ ſunt cõtrariæ, quæ condiuidunt genus ſiue ſpeciem ideſt, ſunt oppoſitæ, ſicut dicimus de rationali & irrationali, quæ diuidunt animal. & hoc nihil aliud eſt, niſi eſſe oppoſita, & non includere animal nec aliud ſuperius ad animal quidditatiuè: & ſic concedo, quòd differentiæ vltimæ ſunt contrariæ, ideſt non includunt aliquid prædicatum quidditatiuum, & ſic ſunt bene primò diuerſa, ſed non ſunt cõtrariæ, ſicut duæ qualitates ſunt contrariæ, quia tunc bene eſſent differentes & non primò diuerſa.

Concordantia cum Ariſtot.

HAnc diſtinctionem differentium, & primò diuerſorum poſuit Ariſtotel. quinto metaphyſic. textu comment. 15. vbi vult, quòd omnino diuerſa in nullo cõueniunt, ſed differentia bene in aliquo cõueniunt: idem habet decimo metaphyſi. t. comment. 12. vbi ponit, quòd differentia habent in quo conueniunt, diuerſa verò nihil habent, in quo conueniunt, &c.

Dubia circa Textum.

DVbitatur primò vtrum illa ſint idem obiectiuè de quibus poteſt prædicari aliquod prædicatum quidditatiuè: ſiue limitatum,ſiue tranſcendens. Reſpondeo, quòd ad hoc vt aliqua ſint idem obiectiuè: nõ requiritur conuenientia quidditatiua, i. quòd aliquid quidditatiuè prædicetur de his,quæ dicuntur eſſe idem obiectiuè: ſed requiritur, quòd aliqua conueniant in aliquo prædicato quidditatiuo,vel quòd ſint idem realiter, vt ſunt duæ potentiæ animæ,aut differentiæ earum, quæ ſunt idem obiectiuè, & licet non conueniant in aliquo quidditatiuè, ſunt tamen idem realiter vel denominatiuè, ideſt habẽt prædicatum, quod de iſtis differentijs prædicatur denominatiuè,id eſt ens denominatiuè de iſtis differentijs prędicatur,ſed non quidditatiuè: ideſt ad identitatem obiectiuam non neceſſariò requiritur, quod illa quæ habẽt talem identitatem, prædicetur de eis conceptus vniuocè, & quidditatiuè dictus: ſed ſufficit quòd prædicetur conceptus vniuocus, ſicut ens quando prædicatur de vltimis differentijs: & tunc ceſſant inſtantiæ de potentijs animæ, quæ ſunt idem realiter ſubiectiuè & obiectiuè: quia ad hanc identitatẽ obiectiuam ſufficit habere prædicatũ vniuocum: ſimiliter ceſſant inſtantiæ de primò diuerſis,vt ſunt vltimæ differentiæ,potentiæ animæ:iſtæ erunt idem realiter & obiectiuè, & vbiq; valet conſequentia in omnibus identitatibus,& diſtinctionibus,ſtante tali declaratione,ſemper maior diſtinctio, & identitas infert minorem,& oẽs erunt conſequentiæ formales. Hic ẽt ſtudioſè Lector debes obſeruare contra quoſdam modernos in Scoticas diſtinctiones oblatrantes,quòd propter diuerſitatem fundamentorum, & terminorum diuerſificantur relationes, & ita identitates & diſtinctiones: licet igitur poſſent omnes præter opus intellectus reduci ad vnam vel duas ſubiectiuè,non tamen terminatiuè, & fundamẽtaliter. Exemplum de Socrate comparato diuerſimodè, & ſic de alijs. denominatio igitur & variatio harũ diſtinctionum fit in ordine ad extrema, quare tene cum iſto &

alijs

alijs antiquis in numero, & varietate diſtinctionum, & ſolue inſtantias modernorum. Latratus contra iſtas identitates & diſtinctiones, & inſtantiæ modernorum, quę ſolent fieri ſunt tales. dicerent nobis aduerſarij, vos multiplicatis entia ſine neceſſitate: quia talia quæ ſunt idem obiectiuè: ſimiliter ſunt idem eſſentialiter ſecundum alterum modum ſumendi identitatem eſſentialem: patet, nam homo & albedo ſunt idem obiectiuè, quia aliquid de eis prædicatur quidditatiuè, ſ. ens: etiam ſunt idem eſſentialiter ſecundum vnum modum, quia ſe habent per modum informabilis & informantis: ſimiliter illa q̄ ſunt idem obiectiuè, ſunt idē formaliter. patet, Deus, & creatura ſunt idem obiectiuè, & ſunt idem formaliter, quia Deus & creatura includunt in primo modo ens, & ſic ſunt idem formaliter. Reſpondeo, & dico, ꝙ ſubiecta omnium identitatum, & diſtinctionum poſſunt eſſe ſolum duo, aut vnum: ſed termini ſunt multi, & tot ſunt termini, quot ſunt diſtinctiones: ideo quia termini ſeptem modis accipiuntur: ideo ſeptem identitates ſunt & fundamentaliter, i. licet vnum poſſit eſſe ſubiectum, vel duo, omnium diſtinctionum realium: tamen fundamēta ſunt diuerſa: quia per aliud fundamētum, & rōnem ſortes eſt ſubiectum idētitatis realis, & per aliam rationē & fundamentum eſt ſubiectum diſtinctionis formalis, vt videre eſt in Textu formalitatum, & in his noſtris Commentarijs eſt dictum. Ex his modo elicio reſponſionem ad argumenta prædicta, & ad omnes ſimiles rationes: ideo ad primam dico, quòd identitas eſſentialis non eſt identitas obiectiua: & licet homo, & albedo ſint idem eſſentialiter, & obiectiuè ratione ſubiecti (quia idem ſubiectum eſt vtriuſq; identitatis) tamen fundamentaliter non ſunt idē: quia per aliud fundamentum ſunt idem obiectiuè: eo. ſ. quod conueniunt in prædicato quidditatiuo, ſcilicet in ente, & per aliud fundamentum ſunt idem eſſentialiter: quia ſe habent per modum informantis & informabilis. Vnde dicendum, ꝙ licet iſtæ identitates ſint idem ſubiectiuè, non tamen terminatiuè: hoc eſt identitas, quę eſt in homine, vt terminatur ad albedinem, eſt obiectiua: quia includūt ambo prædicatū quidditatiuū, ſ. ens: ſed iden-

Solue inſtātias modernorū latratus.

Doctrina ſingularis et ingenijs ſubtilib. digna.

titas,

titas,quæ fundatur in homine, & terminatur ad animal, eſt formalis:quia animal eſt alius terminus, & ſic identitates & diſtinctiones variantur ratione termini,& non ratione ſubiecti. Ad aliam inſtantiam de Deo & creatura: vbi dictum fuit, quòd ſunt idem obiectiuè & formaliter: dicas, quòd argumentum procedit ex falſa imaginatione. quia tu imaginaris quòd Deus & creatura ſunt idem formaliter: quod eſt expreſsè falſum:bene ſunt ſolum obiectiuè, ſed non formaliter:tu arguis ſic, includunt ens in primo modo,ergo ſunt idem formaliter: dico, ꝙ bene cum ente ſunt idem formaliter, quia videlicet creatura includit ens,& Deus includit ens,ſed non inter ſe:ſed tũc eſſent inter ſe idem formaliter, qñ Deus includeret creaturam aut econtra,cuius oppoſitum manifeſtum eſt. Secũdò dubitatur de illa probatione quæ in fine vltimi textus apponitur vt probet ꝙ omnis differentia differentiũ reducitur ad aliqua primò diuerſa & ratio dubitationis eſt,quia ſi diuerſitas eſt propria paſſio entium: ergo illa, quę ſunt primò diuerſa,includunt ens quidditatiuè:ſicut, ſi riſibilitas eſt propria paſſio ſortis, & p̄dicatur de ſorte in ſecundo modo, ergo ſortes includit hominem in primo modo dicendi per ſe:ſic ſimiliter dicitur,ꝙ ſi diuerſitas prædicatur de entibus particularibus, vt de differentijs vltimis in ſecundo modo dicendi per ſe:ergo differẽtiæ vltimæ includunt ens in primo modo dicendi per ſe, & ſic differentiæ vltimæ nõ erunt primò diuerſæ. Ad hoc reſpondeo, ꝙ hoc dictum, paſſio alicuius ſubiecti prædicata in ſecundo modo de inferioribus, denotat ſubiectũ inferius includere ſuperius in primo modo dicendi per ſe:eſt verum tunc, quando paſſiones iſtæ dicuntur eſſe limitatæ, & non tranſcendentes: ſicuti eſt diuerſum, quod eſt paſſio tranſcendens entis:ſed riſibilitas, quæ eſt paſſio limitata, poteſt in ſecundo modo prædicari de aliquo inferiori, & inferius includit ſuperius in primo modo.

TEXTVS.

Ad argumenta principalia. Ad primum

cùm

cùm dicitur, Illæ formalitates vel ſunt aliquę res &c. dico quòd ſunt aliquę realitates, ſed magis aliquid rei. Et cùm infertur, ergo diſtinguuntur realiter, verum eſt accipiendo diſtinctionem realem largè pro omni diſtinctione, quæ eſt ſecluſo opere intellectus: non tamen diſtinguuntur realiter, accipiendo propriè diſtinctionem realem pro illa quæ eſt inter rem & rem.

Ad ſecundum cùm dicitur, Quæ diſtinguuntur ex natura rei, diſtinguuntur realiter: quòd verum eſt realiter, id eſt, per realitates & ex natura rei, non tamen ſicut res & res: quia alia eſt diſtinctio rei, & alia ex natura rei, vt dictũ eſt.

Ad tertium cùm dicebatur, Sicut ſe habet res ſubiecti, & cęt. dico quòd propriè non eſt hic locus à tranſmutata proportione: quia vbi eſt proportio, vel locus à tranſmutata proportione, oportet quòd ſint diſtinctæ res. quia proportio etiam tantum rerum, & per conſequens tantum fundatur in illis quæ ſunt res & res. Cùm igitur res ſubiecti non ſit alia res à re paſſionis, ſed eadem & indiſtincta, ideo non poteſt fundare proportionem, nec per conſequens erit locus à tranſmutata proportione.

Vniuerſaliter dicitur, licet iſta ſolutio ſit bona, quòd ſimilitudo argumenti non valet: eſt enim ſimilitudo & diſsimilitudo. Similitudo eſt iſta, quòd ſicut res ſubiecti non poteſt eſſe ſine re paſſionis: ita formalitas nõ poteſt eſſe ſine formalitate paſſionis. Diſſimilitudo autem propter quã claudicat, eſt, quia res ſubiecti tranſit in identita-

tem

tem realem cum re paſſionis, & econtra: formalitas autem ſubiecti non tranſit in identitatem formalem cum formalitate paſſionis, nec econtra. quare, & cæt. Ad quartum, cùm dicitur quòd formalitas ſubſtantiæ eſt vera res: dico quòd omnis talis eſt vera res, ſi ſit ſubiecta in recto. vnde eo modo quo talis formalitas eſt ſubſtantia vel aliquid eius, eſt res. modo non omnis formalitas ſubſtantiæ eſt ſubſtantia in recto, ſed aliqua in recto, & aliqua in obliquo. Quare propriè non debet dici illa quæ eſt in obliquo propriè ſubſtantia, ſed ſubſtantiæ: & ideo non oportet, quòd illa quæ ſunt diſtincta per formalitates, ſemper diſtinguantur ſicut res & res, ſed ſicut rei & rei.

Ad quintum cùm dicitur, quòd quæcunque habent diuerſas diffinitiones, diſtinguuntur realiter, verum eſt, ſi habeant diuerſas diffinitiones quidditatiuas conſtitutas ex genere & differentia: nõ oportet autem, ſi habeant ſolum diuerſas rationes formales ab intellectu ex natura rei formaliter conceptibiles.

Ad ſextum cùm dicitur, Quod tunc ab vno et eodem, &c. dico quòd ab vno & eodem non poteſt ſumi vnitas rerum, & pluralitas rerum reſpectu eiuſdem, Dico tamen quòd ab vno & eodem poteſt ſumi vnitas rei & pluralitas formalitatũ: quæ non opponuntur in eodem, nec repugnant. Ad ſeptimum cùm dicitur, Accipio formalitates ſubiecti & propriæ paſſionis, &c. reſpondeo ad argumentum. Cùm dicitur, Vel his formalitatib. ſubiecti & paſſionis eſt aliquid commune vel nihil,

hil, dico quòd nihil eſt commune vniuocum vniuocè dictum: habent tamen vnum commune realitatem ſubiectiuã, in qua realiter conueniunt & differunt, licet non quidditatiuè.

Et cùm vltra dicitur, Quęcunque diſtinguuntur ſe totis obiectiuè, diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè & realiter. Dico quòd argumentum eſt bonum contra illos qui dicunt quòd diſtinctio ſe totis obiectiuè infert diſtinctionem ſe totis ſubiectiuè, & omnes alias. Sed ego non dico ſic: dico dico quòd aliqua ſe totis eſſe diuerſa poteſt eſſe dupliciter.

Vno modo in realitate obiectiua, & ſic illæ formalitates ſubiecti & propriæ paſſionis ſunt primò diuerſæ, & nec poſtea ſequitur quòd diſtinguantur realiter. Alio modo in realitate ſub iectiua, & ſic realitas & formalitas ſubiecti & paſſionis non ſunt primò diuerſæ, quia conueniunt in realitate & eſſentia ſubiecti & paſſionis, & in ea identificantur realiter.

Ad aliam probationem cùm dicitur, quærendo de illo in quo conueniunt, Vel eſt ens reale, vel rationis, dico quòd in nullo conueniunt quid ditatiuè: ideo illud non eſt reale, nec ens rationis.

Dico tamen quòd in aliquo conueniunt denominatiuè, & illud eſt ens vel res tranſcendenter: dico etiam quòd conueniunt iu realitate ſubiectiua, ſicut dictum eſt.

Ad octauum cùm dicitur, Quæcunque diſtinguuntur quidditatiuè, &c. nego: ad probationem,

quia

quia quidditas & res idem ſunt, verum eſt, ſed inadæquatè, quia cum vnitate rei poteſt ſtare pluralitas formalitatum.

Ad nonum cum dicitur ab Herneo: Nulla paſſio, &c. tranſeat pro nunc. Poſtea cum dicitur in minori: Sed diſtinctio eſt paſſio entis, concedatur totus ille proceſſus, vſque ad minorem ſyllogiſmi. Et cum dicitur: Omne ens eſt reale, vel rationis, vt patet quinto metaph. dico, quòd omne ens eſt reale, id eſt ſecluſo opere intellectus, vel rationis, id eſt, per opus intellectus. Poſtea cum infertur, ergo omnis diſtinctio eſt realis, vel rationis, dico, quòd omnis diſtinctio eſt realis, i. ſecluſo opere intellectus, quæ à nobis vocatur diſtinctio ex natura rei, vel rationis, i. per opus intellectus: tamen inter illas diſtinctiones mediat diſtinctio ex natura rei, & formalis.

Ad decimum cùm dicitur: Quæcunque diſtinguuntur numero, & cæt. concedo illam maiorem, & nego minorem, ſcilicet quòd quæcunque diſtinguuntur formaliter, diſtinguuntur numero.

Et ad probationem, quia quæcũq; diſtinguuntur formaliter, diſtinguuntur quidditatiuè, tranſeat: ſed quæcunque diſtinguuntur quidditatiuè, diſtinguuntur ſpecificè, nego illam.

Et ſi adhuc concederetur, non ſequeretur, vltra diſtinguuntur ſpecificè, ergo diſtinguuntur numero, quia ſecundum eos actio & paſſio diſtinguuntur ſpecie, & tamen ſunt vnus motus numero, ut ipſi dicunt. quare, &c.

Ad

Ad vndecimum, cùm arguebat Fran.de marchia, Illa quæ habent realiter & eſſentialiter diuerſas formas, &c. concedo, accipiendo formam primo & ſecundo modo, non autem accipiendo formam quinto modo. Et ad minorem cum dicit: Quæcunque diſtinguuntur formaliter, diſtinguuntur per formas, verum eſt per formas, id eſt, quidditates, & accipiendo formam quinto modo, non autem accipiendo formam pro forma accidentali, vel ſubſtantiali: ideo totus proceſſus ſequens non valet, quia procedit ex falſo intellectu.

Ad duodecimum cum dicebatur: Niſi illa quę formaliter diſtinguuntur, &c. concedo reſpectu illorum à quibus facit differre, vel diſtingui realiter. Et dico breuiter, quòd eo modo quo formalitas eſt principium diſtinctiuum, eo modo facit differre: ſi realiter, realiter: ſi formaliter formaliter.

Ad confirmationem poteſt dici, quòd non eſt ſimile: quia in differentia rationis eſt aliquid actuale, puta ipſa relatio rationis, & aliquid potentiale, puta ipſum ſubiectum uel fundamentum Non autem oportet quòd ita ſit in omni diſtinctione ex natura rei.

QVantum ad vltimum articulum principalem pro complemento huius quæſtionis, qui eſt illatiuus & inueſtigatiuus identitatum & diſtinctionum: primò diuidendo in duas partes principales ſic procedã: in prima parte dabitur modus venandi diſtinctiones & identitates: in ſecunda parte dabitur modus inferendi vnam diſtinctionem & identitatem ex alia. Quantum ad primam

Octo modis inueſtigatur diſtinctio rationis ſicut bene tangit Auctor.

primam partem primò incipiam à diſtinctione rationis, & pro ampliori declaratione notandum, ꝙ diſtinctio rationis inueſtigatur propter diuerſas relationes rationis attributas per actum rectum vel collatiuum intellectus eidem obiecto, vel diuerſis: quia vel res realis comparat ad rem realem, vel realitas ad realitatem: & hoc vel ad ſe ipſam, vel ad aliam in vno & eodem obiecto formali: vt quando intellectus comparat colorem, & diſgregatiuum in albedine. Quia verò Auct. hic dicit, ꝙ venatur diſtinctio rationis per diuerſas relationes rõnis attributas alicui obiecto per actum rectum. Iſtud erit vnum fundamentum & principium venandi & fabricandi diſtinctionem rationis, & eſt tunc qñ obiectum eſt ex natura rei, & habet eſſe cognitum, & inter intellectum cognoſcentem & obiectum cognitum naſcitur relatio, & vocatur rõnis: quia obiectum, qđ eſt ex natura rei habet eſſe rationis, id eſt cognitum, & cognoſcitur per intellectum qui eſt rõ. Secundum fundamentum erit relatio rationis attributa per actum collatiuum intellectus vni obiecto vel plurib. ex natura rei. Tertium fundamentum fabricandi diſtinctionem rationis eſt relatio & comparatio intellectus facta inter rem realem, & rem rationis. Quartum fundamẽtum ſiue principium eſt relatio ſiue comparatio intellectus facta inter duas ſecundas intentiones, vel in vna, & eadem. Quintum fundamentum fabricandi diſtinctionẽ rationis, eſt comparatio intellectus inter vnum modum ſignificandi grammaticalem, vel inter plures modos ſignificandi grammaticales. Sextum eſt comparatio inter ens reale & nihil, ſicut eſt contradictio. Septimò eſt comparatio inter ens in actu & ens vt habet eſſe cognitum. Octauò eſt comparatio & relatio, quę non habet omnes tres conditiones relationis: talis relatio poteſt eſſe fundamentum & principium diſtinctionis rationis, & plura alia fundamenta poſſunt reperiri, ſed ſolum quinque quæ faciunt ad propoſitum ſuum, poſuit Auctor. Et ſecundum hoc poſſumus dicere, ꝙ ſunt octo gñа diſtinctionis rõnis: primum eſt inter vnum obiectum cognitum per actũ rectum intellectus, vt inter albedinẽ, quæ eſt ex natura rei, & habet eſſe cognitum: & inter intellectum cognoſcentẽ, intel-

Obſerua quot ſint genera entiũ rationis.

intellectus,& tale obiectum ratione diſtinguuntur:& hoc dictum Auctoris confirmatur per Sco. in 2. ſen: diſtin. 2. q. 5. contra Henr. ratione ſexta, vnde dicit relatio rationis: eſt modus obiecti in primo actu intellectus, ideſt in actu recto, diſtinctio modò fundata inter intellectum cognoſcentem,& obiectum cognitum eſt diſtinctio rationis. quia fundatum non poteſt habere verius eſſe quam fundamentum: & quia obiectum quod eſt vnum extremum habet eſſe cognitum & rationis,& diminutũ diſtinctio habebit eſſe rationis: & non dicas, quod iſta relatio eſt inter duo obiecta cognita, ſed eſt inter intellectum cognoſcentem per actum rectum, & obiectum cognitum, & quia obiectum habet eſſe cognitum, & rationis, obiectum ab intellectu diſtinguitur ratione, quia illa diſtinctio non conſurgit ex natura rei, ſed ex eſſe obiecti cogniti vt cognitum eſt, & intellectus cognoſcentis: ideo eſt diſtinctio rationis inter intellectum cognoſcentem & obiectum cognitum: hactenus non eſt facta mentio de actu collatiuo intellectus, ſed iſta diſtinguuntur ratione inter ſe, quia obiectum habet eſſe cognitum, & intellectus nullo modo operatus eſt collatiue, ſed per actum rectum. Quantum ad ſecundum fundamentum, quod eſt comparatio intellectus collatiua inter vnum obiectum & aliud ex natura rei cognita, dico, quod illa obiecta comparata per actum collatiuum intellectus,ſunt diſtincta ratione. verbi gratia res realis cõparata per intellectum ad rem realem: vt homo comparatus per intellectum ad aſinum, vt ambo habent eſſe cognitum,ratione diſtinguuntur. Secundò vna realitas cognita,& alia realitas cognita in eodem obiecto,vt eſt color,& diſgregatiuum, vt ſunt cognita & comparata per intellectum comparantem,ratione diſtinguũtur. Tertio quando comparat realitatem, ut animalitatem ſibi ipſi, tũc animalitas à ſe ipſa ratione diſtinguitur; verbi gratia animalitas poſita in ſubiecto,& prædicato, ratione diſtinguitur. Quarto res realis, vt habet eſſe cognitũ cõparata ad ſe ipſam,ut non habet eſſe cognitum ratione diſtinguitur. Quantũ ad tertium fundamentũ,quod eſt cõparatio rei rationis ad rẽ realem: quãdo ambo ſunt cognita &

comparata ratione diſtinguuntur, vt genus & animal ratione diſtinguuntur. nec te conturbet, quòd vnum extremum non eſt ens rationis, ſicut aliud: quia Scot. 13. quodlib. inter rem realem & rationis poſuit diſtinctionem rationis: vlterius ambo ſunt cognita iſta obiecta: ergo poſſunt fundare diſtinctionem rationis. Tertiò diſtinctio realis eſt inter extrema habentia eſſe reale, & quia vnum non habet eſſe reale, ſed rationis: ideo ratione diſtinguũtur. Quantum ad quartum fundamentum quod eſt comparatio facta inter duas ſecundas intentiones: vel in vna comparando eãdem ſibi ipſi. Dico, quòd duo obiecta ſub diuerſis modis conceptis, vt homo inquantum eſt ſpecies & animal vt genus, ratione diſtinguuntur: ſimiliter duæ ſecundæ intentiones ratione diſtinguuntur, vt genus & ſpecies, vel vna ſecunda intentio poſita à partæ prædicati, & à parte ſubiecti ratione diſtinguitur à ſe ipſa. ſimiliter idem ſumptum vt per modum concreti, & per modũ abſtracti, ratione diſtinguitur, vt homo & humanitas. adde quòd eadem res realis à ſe ipſa ratione diſtinguitur vt ſortes à parte ſubiecti, & à parte prædicati. Quantum ad quintum fundamentum, quod erat comparatio duorum modorum grammaticalium, dico, quod duo modi grammaticales ratione diſtinguuntur, vt eſt nomen & verbum ſimiliter Petri in genitiuo, & Petrus in nominatiuo ratione diſtinguitur à ſe ipſo: iſta ſunt quinque genera diſtinctionis rationis, quæ poſuit Auctor ſecundum quinq; fundamenta: tamen ſicut nos diximus, multa alia genera diſtinctionis rationis dantur. Sextum fundamentum erat comparatio inter ens reale & nihil: & ſecundũ hoc fundamentũ ponitur diſtinctio rationis: quę eſt inter ens, & nihil, ſicut ſunt contradictoria, quæ ratione diſtinguuntur, vt patet per Sco. 13. quæ. quol. Septimum fundamentum erat inter ens in actu, & ens vt habet eſſe cognitum & potentiale, & inter talia eſt diſtinctio rationis. nam omnis diſtinct. eſt relatio. & quia relatio realis debet habere extrema realiter diſtincta, iſta ambo non ſunt realiter diſtincta: hinc ſequitur quòd ratione diſtinguuntur, vt ſortes nunc exiſtens ab Antichriſto ratione diſtinguitur. Octauum fundamentum erat relatio, quæ nõ habebat om

Quinq; modis aliqua diſtinguuntur ratione.

nes

nes conditiones relationis realis, vt comparatio, quę eſt in Deo & terminatur ad creaturas, deficit ſibi vna conditio relationis realis, quia ſcilicet non conſurgit ex natura rei, ſed ex opere intellectus: ideo ſecundum hoc fundamentum elice corollarium, quod Deus non diſtinguitur realiter à creatura, quia in Deo non fundatur diſtinctio realis, quæ terminatur ad creaturas. multa alia genera diſtinctionis rationis reperiuntur, ſicut diſtinctio inter duo eſſe volita. nam duo obiecta vt habent eſſe volitum, quia ambo habent eſſe diminutum, ratione diſtinguuntur, quod elicitur à Scot. 45. diſt. primi.

Concordantia cum Ariſto.

CONformitas iſtarum diſtinctionum rationis cum Ariſto. habetur in primo articulo minus principali. nam ibi dictum eſt, qualiter omne ens rationis: & conſequenter omnis diſtinctio rationis, quæ eſt ens rationis, cauſata eſt per intellectum, qui ratio vocatur, & iterum Ariſtot. habet tertio de anima text. comment. 18. vbi dicitur, quòd intellectus eſt omnia facere, & ſic omnia poteſt comparare per actum ſuum: & ſic cauſat omnes prædictas diſtinctiones rationis. idem habet 3. de anima tex. commen. 21. vbi aſſignat qualiter vnus actus intellectus eſt componere & diuidere: ſimiliter vltimo textu ſexti meta. ponit, quòd complexio & diuiſio eſt aliud à rebus, quæ habent verum eſſe, & vult, quòd complexio & diuiſio habeant eſſe in intellectu & per intellectum: & ſic ſunt entia rationis, & quia omne ens omni enti comparatum eſt idem vel diuerſum, vt patet 10. Met. tex. comm. 12. Sequitur, quòd ens rationis ſuo modo habebit diſtinctiones quomodocunque accipiatur ens rationis, ergo iſtas diſtinctiones ab Ariſto. habemus. Diſtinctio ex natura rei venatur per quatuor modos, hoc confirmatur per Ariſto. in 5. Topic. capitulo quarto, vbi ponit omnes iſtos quatuor locos ex oppoſitis ad demonſtrandū aliqua eſſe diſtincta. vt ſi aliquis eſt cæcus, ergo eſt non videns, & ſi aliquis eſt ſanus, ergo non eſt æger: & ſi aliquis eſt pater, ergo non eſt filius, & ſi de aliquo dicitur eſſe, er-

go ab eodem remoueturnon eſſe: patet igitur per eius dicta, quòd omnes iſti quatuor loci ſunt ſufficiẽtes ad inferendum diſtinctionem ex natura rei.

Diſtinctio formalis inueſtigatur quatuor modis: primus modus eſt per viam excluſionis, vt quæ ſic ſe habent quod non vnum eſt de conceptu quidditatiuo alterius, formaliter diſtinguuntur: hoc confirmatur per Ariſtotel. 3. Phyſi. textu commenti 5 1. eadem eſt diſtantia à ſurſum in deorſum, & econtra: ſed non eſt idem diſtare, ergo diſtare habet aliud, & aliud eſſe quidditatiuum propter diuerſos terminos, & tamen eſt idem diſtare realiter: & cùm diſtare ſurſum diffiniatur alio modo quã diſtare deorſum, habebunt quod quid erat alterum & alterũ diſtincta, ergo vnum non eſt de conceptu alterius, & ſic ſunt diſtincta formaliter, & iſta eſt via excluſionis. Aliæ duæ viæ, ſcilicet via diuerſarum diffinitionum, & diuerſarum deſcriptionum ad inferendum diſtinctionem formalem, habentur ab Ariſtotel. in libro Topic. Alia via per diuerſas demonſtrationes ad inferandum diſtinctionem formalẽ: confirmatur per Ariſtotel. primo Poſte. tex. commen. 6. 15. & inde, vbi vult quòd demonſtrationes varian tur per media diuerſa: & vbi ſunt alia, & alia media, ſunt diuerſæ formalitates, & ſic ſi aliquid eſt demonſtrabile de vno per vnam demõſtrationem, & aliquid de alio per aliam demonſtrationem, cùm ſint diuerſa media: illa de quibus iſta demonſtrantur, formaliter diſtinguũtur: ſimiliter ſi aliquid de vno demonſtratur, quod non demõſtratur de alio, illa ſunt diſtincta formaliter. Vltimò, diſtinctio formalis inueſtigatur per viam reduplicationis. Hoc confirmatur per ea, quæ habet Ariſtot. primo Priorum: capite 33. ex quo elicitur, quòd finis reduplicationis eſt, vt notetur cauſa inhærentiæ prædicati ad ſubiectum: vt homo eſt animal inquantum homo. Si accipiantur duo, & vni competit aliquod prædicatum per notam reduplicationis, quæ dicit cauſam inhærentiæ prædicati ad ſubiectum, & alterum non habet prædicatum tale, in quo ponatur cauſa, propter quam ſibi competit tale prædicatum, vtiq; formaliter diſtinguuntur: quia de his duobus poſſumus habere aliam, & aliam conceptibilitatem.

Diſtin-

Diſtinctio realis inueſtigatur per viam generationis: ut ſi unum generatur alio non genito, illa realiter diſtinguũ tur. ſecundo, ſi unum corrumpitur alio non corrupto realiter diſtinguuntur: tertio per viam ſeparatæ exiſtentiæ vel ſubſiſtentiæ: omnes iſtæ tres uiæ confirmãtur per Ariſt. qui uult, quod contradictio ſit principium ad concludendum diuerſitatem entium. ut notat Sco. 1. diſtin. ſecundi: quia de quolib. dicitur eſſe uel non eſſe, & de nullo ambo ſimul, ſi ergo de uno dicitur quod generatur, & ab alio remouetur generatio, ſequitur, quod realiter diſtinguuntur, & ſic de alijs uijs. Alia eſt uia originis quia nihil generat ſe: & hoc confirmatur per Ariſtot. ſecundo de anima. text. comment. 47. ubi dicitur nihil ſe ipſum generat, ſed conſeruat ſe: idem commentator in eodem comment. *Diſtinctio realis inueſtigatur per uiá generationis.*

Diſtinctio eſſentialis inueſtigatur per uiam generationis, ſecundò per uiam corruptionis: tertiò per uiam ſeparatæ exiſtentiæ. confirmantur iſtæ uiæ per Ariſtot. 7. Topic. comm. 9. ubi habet, quod propoſitio faciliter deſtruitur per contradictionem inuentam in ipſa: quod dictum ponitur à Scot. 1. diſtinct. ſecundi & uult Scot. quod Ariſtot. per iſtam uiam contradictionis concludat diſtinctionem inter aliena. ut ſi unum generatur, & aliud non: aut ſi unum corrumpitur, & aliud non, aut ſi unum manet, & aliud non: certum eſt quod eſſentialiter diſtinguuntur. nec tibi ſuccurrat dubium de ſorte & Platone, qui non uidentur, quod diſtinguantur eſſentialiter: & unum generatur alio non genito, quia adhuc diſtinguũtur eſſentialiter numeraliter licet non eſſentialiter ſpecificè. Quarta uia eſt uia dependentiæ, & hæc confirmatur per Ariſtot. 12. meta. ubi vult, quod ex primo principio dependet cœlum, & natura, ſed dependens quod eſt cœlum & natura eſſentialiter diſtinguitur ſecundum Ariſt. a principio independẽte, quia ſecundũ ſua principia cauſa & cauſatum diſtinguuntur eſſentialiter, ergo ſecundum eũ dependens & independens eſſentialiter diſtinguuntur. Diſtinctio ſe totis ſubiectiuè inueſtigatur per uiam actualis ſeparationis, quando ſcilicet aliqua actualiter ſeparantur. Hæc uia confirmatur per Ariſt. qui in 4. phy. ad probandum locum eſſe aliud à locato dixit: quia idem lo *Diſtinctio eſſentialis inueſtigatur per viá generationis ſecundo per viam corruptionis tertio per viam ſeparata exiſtẽtia. Celũ & natura eſſentialiter diſtinguũtur. Diſtinctio ſe totis ſubiectiuè quomodo inueſtigatur.*

cus manet cum diuerſis locatis: ita quòd locatum & locus ſeparantur, propterea ſunt diſtincta. idem habet Ariſto. ad aliud propoſitum, primo de generatione & 5.7. & 12. meta. text. comm. 3. ergo ſecundum eum ſeparatio actualis exiſtentiæ concludit diſtinctionem locati & loci & ſimilium, quæ ſubiectiuè diſtinguuntur: ſaltem ſecundum primum modum: quod eſt propoſitum noſtrum, & ſic diſtinctionem ſubiectiuam ab eo habemus confirmatam. Diſtinctio ſe totis obiectiuè, inueſtigatur per hoc: quæ in nullo quidditatiuè conueniunt illa ſe totis obiectiue diſtinguuntur. Hoc confirmatur per Ariſtot. primo Poſte. tex. comm. 36. vbi vult, quòd prædicationes per ſe non conuertuntur: ita quòd ſi prædicatum dicatur de ſubiecto per ſe non econtra, ſubiectum dicetur de prædicatio per ſe, ſed per accidens: ergo, ſi iſta eſt per ſe, ſecundo modo ens eſt vnum: iſta nullo modo eſt per ſe, vnum eſt ens: ſed quaſi per accidens ergo vnum & ens conueniunt in aliquo quidditatiuè, ergo ſunt diſtincta ſe totis obiectiuè: & ſic patet quod omnes iſtæ diſtinctiones ſunt conformes dictis Ariſt.

Diſtinctio ſe totis obiectiuè quomodo inueſtigare.

Dubia circa Textum.

PRimò dubitatur vtrum diſtinctio rationis poſſit inueſtigari per opus rectũ intellectus: & videtur quod non, ſi ijs damus aſſenſum quæ in primo articulo partiali dicta ſunt de ente rationis. Reſpondeo quòd diſtinctio & relatio rationis capitur dupliciter: nã aut eſt inter duas ſecundas intẽtiones comparatas adinuicẽ, & ſic eſt ſemper actum collatiuum intellectus: & ſic loquutus eſt Auctor, articul. 1. partiali, aut eſt inter obiectum vt habet eſſe cognitum, & intellectem, vt cognoſcentem: & ſic eſt relatio & diſtinctio rationis per actum rectum intellectus, & non collatiuum, & ſic loquitur in iſto articulo Auctor, & talis diſtinctio & relatio eſt rationis inter intellectũ cognoſcentem & obiectum, vt habet eſſe cognitum, & quod talis diſtinctio ſit rationis, patet: quia ad realem relationem requiritur, quod conſurgat ex natura extremorum, modo iſta diſtinctio, quæ eſt inter intellectum cognoſcentem & obiectum cognitum,

tum, non conſurgit ex natura extremorum, ſed conſurgit per opus intellectus: quia illud obiectum habet eſſe cognitum & eſſe per intellectum. Secundò, dubitatur an diſtinctio rationis ſit reſpectus à potentia ratiocinante cauſatus:& dicitur ꝙ non, quia in ſuperioribus dictum eſt quòd diſtinctio rationis cauſari poteſt per comparationem vnius rei realis ad aliam rem realem, vel eiuſdẽ rei realis ad ſe ipſam: ſi hoc eſt verum, ſequitur ꝙ diſtinctio rationis non eſt reſpectus cauſatus à potentia ratiocinante: patet quia ſi eſt comparatio rerum realium, ergo ſequitur, ꝙ non eſt reſpectus rationis cauſatus à potentia ratiocinante,& eſt contra dicta in primo articulo partiali. Ad hoc reſpondeo ſic, ꝙ Auctor in primo articulo loquutus eſt de diſtinctione rationis propria, quæ eſt inter duas ſecundas intentiones,& talis diſtinctio eſt reſpectus cauſatus à potentia ratiocinante. Hic verò quando dicit, ꝙ res realis comparatur ad ſe ipſam, vel ad aliam rẽ realem, inter quæ ponit diſtinctionem rationis, iſta diſtinctio eſt rationis impropria:& eſt inter duo extrema vt habent eſſe cognitum: & ſic vocantur entia rationis extrema, qa habent eſſe cognitum,& in ſe ſunt entia realia, ſed nõ eſt inter duas ſecundas intentiones,& ideo iſta diſtinctio nõ eſt reſpectus cauſatus à potentia ratiocinante. Tertiò dubitatur an intellectus poſſit comparare rem intellectam ad ſeipſam non intellectam:& videtur quòd non quia nulla potentia poteſt comparare aliquid ad illud quod ignorat: vnde ſi intellectus comparat rem intellectam ad eandem non intellectam, ſemper intelligit eam, quia non fit ab eo comparatio ad illud, quod non intelligit. Ad hoc reſpondeo, ꝙ licet res conſiderata & comparata ab intellectu in re ſit in intellectu & cognita: tamen intellectione præciſiua conſideratur ab intellectu, vt non intellecta. & hoc non eſt inconueniens, quia intellectus ea quæ ſunt vnita poteſt conſiderare non vt vnita,& ea quæ vnũ ſunt, actu ſuo conſiderat vt non vnum:& ſic intellectus conſiderat rem primo modo vt habet eſſe cognitum,& ſecundo modo vt non habet eſſe cognitum, ſiue vt non eſt intellecta, aut accipit rem in vno extremo vt eſt intellecta, & in alio extremo vt nõ eſt intellecta:& ſic res vt intellecta,

& vt non intellecta, pôt fundare diſtinctionem rationis.
Quartò dubitatur vtrum paternitas, & eſſentia diuina di ſtinguantur ſolum ex natura rei, & videtur ꝙ ſic: nam Syrectus hæc habet, eſſentia diuina eſt communicabilis pluribus perſonis, paternitas verò incommunicabilis, ideo diſtinguũtur ex natura rei. Reſpondeo, ꝙ hic loquitur de diſtinctione ex natura rei extenſiuè, vt patet: & hoc eſt, qa eſſentia diuina, & paternitas non ſolum ex natura rei diſtinguuntur, ſed etiam formaliter: ideo accipit diſtinctionem ex natura rei, vt ſe extendit ad formalē, & a d di ſtionem ex natura rei: tu verò reſtringe omnia, id eſt eſſentia diuina, & paternitas diſtinguuntur ſolum ex natura rei, in quantum eſſentia eſt communicabilis, & paternitas eſt incommunicabilis: & vt duo oppoſita verificãtur de iſtis duobus, nam ſic dictum eſt in diffinitione diſtinctionis ex natura rei, quòd illa ſunt ſic diſtincta, de quib. verificantur duo oppoſita ſecluſo opere intellectus: & ſequitur, relatio diſtinguitur ab eſſentia diuina formaliter ex natura rei ratione alterius cauſæ id eſt, quando eſſentia diuina formaliter diſtinguitur à paternitate, eſt per aliam cauſam, & cauſa eſt iſta, quia eſſentia non includit paternitatem in primo modo, nec econtra: ideo diſtinguuntur formaliter à paternitate: ſed modo reſtringendo omnia, inquantum de eis verificantur iſta duo oppoſita, communicabile, & incommunicabile ſolum ex natura rei diſtinguuntur: & ſupra in diffinitione diſtinctionis ex natura rei dixit', quòd communicabile & incommunicabile ex natura rei diſtinguuntur: ideo loquendo ſolũ inquantum paternitas eſt incommunicabilis, & eſſentia cõmunicabilis ſolum ex natura rei diſtinguuntur. Hic obſerua diligenter quòd illa formaliter diſtinguuntur, quæ habent diſtinctas diffinitiones, quarum vna non includitur in alia. hæc enim vltima conditio non abſque ratione eſt poſita: hoc enim appoſitum eſt propter ſuperius & inferius in linea prædicamentali: quia videlicet diffinitio hominis eſt inferior, & includit diffinitionem animalis. nam animal rationale, quod eſt diffinitio hominis, includit ſubſtantiam animatam ſenſibilem: quod eſt diffinitio animalis: propterea homo & animal non diſtinguũtur

tur formaliter, licet habeant diuerſas diffinitiones, quia vna in alia includitur: ſed illa, quæ habent diuerſas diffinitiones, & vna aliam non includit, illa vtique formaliter ſunt diſtincta. Aduerte interim, quòd illa vltima via inferendi diſtinctionem formalem, potius valet ad inueſtigandum diſtinctionem ex natura rei, quàm formalem, quia tunc homo & animal formaliter diſtinguerentur. hoc eſt ſi ly inquantum, facit diſtinctionem formalem cùm homo ſit riſibilis inquantum homo, & animal nõ eſt riſibile inquantum animal, ergo ſequeretur quòd homo & animal diſtinguerentur formaliter, quod eſt falſum. Ideo rectè dixi quòd iſta via potius valet ad inueſtigandam diſtinctionem ex natura rei, quàm formalem.

Quantum ad ſecundam partem huius articuli primò inueſtigemus modum inferendi vnam identitatem ex alia, ſecundò vnam diſtinctionem ex alia. Et ponit Auctor duas concluſiones. Quarum prima eſt iſta, minima identitas eſt identitas ſe totis obiectiuè: quia ab omnib. infertur, & ipſa nullam aliam infert. Secunda concluſio maxima idẽtitas eſt identitas rationis: quia omnes alias infert, & non econtra: poſt iſtam eſt identitas ex natura rei, quæ omnes alias infert, & non econuerſo. ſimiliter dico de identitate formali, in rebus non compoſitis ex re & re, capiendo propriè identitatem formalem: & notanter dicit Auct. capiendo propriè. nam ſecundum formalizantes identitas formalis capitur dupliciter: vno mõ propriè alio modo impropriè, identitas formalis propriè sũpta eſt inter illa, quorum vnum includit aliud in ſuo conceptu formali & in primo mõ dicẽdi per ſe: identitas for lis largè ſumpta & impropriè eſt inter illa, quæ conueniunt in aliqua quidditate & formalitate: quæ identitas potius dicitur in formalitate, & quidditate, quàm identitas formalis: primo modo ſumendo identitatem ſortes & Plato non ſunt idem formaliter: quia vnum non includit aliud in primo modo dicendi per ſe: ſecundo modo poſſunt dici eſſe idem formaliter: quia ſunt idem in quidditate ſpecifica & in formalitate. Ad propoſitum applicando bene Auctor dicit, quòd identitas formalis propriè infert omnes alias identitates: vt ſortes & ho-

mo ſunt idem formaliter propriè, ergo idem realiter: ſed loquendo impropriè de identitate formali, non eſt verum, quia ſortes & Plato ſunt idē formaliter impropriè, & tamen non ſunt idem realiter, nec idem ſubiectiuè ſecundum vltimum modum. Et dixit Auctor, quòd identitas formalis infert omnes alias in rebus non compoſitis ex re & re: & notanter dixit in rebus non compoſitis ex re & re, quia identitas formalis non infert alias identitates in rebus compoſitis ex re & re, materia & forma ſunt eædem formaliter compoſito cùm ſint de ſua diffinitione, & tamen diſtinguuntur realiter à compoſito: & ratio eſt, quia compoſitum eſt res compoſita ex re & re.

Concordantia cum Ariſto.

SEd vbi Ariſt. poſuit quòd maior identitas infert minorem? Ad hoc reſpondeo dicens, quòd hoc dictū Auc. conformatur cum his, quæ habet Ariſtot. 5. metaphyſic. t. comment. 12. vbi dicitur, ſemper poſteriora præcedentia ſequuntur: vt quæcunque numero, ſpecie vnum ſed quæcunque ſpecie non omnia numero ſed genere omnia vnum quæcunque & ſpecie, quæcunque verò genero non omnia ſpecie, ſed proportione, & quæcunque proportione, non omnia genere. Per hæc habemus, quòd maior vnitas infert minorem, & non econtra vt quæ ſunt idē numero ſunt idem ſpecie, & non econtra: & quæ ſunt idem ſpecie, ſunt idem genere & non econtra, & quæ genere ſunt idem, ſunt idem proportione: ſic dicamus de identitate rationis, & ex natura rei: vt quæ ſunt idem ratione ſunt idem ex natura rei, & ſic de aliis omnibus. Sed quòd maior diſtinctio inferat minorem confirmatur per ea, q̄ habet Ariſt. 5. metaphyſic. & decimo metaphyſic. t. co. 9. vbi dicitur, quòd vnum & multa opponuntur plurib. modis, & in quinto metaphyſic. t. c. 12. poſtquam concluſit, quòd maior vnitas infert minorem, dixit: palam autem ꝙ multa oppoſita dicuntur vni: & quia oppoſitorum eadem eſt diſciplina & maior vnitas infert minorem, ergo & maior multitudo infert minorem. ſicut igitur Ariſt. in vnitate & multitudine vult conſequentias iſtas valere, ꝙ maior

Maior vnitas infert minorem.

maior inferat minorem, ſic vult valere iſtas conſequentias in identitate, & diſtinctione, quòd maior inferat minorem. nam ea, quæ vnum ſunt idem ſunt, & quæ multa ſunt diſtincta ſunt: habemus ergo ex Ariſt. quòd iſtæ conſequentiæ ſunt bonæ: quando maior identitas, aut diſtinctio infert minorem. Si autem volumus tenere ea, quæ Auctor dicit contra alios formaliſtas, quòd non valet iſtæ conſequentiæ in omnibus, maximè de toto & partibus, compoſitum eſt idem formaliter materiæ & formæ: & tamen diſtinguitur realiter ab eis Hoc ſimiliter poteſt cõfirmari per Ariſto. nam 7. metaphyſic. t. commē. 35. vult, quòd materia & forma ſunt partes quidditatis, & de eſsētia compoſiti, & ſic compoſitum eſt idem formaliter materiæ & formæ, & quòd diſtinguatur realiter ab eis confirmatur etiam per Ariſto. 7. met. t. c. vltimi, in quo dicitur, quòd compoſitum eſt aliquid aliud additum componentibus, & ſic diſtinctum realiter à componentibus: & exemplificat de ſyllaba & litteris. Quod etiam dicit de ente & paſſionibus, quòd ſunt idem realiter confirmatur per ea, quæ Ariſto. habet in 4. in meta. tex. comment. 5. & 3. ex quo habes, quòd ens, & vnum ſunt idem: & Scotiſtæ exponunt idem ideſt realiter, & non ſunt idem obiectiuè confirmatur per Ariſto. 1. Poſter. quando dicit, quòd paſſio prædicatur de ſubiecto in ſecundo modo: ergo ſubiectum ideſt ens ponitur in diffinitione paſſionis ut additũ: per Ariſto. 1. Poſter. & in ſeptimo meta. t. c. 17. & 19. ſed ſi ens cadit in diffinitione paſſionum vt additum, ergo non ponitur in diffinitione quidditatiua earum, & ſic ens & ſuæ paſſiones non ſunt idem obiectiuè: nec negari poteſt apud Ariſt. ens habere paſſiones, quia quarto meta. t. c. 5. ponit ens habere paſſiones, ſicut numerus, & linea habet proprias paſſiones, & ſic ex eo habemus vt probauimus tales paſſiones eſſe eaſdem realiter cum ente & diſtingui ab ente obiectiuè. Quòd verò dicit differentias potentiarum animæ eſſe de mente Ariſtot. in præcedenti articulo: & non ſolum differentias iſtas, ſed etiam omnes alias differentias probauimus eſſe primò diuerſas. Sed quòd tales potentiæ ſint idem realiter, & conſequẽter differentiæ earum de mente Ariſtotelis hoc probat Scotus

Quō potentia Animæ ſint idē realiter uide Scotum. 16. diſt. 2.

Scotus 16.diſtinctione.2. vide eum ibi:& accipit hoc principium Ariſtoteles in ſecundo de Gene. textu commenti 59.& in 8.Phy.t.comment.56.illud eſt ponendum in natura quod melius eſt,ſi ſit poſſibile,&c. ſed melius eſt eſſe vnam rem potentias animæ, & earum differentias, quàm eſſe plures ſicut dicit Ariſto. primo phyſi.quia hoc dicit imperfectionem: ergo vna res ſunt potentię animę & ſuæ differentiæ,& ſic patet tota concordantia iſtius tractatus cum Ariſt.

Dubia & obſeruationes ſuper textum.

HIc eſt primò obſeruandum ſuper illo,materia & forma, cùm ſint de quidditate compoſiti ſunt eadem compoſito: quòd totum eſt idem formaliter partibus eſſentialibus & eſt realiter ſed non econtra: & ſic dicendũ quòd totum & phyſicè & met. ſit idem realiter & formaliter partibus: & ſic conſequentia valet in omnibus: vnde illa quæ ſunt idem formaliter ſunt idem etiam realiter: nec eſt inſtantia aliqua de toto & partibus: quia ſemper totum quomodocunque acceptum identificatur realiter & formaliter partibus,& non diſtinguitur à partibus: ſed partes à toto diſtinguuntur. Sed contra hoc uidetur eſſe intentio doctoris in tertio,diſtinctio.ſecunda,& ſuper ſeptimo metaphyſicæ vbi Scotus non dicit, quòd partes realiter diſtinguuntur à toto, ſed quòd totum realiter diſtinguitur à partibus, & conſequentia non valeret in omnibus: quia ſic totum eſt diſtinctum à partibus realiter, & eſt idem formaliter partibus. Reſpondeo ad hoc ſi vis tenere, quòd conſequentia in omnibus valeat, dicas ꝙ Scot. non ponit totum diſtingui realiter à partibus: quia iſto modo conſequentia non ualeret in omnibus, ſed tenet quòd totum eſt idem formaliter, & realiter partibus: Scotus enim intelligitur ſic, quando dicit totum eſt diſtinctum realiter à partibus, ideſt totum eſt diſtinctum ex natura rei à partibus. Sed quia iſta non fuit mens Scoti,propterea pono ſecundam reſponſionem, & dico quòd eſt donominatio extrinſeca, & terminatiua, & non formalis neque ſubiectiuè, ideſt totum non diſtinguitur à partib.

Totum realiter diſtinguitur à partibus.

partibus realiter: ita, quòd diſtinctio realis fundetur in toto, & ſit in eo formaliter, ſed eſt in toto terminatiuè, & extrinſecè, & determinatiuè: quia ſcilicet partes diſtinguuntur à toto realiter, & diſtinctio realis in partib. eſt formaliter & ſubiectiuè, ſed in toto eſt terminatiuè extrinſecè & denominatiuè, ſicut dixit Scotus in 30. diſtinct. primi, quòd Deus formaliter non eſt Dominus, ſed Dominium eſt in creatura & in ſeruo formaliter: extrinſecè verò & denominatiuè & determinatiuè Deus eſt dominus: ergo dicamus, quòd totum non verè diſtinguitur à partibus, & ſic totum erit idem formaliter, & realiter partibus, & tunc conſequentia eſt formalis in omnibus identitatibus, quòd maior identitas infert minorem, neque valebit inſtantia de toto, & partibus, & in hoc ſaluaretur ſententia Auerroys: ſed qualiter tunc valet diſputatio Scoti contra eum? ſi tu vis, quòd totum eſt idem realiter partibus, ſimiliter hoc tenet commentator: quomodo Scotus arguit contra comment? tunc poteſt reſponderi conſequenter ſic, quòd Scotus in hoc arguit contra. comm. quia Scot. vult, quòd ſolum totum ſit idem realiter partibus, & nō partes ſint idem realiter toti comment. vult, quòd totum eſt idem realiter partibus, & partes ſunt idem realiter toti: ideo valet diſputatio Scoti contra comm. quia Scotus probat contra eum, quòd partes diſtinguuntur realiter à toto: ſed non probat, quòd totum diſtinguitur realiter à partibus, & ſic tenet diſputatio ſua. Sed forſitan dices quomodo totum diſtinguitur realiter à partibus, ſi totum nō manet ſine partibus? ergo totum non diſtinguitur realiter à partibus, neque partes manent corrupto toto, ergo partes non diſtinguuntur à toto: & pro hac re facit Scotus qui in 2. diſtinctio. 1. tenet, quòd illa ſunt diſtincta realiter, quando vnum manet ſine altero. modo totum non manet ſine partibus, ergo totum nō diſtinguitur realiter à partibus, nec partes manent corrupto toto: ergo partes non diſtinguuntur à toto. Ad hoc dico quòd licet totum non maneat ſine partibus, & partes aliquando nō manent ſine toto, tamen realiter diſtinguuntur: quia cauſa & cauſatum realiter diſtinguuntur, & ſi vnū nō manet ſine

Deus formaliter non eſt Dominus ſed denominatiuè & terminatiuè.

ſine altero, hoc non eſt propter identitatem, quam habent partes ad totum, ſed pp incluſionē totius reſpectu partium, quia videlicet totum includit partes. ſi contra reſponſionem arguas ſic, illud quod includit aliqua in primo modo dicendi per ſe, eſt idem formaliter illis: ſed totum includit partes ſaltem eſſentiales in primo modo; ergo eſt idem formaliter illis. Reſpondeo, verum eſt, ꝙ totum quod eſt inferius eſt idem realiter & formaliter ſuperiori, & ſic totum eſt idem realiter, & formaliter partibus: ſed ſuperiora, ideſt partes non ſunt idem formaliter toti: nec partes phyſice ſunt idem realiter inferiori, & toti.

Obſeruandum eſt etiam in illa verba Syrecti: identitas ſe totis obiectiuè ab omnibus infertur, quòd hoc habet verum, ſed non gratia formæ, i. hæc cōſequentia non valet in omnibus: quia differentiæ potentiarum animæ ſunt idem realiter, & ſimiliter ens, & ſuæ paſſiones: & tamen non ſunt idem obiectiuè: ſed eſt diſtributio accommodata: hoc eſt quando dicitur, ꝙ ab omnibus infertur identitas obiectiua non eſt vera in omnibus, ſed accommodatur pro aliquibus, verbi gratia eſt verum, quòd ab omnibus infertur identitas obiectiua, quando illa quæ ſunt idem dicunt quidditatem: & tūc tollitur inſtantia de vltimis differentijs: quia illæ non dicunt quidditatem, ſimiliter inſtantia de ente, & ſuis paſſionibus, quia nō dicūnt quidditatem: niſi velis dicere, quòd eſt vera conſequentia in omnibus, & quòd tales vltimæ differentiæ animæ, & ens & ſuæ paſſiones nō ſunt idem realiter per ſe loquendo, ſed tantum per accidens. Eſt etiam obſeruandum, ex ijs quæ habet Scotus in 2. quotlib. de maiori diſtinctione extenſiua & intenſiua: quòd nos poſſumus colligere vnam diſtinctionem eſſe maiorem altera, & hoc dupliciter, aut extenſiuè & extrinſecè, aut intenſiuè, & intrinſecè: vnde illa eſt maior diſtinctio extenſiuè, quæ plures entitates habet: & ſic dicimus, ꝙ maiori diſtinctione extenſiuè diſtinguitur ternarius, quàm binarius, quia pluribus vnitatibus: & ſic maiori diſtinctione diſtinguitur: ſed loquendo intenſiuè ternarius non diſtinguitur maiori diſtinctione, quàm binarius, quia ambo numeri

habent

habent ſuas quidditates: intenſiuè loquendo, tanta diſtin ctione diſtinguitur binarius, quanta diſtinctione diſtinguitur ternarius. ſi autem loquamur de maiori diſtinctione intrinſeca & intenſiua: hoc dupliciter poteſt eſſe, aut erit per ſe & formaliter, aut per accidens, & materialiter: ſi per ſe, maiori diſtinctione diſtinguuntur duæ ſecundæ intentiones, vt genus, & ſpecies, quàm duæ quantitates molis duorum montium, vt, verbi gratia montis Gargani, & montis Aethnæ in Sicilia: patet, quia genus & ſpecies, nunquam per ſe, & quidditatiuè conueniunt in aliqua ſpecie: ſed duæ quantitates molis conueniunt in aliqua ſpecie; ſi autem loquamur materialiter, & per accidens duæ quantitates molis diſtinguuntur maiori diſtinctione: quia iſtæ quantitates duorum iſtorum montium habent maiorem entitatem, & vltra nunquam erũt ſimul in aliquo: ſed genus & ſpecies poſſunt ſtare in aliquo vno, & habent minorem entitatem, ideo materialiter minori diſtinctione diſtinguũtur. Si ergo quandoque fiat tibi argumentum ab aduerſarijs, ꝙ maior eſt diſtinctio realis, quàm rationis: concedas, ꝙ eſt maior quandoque materialiter, & per accidens: non autẽ eſt maior per ſe & formaliter. Deinde animaduerte qualiter vna diſtinctio per bonam conſequentiam poſſet omnes alias conſequentias inferre, vt dicit Syrectus. Pro iſta opinione Auctoris poſſet adduci illud dictum Scoti ſecundo diſtinct. 1. q. 4. in ſolutione principali: vbi dicit, quòd tam in rebus, quàm in intellectu differentia maior manifeſta eſt: & ex illa concluditur frequenter differentia minor, quæ eſt immanifeſta. hoc expono ſic, in rebus differentia maior eſt manifeſta: exemplum differentia creaturarum eſt maior quàm differentia Idearum, & iſta differentia creaturarum eſt nobis manifeſta: & ex hac maiori differentia cõcludimus differẽtiam Idearũ, quæ ſunt in mẽte diuina & eſt nobis immanifeſta, & eſt minor. ſimiliter in intellectu differentia, quæ eſt inter animal & rationale, eſt manifeſta, & vocatur differẽtia in intellectu, quia. ſ. talis differentia non eſt inter rem, & rem, ſed inter realitates, & eſt differentia maior, & ex iſta differentia concluditur differentia minor, verbi gratia differentia,

Quæ sũt in mẽte diuina ſunt nobis immanifeſta.

quæ

quæ eſt inter eſſentiam diuinam,& paternitatem: & illa prima eſt manifeſtà nobis. ſecunda eſt immanifeſta nobis,quæ omnia poſſunt elici ex illo loco Sco. & dixit frequenter Sco.quia non eſt ſemper verum,ꝙ maior diſtinctio inferat minorem,& ſic Sco.fauet opinioni Aucto.qa. vult,quod non ſit conſequentia formalis, quando una diſtinctio infert aliam.

Animaduerſiones in Syrecti ſolutiones.

CLarius poteſt reſponderi ad tertium argumentum: concedendo, ꝙ infertur per commutatam proportionem,& eſt verum, ꝙ,ſicut res ſubiecti eſt eadem cum re paſſionis, ita formalitas ſubiecti eſt eadem cũ formalitate paſſionis vniformiter,ſ.realiter,hoc patet ſic.nam ſubiectum & propria paſſio ſunt idem realiter: ſimiliter formalitas ſubiecti,& propriæ paſſionis ſunt idem realiter: ꝙ ſi inferatur ſunt idem realiter, ergo formaliter,ip ſi diceres formalitas ſubiecti & paſſionis ſunt idem realiter,ergo erunt idem formaliter,eſt fallacia conſequentis. hoc declaratur ſic arguere à ſuperiori ad inferius affirmatiuè eſt fallacia conſequentis, patet. nam dicendo ſic,eſt animal: ergo homo,non valet: ſed bene valet, ab inferiori ad ſuperius: eſt homo, ergo aĩal: ſimiliter hęc ſunt idem formaliter: ergo idẽ realiter,conſequentia eſt bona & formalis,& eſt arguere ab inferiori ad ſuperius. Sed,ſi argueremus,ſunt idem realiter:ergo idẽ formaliter,eſt fallacia cõſequẽtis: quia à ſuperiori affirmatiuè arguimus ad inferius,vt dictum eſt: ſi verò in commutata proportione inferatur,ꝙ ſicut res ſubiecti eſt eadẽ realiter cum re propriæ paſſionis,ita formalitas ſubiecti eſt eadem formaliter cũ formalitate propriæ paſſionis. non ſequitur:ꝙ non ſequitur,iam declaratũ eſt:quia ex minori identitate non ſequitur maior.Dubitatur hic cõſequẽter,qualiter põt accipi formalitas paſſionis, alia ab ipſa formalitate ſubiecti,& videtur ꝙ non: quia paſſio eſt reſpectus:& tu intelligas aptitudinalis,& depẽdentia ad terminum eſt, de eſſentia huius reſpectus aptitudinalis: qa terminus ſibi eſſentialius competit, quàm habitudo ad funda-

Paſsio eſt reſpectus aptitudinalis.

fundamentum, volo modo probare, quòd talis reſpectus aptitudinalis non dicit formalitatem, quia terminus non eſt in actu, & reſpectus iſte paſſionis habet eſſe neceſſariò per terminum, quomodo iſte reſpectus paſſionis poteſt dicere diſtinctam formalitatem à ſubiecto, ſi terminus ſuus non eſt in actu? & tanto magis augetur difficultas, quia Auctor non vult, quòd ſecundæ intentiones habeant formalitatem, neque modi intrinſeci habeant aliam diſtinctam formalitatem poſitiuè à quidditate, quomodo reſpectus aptitudinalis, ideſt riſibilitas cuius terminus non eſt in actu, neceſſariò habet eſſe per terminũ, & dicit diſtinctam formalitatem & aliam à ſubiecto, cùm terminus ſit non in actu? & quòd riſibilitas & quæcunque propria paſſio ſit non in actu, patet ex dictis Sco. ſecunda.q.quol. vbi vult, quòd aptitudo non habet rationem entis in actu, quia relatio non eſt maioris entitatis termino: idem habet octaua & quarta d. primi, & 13.q. quoli.& 28. d. primi q. tertia. Ad hoc reſpondeo, quòd propria paſſio, & quæcunque relatio, eſt in actu ratione fundamenti: licet non ſit in actu ratione termini, ſed ſolum in potentia: ſicut Scot. 13. quolib. voluit, & hæc eſt cauſa, quòd relatio frequentius denominat ſubiectum & fundamentum, quàm terminum, quia terminus non eſt in actu. Et ſi diceres reſpectus aptitudinalis eſſentialius depẽdet à termino quàm à fundamento, ergo principalius denominabitur à termino, & quia terminus non eſt in actu, ſed in potentia, ideo riſibilitas non eſt in actu. Ad hoc dico, quòd eo modo, quo talis terminus eſt actu ens, ſic inhæret, propterea reſpectu termini non eſt ens in actu: tamen reſpectu fundamenti eſt bene in actu ſecũdum modum, licet ſecundum quid eſt ens in potentia, & hoc ſibi ſufficit ad hoc, ꝙ dicat formalitatem diſtinctam à ſubiecto, ſcilicet, ꝙ ſit in actu ratione fundamenti, vel dicas, ꝙ non eſt inconueniens, quòd ſic dicat formalitatem diſtinctã ſuo modo à ſubiecto, quia ſi bene eſſet omino in potentia, & nullo modo in actu ipſa riſibilitas, adhuc ſuo modo formaliter diſtingueretur, quia ſi illa, quæ in potentia oĩno ſunt, ſicut ſortes, & Plato futuri, ſuo modo diſtinguunt realiter, ſicut ĩ primo articulo cõceſſũ eſt ab

Aucto.quid mirum ſi riſibilitas, quæ aliqualiter eſt in actu ratione fundamenti, diſtinguatur ſuo modo ab homine? Sed fortius eſt dubium: nam accipiatur ſubiectum in terminis de relatiuis, quòd ſit relatiuum, vt paternitas & propria paſſio paternitatis: difficilius eſt in his videre quomodo iſta duo habeant diſtinctas formalitates, cum paternitas ſit minimum ens. maxime quia reſpectus quãto magis ſua propria paſſio, quæ eſt propria paſſio reſpectus eſt minimum ens: & vltra hoc nos dicimus, quod nõ eſt reſpectus actualis, ſed aptitudinalis, quomodo igitur cùm includat has tres conditiones, poteſt dicere diſtinctã formalitatem à ſubiecto ſuo, ſcilicet à paternitate? Ad hoc reſpondeo quod talis propria paſſio paternitatis, quę ſit à ſuo modo, dicit diſtinctam formalitatem à paternitate, licet non diſtinctam formalitatem actualem, tamen diſtinctam aptitudinalem. alia clara ſunt.

Tertio dubitatur num illa omnia realiter diſtinguantur, quæ diuerſas ſortiuntur definitiones. & videtur quod non, quod ſic probo nam ſupponendo quod prædicamenta non realiter diſtinguuntur ſed ſolum formaliter, accipio accidens, iſtud accidẽs diffinitur per ſubſtantiã & per prę ſuppoſitum, prędicamenta non ſunt diſtincta realiter, ergo accidens aliquod non diſtinguitur realiter à ſubſtãtia, maximè, quia includit ſubſtantiam diffinitione ſua quomodo dicit Syrectus quod illa quæ habent diuerſas diffinitiones, realiter diſtinguuntur? Ad hanc inſtantiam reſpondeo ſic, quod quando Auctor dixit illa diſtinguuntur realiter, quæ habent diuerſas diffinitiones, intellexit ſicut vides in litera, de diffinitionibus quidditatiuis, & quarum vna non includit aliam nec addimentaliter nec quidditatiuè. & non intellexit de diffinitionibus datis per additamentum, quia licet aliqua ſic habeant diffinitiones diuerſas, ſicut accidentia, non tamen ſemper ſic ſunt diſtincta realiter.

Quarto dubitatur num illud dictum Syrecti, poſitum in ſolutione ſexti argumenti ſit verum, ſcilicet quod in his formalitatibus ſubiecti & paſſionis nihil eſt commune ỳnniuocum vniuocè dictum, habent tamen vnam communem realitatem ſubiectiuam. dico, quod loquendo

de

de formalitatibus propriarũ paſſionum & ſubiecti, ſemper eſt verum ſecundum viam noſtram, ꝙ nihil habent commune vniuocè dictum, ſed benè habent communem realitatem ſubiectiuam, ſed in alijs non eſt verum: nam hæc albedo & ſortes habent realitatẽ communem ſubiectiuam, & vltra hoc habent aliquid commune vniuocè dictum. Sed contra hanc determinationem, poteſt quis hoc pacto inſurgere, ſubiectum & propria paſſio dicunt vnam naturam, ergo habent aliquid vniuocum vniuocè dictum ſaltem ens, & poſſet ſic formari ratio, ſi illa quæ non ſunt eiuſdem naturæ, vt homo & albedo habent aliquid vniuocum vniuocè dictum commune: quanto magis iſta, quæ ſunt eiuſdem naturæ? ergo formalitates ſubiecti, & paſſionis habebunt aliquid commune vniuocè dictum. Deinde accipiatur homo & riſibilitas: riſibilitas cum ſit propria paſſio ponitur in prædicamento qualitatis, ergo homo & riſibilitas habebunt aliquid commune vniuocè dictũ, ſaltem ens, ſicut homo & albedo, quę eſt qualitas, habent ens, ergo ſubiectum & propria paſſio habent aliquid commune vniuocè dictum, & ſimiliter formalitates eorum. Ad iſta argumenta ſic reſpondeo & dico ad primum, ꝙ ſubiectum & paſſio dicunt vnam naturam ſubiectiuè, ſed non obiectiuè: & cùm dices, ſi homo, & albedo includunt ens vniuocè dictum, & habent aliquid vniuocè dictum: quanto magis homo, & riſibilitas? dico, ꝙ illa prima bene poſſunt includere aliquid vniuocè dictum, quia ambo ſunt in recta linea prædicamentali, ſed homo & riſibilitas cùm non ſint ambo in recta linea prædicamentali non habent aliquid commune vniuocè dictum, & conſequenter ſequitur, ꝙ nec formalitates ſubiecti & propriæ paſſionis poſſunt habere aliquid commune vniuocè dictum. Ad ſecũdum quando dicitur, ꝙ riſibilitas ponitur in prædicamento qualitatis, hoc falſum eſt: ſed riſibilitas ponitur reductiuè in prædicamẽto ſubſtantię: quia eſt relatio aptitudinalis, quæ illi cuius eſt identificatur, & riſibilitas aut formalitas riſibilitatis non poteſt includere aliquid vniuocè dictum, cùm ſit in prædicamento reductiuè: & ſic formalitas hominis, & riſibilitatis nihil habent commune vniuocè dictum. Vltra ſolutionem

Riſibilitas non ponitur in prædicamento ſubſtantia niſi reductiuè.

tionem doctam Syrecti ad octauum argumẽtum poteſt clarius reſponderi:negando maiorem,quęcunque diſtinguuntur quidditatiuè diſtinguuntur realiter & eſſentialiter:& cùm tu probas,quidditas,& res idem ſunt,negatur hoc de re exiſtentiæ,vel ſubſiſtentiæ, ſed bene verum eſt de re eſſentiæ, ſed ſi res ſumatur communiter,totum eſt concedendum, ideſt ſi ſumatur res eſſentiæ,quæ eſt communis ad rem exiſtentiæ,vel ſubſiſtentię, totum eſt concedendum, ideſt hoc totum eſt concedendum:quæcunque diſtinguuntur quidditatiuè diſtinguuntur realiter, & eſſentialiter, & cùm probas,quidditas & res idem sũt, verum eſt de re eſſentiæ, ſed hoc nihil facit ſi vis loqui de re exiſtentiæ, vel ſubſiſtentiæ,quæ faciunt diſtinctionem realem, de qua loquimur in propoſito,& nihil concluditur in argumento, iſto modo capiendo rem,ſcilicet eſſentiæ, ideſt non concluditur diſtinctio realis, quæ eſt inter rem, & rem propriè ſumptam exiſtentiæ,vel ſubſiſtentiæ,quæ diſtinctio eſt vna de ſeptem diſtinctionibus, & ſic non habet intentum argumentator.Auctor uero reſpondet alio modo & ſua reſponſio eſt optima,negando, ꝙ quidditas & res ſint idem adæquatè, teneas quancunque reſponſionem volueris.Aduerte etiam ſuper illo decimo argumento. quæcunque diſtinguuntur numero,diſtinguuntur realiter, qualiter Auctor concedit primam propoſitionem, & eſt iſta. quę diſtinguuntur numero diſtinguuntur realiter: quæ videtur falſa: patet quia actio, & paſſio ſunt diſtincta numero, quia ſi ſunt in diuerſis generibus actionis & paſſionis,ſunt diſtincta genere,ſpecie. & numero,& tamen nõ ſunt diſtincta realiter, quia actio non ſeparatur à paſſione: & ante in opponendo conceſſit Auctor, ꝙ ſunt idem realiter actio,& paſſio,& diſtincta formaliter,& poſſet clarius reſponderi aliter ſic, quæ ſunt diſtincta numero,& ſeparabilia ſunt,illa ſunt diſtincta realiter,& tunc eſſet optima reſponſio.

¶ Hic ad tutelam & defenſionem Syrecti obſerua ſuper ſolutionem probationis decimi articuli, ꝙ & ſi dictis ſuis ſibi repugnare & contradicere videatur,non tamen contradicit. pro quo nota,quod Auctor in præcedentibus dixit: quod in iſto tractatu loquuturus eſt de formalitate

ſecundo

ſecundo modo propriè ſumpta: quæ dicitur de omni eo, quod eſt ens quidditatiuè, & de omni eo, ꝙ eſt aliquid entis, præterquàm de modis intrinſecis, & iſto modo formalitas conuertitur cum realitate obiectiua, nec eſt communior ea, ſed tam formalitas iſto modo, quàm realitas obiectiua, ſunt communiores quidditate: de iſta igitur loquitur Auctor: modo vides, ꝙ ſi formalitas eſt communior quidditatiuè, non valet iſta conſequentia: quæcunque diſtinguuntur formaliter, diſtinguuntur quidditatiuè: & tamen Auctor hic eam concedit, & vult, ꝙ formalitas ſit idem cum quidditate, quę formalitas quando eſt idem cum quidditate, eſt tertio modo ſumpta, & tamen dicit, ꝙ de iſta quæ eſt quidditas, non loquitur, ſed de illa quæ eſt accepta ſecundo modo, & ſic contradicit ſibi, quia vnum promittit & aliud exequitur. Ad hoc reſpondeo ſic, ꝙ Auctor bene promiſit loqui de quidditate ſecundo mo do ſumpta, ſcilicet in aſſignando diſtinctionē formalem, quæ eſt inter duas conceptibilitates ſeorſum conceptibiles, & ibi hoc obſeruauit & in omnibus aliis locis, ſed quia hic debet ſatisfacere argumento aduerſarij accipientis formalitatem, quæ conuertitur cũ quidditate, & tertio modo acceptam, vt euacuet rationem aduerſarii, & declaret quid poteſt concludere aduerſarius, & concedit, quod quæcunque diſtinguũtur quidditatiuè, diſtinguũtur formaliter tanquam prius dictum ab aduerſario, ſe d non ꝙ ipſe ex determinatione ſua hoc concedit, ſed propter rationem alterius, qđ tamen verum eſt, & ad propoſitum hic ſumptum, ideo non contradicit ſibi. Nota etiam qũo doctè Syrectus immiſſa ſpicula in hoſtes retorqueat: illi enim volebant probare, ꝙ actio & paſſio eſſet idem numero. contrà ad hominem uos Thomiſtæ uultis actionem & paſſionem ſpecie diſtingui, hoc ſuppoſito ſic inſurgo ex Ariſt. 5. metaph. quæcunque diſtinguũtur ſpecie, diſtinguuntur & numero, ſed ſecundum vos, actio & paſſio diſtinguuntur ſpecie, ergo & numero. Ideo tutior eſt Scotica veritas in via phil. quæ tenet ꝙ actio & paſſio ſunt diſtincta genere, ſpecie, & numero. Aliter pōt ſatisfieri vndecimo argumento hoc pacto, qñ dicitur, illa quę habent eſſentialiter & realiter diuerſas formas, ſunt diſtin-

ɑ realiter & eſſentialiter: verum eſt, ꝙ illa quæ habent diuerſas formas realiter, & eſſentialiter, ſũt per ſe diſtincta realiter & eſſentialiter, ſed falſum eſt, ꝙ ſint diſtincta realiter & eſſentialiter per accidens, immo per accidens ſunt idem realiter, & eſsẽtialiter ratione tertij. exemplũ accipiatur, albedo & dulcedo habẽt diuerſas formas realiter & eſſentialiter: & per ſe eſſentialiter & realiter ſunt diſtincta: tamẽ per accidẽs ratione tertij, ideſt lactis ſunt idem. Quòd ſi non votis tuis, hæc reſponſio arridet aliter ſoluo: qñ igitur dicitur, quæcunque habent diuerſas formas realiter ſunt diſtincta realiter, pater & filius habent diuerſas formas realiter, ergo ſunt diſtincta realiter. Reſpondeo verum eſt, ꝙ pater & filius per ſe ſunt diſtincti realiter, ſed per accidẽs ratione infinitatis, nõ ſunt diſtincti realiter, immo ſunt idem realiter ratione infinitatis. Dici poteſt ꝙ non eſt ſimile, quia in differentia rationis eſt aliquid actuale, & aliquid potentiale, ſed non ſic in diſtinctione ex natura rei. Deniq; in vltimis verbis textus dubitatur, vtrum in diſtinctione rationis, fundamentum rationis, ſit potentiale & nõ in diſtinctione ex natura rei: quia minus videtur: Reſpondetur ꝙ põt eſſe ſemper fundamentum potentiale in diſtinctione rationis, quia fundamentum reale, & ſecunda intentio non faciunt compoſitionem, ideo dicitur, ꝙ Deus eſt maſculini generis, quia hæc non faciunt cõpoſitionem, propterea Scot. 39. diſt. 1. concedit: ꝙ Deus poteſt eſſe ſubiectum ſecundæ intentionis, ſicut logicè loquendo dicimus, ꝙ prædicatũ quodcunque dr̃ ineſſe ſubiecto, ſed non vult, ꝙ ſit ſubiectum alicuius formæ realis, ſed in diſtinctione ex natura rei non ſemper fundamentum eſt potentiale. nam, quando dicimus, ꝙ in diuinis eſt diſtinctio formalis, Deus non ſe habet vt potentiale fundamentum reſpectu diſtinctionis formalis, quia in Deo nulla eſt potentia, nec eſt ſubiectum aliquo modo, vt Scot. contra Henr. quinta primi probat. Et ſic patet ſolutio argumẽti, & finis totius operis.

Quomodo pater & filius per ſe ſunt diſtincti realiter.

5. primi q. 2.

F I N I S.

Laus Deo omnipotenti.

D. Patri Franciſco, ac D. Antonio.

12

MAGISTRI LAVRENTII BRIXIENSIS

Philoſophi, ac Theologi præſtantis,

IN IOANNIS SCOTI Doct. ſubtilis Formalitates,

Iſagogica Expoſitio.

CIRCA formalitates Docto. ſubtilis Io. Sco. notanter dixit Auctor Io. Sco. ad inſinuãdum, ꝙ non eſt inſequutus formalitates S. Thom. nec Fran. de May. nec aliorum, ſed ſolum Doctoris ſubtilis, quia difficiliores, altiores, vtiliores cæteris. Et maioris egent inquiſitionis. Quid aũt ſit formalitas hic non declaratur. Quia præſuppono optimè declarari ab auctore in ſecundo arti. Quid autem ſit ſubiectum, licet variæ ſint opiniones circa hoc: tamen probabiliter poſſe teneri, ꝙ

Quid ſit ſubiectũ in formalitatib.

ens inquantum ens. Et ſi dicatur, quòd hoc non poteſt eſse, quia in iſta ſcientia fit mentio de entibus rationis, pari ratione dicam, quòd etiam propter hoc non erit ſubiectum metaphyſico. quia ibi Ariſtote. facit mentionem de entibus ſecundarum intentionum: patet. Nam in quinto metaphyſic.tex. duodecimo, inquit. Amplius autem, alia ſecundum numerum ſunt vnum, alia ſecundum ſpeciem, alia ſecundum genus, alia ſecundum analogiam, quæ eſt diuiſio logicalis. Et quum hoc ibi non tollat quin ſit ſubiectum, nec hic impedit.

Diuiſio libri

Diuiditur iſte liber in duas partes, quarum vna eſt maior reliqua, quæ incipit ibi.

Quantum ad ſecundum articulū. Et hæc diuiditur in ſeptem capitula, iuxta ſeptem identitates, ac diſtinctiones. Quæ ſigillatim in ſuis locis declarabuntur. Alia autem minor in qua vt veritas eluceſcat mouetur quæſtio.

Quid ſit qō.

Et adducuntur rationes pro vtraque parte. Et quia quæſtio ſecundum Ariſtote. 7. metaphyſic. circa finem eſt dubitabilis propoſitio, quæ vnum quærit, & aliud præſupponit: Iccirco Doctor præſupponit in iſta quæſtione, quod ab omnibus conceditur, videlicet, quòd datur diſtinctio formalis, & diſtinctio realis. Et quærit an propoſitio vniuerſalis affirmatiua, quam Thomiſtæ nituntur ſuſtinere, ſit vera, videlicet iſta, omnia quæ diſtinguuntur formaliter, & realiter diſtinguuntur. Ita, quòd ſecundum ipſos inter prædictas diſtinctiones nihil mediat. An illa propoſitio vniuerſalis negatiua, quam Scotiſtæ affirmant ſit vera: videlicet. Non omnia quæ formaliter diſtinguuntur: realiter etiam diſtinguuntur. Sed inter prædictas diſtinctiones, multotiens datur diſtinctio media, videlicet diſtinctio ex natura rei. Et vt titulus quæſiti intelligatur.

Opi. Thomiſtarum.

Opi. Scotiſtarum.

An detur diſtinctio media.

Quæ ſit diſtinctio formalis.

Dico breuiter pro nunc, quòd illa diſtinguuntur formaliter quæ habent aliam, & aliam diffinitionem, vel deſcriptionem, ſeu conceptibilitatem. Et ſic quia alia eſt deſcriptio hominis, & alia ſuæ paſſionis; ideo formaliter diſtinguuntur.

Nā hominis eſt animal viſibile Paſſionis vero eſt aptitudo

tudo hominis ad ridendum: Illa verò realiter diſtinguũ tur,quorum exiſtentię, vel ſubſiſtentiæ ſunt diſtinctæ. Et ſic quia alia eſt exiſtentia qua Franciſcus exiſtit, & alia qua Laurentius, ideo realiter diſtinguuntur: illa autem ex natura rei ſuper quæ poſſunt fundari duo contradictoria ſecluſa quacunque operatione intellectus. Et ſic eſſentia in diuinis tali diſtinctione diſtinguitur à paternitate; quia eſſentia eſt communicabilis, paternitas autem incommunicabilis: vt modo cognoſcatur, quæ opinio ſit verior, adducuntur rationes pro vtraque.

Quæ ſit diſtinctio ex natura rei.

Opi. verior.

Et primo pro opinione Sco.quarum prima, quæ ſumitur penes calorem. Poſſet etiam fieri de intellectu humano: ſic, quando idemmet numero diuerſimodè conſideratum habet aliam,& aliam deſcriptionem, illud tale formaliter tantum diſtinguitur, ſed intellectus hominis eſt huiuſmodi: ergo &c.maior de ſe nota eſt: quia oppoſitum prædicati infert oppoſitum ſubiecti. Minor probatur; quia intellectus, vt actiuus eſt omnia facere ſecundum Ariſtote. Vt autem paſſiuus eſt omnia fieri. Poſſet etiam formari de motione ſpirituali, qua obiectum mouet intellectum, quæ eſt vna numero: & hoc reſpectu vnius obiecti. Et tamen habet aliam & aliam diffinitionem, iuxta variam eius comparationem; quia comparata ad obiectum eſt actus entis in actu: ſecundum Ariſtote. Ad intellectum eſt actus entis in potentia per Ariſtote. Ergo talis motio formaliter tantum diſtinguetur.

3 de anima tex. 18.

Idemmet ſequitur de calore, quia idem calor numero,qui eſt in aqua tepida, diſponens eam ad ſuſcipiendam ſummam caliditatem,eſt qualitas faciliter remouibilis:vt autem eſt in calidiſſima ęqualitas difficulter ſeparabilis,ergo &c.

Secunda fundatur ſuper Ariſtotel. vbi inquit, quòd licet actio, & paſſio ſignificent idem, tamen prout diuerſimodè comparatur, habet aliam, & aliam diffinitionem. Pro cuius notitia, dico, quòd duplex eſt actio, vna quæ eſt de genere actionis, qua agens formaliter agit.

Et iſta diſtinguitur contra paſſionē: quia eſt actio actiua & immanens. Quemadmodum intellectio reſpectu intellectus noſtri. Et hæc ſupple actio ſecundum Scot. eſt ſemper ad aliquem terminum accipientem aliquo modo eſſe per talem actionē, & nil aliud eſt niſi reſpectus fundatus in agente, & terminatus ad paſſum. Et de iſta non loquitur ibi Ariſt. Alia eſt actio acta quæ eſt eadem cum paſſione; & eſt de genere paſſionis, & dicitur actio tranſiens: quæ eſt reſpectus fundatus in paſſo & terminatus ad agens. De iſtis actionibus facit mentionem Scot. non ſolum vbi ſupra. verum etiam in 9.q eiuſdem contra Gothfredum & 25.q. vniuerſalium, & Ariſtot. non ſolum vbi ſuprà: ſed etiam in 2. de phyſico auditu textu. 25. & 9. meta. tex. 16. & 6. Ethi. cap. 5. Modo ad propoſitum vna & eadem actio ſupple acta, comparata ad paſſum, dicitur paſſio. Comparata verò ad agens dicitur actio. Ergo diſtinguetur tantum formaliter. ergo opinio aduerſariorum non eſt vera vniuerſaliter.

Scot. 13. q̄ō. quol.

Sco. 3. di. 1. contra Gothfredum, & 25. q. vniuerſalium.

Ratio moralis ſequens non ſolum fundatur ſuper Ariſto. 5. Ethi. vbi inquit. Iuſtitia eſt habitus per quem iuſtorum operationes fiunt, & per quem agunt, & res volunt iuſtas. Verumetiam alibi quę re, inquit phi. Iuſtitia eſt virtus pręclariſſima, & ipſa eſt omnis virtus. Eſt enim omnis virtus dupliciter: videlicet cauſaliter & realiter.

5. Ethi. et alibi quare.

Primò modo, ſcilicet cauſaliter, quia eſt qua præcipiūtur ac ordinantur omnes actus omnium moralium virtutum ad bonum commune, quæ iuſtitia eſt in principe primo, ſecundo in ſubditis miniſtratiuè, vel ſaltem debet eſſe. Secundò modo, videlicet realiter per prædicationem eſt cum omni virtute morali, ita quòd ſecundum Ariſto. iſta propoſitio eſt vera. Iuſtitia eſt omnis virtus moralis. dices. Bene ſequitur, iuſtitia eſt omnis virtus moralis per te. Ergo virtutes morales ſunt connexæ: conſequens eſt falſum, & contra Ariſto. Dico quòd virtutes morales eſſe connexæ poteſt intelligi duobus modis.

6. Ethic. Iuſtitia eſt oīs virtus dupliciter.

Ethi. 6. Sco. 36 diſt. 3. q. vnica.

Vno modo eſſentialiter, necnon & formaliter, ita, ꝙ vna eſſentialiter perficiat aliam, & nō formaliter ſit alia. Et hoc modo non dico.

Alio modo coadiuuatiuè, ideſt adiuuant ſe adinuicē.

Et

Et hoc poteſt ſtare: nec hoc eſt contra Ariſtote. nec Sco. Et dicuntur morales à more. Mos autem in propoſito accipitur pro aſſuetudine, vnde inquit Ariſto. Ethi. 2. Virtutes morales acquiruntur à nobis per aſſuetudinem, ideſt ex frequentatis actibus practicis. Ad propoſitum hic non intelligitur de iuſtitia metaphoricè dicta, quæ eſt ad ſeipſum. Et eſt rectitudo ordinis ſuper partes hominis, videlicet, vt iraſcibilis, & concupiſcibilis ſubdantur voluntati: & voluntas rationi, ſed de iuſtitia propriè dicta. Quæ diuiditur in generalem & particularem. Prima reſpicit bonum commune. Secunda bonum particulare. Generalis diuiditur in diſtributiuam, & commutatiuam. Et eſt diuiſio generis (ſecundum aliquos) in ſpecies. Secunda reſpicit æqualitatem præmij, vel punitionis ſecũdum proportionem meritorum, vel demeritorum, cuius oppoſitum eſt perſonarum acceptio. Prima reſpicit æqualitatem ad alterum ſecundum quantitatem perfectionis. Tamen prædicta membra iuſtitiæ confunduntur: & per conſequens non erit diuiſio in ſpecies. Multa hic poſſent dici de iuſtitia: quæ ne videar tędioſus dimitto. Vide Sco. in 4. diſtinctio. 46. Quia ibi diffuſius loquitur de illis. Et quia excell. Mauritius in margine inquit. 5. Ethico. & alibi quære. Quæſiui & inueni, immo non ſolum in Ethicis, verum etiam in primo ſuæ Rethoricæ: inquit, iuſtitia eſt virtus qua ſinguli ſingula ſua ſecundum leges poſſident. Quandoque ergo eſt vna, & eadem qualitas numero, cuius aſſignantur plures diffinitiones. Talis tamen diſtinguitur formaliter, ſed aliqua ē qualitas huiuſmodi: ergo &c. Maior de ſe nota. minor probatur, q̄a aliqua eſt virtus moralis, de qua vt iuſtitia dicitur, quòd eſt habitus inclinans habentem ad iuſte ſe habere circa alterum. Et de ea met numero, vt virtus, Dicitur, quòd eſt illa quæ perficit habentem, & eius opus reddit bonum: ergo talis tantummodò formaliter diſtinguetur. Ergo propoſitio aduerſariorum non vera vniuerſaliter. Quum inquit Mauri. in margine. Tange illud de 3. animæ, vult dicere, quòd per illud Ariſto. dictum poteſt probari, quòd diſtinctio ex natura rei datur ad mentem Ariſto. quam tamen ipſi Thomiſtæ negant, & male. Pro cuius Auctoris noti-

Iuſtitia propriè dicta diuiditur.

Ariſt. 1. ſuæ Rhetoricæ.

3. de aīa. et tex. 9.

tia, dico, quòd poſtquam Ariſtote. aſſignauit nonnullas differentias inter intellectum & ſenſum ex parte potentiarum. Deinde ponit differentias ex parte obiectorũ, quia ſenſus cognoſcit magnitudinem, ideſt indiuiduum magnitudinis cum conditionibus ſingularium: vtputa, quia eſt hic & nunc &c.

Aliud ẽ magnitudo, & magnitudinis eſſe.

Intellectus verò cognoſcit magnitudinem in ſe, videlicet abſtractam à conditionibus prædictis. Modo arguatur ſic. Hæc magnitudo, & magnitudo in ſe, aliqua diſtinctione diſtinguuntur iuxta mentem philoſophi, vbi inquit, aliud eſt hæc magnitudo, & eſſe magnitudinis, ideſt quidditas eius. oppoſitum non poteſt eſſe verum, videlicet, quòd ſit eadem, quia ſi ſic eſſet, Ariſtote. non poneret ibi differentiam inter intellectum & ſenſum: quam ibi intendit aſſignare: ergo diſtinguuntur. Non formaliter, quia diffinitio, quæ eſt per ſe magnitudinis: illamet eſt huius magnitudinis. Non etiam realiter poſſunt diſtingui. Quum ſit eadem realiter, ſicut homo & iſte homo. Ergo tantum ex natura rei, quia ſuper eam poſſunt fundari duo contradictoria ſecluſo quocunque opere intellectus ac alterius potentiæ collatiuę, patet: quia magnitudo eſt communicabilis. Hæc autem magnitudo incommunicabilis. Ergo diſtinctio ex natura rei datur ad mentem Ariſto. Ergo non eſt res imaginata à Sco. nec à Scotiſtis: ergo aduerſarij ſunt in errore. Et quia reſpondent dicentes, quòd diſtinguuntur ratione. Dico, quòd hoc non poteſt eſſe, quia extrema non ſunt entia rationis, quæ requiruntur ad talem diſtinctionem.

Quo detur diſtinctio ex natura rei.

Alia ratio: ens & vnum ſunt vna res ſecundum Ariſtote. Et tamen pro quanto habent aliam & aliam deſcriptionem: quia alia eſt deſcriptio ſubiecti, & alia paſſionis. ergo diſtinguuntur formaliter, & tamen non realiter: ergo &c.

4. metaphy. contex. 3.

Alia ratio eſſentia, & pater in diuinis habent aliam & aliam diffinitionem: ergo formaliter diſtinguuntur, antecedens patet, quia eſſentia eſt à ſe, pater autem ad aliud. & vnum eſt ens abſolutum, aliud autem reſpectiuũ. Et tamen realiter non poſſunt diſtingui, ergo non omnia quæ formaliter diſtinguuntur, realiter diſtinguuntur,

quod

quod eſt propoſitum:inſuper. Quandocunque aliqua ſic ſe habent, quòd ſuper ea poſſunt fundari duo cōtradictoria ſecluſo opere, cuiuſcūq; potentiæ collatiuæ,talia diſtinguūtur ex natura rei. Hmōi eſt eſſentia & paternitas quia vnum cōicabile: aliud verò incommunicabile: ergo neceſſe eſt confiteri talem diſtinctionem.

Nota modo pro notitia ſequētis literæ, ꝙ licet cōcedere in diuinis pluralitatē rerū eſſentialiū & abſolutarū ſit hæreticū. Nō tñ cōcedēdo pluralitatē rerū reſpectiuarū: immo negādo talē pluralitatē eſſet hæreticū: quia Pater, Filius,& Spiritus S.ſunt plures res. Et hoc accipiendo rē in diuinis perſonaliter. Quum ergo ſupradictæ rationes ſint fundatæ ſuper Ariſto.in locis dictis. Sequitur, ꝙ non ſunt chymericæ,vt dicunt aduerſarij,& malè. *Quō Pater, Filius, & Spiritus S. ſint plures res.*

Reſpōdeo &c. quia qō prædicta eſt circa diſtinctiones: Et diſtinctiones cadunt inter entia. Iccirco ponit nonnullas de ente diuiſiones: quarum prima eſt: accipiendo ens generaliſſimè,videlicet,vt eſt commune ad ens reale,& ens rationis. Et quum inquit, & eſt diuiſio æquiuoci analogi in ſua æquiuocata analogata, analogum dicitur ab analogia,quæ nil aliud eſt niſi ſymboleitas, ſeu ſignificatorum conuenientia quo ad ſignificari, quia vel ſignificata conueniunt in hoc, ꝙ æqualiter ſignificantur, vel non, ſed ſecundum prius & poſterius, vel omnia ſignificantur propriè, vel non, ſed vnum propriè,& aliud iuxta hominis intentionem. *Vnde dicatur analogū.*

Pro cuius notitia,dico, ꝙ aliud eſt loqui ſecūdum opi. Alberti Magni,& multorum nominalium. Et aliud ſecūdum Sco. Albertus tenet dari purum analogum in triplici differentia,videlicet penes vocem tantum,penes ſignificationem tantum,& penes vocem,& ſignificationem ſimul.Primum eſt illud,quod plura æqualiter ſignificat,vt irrationale,expediens,incontinens.Secundum eſt illud, quod vnum ex parte vocis importat, & aliud ex hominis intentione,vt animal, quod ex parte vocis ſignificat animal viuum,ex hominis autem vſu animal pictum. Idem poſſet dici de ſano: per quod ex parte vocis importatur animal. Ex hoc autem, ꝙ ſic ſoliti ſumus dicere, dicitur de vrina,ut de ſigno:de cibo,potu,ac dieta, tanquam de *Opi. Alber.*

diſpoſitiuo. De patria,& de aere, tanquam de conſeruatiuo. Tertium autem eſt illud quod ex parte uocis actualiter plura ſignificat, non tamen æqualiter, ſed ſecũdum prius & poſterius, vt corpus, per quod per prius ſignificatur cœleſte,& per poſterius terreſtre.

Sco. in multis locis. 1. ſent. di. 3. 3. q. 3. & 7. & in 2. diſ 7. & 12. & ſuper 5. metaph. cap. de ente.

Sco. autem inquit, quòd purum analogum non datur, ſed omne tale ſtat cum vniuoco, vel æquiuoco. Si ergo inquit ipſa ſignificata conueniunt tantum in voce, vtputa in iſta voce canis ſtat cum æquiuoco. Si modo non tantũ in voce, ſed etiam in conceptu: vt ſignificata iſtius uocis corpus ſe tenẽt ex parte vniuoci, non tamen vniuocè dicti, ſi vero non tantum in conceptu verum etiam in diffinitione, quemadmodum iſte & iſte lapis reſpectu lapidis in ſe illud ſtat cum vniuoco vniuoce dicto. Dices pari ratione videtur poſſe dici de iſto corpore cœleſti, & illo terreſtri videlicet, quòd corpus in ſe reſpectu eorum eſt uniuocum vniuoce dictum. Dico quòd non eſt: quia licet conueniant in conceptu: non tamen in diffinitione, quia ſecundum Ariſt. eſt ſubſtantia inanimata incorruptibilis. Corpus verò terreſtre eſt ſubſtantia animata corruptibilis. ideo. Ad propoſitum modo, quia auctor non imitatur viam Alberti Magni, ſed Sco. merito dixit, & eſt diuiſio æquiuoci analogi, non autem analogi abſolute. Eſt ergo diuiſio æquiuoci analogi penes primum modum iuxta mentem Sco. quia conueniunt ſignificata tantum in uoce. Tenendo autem opinionem Alb. erit diuiſio analogi penes ſecundum modum ſuperius declaratum. Quia vox ſignificat vnum propriè videlicet ens reale, aliud uerò, ſcilicet ens rationis iuxta hominis intentionem. Et nota ꝙ æquiuocum analogum in aliqua propoſitione poſitum abſolute ideſt ſine aliqna determinatione, ſemper ſtat pro ſuo principali analogato, vt Sco. inquit: & per cõſequens ſiquis dicitur & ens eſt, ſtat pro ente reali: ſimiliter ſi diceretur homo eſt, ſtat pro homine uiuente. Et nota quòd analogia non eſt tantum in uoce ſignificante ſecundum Sco. quia in uoce nulla cadit prioritas uel poſterioritas, ſed in ſignificatis eſt talis analogia. Modo declaro primum membrum prędictæ diuiſionis: & dico quòd per ens reale intelligit auctor quodcunque ens, nõ actua-

primi de ca. cœ. 20.

Scot. in 3. q. vniuerſalium & in prædicamen. 94.

Sco. 15 et 16 q. Elench.

liter cognitum, nec habitualiter. Attamen cognobile, & de iſto loquitur Auic. quum inquit. Ens & res prima impreſſione imprimũtur in anima: & iſto modo dicitur ens in potentia remota cognoſcibile. Vt autem eſt relucens in ſpecie intelligibili dicitur cognoſcibile in potẽtia propinqua. Vt autem actu intelligitur dicitur ens obiectiuè in intellectu, & ut ſic eſt ſubiectum meta. patet: quia nihil eſt ſubiectum alicuius ſcientiæ niſi illud ſit cognitum ab intellectu, ut inquit Scot. Poſt verò intellectionem dicitur ens ſubiectiue in intellectu ueluti cognitum in ſuo cognoſcente, quia ſecundum Ariſto. intellectus nõ agit extra ſe mittendo: ſed intus retinendo. Modo ad propoſitum ens antequàm actualiter vel habitualiter intelligatur ab intellectu, eſt ita ens reale, quòd nullo modo põt dici ens rationis: vt autem eſt relucens in ſpecie intelligibili, actualiter mouente intellectum, illud tale licet ex natura ſui dicatur ens reale, tamen propter æctualem intellectionem adhuc ex ſe eſt ens reale, ſed quia ut ſic inhæret intellectui dicitur ens rationis ſubiectiuè: & omnibus iſtis modis accipiendo ens reale diſtinguitur contra ens rationis. Ens uerò rationis eſt illud quod ſolum hẽt eſſe uel per intellectum, vel per uoluntatem, ſiue cuiuſcunque alterius potentiæ: vtputa per ſenſum communẽ: qui ſecundum Ariſto. 2. de anima, quum ponat differentiam inter duo obiecta: vt puta inter albedinem & nigredinem, & hoc non poſſit eſſe niſi per comparationem, ideo dicitur potentia collatiua. Et iſtud eſt ita ens rationis quod nullo modo poteſt dici ens reale: quia effectiuè fit ab actu collatiuo intellectus. Et per talem actum conſeruãtur quamdiu fit, & per conſequens diſtinguitur contra ens reale. De quo Sco. 1. loquitur. Et ſic membra prędictæ diuiſionis remanent clara. Sed contra auctorem communitas entis quod eſt commune enti reali & rationis eſt communitas uniuocationis ſecundum Sco. Ergo non eſt æquiuoci analogi diuiſio. Dico quòd ibi non dicit abſolute: ſed cum diſiunctione. Dicit enim ſic: ſiue ſit analogiæ ſiue uniuocationis, & hoc eſt quod dicit Mau. in margine. Tange inſtantiam ex. 3. quęſ. quol. Contra illud quod dicit Auctor, ſiue intellectus ſiue uoluntatis uel alterius

Auic. 1. metaph. c. 5.

Sco. 3. q. vniuerſalium. 3. de aĩa. cõ tex. 5.

2. de anima tex. 146.

Sco. 1. di. 4. q. 2.

Sco. 3. q quolibe.

terius potentiæ. Arguunt Thomiſtæ. Data veritate ſequeretur, quòd daretur aliud ens ab illo quod aſſignatur ab Ariſtotel. Probo ſequelam, quia vt ſic daretur ens in mente, quod eſt contra Ariſto. Dico quòd auctor hic accipit ens rationis large ſcilicet, quod non tantum fit ab intellectu, ſed etiam ab alia potentia collatiua. Ariſto. autem ibi accipit ens rationis ſtrictè, ſcilicet quod fit per actum collatiuum intellectus tantùm.

5. met. te. 13

Arguitur inſuper contra prędictam diuiſionem ſic aliquod ens reperitur quod non eſt neque hoc neque illud, ergo &c.

Sco. 17. qō. quol. & 45. diſt. 1.

Antecedens patet per Sco. Reperitur aliqua relatio quæ neque eſt ens reale neque rationis, vtputa relatio fabricata per actum comparatiuum voluntatis, quæ ſecũdum ipſum dicitur relatio media: ergo &c.

Dico, quòd Sco. ibi accipit ens reale & rationis ſtrictè ſcilicet, vt habet eſſe per intellectum tantum. Auctor autem accipit prædicta large, & ſic patet. Non ergo talis relatio eſt ens reale. Quia eſt per opus collatiuum voluntatis, nec eſt ens rationis ideſt, fabricatum à potentia intellectiua: quæ proprie per actum collatiuum dicitur ratio. Quum poſtea auctor vel adeo impreſſas. Nota ſicut nos naturaliter intelligimus, & per ſpecies intelligibiles mendicatas à ſenſibilibus. Ita ſi Deus vellet, poſſet imprimere intellectibus noſtris, ſpecies intelligibiles, ideſt ſimilitudines rerum intelligibilium, & per eas intelligeremus non habendo recurſum à ſenſibilibus, ſicut de facto habemus. Quia omnis noſtra cognitio ortum habet à ſenſibilibus ſecundum Ariſt.

Modo ad propoſitum poſito caſu, quòd ita eſſet, certũ eſt quòd obiecta relucentia in ſpeciebus prædictis ab intellectu noſtro actualiter cognita, eſſent obiectiuè in intellectu: non per ſpecies cauſatas à rebus, ſed à Deo impreſſas, vt inquit Sco. Quum inquit ens reale prima ſui diuiſione &c. non videtur ſequi viam Ariſt. quia ſecundum ipſum. 5. meta. Ens prima ſui diuiſione diuiditur in ens per ſe, & per accidens, ſucceſſiuè ens per ſe in reale & rationis. Vlterius ens reale in ens quantum & non quãtum, ens quantum in ens finitum & infinitum. Ens finitum

Sco. diſt. 2. q. 9. Ari. 5. met. cõte. 13 & 6. eiuſdẽ contex. 2.

tum in ens per ſe, & in ens in alio. Auctor ergo ponendo tertiam diuiſionem pro prima non videtur ſequi ordinem Ariſt. ergo male.

Vide pro diuiſionib. entis, Paduanū Barolitā

Et confirmatur, quia diuiſio prima entis debet dari per intimiora. Modo quidditas eſt intimior paſſione, & modus intrinſecus eſt intimior paſſione, ergo prima diuiſio deberet eſſe in ſubſtantiam & accidens, quæ ſunt quidditates entium. Secunda per quantum & non quantum, ſiue per finitum & infinitum, qui ſunt modi intrinſeci ipſius entis. Tertia in vnum & multa quæ ſunt paſſiones entis. Non videtur etiam ſequi viam Scoti in prologo quol. vbi diuidit ens prima ſui diuiſione in ens creatum & increatum. Et in prima diſt. primi. reſpondendo ad argumenta. vbi diuidit ens in ens quidditatiuè, & in habens quidditatem. Et dicit, quòd ens ſic diuiditur prima ſui diuiſione. Ergo auctor male. Et propter hāc cauſam Thomiſtæ arguunt contra ipſum dicentes ens prima ſui diuiſione debere diuidi in ea quæ prius oportet nos intelligere, ſed prius oportet nos cognoſcere, an ens ſit vnum vel multa, antequàm cognoſcamus an ſit quantū vel non quantum. Ergo auctor male diuiſit.

Sco. 1. diſt. 1. q. 2.

Ad primam rationem & ad confirmationem. Dico, quòd triplex eſt opinio de prima entis diuiſione. Vna Auerroiſtarum qui dicunt, quòd ens prima ſui diuiſione diuiditur in ſubſtantiam & accidens.

Triplex opi. de diuiſione entis.

Secunda Thomiſtarum in unum & multa. Tertia Scotiſtarum & ferè omnium de via communi per quantum & non quantum.

Modo dico, quòd auctor non eſt inſecutus viam primā nec ſecundam, ſed tertiam. Dico adhuc ſaluando auctorem, quòd quando dicit ens prima ſui diuiſione diuiditur per quantum & non quantum non vult inferre, quòd ſit prima ſimpliciter. Sed in genere modorū entis. Ingenere autem quid ditatum diuiſio Ariſt. eſt prima, & Aueroiſtarum. In genere verò paſſionum diuiſio Thomiſtarum eſt prima. Et ſic ſoluitur controuerſia.

Ad illud de ꝓlogo quol. Dico, ꝙ Sco. ibi loqt̃ variādo in diuinis & increatis. Auctor āt diuidit ſtādo ſꝑ ĩ diuinis.

Ad

Ad illud de prima diſt. primi. Dico, quòd Sco. ibi diuidit ſtando in creatis, & per ens quidditatiuè intelligit ens creatum non ſubſiſtens. Et per conſequens quidditatem intelligit ens ſubſiſtens. Quum ergo diuiſio Auctoris nõ ſit in rebus creatis, ſi non conuenit cum Sco. nihil ad B. Ad illud de Thomiſtis. Dico, quòd aliquid prius cognoſci à nobis contingit dupliciter, fundamentaliter, & formaliter.

Aliquod prius cognoſci à nobis cõtingit duobus modis.

Primo modo concedo, ꝙ fundamentaliter prius cognoſcitur an ens ſit quantum, vel non quantum.

Secundo modo nego, immo vt ſic prius cognoſcitur an ſit vnum vel multa. Et per formaliter intelligo, ideſt ſub iſta forma, quæ eſt vnitas, vel pluralitas. Pro declaratione membrorum huius diuiſionis. Dico, ꝙ ens quantũ eſt illud quod habet aliquam perfectionem. Et hoc intelligendo de quantitate perfectionis, & tranſcendenti, non autem de mole & prædicamentali. Ens autem non quantũ eſt, quod non habet perfectionem, & hæc diuiſio non propter aliud poſita eſt ab Auctore, niſi propter relationes in diuinis. Quarum aliquæ ſunt quantæ, vt relationes communes tribus perſonis. ſ. æternitas, increatiuitas, immenſitas, omnipotentia, infactibilitas: Aliquæ verò nõ quantæ, vt ſunt relationes propriæ: videlicet paternitas, filiatio, ſpiratio paſſiua, & actiua. Quum iſtæ relationes formaliter nõ ſint finitę, nec infinitę non poſſunt dici quãtę. Communes verò quia ſunt formaliter infinitę ſunt quantæ, non tamen ſunt eſſentialiter infinitę: ſed vt ſic ſola eſſentia eſt infinita. Infinitas enim eſt perfectio entitatiua. Et aduerte, ꝙ licet prædicta diuiſio ſit bona ad mentem Theologorum: tamen iuxta mentem philoſophorum nulla eſt, quia ipſi volunt, ꝙ omne ens mũdi ſit quantum vel ſimpliciter, vel ſecundum quid. Et ipſi non ponũt has relationes in diuinis.

Quæ ſunt relationes quãti, et nõ quãte.

Aduerte etiam ꝙ prædicta diuiſio videtur diminuta: quia certum eſt, ꝙ in prædicta diuiſione diuiditur ens reale. Modo vltra entia realia quanta, ſunt etiam entia rationis aliqua, quæ ſunt quanta. Ergo auctor diminutus. Dico, quòd in prædicta diuiſione intelligitur ſolum de entibus quantis ſimpliciter, non autem de quantis ſecundũ

quid:

quid: cuiuſmodi ſunt aliqua entia rationis. Arguitur adhuc ſic, illa diuiſio eſt mala quæ datur per negationem. Prædicta eſt huiuſmodi, ergo &c. Dico, quòd verum eſſet ſi daretur per negationem extra genus, quæ importat purum nihil, vt ſi dicatur, hoc eſt aliquid, & hoc eſt nihil ly, nihil eſt negatio extra genus, quia nihil poſitiuum dicit. Quum autem detur per negationem in genere, quæ importat aliquid poſitiuum contrarium alteri membro, non ſequitur, quòd ſit mala. Quia per non quantum intelliguntur relationes notionales, quæ non ſunt omnino nihil. De iſtis negationibus facit mentionem Sco. Sed cõtra dicta arguitur ſic: Relationes prædicamentales ſunt quantæ, ergo à fortiori relationes propriæ trium perſonarum in diuinis erunt quantæ. Et confirmatur, quia da oppoſitum, videlicet, quòd non ſint quantæ. Ergo perfectio ſibi repugnat, ergo propter aliquam imperfectioné exiſtentem in eis, ſed hoc non eſt dicendum, ergo ſunt quantæ, ſiue perfectæ formaliter. *Scot. 10. qu. quol. & 23. diſt. 1.*

Ad primum negatur conſequentia; quia relationes prædicamentales, ideo ſunt quantæ, quia formaliter ſunt finitæ. Diuinæ autem quum non formaliter ſint finitæ vel infinitæ, non poſſunt dici quantæ. Ad confirmationem dici poteſt, ꝙ ſibi non repugnat perfectio propter aliquam imperfectionem exiſtentem in eis, ſed propter identitatem realem cum eſſentia, quæ eſt ita perfectiſſima, quòd non poteſt excedere, nec excedi. Relationes autem prædicamentales, quum non ſint eadem realiter cum aliquo ente infinito, poſſunt excedere, vel excedi, vel ſaltem ſibi non repugnat, ob quam rem poſſunt perfici, & imperfici.

Diuiſio ſequens quæ eſt, quòd ens quantum diuiditur per finitum, & infinitum, licet ſit bona iuxta Theologicorum mentem, tamen ad intétionem philoſophorum nulla eſt, quia tenent Deum eſſe finitæ virtutis, dũ concurrit cum ſecundis cauſis, ſi autem ageret ex ſe ſolo, bene eſſet infiniti vigoris, etiam phyſicè loquendo: patet qa Ariſto. probat primum mouens eſſe potentiæ infinitæ, Quia mouet motu infinito. Arguit enim ſic primum mouens mouet motu infinito. *Diuiſio Theologalis.* *8. phy. contex. 78.*

Arguit

Arguit enim ſic primum mouens mouet motu infinito ergo eſt infinitę potentiæ. Poſtea ſubiungit, eſt infinitę potentiæ, ergo ſi agat ex ſe ſolo agit in inſtanti. Aliqui reſpondent dicentes. quòd Ariſto.in ſuo antecedente primo. non intellexit de potentia infinita intenſiue, ſed extenſiue ideſt, quòd Deus intrinſecè non eſt potentiæ infinitæ: ſed extrinſecę videlicet reſpectu durationis motus. Sed contra arguo ſic: virtus infinita dicitur ab entitate infinita, ſed entitas finita eſt intenſiua ergo & virtus, ergo reſponſio nulla.

Oĩs cauſalitas Dei eſt perfectio in Deo.

2. de gen. cõtex. 58.

Et confirmatur omnis cauſalitas Dei eſt perfectio in Deo, ſed mouere motu infinito eſt cauſalitas Dei, ergo mouere motu infinito eſt perfectio in Deo: ſed omnis perfectio Dei eſt intenſiua, ergo Ariſtote. intellexit intenſiuè non autem extenſiuè. Item illud quod remouetur à ſecundis cauſis aliquo modo, illud eodem modo attribuitur primæ cauſæ, ſed cauſalitas intenſiua ibi ab Ariſt. remouetur à ſecundis cauſis, ergo eodem modo attribuitur primæ cauſæ, ergo reſponſio non eſt ad propoſitum. Iterum confirmatur ſic: natura enim ſecundum Ariſtote. ſemper facit in entibus quod melius eſt ſi ipſis non repugnat: ſed Deo infinitas intenſiua non repugnat, ergo ibi eſt.

Sco. 7. q. quoli.

Circa illud antecedens licet multa eſſent dicenda: nõ ſolum ſecundum opin. Sco. ſed etiam commenta. & ſancti Tho. & Ocham. & Ioan. de Gandu. & Sueſſani, & aliorũ. Tamẽ ea relinquo, quia intentio mea non eſt confundere literam textus formalitatum: ſed eam iuxta uires Dei auxilio claram facere. Idcirco dico, quòd licet Scot. videatur tenere, quòd antecedens prædictum videlicet Ariſto. intelligendum ſit de cauſalitate intenſiua, tamen non eſt tenendum, quia ibi loquitur ſecundum opi. alienam. Et ſi proteruus dicat. Imò ſecundum opi. propriam. Dico, quòd non aſſertiuè, ſed bene arguitiuè: quòd autẽ non aſſertiuè patet, quia reſpondendo ad auctoritatem Ariſto. inquit, quòd ratio Ariſto. valet de virtute extenſa ad extenſionem materiæ. Et ſic in propoſito nihil videtur valere. Idemmet affirmat in ſecunda diſtinct. primi. reſpondendo ad vltimum argumentum.

Sco. 2. diſ. 1. q. 2. & 18. eiuſdem q. 1. & vlt.

Vbi

Vbi inquit doctor rationes de 7.& 8. phyſic. indigent maxima expoſitione vt oſtendãtur valere. Et ſi fortè ualent diminute concludunt, & in 2. diſtinct.ſecundi.quęſ. 10.inquit. Auctoritatibus.octo phy.non eſt multum innitendum: ſed quid ad rationes factas in oppoſitum? Dico quòd per verba commenta. ſoluuntur vbi inquit, quòd vltra primum mouens, requiritur mouens coniunctum potentiæ finitæ. Ita quòd ex primo mouente ſit infinitus motus: & ex ſecundo ſit ſucceſſio: quaſi aliter non poſſit eſſe ſucceſſio, & quòd ſecundum mouens ſit neceſſarium tanquàm cauſa ſine qua non. Et ſi ſolum infinitum mouens ageret, hoc eſſet in non tempore. Et iſti motores ſecundum ipſum ſunt vnum ſecundum & eſſe & naturam duo aũt ſcđum diſpõnem. Dico ergo ad primam rationẽ contra hoc: quum ſic dicis virtus infinita dicitur ab entitate intenſiua. Diſtinguo vel tu intelligis de virtute infinita intenſiuè & per ſe,& ſic cõcedo: vel de virtute infinita extenſiuè, & per accidens, de qua ibi intendit Ariſ. & ſic neg. Eſt enim per accidens, ideſt non merito ſui ſed merito durationis ipſius motus.

12.met. cõmen.41.

Nota, et bene.

Sco.2. di. 1.

Ad aliud dico, quòd omnis cauſalitas Dei ad intra eſt perfectio in Deo: de qua non eſt ibi mens Ariſt. Ad alias ſequentes confirmationes poſſet dici, quòd nihil faciunt contra propoſitum, quia militat de cauſalitate intenſiua videlicèt vna earum confirmationum. Alia autem de infinitate intenſiua: de quib. Ariſ. non intendit in ſuo antecedente & ſic nihil ad B.

Circa conſequentiam modo quam facit Ariſto. vbi ſuprà poſſet dici quòd licet Sco. eam tanquam bonam non acceptet, immo eam improbet: & eius probationem ab Ariſt. adductam reprobet. Hoc non eſt tenendum; quia ibi loquitur doctor arguitiuè,& conſequentiam ibi colorat: tamen in 7. autem q. quol. ibi eam verè probat, ac acceptat. Eſt ergo verũ antecedẽs, & conſequens & conſequentia, ſi intelligantur de infinitate extenſiua, non autem intenſiua. Quum autem Deus benedictus ſit infinitę potentiæ ſecundum Ariſt. tam extenſiuè, quàm intẽſiuè: ſequitur quòd prædicta diuiſio eſt, etiam iuxta Ariſtot. mẽtem: Et auctor per ens infinitum intelligit ens increatum.

Q̃uo De⁹ ſit infinitæ potentiæ ſecũdum Ariſt.

tum,per finitum autem creatum, alia autem diuiſio qua diuiditur ens in abſolutum & reſpectiuum eſt etiam ad mentem philoſophorum: quia & ipſi tenent omne ens eſſe abſolutum aut reſpectiuum. Abſolutum autem ſumitur duobus modis:uno modo ut diſtinguitur contra independens. Alio modo contra reſpectiuum: Hic accipitur ſecundo modo, primo autem modo non:quum inquit & omnia attributa ſupple tu tam qualitatiua quàm quidditatiua, tam propria quàm impropria, ſubſtantia & ſpiritus ſunt quidditatiua ꝓpria:qualitatiua:bonitas.ſapientia:iuſtitia,clementia,pietas:miſericordia: quidditatiua impropria ſunt perfectiones ſecundariæ acceptę a creaturis: & à nobis uia remotionis & eminentiæ attributæ ipſi deo: vt puta ens increatum, ens dependens, ens infinitum,ens immortale ingenerabile.incorruptibile.Et hæc quæ à nobis dicuntur attributa ab aliquibus ſapientibus antiquis numina appellantur. Vnde iuuenalis:

Quæ ſint attributa quidditatiua, & qualitatiua.

O ſanctas gentes quibus hæc naſcuntur in hortis
Numina, &c.

Ab aliquibus alijs emanationes. A philoſophis dij gentium.A magiſtris hebræorum numerationes,quum inqt poſtea & tria prædicamenta hoc eſt contra nominales dicentes quantitatē & qualitatem non eſſe realiter diſtinctas à ſubſtantia. Cōtra quos expreſsè eſt Ariſt. ubi dicit, quòd eſt ſubſtantiæ & quantitatis ſi qualitatis eſt aliud & aliud:& niſi ſubſtantia eſſet realiter diſtincta à prædictis, ideo Ariſt.contra philoſophos: nulla eſſet. Sed auctor in iſto paſſu uidetur eſſe contra Sco. vbi doctor uidetur concedere illud conſequens Ariſt.4.metap.tex.25. ex intentione tenentium omnia apparentia eſſe uera,tunc inquit Ariſt.ergo omnia eſſent ad aliquid. Hoc conſequens videtur à doctore concedi reſpondendo ad prædictas quæſtiones. Ergo auctor tenendo tria prædicamenta eſſe abſoluta eſt contra doctorem.Et confirmatur quia in prima diſtin. ſecundi q.5.Arguendo contra Henri. inquit ſtante bonitate diffinitionis relatiuorum aſſignatę ab Ariſt. omnia præter ſubſtantiam erunt reſpectiua. Iterum confirmatur per Ariſt.& comment.7.metap. immo & ipſa ſubſtantia puta aliqua erit reſpectiua inquit ipſe cap.de relatiuis

1.phyſi. contex.27.

Sco.1.diſ2. qō. 5. & 3. di.1.q.5.

Sco.vbi ſup.

latiuus vbi dicit ꝙ ſi pro quia diffinitio relatiuorum eſt ſufficiens: difficile eſt ſaluare, ꝙ aliqua ſubſtantia nõ dicatur reſpectiua quia caput dicitur alicuius caput & manus alicuius manus: immo ipſum genus ſubſtantiale vt res creata dicitur reſpectiua. Ad primum dico ꝙ doctor non concedit illud conſequens, ſed dicit illud ſequi ſecũdum opinionem ſic tenentium. Ad confirmationem dico ꝙ quantitas & qualitas vt ſuſtentificata à ſubſtantia ſunt reſpectiua, & ſic ibi intendit Sco. Si aũt conſiderentur in ſe, & accipiantur abſolutè vt accipit auctor h c non ſunt reſpectiua. Ad illud de capitulo relatiuorum, dico quòd Ariſt. non tenet primam relatiuorũ diffinitionem: & per conſequens rõ nulla eſt. Ad vltimum dico ꝙ ſubſtãtia abſolutè cõſiderata eſt ens abſolutum: in ordine autem ad aliud nil prohibet ꝙ ſit ens reſpectiuum. Similiter autẽ ſi conſideretur vt creata, & iſto modo habet veritatẽ auctoritas Ariſt. dicentis ꝙ omnia dependent à Deo tanq̃ à cauſa efficiente & finali: quum vlterius dicit Auctor. Et relationes communes, quæ ſint dictum eſt ſuprà declarando membra ſecundę diuiſionis. Nota etiam ꝙ differẽtia eſt inter relationem, reſpectum, & habitudinem: quia ſe habent ſicut ſuperius & inferius: omnis relatio eſt reſpectus ſed non econuerſo: quia relatio tantum dicitur de prædicamento ad aliquid ſecundum Scot. Reſpectus autem de omnibus prædicamentis reſpectiuis. Habitudo uero eſt inter relatiua ſex vltimorum prædicamentorum. Et etiam inter ſubiectum & propriam paſſionem, inter ſubiectum & prædicatum, inter diffinitum & diffinitionem.

2. & cap. de relatiuis.

Nõ tenetur prima diffinitio relatiui ab Ariſt.

Ariſtot. 12. met. contex. 52.

Scot. 13. q. quol. arti. 1.

Contra relationem intrinſecus aduenientem facit inſtantia de quando, quam tangit Mau. in margine: quæ talis eſt. Poſita hora & poſito homine in hac hora: impoſſibile eſt ꝙ homo non ſit in tpe nec aliter poſſet fieri etiã per diuinam potentiã. Ergo erit intrinſecus aduenieus. Et tñ nõ erit de prędicamẽto ad aliquid: Ergo auctor male dicit. Dico ꝙ ad hoc ꝙ aliqua relatio dicatur intrinſecus aduenieus, oportet ꝙ exurgat poſitis extremis nõ ſolum ſub firmamento, ſed ẽt ſupra firmamentũ. Cuiuſmodi non eſt verum de inſtantia propoſita: quia ſi Deus vel

Nota & bene.

let poſſet per angelum trahere talem hominem ſuprà firmamentum:& ſic non eſſet in tempore. Si autem poneretur vna albedo decem graduum ſub firmamento, & alia ſimilis ſupra firmamentum de neceſſitate conſurgeret relatio. Nec poſſet tolli etiam per diuinam potentiã. Contra diuiſionem de ente in ſubſtantiam & accidens arguo ſic. Auctor eſt diminutus quia Sco. vult, ꝙ diuidatur in decem genera, ergo diminutus. Item non omne ens ſubſtantia vel accidens, imo datur medium ſecundũ Sco. 2. diſt. primi. q. 5. circa finem, vt puta modus intrinſecus contrahens ipſum ens. Qui non eſt ſubſtantia neque accidens. Dico, ꝙ licèt auctor explicitè non dicat ens diuidi in decem prædicamenta: tamen bene implicitè intelligit, & circumlocutiue. Item videtur eſſe diminutus in aſſignando acceptiones ſubſtantiæ, quia Ariſt. 8. meta. diuidens ſubſtantiam inquit. Subſtantia alia materia, alia forma, alia compoſitum. Quum autem auctor nullam fecerit mentionem de compoſito: ſequitur ꝙ diminutus. Dico ꝙ hoc non ſequitur. Quia ſolum facit mentionem de ſubſtantijs, quæ præſcindunt ab actuali exiſtentia cuiuſmodi non eſt compoſitum. Item materia eſt ſubſtantia & tamen de ea auctor in his tribus acceptionibus non loquitur: ergo &c.

Sco. in 5. meta. q. 5. et 6. meta. q. 3.

Ariſt. 8. metaph. 3. contex. 3. & 2. de aïa contex. 2.

Dico, quòd de ea intelligit in tertia acceptione, quia licet non ſit pars informans eſt tamen pars eſſentialis in alio vt puta in compoſito.

Sed contra, videtur enim quòd auctor debebat eam collocare in ſecunda acceptione & non in tertia. Quia ſecundum Sco. non repugnat ipſi materiæ eſſe ſiue exiſtere ſine forma, & formæ ſine materia. ergo eſt ſubſtantia per ſe. Dico, quòd materiam & formam exiſtere contingit duobus modis vno modo naturaliter. Alio modo ſuper naturaliter, modo doctor locutus eſt naturaliter. ſimiliter fuiſſe diminutus in aſſignando acceptiones de accidente, quia accidens pluribus modis accipitur quàm hic, vt patet per Sco. in ſuis vniuerſalibus. Item contra ſecundam acceptionem de accidente. Arguo ſic. Maiorem dependentiam habet creatura ad creatorem, quàm accidens ad ſubſtantium. Sed in diffinitione creaturæ nõ ponitur

Sco. in 2. di. 12. an materia poſſit exiſtere ſine forma.

Scot. in vniuerſalibus. cap. de accidente, et de

nitur

nitur deus: ergo nec in diffinitione accidentis debet poni ſubſtantia: ergo male ponitur ly præter ſubiecti corruptionem. Dico, quòd non ponitur tâquàm terminus, ſed tanquàm ſuſtentificans, Deus autem quum non ſuſtentificet creaturam, in diffinitione creaturæ non ponitur. Ad illud de acceptionibus accidentis. Dico, quòd Sco. ibi ponit plures quàm Auctor hic, quia ibi eſt locus proprius. Hic autem non. Sed pro notitia diſtinctionis rei, quæ eſt à reor reris. Nota, quòd res rata dicitur quæ habet firmitatem quæ eſt res eſſentiæ vel exiſtentiæ. Quæ non ponitur in creaturis ab æterno iuxta mentem Sco. habuerũt enim eſſe ſecundum quid ſcilicet, eſſe cognitum quicqd dicat Franciſcus & Henri. & eorum ſequaces. Aduerte tamen, quòd res rata non diſtinguitur à figmentis per aliquod verum eſſe eſſentiæ, vel exiſtentiæ quod habuerit ab æterno ex natura rei. Sed ſolum diſtinguitur per hoc, quòd tali rei non repugnat exiſtere & produci ad tale eſſe per aliquam potentiam productiuam quod tamẽ eſſe repugnat figmentis. Et ideo auctor ſic debebat dicere q̃ iſta res rata eſt duplex, quædam eſt quæ habet verũ eſſe eſſentiæ vel exiſtentiæ, quædam autem quæ licet nõ habeat, tamen non ſibi repugnat habere: & iſta res ſecunda diſtinguitur à figmentis, & per conſequens dicendo & iſta eſt ſemper cum actuali exiſtentia, ſaluo meliori iudicio non ſanè locutus eſt auctor, ſed debuiſſet ſic dicere & iſta ſunt duplicia. Quædam ſunt quæ habent verum eſſe exiſtentiæ & per ſe, vt compoſita, quædam autem quæ licet non habeant: tamen ſibi non repugnat, vt aliqua entia ab æterno cognita: imo etiam aliqua ſunt, quę nec habent verum eſſe, nec poſſunt habere, etiam per diuinam potentiam vt naturæ communes. Et quum inquit, quòd ſor. & pla. diſtinguũtur realiter. Hic & in articulo de diſtinctione reali contradicit ſibi, quia ibi in 4. corollario de identitate reali inquit, ea, quæ ſunt in potẽtia obiectiua nec diſtinguntur realiter, nec ſunt idem realiter, quia ad diſtinctionem realem requiruntur extrema in actuali exiſtentia: ergo eſt contradictio in dictis aucto. ergo ſortes & pla. ab ęterno ſaltem quo ad modum eſſendi ac intelligendi ſecundum Scot. diſtinguebãtur tãtùm ratio-

proprio.

Sco. 36. d. 1.

Res rata ẽ duplex.

Contra Authorem.

Natura cõmunes nõ habent verum eſſe.

ratione, ſcilicet reſpectu intellectus diuini. Quando autem diuidit ens in ens ſimpliciter & ſecundum quid, nota, quòd per ens ſimpliciter non intelligit ſubſtãtiam, neque per ens ſecundum quid accidens. Quemadmodum accipit Ariſtote. Sed per ens ſimpliciter intelligit ens in actuali exiſtentia, & per ſecundum quid ens in potentia ad exiſtere. Nota inſuper quando inquit, ſiue ens in potentia ſubiectiua, vel obiectiua. Quod iſta diuiſio non eſt aliqua diuiſio diſtincta à prædicta: ſed ſolum hęc dicit ad declarationem illius membri ſecundum quid. Adde notandum, quòd ens ſecundum quid, non ſolum dicitur eſſe illud, quod habuit eſſe cognitum in intellectu Dei ante mundi creationem, verum etiam quod habet eſſe ſubiectiuè in materia antequã generetur, quod à commen. 9. metaph. appellatur res, ſecundum quid. Et nota, ꝙ ad hoc, quòd aliquod ens ſit in potentia obiectiua duæ conditiones requiruntur: prima, ꝙ nõ ſit in actuali exiſtentia, vt Antichriſtus, ſecunda, ꝙ ſibi non repugnet produci à ſuis cauſis in quibus eſt. Similiter vt ita ſit in potentia ſubiectiua, ꝙ non ſit in actu, & quòd ſit aptum recipere aliquam formam, ideſt, ꝙ ſit obiectum producibile. Quum ergo materia ſit in actu entitatiuo, & eſt apta nata ſuſcipere quamlibet formam, dicitur eſſe in potentia ſubiectiua. Et de iſta potentia ſubiectiua locutus eſt Ariſtote. dicens materia prima eſt ens in pura potentia, & iſto modo non ſolum materia, uerum etiam omnes res, quæ poſſunt deduci de potentia materiæ ad aliquem actum ſubſtantialem, vel accidentalem, cui potentiæ actus formalis opponitur. Et iſto modo potentia, & actus non ſunt eiuſdem generis, quia forma producta poterit eſſe accidentalis. Materia autem eſt de genere ſubſtantiæ. Benè potentia obiectiua, & actus ſunt eiuſdem generis, vtputa Antichriſtus, vt producendus eſt tantum cognitus ab intellectu diuino, & ipſemet productus non ſolum ſunt eiuſdem generis, verũ etiam ſpeciei. Vt autem non ſolum cognitus, ſed etiam comparatus per intellectum diuinum ad Chriſtum, tanquam ad ſuum oppoſitum contrarium, potentia erit de genere intentionum, & actus de genere ſubſtantiæ. Et ſic patet

7. metap. in princ.

Com. 9. met. comm. 7.

7. meta. tex. 8. meminit de potentia ſubiectiua.

An ſit potentia obiectiua.

tet quomodo habet veritatem dictum Ariſto.9.metaph. & quomodo non. Huic potentiæ exiſtentia opponitur, *9.met.te.18* & iſtæ duæ potentiæ non ſunt oppoſitæ, patet, quia poſſunt verificari de vno, & eodem diuerſimodè conſideratum, ideſt non repugnat vni & eidem, quòd ſit in potentia obiectiua, & ſubiectiua: vt Franciſcus, qui actualiter non eſt corruptus, & habet aptitudinem ad corrumpi, eſt in potentia obiectiua, ſ. per comparationem ad potentiam diuinam productiuam corruptionis, per reſpectum autem ad materiam in qua fit corruptio, dicitur eſſe in potentia ſubiectiua. Et nota, ꝙ iſta potentia obiectiua non dicit aliquam realitatem realiter diſtinctam ab *Potētia obiectiua nō dicit aliquam realitatem.* obiecto producibili denominante ipſum obiectum, vt imaginantur homines nos velle inferre: & quia ipſi negant actũ entitatiuũ materiæ, & etiam iſtam potentiam obiectiuam, Probo vtrũque. Et primo primum ſit. Materia ſecundum fidem fuit creata, hoc non negabunt, tunc quæro, per talem creationem aut accepit aliquid vel nihil. Non ſecundum quia non fuiſſet creata: ergo primũ ergo non niſi eſſe, ergo actum entitatiuum, & per conſequens eſt ſubiectum in actu entitatiuo, & ſic patet primum. Secundum probo per Commen. ſuper 9.meta. Vbi *Cōmē. ſuper 9.met.cō.3.* inquit potentia, & actus ſunt eiuſdem generis. Breuiter potentia obiectiua eſt ordo, vel non repugnantia rei producibilis ad exiſtere, ideſt, eſt ipſum obiectum ordinatum ad exiſtere. Potentia verò ſubiectiua eſt ipſum ſubiectum ordinatum ad aliquam formam recipiendã ſubſtantialem, vel accidentalem. Nam iſta duo aptitudo, & potentia differunt, vt inquit Sco. patet, nam aptitudo eſt inclinatio alicuius ſecundum ſe, vel magis non repugnantia. Potentia autem eſt ordo ad aliquam formam. *Sco.18.q.vniuerſalium.* Modo quum graue per violentiam poſſit eſſe ſurſum, ergo habet potentiam ad ſurſum. Non tamen aptitudinem, vel inclinationem. Cœcus verò licet habeat aptitudinem ad videre, non tamen potentiam: & per cõſequens vnum ſine altero poteſt eſſe, in aliquibus etiam ambo reperiuntur, vt homo habet aptitudinem ad riſibilitatem, & habet potentiam ad ridere actualiter. Prædicta diuiſio entis in ens ſimpliciter, & ſecundum quid

9.meta. t.7. & 12. met. contex.8. et 8.met. cōte. 15. & 9. meta.conte. 11

eſt ad mentem Ariſt.& comm.9.metaph. Sed contra ea, quæ dicta ſunt de potentia obiectiua & ſubiectiua. Mem bra prædictæ diuiſionis coincidunt, ergo antecedens patet. Nam benè ſequitur. Antichriſtus eſt in potentia obiectiua, ergo ſubiectiua. Dico, quòd ſi intelligantur cum præciſione, vt debent intelligi, non coincidunt. Præterea membra excedunt diuiſum: antecedens patet, nam aliquod eſt ens, quod non eſt, neque in potentia obiectiua, nec ſubiectiua: ergo &c. vt puta chimera, vel mons aureus. Dico, quòd prædicta diuiſio ſolum intelligitur de entibus poſſibilibus produci: cuiuſmodi non ſunt figmenta. Sed contra diuiſio de potentia ſecundum auctorem eſt eadem cum diuiſione præcedente de re: ſed diuiſio de re eſt tam poſſibilium, quàm impoſſibilium produci, ergo & diuiſio de potentia. Dico, quòd auctor ſoluit hanc inſtantiam per illam particulam dempto eo, &c. Contra illud quod ens eſt obiectum adæquatum intellectus noſtri arguitur ſic ſecundum Sco. eſt ſpecies ſpecialiſſima cuius ſingulare fortius mouet ſenſum, ergo &c. Dico, quòd Sco. ibi loquitur de cognitione confuſa. Hic autem auctor de diſtincta: quum inquit, vniuocè dicitur &c. Contra ſecundum Sco. Nihil poteſt eſſe commune vniuocum illi, quod eſt ſimpliciter tale, & illi, quod eſt ſecundum quid tale, quia ſunt alterius, & alterius rationis. Dico, quòd licet ita ſit, tamen poteſt ab eis abſtrahi vnus conceptus, qui erit eis prædicatum vniuocum: ideo auctor ſaluat ſe per illam particulam, ſaltem ad illa eſt prædicatum vniuocum.

Sco.3.diſ.1. q.2. Sco.29.di.1

Quid ſit prædicatū vniuocum.

Nota illud eſt prædicatum vniuocum cuius conceptus ſolum eſt communis illis de quibus dicitur: diffinitio autem eius ſiue ſit eſſentialis: ſiue accidentalis non eſt communis. Dicetis ergo inter æquiuocum & vniuocum prædicatum nulla erit differentia. Dico, ꝙ ſic: quia æquiuocata reſpectu æquiuoci ſolum conueniunt in voce. Vniuocata autem reſpectu vniuoci prædicati conueniunt in conceptu, vniuocata vno reſpectu vniuoci vniuocè dicti non ſolum conueniūt in conceptu, verum etiam in diffinitione: quum inquit: quòd inter æquiuocum, & vniuocum non datur mediū, loquitur metaphy. quia metaphyſicus poteſt ſolum extre

Differētia ē inter prædicatū uniuocū, & æquiuocum.

ma

ma conſiderare: logicè autem loquendo datur duplex medium, ſcilicet per abnegationem vtriuſque extremi, vtputa denominatiuum, quod non eſt neque hoc neque illud. Et medium per participationem vtriuſque, vtputa analogum, vel poſſet dici ſaluando auctorem, ꝙ non datur medium quantum eſt ex parte vocis ſignificantis: ſed bene ex parte rei, vt inquit Sco. Quid autem ſit analogum iam declaratum eſt. Videtur enim ꝙ auctor malè aſſignet prædicationem vniuocam: deberet enim ſic dicere, eſt quãdo diffinitio eſſentialis ipſius prædicati, quæ per ſe primo ſibi competit, per ſe, & ſecundariò competit ſubiecto, vel ſubiectis: de quib. dicitur, vel ſic eſt quando vltra diffinitionem prædicati ipſum prædicatũ includitur in rõne ſubiecti, quum poſtea inquit, nec vt genus de differentia ſupple tu, quia de ea non prædicatur qdditatiuè, nec per ſe, ſed denominatiuè ſecundum Sco. 4. q. ante prædicamentorum, & ſecundum Ariſtot. 6. topi. c. 8. & 3. & in 3. meta. tex. 10. Mauritius tamen ſuper is q. vniuerſalium nititur probare, ꝙ differentia per ſe prædicatur de genere. Nunquid autem in ſubſtantialibus detur prædicatio denominatiua.

Sco. 16. q. elenco.

Sco. 25. q. vniuerſaliũ Ariſt. in plurib. locis.

Circa hoc Sco. in 12. diſt. ſecundi dicit, ꝙ ſic, in 16. q. vniuerſalium, dicit ꝙ non. Dico, ꝙ Sco. in vniuerſalibus accipit prędicationem denominatiuam propriè & extrinſecam, quæ benè accidentibus competit. In ſecundo aũt ſen. accipit largè, & talis non ſolum competit accidentalibus, ſed etiam ſubſtantialibus, quum poſtea inquit, ꝙ vniuocatio duplex. Nota ſicut reperitur duplex ens, ſcilicet illimitatum, vt ſunt tranſcendentia, quæ licet ſint tria ſecundum numerum, ſcilicet ens, res, aliquid, ſunt tamen vnum ſecundum genus. Illud autem dicitur tranſcendens, ſupra quod, non eſt aliud ſupple eiuſdem generis, vel eſt illud quod eſt commune ad finitum, & infinitũ ſecundum Sco. Ita proportionabiliter duplex prædicatio, & duplex vniuocatio, ſ. illimitata: correſpondens enti illimitato, quum inquit ſub habitudine alicuius vniuerſalium. Nota ratio fundamentalis eſt hæc, quia omne quod prædicatur de aliquo dicitur de eo ſub ratione alicuius vniuerſalis ſecundum Sco. 8. q. vniuerſalium, &

Sco. 12. di. & in 16. q. vniuerſaliũ dicit, quòd non.

Sco. 8. diſt. q. 3.

16.eiuſdem reſpondendo ad penultimum argum. & 4. q.prædicamentorum.

Rurſus aduerte,ꝙ auctoritas Porphyrij potius probat vniuocationem entis, q̃ ęquiuocationem. Stat enim ꝙ omnia entia æquiuocentur in ente,& tamen ens erit vniuocum: ꝙ autem potius ſtet pro vniuocatione, q̃ pro æquiuocatione, patet quia ly entia propter ly omnia ſtat confuſè,& diſtributiuè.Modo terminus communis ſic diſtributus importat conceptum communem,& per conſequens vniuocationem.Poſſet concedi auctoritas Porphirij accipiendo entia tam intentionalia,q̃ realia,ſed accipiendo entia pro entibus realibus tantum nihil eſt in propoſito,quum inquit, vel de vno generaliſſimo ſupple tu, ideſt de aliquo poſito ſub vno genere generaliſſimo, ſicut iuſtitia quæ prædicatur de iuſtitia humana, quæ ē de ꝑdicamento qualitatis,& de iuſtitia Dei,ſimiliter ſapientia,bonitas,clementia, & ſic de alijs. quum poſtea dicit, & de aliquo quod non eſt in prædicamento, ſupple tu vt infinitas neceſſitas ſimpliciter ſumpta,quæ ſolum prædicantur de Deo,dicetis non ſunt tranſcendentia. Dico,ꝙ de ratione tranſcendentis non eſt ꝙ prædicetur de omnibus ſecundum Sco.vel de pluribus. Sed de rõne tranſcendentis eſt,ꝙ non ſit in aliquo genere per ſe,ꝙ autem prædicetur de omnibus,vel de pluribus, hoc accidit ſibi.

Nota et bene quõ valeat authoritas Porphyrij.

Sco.8.diſt.1 q.3.

Aduerte,ꝙ relatio non prædicatur de multis generibus niſi accipiendo relationem largè, prout conuertitur cū habitudine,vel reſpectu. Relatio enim propriè ſumpta, vt ſupra declaratum eſt,non prędicatur niſi de relatione prædicamenti ad aliquid. Contra illud, ꝙ ens tranſcendentiſſimè captum, eſt æquiuocum, arguunt ſic aduerſarij.Et aſſumunt rationem Auic.& Algazelis,quam adducit Sco.probando ens commune Deo,& creaturæ eſſe vniuocum.Ratio talis eſt, omnis intellectus certus de vno conceptu,& dubius dè duobus,ille conceptus, de quo eſt certus,eſt alius ab illis duobus, de quibus eſt dubius. Probatur,quia nullus idem conceptus poteſt eſſe certus & dubius, quia tunc falſificaretur primum principium ab Ariſtotel.aſſignatum.

Quõ relatio nõ prædicetur de multis generib.

Sco.3.diſt.1 q.1.

4.meta. te.

Igitur cõceptus de quo eſt certus, erit alius, quod eſt

propo-

propoſitum: ſed intellectus poteſt eſſe certus de vniuerſali, ꝙ ſit ens, & dubitare an ſit ens reale, vel rõnis, ergo ens erit vniuocum enti reali, & rõnis, quod eſt contra auctorem, & contra Sco. Probatur maior adhuc ſic, quia ſicut alius eſt actus intellectus quo intelligit conceptum certum, & alius quo apprehendit conceptum dubium: Ergo alius & alius conceptus. Probatur minor, quia conceptus vniuerſalis, quum non ſit ſimpliciter ſimplex, qa reſolubilis: ergo in parte poteſt ſciri, & in parte ignorari, & ſic patet ratio. Dicitur breuiter ad minorem, ꝙ intellectus reſpectu vniuerſalis realis, & rationis non poteſt eſſe certus de conceptu, ſed tantum de voce, quia talia vniuerſalia inquantum entia ſunt, non conueniunt in conceptu, ſed in voce tantum. adducitur alia ratio ſic, quandocunque aliquis conceptus competit pluribus, & non competit vni per alterum, tunc competit eis per aliquem conceptum eis communem, ſed conceptus entis competit pluribus, ſcilicet enti reali & enti rationis, & non vni per alterum, ergo competit illis duobus per aliquem conceptum ipſis communem: ergo intellectus erit certus de conceptu, ergo non de voce tantum, quod eſt contra reſponſionem datam. Dico ad minorem, quòd enti reali, & enti rationis non competit conceptus entis, ſed ſola vox. Contra omnis intellectus &c. vt in prima ratione, ſed intellectus poteſt eſſe certus de aliquo vno, quòd ſit ens, & dubius vtrum ſit rationale, vel irrationale, ergo intellectus habebit alium conceptum à prædictis vniuocum, ergo ens erit vniuocum vltimis differentijs, quod eſt expreſſe contra Scot. Vlterius arguitur ſic omnis intellectus, &c. ſed intellectus poteſt eſſe certus de aliquo, vtputa de CHRISTO, quòd ſit ens, & dubitare vtrum ſit Deus, vel creatura: Ergo conceptus de quo eſt certus erit alius ab illis, de quibus eſt dubius.

Sco. 3. diſt. 1

Enti reali, et rõnis cõpetit ſola uox.

Sco. 3. diſt. 1

Talis autem per te eſt ſola vox, ergo Deus & creatura conueniunt tantum in voce: ergo ens non eſt eis vniuocum, quod eſt contra Sco. Præterea omnis intellectus &c. Sed intellectus poteſt eſſe certus de aliquo, vt puta de aſino, quòd ſit ens, & dubitare vtrum ſit rudibile,

Sco. ubi ſup.

le vel hinnibile, ergo conceptus de quo eſt certus erit alius ab illis: de quibus eſt dubius, & per conſequens vnus & vniuocus rudibilitati & hinnibilitati quod eſt falſum.

Arguitur etiam ſic omnis intellectus &c. Sed intellectus poteſt eſſe certus de aliquo, vtputa de cane in ſacco quòd ſit canis & dubitare nunquid ſit canis latrabilis vel piſcis marinus, & per conſequens canis erit vniuocus

Scot. in 3. d. primi.

quod eſt falſum, & contra Ariſt. Si ergo illa ratio famoſa Sco. valet ſi pro quia valet, hic & vbi valebit, has & alias rationes adducunt Thomiſtæ contra Scot. ex fundamẽtis ipſius probantis vniuocationem entis Deo & creaturæ in 3. di. 1. Dico pro ſolutione prædictorum argumẽtorum, quòd Thomiſtæ truncatim aſſumunt maiorẽ Scoti, videlicet omnis intellectus &c.

Opinio Scot.

Nolunt enim ponere vnam particulam in ſuis rationibus quam ibi ſubiungit Sco. quæ eſt ſolutio ſuarum rationum, inquit Sco. omnis intellectus certus de vno conceptu & dubius de duobus, in quibus ille certus includitur quidditatiuè, ille de quo eſt certus eſt alius ab his, de qbus eſt dubius, per quàm particulam prima & ſecũda ratio ſupradicta ſoluitur, quia in prima & in ſecunda, ſubiectum nõ includit prædicatum. Attamen ſolutio prius data ſaluo meliori iudicio eſt ſatis ſufficiens, & quum inqt. Sco. conceptus de quo eſt certus eſt alius ab illis de quibus eſt dubius, oportet adiungere & ambo conceptus ſũt à natura vel ab intellectu. Et limitationes quæ ponuntur in maiori debent ſubſummi in minori propoſitione. Argumentum de rationali & irrationali ſoluitur per illam particulam vbi ſubiectum includit prædicatum, cuiuſmodi non fit in propoſito. Per illammet particulam ruit ratio de aſino. Ad argumentum de cane in ſacco. Dico, quòd intellectus non eſt certus de concepcu canis: ſed de voce tantùm. Et ſic nõ ſequitur, quòd canis ſit vniuocus, vel poſſet dici & melius quòd eſt certus de conceptu animalis, & ſi inferatur ergo animal erit vniuocum illis, cõcedatur. Nec hoc eſt contra Ariſt.

Ad argumẽtum de cane in ſacco.

Ad argumẽtũ de Xp̃o.

Ad argumentum de Chriſto aliqui reſpondent negando minorem abſolutè. Aliqui verò dicunt, quòd non eſt certus de conceptu ſimplici, ſed de diſiuncto. Alij autem

dicunt

dicunt,quòd non eſt poſſibile, quòd ſit certus de vno con ceptu & dubius de duobus. Et ratio eorum eſt,quia conceptus entis in ſe eſt vnus communis & neuter. Ego autẽ do aliam ſolutionem quum dicis: per te Scote Deus & creatura conueniunt in uoce tantum. Ergo ens non erit eis vniuocum. Hoc non dicit Sco.ſed inquit,quòd conue niunt iu conceptu, aliter ens non eſſet eis vniuocum. Cu ius oppoſi.Sco.affirmat.Si autem aduerſarius in dicto ar gu.dixiſſet. Talis autem de quo eſt dubius non eſt realitas, ergo Deus & creatura non conueniunt in realitate, verum eſt quia licet Deus & creatura conueniunt in cõceptu entis, non tamẽ in realitate, quia alia eſt realitas Dei & alia creaturæ, ꝙ autem conueniant in conceptu: patet quia eſt contradictio dicendo Deus eſt ens, Deus non eſt ens, creatura eſt ens creatura non eſt ens, ſi autẽ conuenirent in ſola voce non ſequeretur contradictio, quia talis non reperitur in æquiuocis: & ne fiat contentio de lana caprina,dico ꝙ Thomiſtæ ſi intendunt argue re contra Docto. putantes ꝙ ipſe dicat ens prædicari vni uoce proprie de Deo & de creatura male ſentiunt, & eo rum rationes non ſunt contra ipſum, quia hoc non dicit: ſi autem intendunt probare ens non eſſe vniuocum prædicatum reſpectu Dei & creaturæ, rationes eorum indigent ſolutionibus ſupradictis, quia mens Sco. eſt tenere ens eſſe vniuocum prædicatum reſpectu prædictorum, vt patet in 3.di.1.q.1.& 8.di.1.q.2.& in 4. meta.q.1.& in quoli.q.3.Et huius opi.fuit etiam Mau. exponens.15.q. vniuerſalium Sco. ar. vltimo. Si modo Thomiſtæ intendunt inferre, quòd ens vt eſt commune Deo & creaturæ non ſit vniuocum prædicatum phyſicè loquendo,verum etiam dicunt,quia vniuocatio phyſica requirit vnam naturam ęqualiter participatam,cuiuſmodi non eſt in propoſito, quia ens nõ æqualiter participatur a deo & à creatura. Sola enim ſpecies ſpecialiſſima eſt vniuocum phyſicum: ſi verò intendunt inferre quòd ens reſpectu Dei & creaturæ non ſit vniuocum prædicatum metaphyſicè, ac logicè loquendo falſum eſt & male inferunt, quia ad vniuocationem metaphyſicam & logicam non requiritur æqualis participatio, ſed vnitas conceptus cuiuſmodi eſt in pro-

Opinio Anthoris pro Scoto.

Sco. in pluribus locis.

Sco. in 4. meta. q. 1. in propoſito de ente reſpectu Dei & creaturæ, vt patet per Sco. in 4. meta. vbi plenius loquitur de iſtis vniuocationibus. Modo reuertendo ad declarationem literæ, quum inquit auctor: ratio de ente prædicta tranſcendentiſſime capto eſt inſolubilis. Poſſet dici imo ſolubilis & dicerem quòd talis conceptus non eſt nec hoc nec illud, ſed indifferens & neuter, ſicut conceptus animalis qui de ſe non eſt rationalis nec irrationalis, ſed vterque promiſcuè: & hoc voluit inferre Mauritius in margine quando dicit, quod nec cauſatus nec incauſatus ſed neuter, tamen dico vt ſuprà etiam dixi quod nō eſt conceptus communis enti reali & rationis ſed ſola vox. Quū inquit, quòd ens eſt obiectum uoluntatis: contrà ſecundum Ariſt. bonum eſt obiectum voluntatis, ergo ens non eſt obiectum eius. Dico quod voluntas preciſe conſiderata vt natura eſt, obiectum eius eſt ens. Cōſiderata verò ſub ratione volitionis eius obiectum eſt bonum. Quum deinde dicit quod ens vt ſic eſt ſubiectum meta. contrà ſecundum comm. ſuper primo phy. genus ſubſtantiarum ſeparatarum eſt ſubiectum: ergo &c. Dicendum quod eſt ſubiectum principalitatis & perfectionis, ſubiectum verò attributionis eſt ens inquantum ens. Modo auctor loqtur de ſubiecto attributionis. Quū poſtea dicit quòd non prædicatur vniuoce de differentijs vltimis: nota ſecundum Sco. reſpondendo ad argumēta facta contra vniuocationem entis, vltimæ differentiæ ſunt in duplici differentia: quædam dicuntur vltimæ ſimpliciter, & quædam non ſimpliciter vltimæ. Primæ ſunt indiuiduales. Secundæ autem ſunt genericæ & ſpecificę. Et illę quę ſunt indiuiduales qa ſunt ſimpliciter ſimplices non includunt ens. Et per conſequens de eis non poteſt prædicari vniuoce aliquo modo, ſcilicet nec vniuoce propriè, nec vniuoce communiter, quia ſunt totaliter primo diuerſa, & ſe totis obiectiuè diſtinguūtur: differentiæ autem non vltimæ ſimpliciter quia includunt ens inquit Sco ibi ſicut iſta eſt inquid, anima intellectiua eſt ens, ita & iſta rationalitas eſt ens, & per conſequens de iſtis ens vniuoce poteſt prædicari. Non quidem vniuoce propriè quod eſt prædicari eſſentialiter, & ſecundum nomen, & ſecundum eādem diffinitionem vt inquit Sco.

Vide etiam Antonium Andream.

Ethicorum. 3. & 3. de anima.

Cō. ſuper. 1. phyſi. cō. ult.

Sco. 3. di. 1. q. 3.

Differentia ſunt in duplici differētia.

3.q.ante prædicamentorum & 3.diſt.1.q.3 & 9.diſt.eiuſdem.q.2. Quod quidem prædicari diſtinguitur contra ꝓdicari æquiuoce, ac denominatiue. Sed dico, ꝙ ens de talibus poteſt predicari vniuoce communiter, quod non diſtinguitur contra prædicari denominatiuè, ſed conuertitur, & tantum valet in propoſito prædicari vniuoce, id eſt eſſe prædicatum vniuocum per ſe & neceſſarium, ita quòd ens prædicatur ita per ſe de differentijs prædictis, quòd non ſicut accidens de ſubiecto. Hæc de iſtis prædicatur inquid vt genus, quia nullum genus ſic prædicatur de differentijs vt inquit Sco. Aduerte tamen ꝙ prædicatio denominatiua eſt triplex ſecundum Sco. Quædā concreti accidentalis de ſubiecto vt homo eſt albus, & iſta dicitur prædicatio denominatiua propria. Alia cuiuſlibet concreti de ſubiecto vel de ſuppoſito ut iſta rationale eſt animal, rationale eſt ens, & iſta prædicatio dicitur communis. Alia cuiuſlibet prædicati de quocunque ſubiecto, & iſta dicitur communiſſima: & ſic patet, quòd prædicatio entis de prædictis differentijs non eſt propria, qa non eſt prædicatio extrinſeca denominatiua, nec eſt cōmuniſſima, ſed communis vt declaratum eſt, quia ens nō includitur quidditatiuè in talibus differentijs, ſed denominatiuè prædicatur ut dictum eſt. Et ſic apparet veritas dicti auctoris, ſcilicet, quòd ens non prædicatur vniuocè propriè de differentijs diuiſiuis ac conſtitutiuis, neq; de differentijs indiuidualibus immo de indiuidualibus, nec etiam communiter prædicatur. Quum inquit, quòd ens præeicatur vniuocè & de materia contra arguo ſic omne illud de quo ens vniuoce dicitur eſt aliqnod diſtinctum contentum ſub ente, ſed maleria non eſt huiuſmodi patet quia ſecundum Ariſto. 7. Materia non eſt quid, nec qnale nec quantum, nec aliquid aliorum prædicamentorum, ergo &c.

Sco. in multis locis.

Sco. 3. di. 1. q. 3.

Scot in uniuerſalib. q. 2 cap. de accidente.

Prædicatio denominatiua eſt triplex.

Dico, ꝙ ibi Ariſt. non loquitur aſſertiuè nec ſecundū intentionem propriā, vt patet in ſuo proceſſu ſed arguit ad pertem falſam pro opinione antiquorū. Dico adhuc eſto ꝙ loqueret ex intentione ꝓpria, ſoluitur rō per illā particulā q̄ ponit ibi Ariſto. ſ. in qbus ens diſtinguitur & determinatur. Diſtinctio aūt & determinatio quum habeat

7. metaphy. tex. 8.

beat fieri ab ente in actu cuiuſmodi non eſt materia, ideo ſequitur, ꝙ materia non eſt de numero eorũ, quib. ens determinatur. Non tamen propter hoc ſequitur, ꝙ materia non contineatur ſub ente, & ꝙ ens de ea non prædicetur vniuocè. Quomodo accipiatur materia & forma, quando ens de ea prædicatur, vide declarationẽ ſcriptam ſuper articulo de diſtinctione ex natura rei.

Ens vniuocè prædicatur de materia.

Quum inquit, ꝙ abſolutum & relatio mediãt inter ens, & decem prædicamenta.

Aduerte, ꝙ talia ſunt tranſcendentia ſecundum Sco. Sed nunquid verum ſit, ꝙ medient. Videtur ꝙ non, quia benè ſequitur. Abſolutum & relatio mediant inter ens & decem prædicamenta, ergo prædicta media continentur ſub ente, conſequens eſt falſum: ergo & antecedés, quod eſt dictum auctoris. Probo falſitatem conſequẽtis. Nullum tranſcendens continetur ſub alio tranſcendenti, ſed ens eſt tranſcendens, & prædicta ſunt tranſcendentia, ergo non continentur ſub ente. Non continentur ſub ente, ergo non ſunt media, ergo male dicit auctor. Et ꝑ conſequens ſequitur, quòd talia non ſunt tranſcendentia, & ſi ſunt non erunt media, quia tranſcendens non habet aliud ſupra ſe tranſcendens, & confirmatur vltima pars.

Benè enim ſequitur prædicta ſunt media, ergo abſolutum eſt genus ad tria prædicamenta abſoluta. Et relatio ad alia ſeptem reſpectiua, conſequens eſt falſum, ergo & antecedens. Falſitas conſequentis patet, quia tũc prædicamenta non eſſent genera generaliſſima, quod eſt contra Ariſtote. Probo conſequentiam, quia ſecundum Sco. eſſentiale & accidentale diuidunt totum ens, tunc ſic quicquid prædicatur de aliquo, dicitur de eo eſſentialiter, vel accidentaliter, ſed abſolutum prædicatur de tribus prædicamentis abſolutis, & relatio de aliis ſeptẽ reſpectiuis, ergo eſſentialiter, vel accidentaliter, non ſecundum quia quicquid diſtinguit non eſt accidentale, ſed abſolutum, & relatio diſtinguunt, ergo non prædicãtur accidentaliter, ergo eſſentialiter, tũc ſic omne quod prædicatur eſſentialiter ſecundum Sco. prædicatur ſub ratione alicuius vniuerſalis, ſed abſolutum prædicatur

Eſſentiale, & accidẽtale diuidunt totum ens.
Sco. 2. diſt. 1 q. 4.

Sco. 16. q. uniuerſaliũ.

de

de tribus prædicamentis abſolutis, ergo ſub ratione alicuius vniuerſalis. Non ſub ratione proprij, vel accidẽtis, quia talia non diſtinguunt.

Abſolutum autem diſtinguit non ſub ratione differentiæ, quia differentia prædicatur in quale, abſolutum autem in quid, non etiam ſub ratione ſpeciei, quia tunc eſſet genus ad abſolutum & relationem, & per conſequẽs non eſſent tranſcendentia. Relinquitur ergo, ꝙ prædicatur ſub ratione generis, & per conſequens ſequeretur, ꝙ non eſſent decem genera generaliſſima, quod eſt contra Ariſtote. expreſsè. Quum ergo non poſſint prædicari de decem prædicamentis ſub ratione generis, ſequitur, ꝙ non mediant directè inter ens & decem prædicamenta, quod eſt contra auctorem in iſto paſſu. Et dixi mediant in numero plurali, quia ita poſſet argui de relatione, ſicut argutum eſt de abſoluto. Modo bene ſequitur non mediant, ergo ens de decem prædicamẽtis vniuocè non prædicatur, quod eſt contra auctorem.

Ad primam rationem negatur, ꝙ conſequens ſit falſum, ad probationem negatur maior. Et quum dicitur, ꝙ de ratione tranſcendentis eſt, ꝙ ſupra illud non ſit aliud tranſcẽdens, verum eſt eiuſdem rationis. Modo ens & prædicta media non ſunt eiuſdem rationis, ideo probatio nulla. *Nota, & bene.*

Ad confirmationem dico, ꝙ ſunt genera illimitata, & per conſequens non ſequitur, quòd decem genera non ſint generaliſſima.

Ad probationem conſequentiæ dico, ꝙ prædicatur eſſentialiter, & ſub ratione generis illimitati, & vniuocè. Et ens ſimiliter de prædictis vniuocatione tranſcendenti, & quum non ſint communiora ipſo ente ſequitur, ꝙ mediant inter ens & decem prædicamenta: & ſic opinio Auctoris remanet in ſuo robore: quum inquit, ꝙ ens diuiditur in ens ſimplex & compoſitum, quia ſimplex & cõpoſitum multipliciter accipitur, vt inquit auctor in litera. Ideo declaro vnumquodq; ſimplex cum ſuo oppoſito ſigillatim, & ſeparatim.

Primo declaro vnumquodque compoſitum: pro cuius notitia nota, ꝙ ſecundum Sco. de rigore vocabuli: compoſitio *Sco. 1. diſt. 2 q. 4.*

7.metap.te. xlti. poſitio eſt ſimul poſitio: & ad veram compoſitionem ſecundum prędictum vbi ſuprà, & etiam ſecundum Ariſt. duæ conditiones requiruntur. Prima quòd ibi ſit multitudo entio. Secunda quòd vnum ſe habeat per modum potentiæ & aliud per modum actus: & quum iſtæ duę cõditiones ſint reperibiles, in quolibet ente creato, quia tale & ſi aliquod non ſit compoſitum actualiter: tamen quia ſibi non repugnat compoſitio, dicitur primo modo compoſitum, vt puta ens per comparationem ad ſua inferiorą: cum quibus eſt componibile: & per oppoſitũ cũ enti increato repugnet compoſitio, quia licet in Deo ſit multitudo entium, non quidem abſolutorum & eſſentialium, ſed reſpectiuorum, nec vnum teneat locum potentiæ, & aliud actus, ideo Deus nullam habet potentiam ad compoſitionem: & per conſequens, Dei ſimplicitas eſt oppoſita prædictæ compoſitioni, ſeu componibilitati, qa certum eſt, quòd componibile & non componibile cõtra dicunt. Et ſimiliter ſumme ſimplex & non ſumme ſimplex ſunt oppoſita: quia primum excludit compoſitioné non ſolum actualem ſed etiam aptitudinalem. Secundum autem non excludit eam, licet excludat multiplicitatem entium, quam nõ excludit primum. Et licet Deus ſit componibilis cum ente, cum ſubſtantia, cum ſpiritu. (nam iſtæ propoſitiones ſunt verę. Deus eſt ens, Deus eſt ſubſtantia, Deus eſt ſpiritus) tamen quia vnum non ſe habet per modum potentiæ, & aliud per modum actus, ſequitur quòd in Deo non eſt vera compoſitio. Modo ſtando in rebus creatis dico ꝙ omne ens creatum, quod eſt actualiter compoſitum, vel eſt compoſitum ex his vel cũ his, ſi primo modo vel eſt compoſitum accidentale, vel ſubſtantiale, ſi primo modo ſic dicitur compoſitum ex cõceptu determinabili & determinatiuo & ſic eſt aggregatum per accidens vt puta hoc quod dico homo albus, nam conceptus hominis eſt determinabilis. Conceptus autem albi eſt determinatiuus. Et quum inquit auctor & loquor ſemper de conceptu obiectiuo, expone tu ideſt de obiecto concepto & non qualitatiuo ideſt & non de intellectione qua mediante intellectus intelligit aliquod obiectum. quorum differentia eſt hæc, quia obiectum eſt quod

Deus nullã hẽt compoſitionem.

Ad ueram copoſitionẽ duo requirũtur, actus et potentia.

quod intelligitur intellectio autem eſt qua, quia ſi quæratur quo intellectus intelligit reſpondetur, intellectione intelligit, ſicut agens actione agit. Modo certum eſt, ꝙ res acta non eſt ipſa actio, & ſic patet differentia nūc, quam dicit auctor ꝙ aliàs patebit. modo ad propoſitum. Quum tale compoſitum ſit reſolubile in alios cōceptus priores vt puta in conceptum quidditatiuum ſubſtātiæ, vel entis, & in cōceptum qualitatis, in quos acceptus ens abſolutè conſideratum non eſt reſolubile, ideo iſta duo, ſcilicet compoſitio prædicti compoſiti & ſimplicitas entis ſunt oppoſita, quia vnum eſt ſimpliciter ſimplex, aliud verò non ſimpliciter ſimplex: modo certum eſt ꝙ prædicta duo ſunt oppoſita, quia nō ſimpliciter ſimplex poteſt quoad conceptum quidditatiuum ſciri : & penes qualitatiuum ignorari, non eſt ſic de ſuo oppoſito, quia tale aut totaliter ſcitur ideſt aut totaliter mente attingitur vt inquit Ariſt. Et per vocem exprimitur eius quid eſt rei ſimplicis. Aut mente non attingitur, & ſic totaliter ignoratur. Et notanter dicit ignoratur, non autem dicit & ſic eſt falſus. Quia ignorantia opponitur veritati ſimplici, non autem falſitas, quia ſecundum Ariſto. vbi ſupra intellectus circa quod quid eſt ideſt circa rem ſimplicem eſt ſemper verus: ſicut ſenſus quando eſt circa propriū obiectum. Aut eſt compoſitum accidentale eiuſdem generis vt ſunt omnia, quæ methaphyſicè componuntur ex realitate potentiali & actuali, logicè autem ex genere & differentia. Huic compoſito non ſolum ſumme ſimplex opponitur, quia hoc aliquo modo compoſitum eſt ſcilicet metaphyſicè & logicè, ſummè autē ſimplex nullomodo. Etiam ſimpliciter ſimplex eſt ſibi oppoſitum. Quia hoc eſt reſolubile illud autem non. Vel eſt compoſitum ſubſtātiale & hoc vel ex actu & potentia vt eſt materia prima conſiderata quidem vt compoſita, quia vt ſic eſt compoſita ex entitate & potentia ideſt ex carētia alicuius gradus perfectionis entitatis, vel eſt compoſitū ex ente & actu vt eſt forma ſubſtantialis, vel eſt compoſitum ex realitate potentiali & actuali vt eſt angelus. Et ſi pro quia Auguſtinus in libro de mirabilibus ſacræ ſcripturæ & Boetius in fine libelli ſui de vnitate & vno videantur

9. met. t. ult. & 3. de aīa tex. 25.

Intellectus circa rē ſimplicē eſt ſēper uerus.

Plato ſecutus eſt opinionem vulgi. deantur dicere, quòd angelus & anima ſunt compoſita ex materia & forma. Tamen hoc non eſt tenẽdum, quia ibi non loquuntur vt Theologi ſed vt philoſophi. Et potius ſecundum opinionem Platonis, qui Plato loquens vulgaribus ſequens opinionem vulgi dicebat. Quod Angeli ſunt animalia corporea fœlicia æterna optimam vitam ducẽtia. Et hæc erat imaginatio vulgi vt inquit Sco. *Sco. 29. q. vniuerſaliũ.* Quam opin. Plato poſuit dicens animal rationale diuidi per mortale & immortale. Tamen ipſe Plato non fuit huius opinionis: vel eſt compoſitum ex genere & differentia vt anima. *Aĩa quõ ſit compoſita.* Sed contra hoc. Anima per ſe non ponitur in prædicamento: ſed quod per ſe non ponitur in prædicamento nõ eſt compoſitum. Probatur maior: quia omne tale eſt de numero vniuerſalium: cuiuſmodi non eſt anima. Dico, quòd eſt ſpecies non quidem prædicabilis & ſubijcibilis: quia talis requirit genus, ſed eſt prædicabilis tantum quæ poteſt eſſe ſine genere. & quum nec De⁹ nec ens ſit iſto modo compoſitum, ſcilicet vt eſt materia prima angelus & anima: Ideo huic compoſitioni Deus & ens erunt oppoſita: vel eſt compoſitum ex re & re, ideſt ex materia & forma, vt eſt compoſitum phyſicum, & qa materia prima, angelus & anima non ſunt ſic compoſita: *Angelus an ſit cõpoſitus.* ideo huic compoſitioni phyſicæ compoſitio prædictorum eſt oppoſita, quia iſta ex re, illa autem non ex re, vel eſt compoſitum mixtum. Quid autem ſit tale declaratur à commen. ſuper. 3. cœli commento. 67. & à Sco. 15. diſt. 2. dicens, quòd eſt illud quod accidentaliter eſt compoſitum ex vno elemento & ex pluribus: *Com. & Sc.* quidam dicunt ex vno elemento, vtputa aqua ex terra luteſcente diſſoluta & econuerſo: videlicet terra ex aqua ingroſſata condẽſataque, & aqua per calorem euaporata tranſit in aerem, & per conſequens aer eſt mixtum ex vno elemento, & aer ſuper caleſcens tranſit in ignem, & ipſe extinctus trãſit in aerem, infrigiditatis autem ex ſuper aduſtione fit terra, aut lapis aut ſulphur, ex aqua tantum chriſtallus, berillus, & margaritæ in conchis. ex pluribus vt omnia reptilia mouentia ſe anterius trahendo vt anguillæ, piſces etiam & ranæ. Accipiendo autem reptile large poſſunt etiam intelligi laceitę quamuis habeant pedes, &

volati-

volatilia, iuxta illud producant aquæ reptile animæ viuentis & volatile ſuper terram. Accipiendo verò volatile ſtrictè dico, quòd ſint ex duabus elementis principaliter videlicet ex aqua & terra, patet quia dixit Deus, producat terra iumenta & reptilia. Ex tribus, ſcilicet ex terra aqua & aere ſunt arbores, & omnes omnes terræ fructus, patet Gen.2.c. vbi dicitur, quòd plantæ poſt creationem non germinauerunt, quia Deus non pluerat ſuper terram. Ex quatuor auté animalia: ita quòd philoſophi referunt terram ad oſſa animalium, aerem ad carnem, ignem ad ſpiritus vitales aquam ad humores. De ratione mixti nō eſt, quòd ſit compoſitum ex omnibus elemẽtis, ſed ſi componitur ex vno elemento tantum, poteſt dici mixtum ſecundum Sco. vbi ſuprà. Et quia cœlum non eſt mixtum, ideo compoſitio prædictorum huic compoſitioni erit oppoſita, quia mixtum & non mixtum opponuntur. Nunquid autem ſit verum ꝙ cœlum ſit compoſitum ex materia & forma, vt inquit auctor in littera, videtur, quòd non, quia ſecundum Ariſt. materia ſolum reperitur in rebus generalibus & corruptibilibus, cuiuſmodi non eſt cœlum, quia ſecundum Ariſt. materia eſt ingenita: & in primo cœli & mundi. Cœlum eſt ingenitum, & per conſequens incorruptibile & immateriatum. Dico, quòd Auctor hic loquitur vt Theologus: non autem vt philoſophus nec metaphyſicus. Probo, quòd etiam met. loquendo in cœlo eſt materia. Et arguo ſic. Omne quod mouetur oportet in eo imaginari materiā eſſe ſecundū Ariſt. vbi inquit, motus enim docuit nos materiam. Sed cœlum mouetur, ergo in eo eſt materia. Dico, quòd duplex eſt materia in via philoſophi, ſcilicet materia propriè dicta quæ eſt altera pars compoſiti, & materia impropriè quæ eſt ſubiectum ad motum localem, & ſic concedo, ꝙ in cœlo eſt materia impropriè, propriè autem nego. Et hæc dicta ſufficiant quātum ad cōpoſita ex his.

Gen. cap. 1.

Ex trib. ſunt Arbores, & oēs fructus terra.

8. metaphy. tex. 4.

1 phyſi. tex. 82.

2. met. contex. 12.

De compoſitis verò cum his dico, ꝙ omnia componẽtia ſunt huiuſmodi, contra illud quod dicit Auctor quòd cœlum nō eſt mixtum. Arguo ſic vel intelligit quodlibet cœlum, vel aliquod. Si ſecundum poteſt concedi: ſi verò primum oportet reſpondere ad magiſtrum ſen. qui inqt,

Magiſter ſẽten. 31. d. 2. Sco. 15 diſt. ſecundi.

quòd cœlum chriſtallinum factum ex aquis in modum chriſtalli ſolidatis:modo ſecundum Sco.Ad hoc quòd aliquid ſit mixtum non requiritur, quòd ſit compoſitum ex quatuor elementis,vt ſupra dictum eſt,ſed ſufficit, quòd ex vno elemento, ergo prædictum cœlum quum ſit ex aqua erit mixtum. Dico, quòd non eſt mixtum propriè, ſed ſimilitudinariè. Pro quanto ſicut chriſtallum eſt corpus dyaphanum,& non fluxuoſum,ita illud cœlũ eſt corpus tranſparens,non habens fluxum. Et propter hoc ſecundum Magiſtrum dicitur ex aquis metaphoricè, imò aquæ quæ ſupra ipſum ſunt,vocantur cęlum chriſtallinũ. Quæ autem ſub ipſo dicuntur maria: Et quia Auctor dixit ſupra: Et accipio conſtitutionem limitatam, dico, ꝙ talis eſt illa,quæ eſt ex actu & potentia ſecundũ Ariſtote. Illimitata aũt eſt conſtitutio diuinarum perſonarũ: quia etiam dixit, ꝙ angelus poteſt dici compoſitus cum his: Dico,ꝙ verum eſt Theologicè loquendò, non aũt metaphyſicè nec phyſicè,quia ſecundum Ariſto.in abſtractis à materia,idem eſt intelligens intelligibile, & intellectio. Quod verum eſt phyſicè loquendo Theologicè autẽ ſolum eſt verum de prima intelligentia. Ruſus diuiditur ens in neceſſarium & contingens:Pro cuius notitia nota, ꝙ neceſſarium & contingens ſecundum Sco. ſunt paſſiones entis, circumloquentes nobis paſſiones cõuertibiles cum ipſo ente. Neceſſarium duplex, videlicet increatũ, & creatum,primum eſt ſolus Deus,& per conſequẽs tres perſonæ diuinæ diuerſimodè: tamen conſideratæ, quia Pater eſt quoddam neceſſarium ex ſe, & à ſe: quia ſecundum Auguſt. Pater eſt principium totius Trinitatis, Filius autem ex ſe formaliter,effectiuè autem ab alio, ſ. à Patre,Spiritus. S.ex ſe formaliter: effectiuè ab alijs,videlicet à Patre,& Filio. Et licet ſecundum Theologos tale neceſſarium ſolum reperiatur in diuinis, tamen ſecundũ Auicenn.reperitur etiam in rebus creatis, ſcilicet ſecunda intelligentia quæ producitur à prima propter intellectionem primæ,& tertia à ſecunda, & ſic de aliis. Et ſic tot erunt quot orbes, & per conſequens ſecundum Auicen.licet tantum vnum ſit neceſſarium ex ſe,& a ſe. Tamen plura erunt neceſſaria ex ſe & ab alio: videlicet.

Cælum chriſtallinũ non eſt mixtum.

2.met.te.15 12.met.te. 27.et 3.de aĩa.tex.15.

Sco.39.di.1

Neceſſariũ duplex.

Opi. Auicẽ.

Aliæ

Aliæ intelligentiæ à prima: vt inquit Ariſt. ꝙ autem hoc ſit uerum ſecundum prædictum, patet, quia habent naturam intrinſecam neceſſariam, qua non poſſunt non eſſe. Neceſſarium autem creatum ſumitur quatuor modis vt declarat Ariſtote. *12.me. te.41* *5.met. t. de neceſſario.*

Primo modo eſt illud, quod licet non ſit cauſa eſſendi, tamen eſt cauſa benè eſſendi, vt cibus, & potus reſpectu viuere animalis.

Secundo modo eſt illud ſine quo licet aliqua res poſſit fieri, non tamen ita bene, vt digeſtio poteſt fieri ſine ambulatione, non tamen ita bene.

Tertio modo eſt illud, quod eſt contra voluntaté operatum, vt violentum.

Quarto modo eſt illud, quod impoſſibile eſt aliter eſſe, vt viuere reſpectu animalis, & hoc ſecundũ Ariſtote. vbi ſupra: quia viuere viuentibus eſt eſſe, ſecundum aũt Sco. Eſt illud cuius oppoſitum non poteſt eſſe ſine contra dictione. Et ſic primum neceſſarium, ſ. increatum dicitur neceſſarium ſimpliciter, Abſolutum perfectiſſimũ, uidelicet importans priuationem ſucceſſionis ſui oppoſiti, ac impoſſibilitatem, id eſt non etiam non poteſt ſuccedere de facto, nec de poſſibili, ſecundum Scot. Creatum autem dicitur eſſe illud, quod licet importet priuationem ſucceſſionis ſui oppoſiti de facto, non tamen de poſſibili, ideo tale dicitur neceſſarium ſecundum quid, conditionatum, imperfectum. Et eſt illud ſecundum Doctorem: ubi ſupra, uidelicet 49 diſtinctio. primi, quod ſolum neceſſarium eſt, quando eſt, cuius neceſſitas pendet à cauſa efficiente, uel à fine, ſecundum Doct. Tamen ſi quartum modum neceſſarii creati uolumus comparare ad tres præcedentes, quartum neceſſarium poteſt dici neceſſarium ſimpliciter. Alia autem neceſſaria ſecundum quid, ut inquit Ariſt. in litera. Contingens aũt eſt illud ſecundũ Ariſto. quo non exiſtéte neceſſario, tamé poſito in eſſe: nihil pp hoc erit impoſſibile, quod quidé contingés poteſt capi duobus modis ſecundum Sco. Vno modo largè, & ſic tantum ualet ſicut poſſibile, & iſtud diſtinguitur contra impoſſibile. Alio modo ſtricte, & iſtud diſtinguitur cõtra neceſſariũ, & tantũ valet ſicut non neceſ *Sco.12. di.4 q.1.* *Sco.39. di.1* *Sco. ſuper 5. met. cap. de neceſſario.* *1. priorũ. c. de contingé.* *Sco. ſuper 1. priorũ q.30.*

 ſarium

ſarium nec impoſſibile: & primo modo ſumptum eſt indifferens ad contingens rarum: quod magis eſt determinatum ad non eſſe quàm ad eſſe, vt inuenire theſaurum ex foſſione agri: & ad contingens natum, quod magis eſt determinatum ad eſſe, quàm ad non eſſe, vt quòd homo naſcatur cum duobus brachijs: ſecundo modo accipitur pro contingenti ad vtrumlibet, quod non magis determinatum eſt ad eſſe, quàm ad non eſſe, quod diſtinguitur contra neceſſarium ſimpliciter ſumptum, non autem cõtra neceſſarium ſecundum quid, quia tali neceſſario, videlicet ſecundum quid nullum contingens eſt oppoſitũ, vt inquit Auctor in litera, ſed contra. Quot modis dicitur vnum oppoſitorum tot & reliquum per Ariſtotel. Sed

1. topic. c. 12 neceſſarium & contingens ſunt oppoſita, ergo neceſſariũ ſecũdum quid habebit ſuum contingens ſibi oppoſitum, quod eſt contra Auctorem.

Dico, ꝙ auctoritas illa intelligitur quo ad ſignificata, vt inquit Sco. ſ. quot ſignificata habet vnum tot & reliquum, & hoc ſi ſecundum omnimodam oppoſitionem op-

Sco. 12. q. vniuerſaliũ. ponuntur, vt inquit Doct. Quum autem nullo modo ſint oppoſita: ideo auctoritas illa nihil facit contra opinionẽ Auctoris. Ens diuiditur in ens indepẽdens & depẽdẽs,

Oĩa creata ſunt entia, depẽdẽtia. primum eſt illud, quod nullam habet cauſam vt Deus: licet habeat principium vt filius & Chriſtus, ſ. in diuinis ſunt entia independentia, ideo ad remouendam inſtantiam de Filio, & Spiritu Sancto adiunxi illam particulã, licet habeat principium. Secũdum autem eſt illud, quod habet aliquam cauſam, & per conſequens omnia entia creata ſunt entia dependentia, non ſolũ ſecundum Theo

12. metaph. contex. 52. logos, ſed etiam ſecundum Ariſtot. & ſic patet quantum ad hanc diuiſionem.

Succeſſiuè autem Auctor facit tres conſequentias,

An oĩa sũt ad aliquid. quarum prima eſt cõtra illud, quòd omnia pendẽt adeo & hæc eſt prima conſequentia per te omnia citra Deum ſunt dependentia, ergo omnia ſunt ad aliquid, quod eſt contra Ariſtote.

Secunda conſequentia omnia citra Deum ſunt depẽdentia, ergo creatura poterit eſſe ſine tali reſpectu: ſupple tu, quia quum talis reſpectus ſit poſterior ipſa creatu

ra.

ra. Modo prius inquantum prius poteſt eſſe, vel ſaltem ſi bi non repugnat ſine poſteriori.

Tertia conſequentia, creatura poteſt eſſe ſine tali reſpectu, ergo creatura non dependebit ad Deum, quod eſt falſum. Quum poſtea dicit creaturam abſolutè ſupple tu, ideſt ſine ſecundis cauſis. Auctor in aſſignandoq ac ceptiones vnius, non videtur ſequi viam Ariſto. *5. met. c. de vno.*

Primò diuidit vnum in vnum per ſe, & in vnum per ac cidens. Vnum vero per ſe in reale, & logicale in textu 8. Reale aliud continuitate, aliud ſubiecto, aliud diffinitione, aliud indiuiſibilitate, in tex. autem 9 10. & 11. declarat prædicta membra dicens, quòd vnum continuitate di cuntur eſſe illa quæ ſunt continuata ad vnum punctum, vt duæ lineæ ad vnum punctum reflexæ, & ſimiliter tibia ſic dicuntur, illa verò ſunt vnum ſubiecto, quorũ partes communicant in aliquo vno ſubiecto. *Quæ nã ſint illa vnum ſubiecto.*

Primò, quod eſt indifferens ſecundum ſpeciem, & ſic aqua dicitur vnum. Illa autem ſunt vnum diffinitione, quæ habent eandem diffinitionem: illa vero ſunt vnum indiuiſibilitate, quorum intellectio eſt indiuiſibilis, vt ſunt ſimpliciter ſimplicia, vt puta ens, res, aliquid, & differentiæ ſimpliciter vltimæ. Nunquid autem prædicta diuiſio, & illa quam ponit Auctor de vno ſint reales, vel rationales.

Dico, quòd ſun treales, quia earum fundamenta ſunt realia, vt patet, quia vnitas realis eſt earum fundamentum. Et aduerte, quòd hic non accipitur vnum ſincathegore. ſed cathegorema. quia ſic vnum & multa opponuntur.

QVantum ad ſecundum arti. nota, quòd licet intellectus poſſit dici actiuus, non tamen agens, quia de ratione intellectus actiui eſt cauſare intellectionem. De ratione intellectus agentis eſt cauſare ſpeciem intelligibilem abſtrahendo &c. Et hoc ſecundum nos, ſecundum autem Auerroiſtas ſecus eſt, & declaro. Nam aliter Scotiſtæ, & aliter Auerroiſtæ exponunt illam Ariſtote. propoſitionem, ſ. intellectus agens eſt omnia facere. Intellectus poſſibilis eſt omnia fieri: Scotiſtæ dicunt iuxta Sco. mentem: omnia facere, i. abſtrahere ſpeciẽ à *Munus intellectus agentis.* *Sco. 3. diſt. 14. 7.*

rebus ſenſibilibus eam denudare ac depurare à materiā litate,ſcilicet ab hic & nunc &c.

Ipſamque cauſare in phantaſia, omnia fieri, ideſt ab intellectu poſſibili cauſare intellectionem & eam recipere & per conſequens vltimam actiuitatem, ſcilicet cauſare intellectionem attribuunt intellectui poſſibili. Aueroiſtæ autem totalem actiuitatem prædictam attribuūt intellectui agenti, & paſſibilitatem intellectui poſſibili, & licet dicat auctor, ꝙ intellectus eſt duplex, tamen conuenientius debet dici,quòd intellectus poteſt cōſiderari dupliciter. Vno modo vt agens. Alio modo vt patiēs, ſed contra dictam expoſitionem arguo ſic multæ ſunt res intelligibiles,quæ non ſunt ſenſibiles vt puta ſecundæ intētiones rationales,priuationes. Subſtantiæ ſeparatæ, negationes,Deus. Quomodo ergo à prædictis abſtrahet intellectus agens ſpeciem? Dico,quòd ſecundæ intētiones licet formaliter non ſint ſenſibiles, bene tamen fundamentaliter,& hoc ſufficit. De priuationibus dico, quòd ſpecies abſtrahit à ſuis poſitiuis. Idem dico de negationibus. Deus autem licet ſecundum ſe pro ſtatu iſto non ſit ſenſibilis.Bene tamen per iſta inferiora arguitiuè,qa video hominem eſſe ſubſtantiam finitam, arguo Deum eſſe ſubſtantiam infinitam. Dico etiam,quòd eſt ſenſibilis ab effectibus ab ipſo operatis in iſtis inferioribus.Sed contra hoc.Quia ſecundum com.ſuper. 2.de anima.Imo ſecundum Ariſt. ſenſus non ſe profundat vſque ad ſubſtātiam rei, ergo Deus non poteſt eſſe ſenſibilis per iſta inferiora.Dico,quòd licet non ſit ſenſibilis per iſta inferiora penes ſpeciem abſtractam à ſubſtantia.Bene tamē penes effectus operatos circa iſta inferiora,vel poſſet dici, quòd licet à quocunque intelligibili non poſſit abſtrahi ſpecies actualiter. Bene tamen aptitudinaliter,& hoc ſufficit.Ita quòd intellectus agens quantum eſt ex ſe eſt aptus natus,& ſimiliter intellectus poſſibilis,quia intellectus eſt totius entis vt inquit Sc. Quum poſtea inquit auctor quòd actus intellectus eſt duplex, imo eſt triplex ſecundum Scot. ſcilicet rectus, inflexus,& comparatiuus. Quum deinde dicit ſecundo modo pro potentia animæ ſupplè tu,& hoc quo ad actum tertium, quia quo ad ſecū dum

Opinio Aueroiſtarum.

Intellectus pōt conſiderari duobus modis.

An De⁹ ſit ſenſibilis.

Com.ſuper. 3.de anima

Sco.1.q.prologi.Sco.3. & 5.vniuerſalium.

dum dicitur mens, quo autem ad primum dicitur intel-
ligentia,ſecundum Sco. rurſus quum dicit ſiue uoluntas *Sco.3.q.uniuerſalium.*
ſupplè tu,quæ ita bene eſt potentia collatiua, ſicut intel
lectus,immo ſenſus communis eſt collatiuus, vt ſupra de
claratum eſt, iuxta Sco. mentem. Tamen relatio cauſa-
ta ab alijs potentijs dempto intellectu dicitur large sũ-
pta, ſed ſtrictæ ſumpta ſolum cauſatur ab intellectu ſecũ *Sco.45.d.4.*
cundum Scot. Quum poſtea inquit ſiue ſit imaginatiua
virtus. Nota, quòd imaginatiua poteſt conſiderari dupli *Sc.17.qua.quoli.*
citer. Primo modo pro potentia ratiocinante circa par-
ticularia.Alio modo pro potentia collatiua. Primo mo-
do non dicitur ratio.Secundo modo ſic.Quum poſtea di *Ariſto.3.de aïa.cõtex.3*
cit,quòd forma dicitur ratio, hoc eſt de mente Ariſt. qa
omne illud eſt principium agendi actione reali vel intẽ-
tionali dicitur ratio agendi, ſed forma eſt principium a-
gendi actione reali : ergo merito ratio appellari poteſt:
quum poſtea dicit,illa ſunt eadem ratione &c.vult dice-
re breuiter,quòd illa ſunt eadem ratione quæ ſunt eadẽ
quæ ex parte rei, ideſt quæ omnino ſunt indiſtincta tã ex
parte rei quàm ex parte intellectus. Quod declaro: res
ſimplex, vtputa homo,antequàm intelligatur eſt ens rea *Declaratio Authoris.*
le, ſed quia vnumquodque ens conſequitur ſua propria
vnitas,ideo eſt vnum vnitate reali, & quia vnitas eſt pro
ximum fundamẽtum identitatis ſecundum Ariſtot.ideo *5. met. contex.20.*
eſt idem ſibi identitate reali. Quum autem ab intelle-
ctu intellectualiter acquirit nouum eſſe, ſcilicet eſſe co-
gnitum, propter quod eſſe licet intrinſecè homo ſic co-
gnitus ſit adhuc ens reale: Tamen extrinſecè dicitur ens
rationis. Et ſic vnum vnitate rationis,& per conſequens,
idem ſibi identitate rationis, ob quam rem propter a-
ctualem intellectionem cauſantur duo conceptus unus
ex parte intellectus,ſcilicet intellectio actiua:quę funda
tur in intellectu: & terminatur ad obiectum cognitum,
propter quod in propoſito homo erit terminus reſpectu
intellectionis actiuæ. In homine vero cognito fundatur
alius cõceptus ſcilicet,intellectio paſſiua, qua obiectum
intelligitur,& terminatur ad intellectum. Et ſic apparet *Quomodo homo ſit in ſe unus.*
qualiter homo tam non cognitus quàm cognitus ſit in ſe
vnus,& ita dico,ꝙ quæcunque alia ſimplici re, meritò er

go Auctor dixit illa in plurali, quæ habent conceptum, i. eſſe cognitum omnino indiſtinctum, ideſt non comparatum tam ex parte rei, ſcilicet paſſiuum, quàm ex parte intellectus, ſ. actiuum. Et quum diſtinctio fiat per actum comparatiuum, per quem homo, vt fundamentum, neq; vt terminus habet eſſe, ſed ſolum per actum rectũ, ſequitur, quòd conceptus tam ex parte rei, quàm ex parte intellectus erit omnino indiſtinctus, & ſic omnia quæ ſolita ſunt concipiuntur ſunt eadem ratione, & etiam entia tertij modi perſeitatis. Nam propoſitio tertij modi eſt illa in qua prædicatur exiſtentia de exiſtente, quod quidem exiſtens non eſt in alio. Et ſic iſta erit tertij modi Deus eſt, & iſta Sor. eſt: omnia talia ac ſimilia ſunt in tertio modo eſſendi per ſe: ſed contra dictam identitatem, arguo ſic, identitas rationis eſt relatio rationis, ſed relatio cadit inter duo extrema, uidelicet inter fundamentum, & terminum, ergo erit per actum comparatiuum, & ſi ſic ergo ea quæ dicuntur ab Auctore eſſe eadem ratione erũt ratione diſtincta, quod eſt contra auctorem expreſſe: ſi dicas, quòd relatio eſt eiuſdem ad ſe. Contra, etiam talis erit per actum comparatiuum: ſi dicas, quòd talis relatio non eſt identitas falſum eſt, quia inquit Ariſto. 5. metap. tex. non habẽte commẽtum: idẽtitas eſt vno modo, quando intellectus vtitur vno, vt duobus, quemadmodum eſt in propoſito. Et confirmatur, quia prædicta identitas oritur ex eadem re ad ſe comparata, vt termino, & vt fundamento, ergo patet propoſitum. Ad hæc reſpondetur ad formam, quum dicitur identitas eſt relatio rationis. Cõcedo, quum deinde ſubiungitur, ſed relatio cadit inter duo extrema. Dico, ꝙ relatio eſt duplex, ſ. actualis, & iſta cadit inter duo extrema in actu: & hoc verum eſt, nõ ſolum de relatione reali, actuali, ſed etiam intentionali, videlicet actuali. Alia eſt aptitudinalis, vt in propoſito eſt, quæ licet ſit inter duo extrema, non tamen in actu, ſed ſolum in aptitudine, quia eadem res cognica eſt apta nata, vti ab intellectu vt terminus, & vt fundamentum. Et quum dicitur, ergo talis relatio erit per actum comparatiuum. Dico, quòd non ſequitur, ſed bene ſequitur, ergo per actum rectum.

Propoſitio tertij modi, quid ſit.

Tex. non habente com.

Relatio eſt duplex.

Ad

Ad confirmationem dico, ꝙ identitas rationis non oritur ex eadem re comparata, ſed vſa. Et propter hanc cauſam: Dicunt Scotiſtæ, quòd prædicta identitas eſt abſolutiſſima, & hoc verum eſt accipiendo abſolutum, vt diſtinguitur contra dependens. Non autem vt diſtinguitur contra reſpectiuum, quia ipſa identitas eſt reſpectus rationis, & eſt ſimpliciter identitas, quia fundata ſuper vnicam vnitatem. Et eſt diuerſitas ſecundum quid, ideſt ſecundum variam conſiderationem intellectus, ſcilicet intelligendo rem, ut fundamentum: & vt terminum. *Opin. Scotiſtarum.*

Aduerte tamen, quòd identitas rationis eſt duplex: vna in qua conueniunt extrema, quæ nullo modo ſunt diſtincta ratione, quæ eſt in propoſito. Alia eſt in qua conueniunt extrema, quę ratione diſtinguuntur, verbi gratia, iſta duo ſubiectum, & prædicatum, vbi idem prædicatur de ſeipſo adinuicem comparata ratione diſtinguuntur: quia important contradictionem. Penes autem actum comparatiuum in quo conueniunt ſunt eadem identitate rationis, quia talis actus comparatiuus dicitur identitas rationis impropria. De qua non intelligitur hic, ſed de prima. ſi dicas, quæ differentia eſt inter iſtas duas identitates. *Idẽtitas rationis eſt duplex.*

Dico, quòd prima eſt per actum rectum.

Secunda per actum comparatiuum. Et per conſequẽs prima eſt oppoſita præſenti diſtinctioni, ſecunda autem non.

Circa ſecundam concluſionem dico, ꝙ quotienſcunq; vna res realis comparatur ad ſeipſam, vt puta: idem homo comparatus ſub ratione ſubiecti, & prædicati, vel ſub ratione ſuperioris, vel inferioris, uel duæ res reales, vt leo, & capra, vel vna res realis ad aliam rem rationis, vt animal ad genus, vel duas res rationis adinuicem, vt genus ad ſpeciem, uel res ſub uno modo ſignificandi, ad aliam ſub alio: vt album ad albedinem, uel alia & alia res, ſub alio & alio modo ſignificandi, diſtinguuntur præſenti diſtinctione: quia vt dixi, important contradictionẽ, ſed contra animal & genus diſtinguuntur realiter: ergo non ratione, probatur antecedens, quia animal ſecluſo *Cõſidera diligenter.*

opere

opere intellectus collatiuo eſt ens reale. Dico, quòd verum eſt præcisè ac ſolitariè conſideratum: ſed in propoſitione conſideratum in ordine ad genus habet eſſe cognitum, & comparatum, quia termini intentionales non applicantur rebus niſi res actualiter intelligantur ab intellectu per proprias ſpecies intelligibiles, vt inquit Sco. 18. quæſt. vniuerſalium: & 34. & 35. quæſt. eiuſdem, & ſic diſtinguitur ratione, & licet dixerim, quòd inter duo entia rationis eſt diſtinctio præſens iuxta Auctoris mentem, tamen ad mentem Sco. Dico aliter, ſcilicet, quòd tot diſtinctiones reperiuntur inter entia rationis, quòd inter entia realia, & etiam tot identitates: Et ſi bene conſiderabis reperies hoc eſſe verum. Et declaro, nam ſic dicendo homo eſt homo eſt diſtinctio rationis: ita etiam dicendo ſpecies eſt ſpecies, & ſicut inter animal & ſuam diffinitionem eſt diſtinctio ex natura rei, ita inter genus & ſuam diffinitionem: & ſicut inter hominem, & aſinum eſt diſtinctio realis: Ita inter genus & ſpeciem, & ſic de alijs diſtinctionibus. Et quando dico, quòd inter duos terminos ſecundæ intentionis, eſt diſtinctio realis, non dico realis ſumpta à re reali, ſed realis ad iſtum ſenſum, quòd tanta eſt quanta eſſet ſi eſſet inter duo entia realia, quum ſucceſſiuè inquit Auctor, & accipio diſtinctionem rationis &c.

6. q. quol. art. 2.

Duplex eſt ratio ratiocinans, et ratiocinabilis.

Nam datur ratio ratiocinans, quæ eſt ipſe intellectus: Et rõ ratiocinabilis, i. intelligibilis, ac comparabilis à potentia ratiocinante, præſens diſtinctio non cauſatur à re ratiocinabili, ſed à potentia ratiocinãte, quam Thomiſtæ uocant diſtinctioné rationis, quæ eſt à natura ratiocinabili, quum poſtea inquit. Ergo eſſentia diuina &c. ſupple tu immo pluſquam rõne ratiocinante, qa ẽt diſtinguũtur rõne ratiocinabili, i. diſtinguuntur diſtinctione ex natura rei: quum ſucceſſiuè in confirmatione primi argumẽti, probatur, ꝙ intellectus intelligendo extrema adinuicem comparata eſſe diſtincta, niſi ſint diſtincta ex parte rei eſt falſus. Dico, quòd intellectus, vel fertur circa ſimpliciter ſimplicia, i. irreſolubilia, vt eſt ens & eius paſſiones vltimæq; differentiæ, vel intelligit reſolubilia.

Si primo dico, quòd intellectus nunquam poteſt eſſe

falſus, quia talis res, aut totaliter ſcitur, aut totaliter ignoratur, vt declaratum eſt ſupra.

Si ſecundo modo dico, quòd poteſt eſſe falſus, & hoc quando intellectus intelligit rem compoſitam, aliter quàm ſit intelligibilis, vtputa ſi intelligeret hominem, ut rem opinatam, quia homo eſt res rata, non autem opinata. Similiter quando intelligit ſub modo ſibi repugnante, vtputa ſi intelligeret ignem ſub ratione frigiditatis, vel intelligendo albedinem ſignificatam in concreto eſſe ſignificatam in abſtracto. Si autem intelligit rem aliter, quàm ſit ſecundum rei ueritatem, utputa ſecundum rei veritatem homo eſt animal. Poteſt enim intellectus intelligere humanitatem intellectione præciſiua, & incomplexa, non intelligendo animalitatem eius intellectione diuiſiua, ideſt non diuidendo vnum ab alio: & tamen non ſequitur, quòd falsè intelligat. Et ſi dicatur, quòd intellectus eſt verorũ ſecundum Ariſt.

Quo intellectus ſit falſus.

Quo intellectus nõ falsè intelligat.

Dico, quòd Ariſtote. intelligit de notitia primorum principiorum, ut inquit Sco. 35. quæſtio. uniuerſalium, quæ notitia propriè dicitur habitus intellectus: non autem demonſtrationis: poſſet etiam dici, quòd habet veritatem de ſimpliciter ſimplicibus intellectis intellectione præciſiua ac incomplexa, quia talium non eſt mendacium ſecundum Ariſtote. De intellectis autem compoſitis intellectione diuiſiua complexa, vt intelligendo hominem non eſſe ſubſtantiam, uel non eſſe corporeum, & ſic de aliis ſimilibus non eſt uerum: ſed intellectus talium eſt falſorum, & reſpectu talium eſt mendacium, ut inquit Sco. 14. diſtinctio. 3. reſpondendo ad argumenta primæ quæſtionis. Exponendo auctoritatem Auguſti. inquit Auguſti. Quiſquis aliquam rem aliter, quàm eſt intelligit fallitur. Super quam fundant aduerſarii prædictam rationem de falſitate intellectus.

2. phy. t. 18. *Sco. 14. di. 3.*

Augu. 83. q. quol. 2.

Ad propoſitum modo, quum intellectus non intelligat diſtincta ratione: aliter quàm ſint intelligibilia, nec ſub modo repugnanti ſuæ naturæ, ſequitur, quod non falsè intelligat. Et ſic patet quantum ad hoc.

Circa

5. & 6. Circa articulum de identitate & diſtinctione ex natura rei non ſine cauſa inquit auctor, quantum ad præſens ſufficit. quia ſecundum Ariſtot. ens & res multis modis a ccipiuntur. & quum inquit extra nihil ſupple tu, quod nõ eſt omnino nihil quod habet aut ſaltem habere poteſt eſſe extra intellectum. Et iſto modo accipitur ens communiſſime ſecundum Sco. 3.q.quol. Et de iſto loqui tur Aui. vbi inquit quòd ens & res ſunt communia omnibus decem generibus, quod non eſt intelligendum ſolũ quo ad vocem, ſed quo ad conceptum. quum dicit. Alio modo magis ſtrictè ſupple tu, ideſt communiter, ſcilicet, vt diſtinguitur contra modum ſeu circunſtantiam rei: ex quo Boe. vocat circũſtantias entis ipſas habitudines. Circunſtantiæ enim ſunt modi entium & tales nullo modo poſſunt dici entia: ſed bene aliquid entis. Primo ergo modo accipiendo ens iuxta mentem auctoris dicitur ens impropriè. Secundo autem modo dicitur propriè. & quum ſucceſſiuè dicit vt dictum ē ſupple tu, videlicet ſuperius in 1. art. declarando quid ſit ens tranſcedenter captum. Illud eſt ens quidditatiuè quod formaliter includit in ſe ens, & vniuocè ens de eo prædicatur ſecundum Ariſt. Cuiuſmodi ſunt omnia entia in recta linea prædicamentali & talia dicuntur quidditatiua propriè. Collateralia autem dicuntur quidditatiua impropriè, quia talia includunt ens realiter ac identicæ, non autem formaliter, ob quam rem ens de ipſis non prędicatur vniuocè ſed denominatiuè, & per conſequens incluſum eſt extra rationem formalem eorum ſecundum Ariſt. quia non ſunt entia licet ſint aliquid entis. Et quia Deus & creatura: abſolutum & reſpectiuum ſunt entia quidditatiua, vltra ea, quæ ponuntur in recta linea, ideo ens vniuocè, de prædictis prædicatur & etiam de materia & de forma, vt inqt Sco. Et hoc verum eſt accipiendo materiam, vt eſt compoſita ex realitate actuali & potentiali, ſcilicet, vt ē ens in potentia. Non autem accipiendo eam vt nuda ab omni forma, & vt eſt pura potẽtia. Similiter accipiendo formam, vt eſt compoſita ex genere & differentia, ſcilicet vt eſt ens in actu. Non autem accipiendo eam vt forma ſimplex, vt inquit Sco. Quum inquit auctor quando aliquid

Margin notes: 1. met. c. 5. — Boet. lib. de Trini. — 3. meta. con tex. 20. — Sco. 3. diſ. 1. q. 3. — Sco. 12. di. 2 q. 1.

quid competit alicui ex natura rei &c. Hoc patet de albedine cui ex natura rei competit diſgregare viſum, qđ non competit nigredini : quum inquit inter eſſentiam & modum intrinſecum. Nota, ꝙ modi intrinſeci ipſius eſſētiæ ſunt iſti infinitas intenſiua, neceſſitas, æternitas, qui ſunt non idem cum eſſentia, ſcilicet formaliter poſitiuè, quod patet quia illud eſt idem formaliter poſitiuè quod eſt de eius eſſentia. Quum autem modus intrinſecus, iō dicatur modus, quia non ingreditur quidditatem illius, cuius eſt modus, ſequitur ꝙ non eſt idem bene cum ea formaliter negatiue, quia non habet diſtinctam formalitatem ab eſſentia: ex quo ſequitur, ꝙ ad hoc ꝙ aliquid ſit idem formaliter poſitiuè alicui, requiruntur duo ſcilicet, ꝙ ſit de eius eſſentia, & quòd habeat diſtinctam formalitatem ab eo, cuius eſt ſic idem. Quum autē modus intrinſecus non habeat prædicta, ſequitur quòd cum eſſentia diſtinguuntur formaliter poſitiuè licet non diſtinguantur formaliter negatiuè. Dices hoc eſt impoſſibile, quia implicat contradictionem ſcilicet diſtinctum, non diſtinctum.idem non idem.Dico,quòd eſſet verum quādo eſſet ad idem & ſecūdum idem reſpectu vnius & eiuſdem.Cuiuſmodi non eſt in propoſito. Quum poſtea dicit inter notiones, nota, quòd notio dicit à noſco noſcis. Notiones autem ſunt relationes notificantes nobis perſonas diuinas,ſcilicet paternitas,filiatio,ſpiratio paſſiua: qua cognoſcimus ſpiritum .ſ. Similiter dicere notificat nobis primam perſonam,quia ſolus pater dicit,vt inquit Auguſtinus:ſpirare actiuè innoteſcit apud nos patrem & filium,ſpirari autem manifeſtat Spiritum Sanctum.Quū inquit, ꝙ omnis eſſentia eſt quidditas, non autem econuerſo.In diuinis verum dicit, quia multiplicato vno ſi eſſent idem conuertibiliter multiplicaretur & reliquum, & per conſequens non poſſent quidditates multiplicari niſi multiplicarentur eſſentiæ. Et quum in Deo ſint plures quidditates,ſcilicet entitas,ſubſtantia,ſpiritus,bonitas, & ſic de alijs attributis. Tunc eſſent multæ eſſentiæ, quod eſt hæreticum dicere,quia eſt tantum vna eſſentia ſumptă ab eſſe,licet ſint plures,ſumptę ab eſſentiali ſicut ſunt plura eſſentialia. Similiter omnis quidditas eſt formalitas,

Modi intrinſeci eſſentiæ qui ſint.

Notio unde dicatur.

Auguſtinus.

In Deo ſunt plures quidditates.

Vnica ī eſſētia ſumpta ab eſſē.

malitas, ſed non econuerſo, & hoc capiendo iſta ſtricte & propriè, quia large coincidunt, quòd autem omnis formalitas, non ſit quidditas, patet quia de differentijs vltimis quæ ſunt formalitates, quum ſint conceptibiles ab intellectu ſeorſum, & tamen non ſunt quidditates, & hoc quantum ad modum prædicandi, quia prædicantur in quale, & per modum actus. Non autem inquid & per modum potentiæ. Quum deinde dicit vt ſunt reſpectus ſupple tu vt ſunt ſpecies prædicamentorum reſpectiuorum, quæ non ſunt naturæ, quia non mouent intellectum, nec per conſequens cauſant notitiam ſui, quia non ſunt de genere actiuorum. Quum inquit quòd qualitas eſt natura. Aduerte quòd non intendit de qualitate accidentali ſed

5. met. cõte. 19. ſubſtantiali, de qua Ariſt. loquitur, quæ ſecundum ipſum in præeicamentis non eſt ſubſtantia propriè dicta, ſed cõmuniter. Quia lateraliter ponitur in prædicamento ſubſtantiæ, quæ quum ſit principium per ſe motus & quietis in quo eſt poteſt dici natura, tamen tunc eſſet contra Ariſto. ubi inquit, quòd aliquid pro tanto dicitur natura pro

2. phyſi. contex. 3. quanto eſt principium motus & quietis per ſe ideſt virtute propria. Non autem per accidens ideſt quando aliqd eſt cauſa motus merito alterius, illud tale non poteſt dici natura. Circa declarationem de formalitate, nota ꝙ à formali abſtrahitur forma a forma autem formalitas, & quum inquit, ꝙ eſt aliquid repertum in re ſupple aliqua non identitas inexiſtens rei a natura ſecluſo quocunqũe opere intellectus, ut puta ſi nullus intellectus conſideret hominem nec ſuam reſibilitatem, adhuc inter prædicta. Ex natura rei eſſet aliqua formalis non idẽtitas. Et aduertè, quòd hic ſolum loquitur de formalitate reali & de rebus realibus habentibus eſſe extra intellectum. Non autem de formalitate rationis, & de rebus intentionalibus habentibus eſſe per intellectũ. Quũ dicit, quòd non oportet ſemper intellectum mouere. Ad

3. de aia. uerte, quòd intellectus poſſibilis quum ſit u irtus paſſiua per Ariſt. 3 de anima. tex. 5. 14. 15. 17. & 271. non operatur niſi moueatur ab obiecto, quia vnicuiq; paſſiuo correſpondet ſuum agens. Et hæc propoſitio ſolum habet veritatem de primo obiecto intellectus, quod eſt quidditas

rei

rei materialis, ſiue ſenſibilis. Modo ad propoſitum moue re intellectum nil aliud eſt niſi obiectum partialiter con currere ad cauſandam notitiam ſui: concurrit enim tanquàm cauſa ſine qua non, ſicut mater in generatione prolis. Et hæc motio eſt pure ſpiritualis. Qua obiectum ſpiritualiter mouet. Quum ſucceſſiuè dicit dummodo poſſit terminare quod non eſt aliud ſecundum Sco. in theorematibus niſi ab intellectu intelligi. Quum inquit propter figmenta ſupple quibus ex parte rei nihil correſpondet licet partibus aliquid correſpondeat, non tamen toti. Quum dicit, dicitur ex natura rei propter relationes rationis ſupple inter quas ſi eſt aliqua formalitas ſeu diſtinctio nõ eſt ex natura rei, ſed per intellectum. & quum dicit, quòd relationes non ſunt productiuę alicuius formæ ſupple tu, ideſt non ſunt productiuę notitiam ſui quũ non ſint de genere actiuorum, patet quia tantùm duo p̃dicamenta ſunt de genere actiuorum, ſcilicet ſubſtantia & qualitas Reſpectiua autem non ſunt huiuſmodi. Quia formaliter non mouent licet fundamentaliter. Quum deinde dicit. Et iſto modo accipiendo formalitatem ſupple tu, ſcilicet communiter. Quum ſucceſſiuè inquit & ſic formalitas eſt communis ad realitatem & quidditatem. Nota realitas eſt quidditas concepta vel conceptibilis cum mõ contrahibilis per modos vt ens infinitũ vel ens finitũ. Et breuiter nil aliud eſt niſi perfectio realis ipſius entis: quidditas verò eſt res concepta ſine mõ vt ens. Eſt ergo formalitas cõis ad realitatem ſupple obiectiuam conceptam cum modo & ad quidditatem conceptã inſe. Et aduerte quando dicit, ꝙ modi intrinſeci ſunt formalitates, hoc eſt verum ſecundum aliquos ſcotiſtas, tenentes modos intrinſecos habere propriam realitatem, ac quidditatem, & per conſequens propriã conceptibilitatem ac formalitaté, quod non eſt verum ſecũdum Sco. Quia non habent aliam realitatem nec quidditatem ab illa cuius ſunt modi intrinſeci, & per conſequens formalitatem, & ſic patet eorum falſitas. Licet ergo formalitas ſit communis ad realitatem obiectiuam non tamen ad ſubiectiuam ideſt conſideratam in aliquo ſuppoſito exiſtéte, nec eſt communis ad realitatem ſubiectiuam ſtri-

Mouere & terminare intellectum.

Conſidera.

Sco. in theorematibus.

Duo prædicamẽta ſũt de genere actiuorum.

An modi intrinſeci ſũt formalitas.

Sco. 8. diſ. 1.

ctè ſumptam, ſcilicet ad realitatem prædicamentalem habentem omnino eſſe præter quamcunque intellectus operationem. Sed ad realitatem largè ſumptam, ſcilicet tranſcendentem.

Primo ergo modo accipiendo formalitatem includit etiam modos.

Secundo modo accepta excludit eos.

Tertio modo non ſolúm excludit modos, ſed etiam differentias tam ſpecificas, quàm indiuiduales, quia non prædicantur quidditatiuè, quum non prædicentur in quid. Et hoc verum eſt quo ad modum prædicandi, non autem quo ad rem importatam, quia vt ſic ſunt de quidditate loquendo de ſpecificis. Quum poſtea inquit, quòd realitas obiectiua, & formalitas ſunt communiores quidditate, ſupple hoc patet, quia omnis quidditas eſt realitas obiectiua, ſed non econuersò, quia paſſiones ſunt realitates obiectiuè, non tamen quidditates. Quum poſtea dicit, quòd quidditatiuum dicitur ſex modis, hanc diſtinctionem accepit à Io. cano. ſuper 2. phyſic. in q. de vniuocatione, quum inquit, ſic ſe habet diffinitio & diffinitum, ſupple tu, ſcilicet accepta are ad extra. Si autem accipiantur formaliter ratione diſtinguuntur, ſi verò pro vocibus, vel pro conceptu realiter diſtinguuntur. Aduerte quum loquitur Auctor de toto, & de partibus, quod totum logicum ratione diſtinguitur à ſuis partibus, quando autem loquitur de conſtituto, videtur eſſe contra Sco. ubi vult contra Sanctũ Tho. quòd inter conſtitutum, & partes ſit ſola rationis diſtinctio, quia dixit auctor, quòd ad mentem Scot. Totum phyſicum realiter diſtinguitur à ſuis partibus. Hoc videtur eſſe contra Ariſtote.

Quidditatiuũ dicitur ſex modis.

Io. cano.

Sco. in quol. q. 4.

1. phy. te. 17

Dico, quòd non eſt contra Ariſto. immo Ariſto. ibi potius intendit inferre diſtinctionem inter totum, & partes quàm concludere identitatem inter ea, vt patet ex verbis ſuis ibi. Licet non exprimat qualiter diſtinguantur. pro cuius deciſione, dico quòd totum non quidem ſincathego. ſumptum, ſed cathego. vt tantum valet, ſicut perfectum, cui nulla pars deeſt pertinens ad naturam eius realiter diſtinguitur ab omnibus partibus ſimul ſumptis,

ptis,

ptis, propter vnitatem quam habet ipſum totum, quam non habét partes, & hæc eſt mens Scoti dicentis aliter inter totum per ſe, & totum aggregatione nulla eſſet differentia, quia totum aggregatione, vt cumulus lapidum eſt ſuæ partes, & per conſequens totum phyſicum realiter diſtinguitur, vt dictum eſt, tamen excellentiſſimus Mauri. in quadam gloſula in margine poſita contra Stephani Burlifer dicta, tenet totum non ſolum phyſicum, ſed etiam metaphyſicum eſſe idem realiter, & formaliter ſuis partibus non tamen econuerſo. Tene modo opinionem quæ tibi magis placet, quia non eſt articulus fidei: tamen opinio Sco. eſt magis conſona dictis Ariſtote. quàm Mauritij.

Sco. 3. diſt. 3

Opinio Scot. magis conſona.

Modo circa primam concluſionem huius articuli aduerte, quòd multi hic decipiuntur putantes ĩdẽtitatem ex natura rei eſſe identitatem rationis, & malè, quia aliud eſt dicere hoc eſt idem ſibi ex natura rei, & aliud hæc identitas eſt identitas rationis. Nam vt dixi ſupra, declarando identitatem rationis, res ſimplex, vtputa animal antequam intelligatur eſt ens reale: & quia vnũquodque ens conſequitur ſuã propria vnitas, ideo ſequitur, quòd eſt vnum vnitate reali, & per conſequens idem ſibi identitate reali, ſiue identitate ex natura rei, iſta identitas non præſupponit aliquem actum intellectus, nec rectum, nec comparatiuum. Quum autem dico hæc identitas eſt identitas rationis, talis identitas licet non præſupponat actum comparatiuum: Benè tamen actum rectum, & ſic patet differentia, quæ eſt inter prædicta.

Aduertendum tamen, quòd identitas hæc eſt duplex quarum vna eſt identitas ex natura rei præcisè, quæ eſt non diuerſitas alicuius quidditatis, vel entitatis à ſe ipſa ex natura rei abſolutè accepta, de qua nullo modo duo contradictoria verificari poſſunt, & ſic homo ſecluſo quocunque opere intellectus eſt idem ſibi identitate, ex natura rei præciſe, & iſta eſt oppoſita diſtinctioni huius articuli de qua ſolum intelligitur hic. Alia eſt identitas ex natura rei, ſed non præciſę in qua extrema non ita conueniunt, quando etiam diſtinguantur diſtinctione

Idẽtitas duplex.

Quid ſit idẽtitas ex natura rei.

D 2 ex

ex natura rei impropria, verbi gratia, diffinitum, vt puta homo,& diffinitio, vt puta animal rationale conſiderata, prout conueniunt in conceptu ſubſtantiali, quia de illis pro quanto ſic conueniunt, nõ poſſunt verificari duo contradictoria, ſunt eadem identitate ex natura rei impropria, & quum iſta identitas non ſit oppoſita diſtinctioni huius articuli de illa non intelligitur hic, & ſic patet differentia, quæ eſt inter identitatem ex natura rei præciſe & non preciſe, quia prima non præſupponit actum rectum: ſecunda autem ſic: duo ergo entia ſimplicia, vt puta lapis & lignum non intellecta, nec comparata unumquodque erit ſibi idem identitate ex natura rei præciſe, quia lapis eſt ita lapis, quòd non poteſt dici, quòd non ſit lapis, & ita idem ſibi, quod nullo modo à ſe diſtinctus, & ita dico de ligno, & per conſequens, quum nec ſuper vnum, nec ſuper aliud poſſit fundari contradictio: ſequitur, quòd vnumquodque eſt idem ſibi, vt dictum eſt ſupra.

Definitio, et definitũ quõ diſtinguantur ex natura rei.

CIrca ſecundam concluſionem aduertendũ eſt, quòd etiam diſtinctio hęc eſt duplex, vel dupliciter capitur: vno modo communiter, & talis eſt cõmunis ad omnes ſequentes diſtincta, de qua non eſt in propoſito. Alio modo ſtrictè de qua ponitur concluſio. Attamen aduertendum eſt, quòd etiam hæc diſtinctio eſt duplex, ſcilicet præciſa, & eſt illa qua diſtinguuntur duo extrema, itaque nullo modo in aliquo conueniunt, & ſic diffinitum, & diffinitio ſecluſo quocunque opere intellectus diſtinguitur.

Alia non eſt præciſa, qua aliqua non ita diſtinguũtur, quin etiam conueniant in aliquo, & iſto modo homo, & hic homo, vt habent eſſe cognitum conſiderata, prout conueniunt in animali ſunt eadem identitate ex natura rei impropria, quia vt ſic conueniunt, duo contradictoria verificari non poſſunt.

Notæ, et bene.

Conſiderata vero prout homo eſt communicabilis, hic homo autem incommunicabilis, diſtinguuntur diſtinctione ex natura rei non præciſa: & ſic patet differentia, quæ eſt inter prædictas diſtinctiones, quia præciſa præcedit actum rectum, non præciſa autem ipſum præſupponit.

nit. Inſuper, præciſa eſt ita diſtinctio, quòd nullo modo identitas. Non præciſa autem non eſt ita diſtinctio, quin etiam identitas.

De iſta diſtinctione ex natura rei præciſa, loquutus eſt Ariſtotel. quando dixit, quòd quid eſt, non eſt idem cum eo cuius eſt. Modo ſic non eſt idem: ergo aliqua diſtinctione diſtinguitur, ergo non niſi diſtinctione ex natura rei. *7. met. cont. 41.* Rurſus vltra conſequentia patet, quia quum non ſit inter rem & rem non poteſt eſſe realis: vlterius quum non ſit inter duas formalitates non poteſt eſſe formalis. Rurſus cum diffinitio, & diffinitum diſtinguantur ex proprijs rationibus ſecluſo ſimpliciter quocunque opere intellectus non poteſt eſſe diſtinctio rationis. Relinquitur, ergo, quòd diſtinctione ex natura rei præciſa diſtinguuntur: quod autem ſic diſtinguantur, patet, quia poſito homine, & poſita eius diffinitione ex natura extremorum inſurgit habitudo diuerſitatis vnius ad alterum, quæ eſt diſtinctio præſens, & ſic patet, qualiter litera prædictarũ concluſionum non poteſt ſic ſtare, vt iacet in textu, quia in prima licet auctor excludat actum comparatiuum, non tamen rectum. Qui tamen deberet excludi, quia aliter eſſet identitas rationis, & non ex natura rei. In ſecunda autem ſi intelligatur, ſecluſo omni opere bene ſtat litera. Si uero intelligatur ſecluſo opere, ſ recto non autem comparatiuo non poteſt ſic ſtare, quia actus comparatiuus præſupponit actum rectum. *Actus cõparatiuus præſupponit actum rectũ.* Si autem exponatur ſecluſo opere collatiuo non autem recto, nec ſic põt ſtare, quia tunc eſſet diſtinctio ex natura rei non pręciſa: cuius oppoſitum concluſio affirmat.

Dicendum ergo, ꝙ hęc diſtinctio non eſt mediante aliquo actu. Sed poſitis extremis, neceſſario conſurgit ex natura extremorum ante omnem actum intelligendi. Et hæc opinio non eſt mea, ſed excellentiſſimi Trombetæ circa finem huius art. Si dicas, hoc eſt impoſſibile: dico, ꝙ non, vt patet per verba Sco. vbi inquit: cõmune eſt multiplicabile in ſua inferiora præter intellectum: ergo non eſt impoſſibile. *Sco. 3. diſt. 2 q. 7.*

Circa declarationem de modo intrinſeco. Nota, quòd modus intrinſecus eſt duplex pro nunc, videlicet ſpecifi-

cus. Alius indiuidualis. Primus eſt eſſentia naturæ communicabilis concepta: ſine modo, vt puta natura humana concepta: ſine finitate, quia adhuc ſic concepta eſt vna perfectio, indiuidualis vero nil aliud eſt, niſi gradus perfectionalis, vt ſunt gradus albedinis, quia albedo, vt quatuor eſt perfectior albedine, vt tria. Gradus autem nil aliud eſt niſi perfectio quanta, diuiſibilis, nec non per motum acquiſibilis. Primus eſt de quidditate. Secundus vero non. Et dicitur intrinſecus: non quia ſit de quidditate illius cuius eſt modus, ſed pro quanto non habet aliam diffinitionem ab eo cuius eſt modus. Et aduerte, quòd Auctor in hac declaratione eſt diminutus, ideo ſupplenda eſt litera ſic. Qui additus alteri non dicit aliā realitatem, nec rationem formalem, neque alium conceptum ab eo cuius eſt modus: quod autem neceſſarium ſit ſic ſupplere literam patet, quia aliquis poſſet dicere. Data veritate huius ſequeretur, quòd albedo addita ſuperficiei eſſet eius modus intrinſecus, quum non variet rationem formàlem eius.

Inſtantia.

Soluitur prædicta inſtantia, quia albedo dicit conceptum alium à ſuperficie. variare in propoſito nil aliud eſt niſi actuare, ſeu perficere rationem formalem, ideſt non perficit partem formalem ſubſtantialem conſtituti per ipſum: ſed benè variat rationem quidditatiuam. Vnde aduerte, quòd ratio quidditatiua reperitur in duplici differentia, videlicet ratio quidditatiua tantum, & ratio quidditatiua non tantum, ſed quidditatiua & formalis ſimul.

Solutio inſtantiæ.

Ratio quidditatiua reperitur ī duplici differentia.

Prima eſt illa, quæ prædicatur de aliquo inquid, & iſto modo ſecundum nos Scotiſtas tenentes vniuocationem entis, ens reſpectu eorum de quibus prędicatur erit ratio quidditatiua tantum, ſecundum autem Thomiſtas tenentes æquiuocationem entis, ratio quidditatiua tantum erit ſubſtantia, quia ad eam ſtabit vltima reſolutio.

Secunda autem, ſcilicet quidditatiua, & formalis ſimul, eſt ipſa diffinitio conſtituta ex genere & differētia, ſimiliter reperitur ratio formalis, & quidditatiua ſimul, quæ eſt ipſa diffinitio: & ratio formalis tantum.

Ad

Ad propoſitum modo dico, quòd Auctor per rationẽ formalem non intelligit totam diffinitionem, ſed partẽ formalem diffinitionis tantum quam modus intrinſecus non variat, ſed benè variat rationem quidditatiuam tantum: patet. Nam verbi gratia, eſſentia hominis, quæ eſt modus intrinſecus ſpecificus, quum ſit hominis perfectio, variat rationem quidditatiuam tantum, ideſt perficit entitatem hominis, propter quam entitatem differt ab alijs animalibus: quia alia eſt perfectio hominis, & alia leonis, ita quòd entitas perfectiori modo eſt in homine ratione naturæ humanæ, quam in leone ratione naturæ leonis: & quum dico, quòd variat rationem quidditatiuam tantum, hoc intelligo à poſteriori, quia quum modus intrinſecus tam ſpecificus, quàm indiuidualis ſit poſterior ipſa quidditate: ideo variat à poſteriori, non autem à priori, & quum inquit Auctor conſtituti per ipſum ſupple tu, vel diuiſi, quia non ſolum dicitur modus intrinſecus reſpectu conſtituti per ipſum, ſed etiam diuiſi, & quum dicit, quod de ſe nullam formalitatem importat, & quòd per ſe non eſt conceptibilis: contra ipſum arguitur ſic, illud quod diffinitur de ſe. dicit formalitatem, & eſt per ſe conceptibile: ſed modus intrinſecus diffinitur a Scoto: ergo &c.

Eſſentia hominis uariat rõnẽ quidditatiuam.

Dico, quòd modus intrinſecus poteſt accipi duobus modis, videlicet formalitet & fundamentaliter, verbi gratia, ſi dico eſſentia diuina eſt infinita. Infinitas per cõparationem ad eſſentiam diuinam eſt modus intrinſecus formaliter ſumptus, & eſſentiæ eſt modus intrinſecus fundamentaliter ſumptus. Si autem dico infinitas eſt modus intrinſecus, infinitas accipitur fundamentaliter, modus intrinſecus uerò formaliter. Modo ad propoſitum. Quum tu dicis modus intrinſecus diffinitur, ergo &c.

Modus intrinſec⁹ põt accipi duob. modis.

Dico, quòd verum eſt de modo intrinſeco formaliter ſumpto, non autem fundamentaliter, & de ſpecifico: non autem de indiuiduali, quia licet modus intrinſecus ſpecificus non dicat aliam realitatem à conſtituto, bene modus intrinſecus indiuidualis, verbi gratia, gradus albedinis trium graduum dicit aliam realitatem à gra-

Modus ĩtrinſecus quõ definiatur.

du duorum: & ſic de alijs, ob quam rem diffinitio eſt ſic intelligenda.

Modus intrinſecus ſpecificus formaliter ſumptus eſt ille, qui additus alteri non variat, id eſt perficit rationem, i. partem formalem ſubſtantialem rationis, ſiue diffinitionis: nec dicit aliam realitatem, nec rõnem formalem, nec alium conceptum à conſtituto, licet variet rationem quidditatiuam tantum. Et hoc a poſteriori, non autem à priori, quia quum modus intrinſecus tam indiuidualis, q̃ ſpecificus ſit poſterior quidditate: ideo non põt variare à priori, vt dictum eſt. Et aduerte, ꝙ talis diffinitio habet verificari in fundamentis. Et ſic patet, quomodo intelligenda eſt prædicta diffinitio.

An exiſtentia ſit de quidditate Dei.
Sco. 5. diſt. 1

Contra illud, ꝙ exiſtentia eſt de quidditate Dei. Data veritate, ſequeretur, quòd exiſtentia eſſet prior Deo, conſequens eſt falſum, ergo & antecedens, conſequentiam probo. Omne, quòd eſt de quidditate alicuius, eſt prius eo, ſed per te exiſtentia eſt de quidditate Dei, ergo eſt prior ipſo Deo, quòd eſt falſum & confirmatur. Abſtractum ſubſtantiale eſt prius ſuo concreto, ſed exiſtentia, eſt, quoddam abſtractum ſubſtantiale, & Deus eſt concretum, ergo exiſtentia erit prior ipſo Deo, quod eſt falſum. Iterum confirmatur. Illud de quo magis videtur ineſſe, & non ineſt, ergo nec de quo minus, ſed magis videtur, quòd infinitas ſit de eſſentia Dei, quia eſt intimior ipſa exiſtentia, & tamen non eſt, ergo nec exiſtétia, quæ eſt remotior.

Alph. in pro lo. q. 6.

Reſpondeo, ꝙ licet Alphonſus in prolo. q. 6. concluſione 4 teneat, quod infinitas ſit de eſſentia Dei. Tamen ſecundum Sco. non eſt verum, & cum Sco. eſt etiam Franc. de May. 2. diſt. 1. q. 8. vbi pro Sco. facit multa arguméta. Si autem Alphon. teneret, quòd eſſet de quidditate modaliter, bene poſſet ſuſtineri, aliter autem non. Modo reſpondeo ad rationes adductas.

Dico breuiter cum Scot reſpondendo ad ſecundam quæſtionem ſecundæ diſtinct. primi, quòd exiſtentia eſt de eſſentia Dei: & quum dicitur, ſequeretur, quod eſſet prior Deo.

Dico, ꝙ illa propoſitio: omne ꝙ eſt de eſſentia alicuius eſt

eſt prior illo habet veritatem in creaturis, in quibus reperitur prioritas & poſterioritas, quum autem prædicta non reperiantur in Deo,ſ. prioritas, & poſterioritas naturæ,ideo non ſequitur. Idem dico ad illud, ꝙ abſtractum in ſubſtantialibus eſt prius concreto. Ad aliud de Topicis nego ꝙ magis videatur de infinitate,quàm de exiſtētia,quia infinitas eſt modus intrinſecus, cuiuſmodi non eſt exiſtentia,& quum dicitur, ꝙ infinitas eſt intimior ipſa exiſtentia non eſt verum, & hoc reſpectu exiſtentiæ, ſi autem intelligatur reſpectu aliorum modorum. Concedo, ꝙ in genere modorum intrinſecorum Dei, infinitas eſt intimior, quia eſt primus modus intrinſecus ſecundū Sco. 5. quæſt. quoli. Tamen Sco. in 8. diſtin. 1. q. 3. videtur dicere oppoſitum, videlicet, quòd infinitas ſit intimior ipſa exiſtentia, & ſic potius tenendum eſſet,ꝙ exiſtentia ſit modus intrinſecus,quam aliter. Tene modo illud, ꝙ tibi magis placuerit.

Abſtractū quo dicatur pri⁹ cócreto.

Aduerte ulterius, ꝙ licet Vorlion in 1. diſt. 30. & aliqui alij teneant æternitatem eſſe modum intrinſecum. Tamen Sco. videtur tenere, ꝙ ſit de eſſentia Dei, quia inquit quum exiſtentia ſit in Deo ex natura rei, ita & æternitas. Dico, ꝙ ibi recitat opinio. Dionyſij de diu. no. c. 5. quam non tenet: ſed eam impugnat, & aſſertiuè dicit,ꝙ æternitas non eſt ibi ex natura rei. Et ꝙ eſt modus intrinſecus,quid autem ſit æternitas,declarat Sco. ibi dicens, quod eſt interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio. Aduerte vlterius, quum inquit Auctor hoc videtur tenere Sco. in quoli. falſum eſt,immo in 5. q. quoli. expreſſe dicit infinitatem eſſe modum intrinſecum reſpectu Dei, & per conſequens non de quidditate, bene eſt conſequens quidditatem, quia aliter ſequeretur, quòd Deus eſſet compoſitus ex duabus realitatibus: quia natura diuina dicit vnam. Infinitas autem importaret aliam, quod eſt falſum expreſſe, quum ſucceſſiue dicit, ꝙ maxima eſt differentia inter modum intrinſecum, & ipſam differentiam, ſupple tu, quia differentia importat aliam realitatem actualem ab eo, cuius eſt differentia. Modus autem nec actualem, nec aptitudinalem, & hoc intelligēdo de modis intrinſecis indiuidualibus.

Vorl. 30. di. primi.
Sco. 6. q. quo lib.

Aeternitas quid.
Sco. in 5. qō. quoli.

Diſcrimē ē inter modū intrinſecū, & differentiam.

Secunda

Secunda differentia eſt quia modus non eſt componibilis cum eo cuius eſt modus. Differentia autem ſic. Et hoc accipiendo differentiam propriè, ſcilicet vt eſt conſtitutiua, non autem diuiſiua tantum, quia eſſe aptum natum nauigare eſt differentia, non tamen propriè dicta de qua nō eſt in propoſito. Vlterius illud cuius eſt modus poteſt perfectè concipi ſine tali modo, non ſic eſt de eo: cuius eſt differentia.

Rurſus modus & illud cuius eſt modus diſtinguitur pęnes vnam realitatem tantum. Differentia autem & illud cuius eſt differentia pœnes duas: vlterius ſi modus & illud cuius eſt modus intuitiuè conciperetur nunquam eſſent duo obiecta formalia, non ſic eſt de differentia & de illo cuius eſt differentia: nam notitia intuita, quæ eſt immediate ab obiecto cauſata quæ nō datur pro ſtatu iſto: videlicet pęnes actum rectum. ſed bene pęnes actum reflexum, & eſt illa quam intellectus habet de ſemetipſo. Alia eſt abſtractiua quæ per ſpeciem cauſatur. Et hęc differunt ab inuicem ſpecie, immo etiam genere, & hoc pęnes diuerſa obiecta motiua, non autem pœnes obiectiua terminatiua, quia pœnes talia diſtinguuntur ſolum per intellectum, videlicet ratione tantum. Vltra prædicta, dico etiam, quòd modus & differentia adhuc differunt, quia modus non variat rationem formalem. Differentia autē ſic. Quum ergo inter differentiam & modum ſint octo partiales differentiæ, & multa modica faciant vnum ſatis, ſequitur veritas dicti auctoris, videlicet quòd inter differentiam & modū eſt maxima differentia, quia illę octo partiales aggregatę faciunt unam maximam differentiam, quum inquit auctor. Iſti autem conceptus dicūt modum intrinſecum contracti, ſupple tu, ſcilicet conſequuntur naturam entis ſecundum Sco. & Tho. in quol. q. 8. art. vnico. Poſtea quum inquit, quòd communitas entis communis Deo & creaturæ eſt realis: falſum eſt: immo talis non datur niſi per intellectum, & per cōſequens eſt communitas rationis. Non dico, quòd ſit ſecunda intentio, ſed rationis, ideſt cauſata ab actu recto ipſius intellectus conſiderantis ens in Deo & in creatura, non conſiderando infinitatem Dei, nec finitatem creaturæ. Quando

Notitia duplex.

Sc. 9. q. quol.

enim

enim intellectus intelligit ens cum infinitate:tunc eſt ꝓprium Deo.quando verò cum finitate eſt proprium creaturę.Quando autem ſine modis,tunc eſt commune Deo & creaturæ . poteſt etiam dici , quòd quando concipitur ſine modo inadęquate concipitur:quando verò cum modo adequate concipitur . Contra illud quòd communitas entis non eſt realis,ſed rationis, arguitur ſic . Omnis communitas rationis ſumitur ab aliqua cõmunitate reali , ſed nulla talis datur , ergo nec communitas rationis quod eſt contra determinatum .

Ad maiorem dico , quòd eſt verum apud diſtinctè ac perfectè concipientem . Non autem apud indiſtinctè ac imperfectè. Sed contra,ſicut ſe habet animal ad ſuas differentias ita ens ad ſuos modos intrinſecos: ſed animal ita ſe habet ad ſuas differentias, quòd eſt determinabile,contrahibile,potentiale:ergo & ens.Concedo totum: tunc vltra:ſed potentialitas animalis eſt realis,ergo & eius communitas,tranſeat:quum poſtea infertur, ergo cõmunitas entis erit realis & non rationis , negatur conſequentia : ex eo quoniam potentialitas & realitas animalis eſt ex parte rei. Communitas autem entis eſt ex parte intellectus ſolum,& per conſequens nulla. Et aduerte quòd Sco.quantum ad iſtam relinquit argumentum Hẽrici.Tu autem poteris reſpondere:vt dixi,& licet Sco.doceat nos reſpondere ad materiam argumenti.non tamẽ ad formam.videlicet de potentialitate. Contra communitatem rationis ipſius entis fiunt aliquę inſtantiæ probãdo,quòd talis communitas nõ ſit rationis ſed realis. Quarum vna eſt hæc , ens ſic commune Deo & creaturæ , eſt ſubiectum meta.ſed ſubiectum metaphyſic. eſt ens reale,ergo &c.

Scot.in 8. d. 1. relinquit argu.Henri. in ſolutum.

Reſpondendum eſt vt ſuprà: videlicet,quòd nõ eſt ens rationis, ideſt ſecunda intentio, quia non eſt per actum collatiuum,ſed rectum . Alia eſt hæc: Deus eſt ens:creatura eſt ens,ſic dicendo eſt ꝑdicatio quidditatiua:ſed ens rationis non prædicatur quidditatiuè de prędictis : ergo & cęte.

Soluitur, & hæc ſicut præcedens. Relinquitur ergo ꝙ eſt communitas rationis ad ſenſum datum. Et huius opi

Tart. in 1. ſua met in 1.notabili.

nionis eſt Tartaretus in primo ſuæ met.q.1.no.1. Ens autem vt eſt commune decem prædicamentis eius communitas eſt bene realis. Et quando dixi, quòd communitas entis Deo & creaturę eſt rationis, non nego ꝙ ſit realis, ſed volo inferre, quòd talis non eſt præter quãcunq; operationem intellectus, vt volunt aliqui Scotiſtæ Moderni, & male.

Contra nonnullos Scotiſtas.

Ad illam inſtantiã quam adducit excel. Mauri. in margine, videlicet quòd tãta erit ſimplicitas creaturæ in cõceptu entis, quanta Dei. Dico, quòd non eſt verum: quia ens reſpectu Dei nõ eſt potentiale, reſpectu autem creaturæ ſic: ſaltem ſe habet per modum potentiæ. Nota concipere adęquate eſt quando aliquid concipitur cum omni eo quod pertinet ad hoc, quòd perfectè concipiatur. Concipere verò inadęquate intellige econtrario: quum inquit & deficiente à perfectione rei ſupple tu, non quidem ſpecificè, ſed indiuidualiter: quia albedo ut albedo, eſt perfectiſſima. Nota vlterius, quòd modus intrinſecus reſpectu albedinis facit compoſitionem, quia ibi eſt per informationem, non ſic eſt reſpectu Dei, quia ibi eſt per identitatem. quum inquit Auctor habenti ſuppoſitionẽ perſonalem. Notanter hoc dicit, quia habenti ſuppoſitionem ſimplicem multa conueniunt ſuperiori, & inferioribus non vtputa homini ſupponenti ſimpliciter competit hæc intentio ſpecies, quæ non conuenit huic homini qa iſta eſt falſa ſor. eſt ſpecies.

An modus intrinſecus faciat compoſitionem.

Ad illam rationem quum inquit, & ſi dicas ſaltem &c. Poteſt reſponderi quòd potentiale dicitur quod eſt contrahibile per differentias, cuiuſmodi non eſt ens, quum poſtea dicit omnia iſta diſtinguuntur ſecluſo opere intellectus ſupple tu, quia omnia talia poſſunt eſſe fundamenta contradictionum & ſic patet quantum ad hoc quid ſit dicendum de identitate & diſtinctione ex natura rei.

Quid ſit potentiale.

Circa diſtinctionem formalem. Aduerte quum inqt in primo notando quòd formalitas dicitur à formali non eſt verum. Nam iſta ſe habent per ordinem, videlicet, formale, vt puta homo a formali abſtrahitur forma: a forma vero abſtrahitur formalitas, & ſic patet falſitas literæ uidelicet quòd formalitas non dicitur a formali,

Formalitas unde dicatur.

Tamen

Tamen hunc errorem non attribuo auctori, quia in fine huius arti. negat formalitatem dici a formali, ſed attribuo impreſſori uel impreſſioni, quòd autem litera non poſſit ſic ſtare, patet quia concretum non denominat abſtractum, ſed econuerſo. Forma partis nil aliud eſt niſi altera pars compoſiti ſecundum Ariſt. quæ eſt qualitas ſubſtantialis, cuius proprietas eſt perficere & dare eſſe illi cuius eſt. Forma vero totius nil aliud eſt niſi ipſum totũ ſecundum Sco. Et quum inquit quòd talis forma, & ipſũ totum ſint idem, verum dicit: ideo talis non informat aliquo modo. De forma etiam partis facit mentionem Ariſto. De forma verò totius in 2. phy. & 12. meta. & ſecundum Ariſt. Forma totius potius deberet dici materia q̃ forma. De forma immateriali, dico, ꝙ forma immaterialis eſt illa ſecundum Sco. contra S. Tho. quæ non habet materiam, vel quæ non immerſa materiæ, & hæc eſt in duplici differentia. Aliqua quæ nullo modo eſt in genere cuiuſmodi eſt ſolus Deus, quia eſt omnino ſegregatus a quacunque materia, ob quam rem dicitur prima intelligentia. Aliæ autem intelligentiæ dempta prima licet habeant realitatem, propter quod ponuntur in genere: tamen quia non habent materiam propriè dictam dicũtur formæ immateriales. De forma accidentali, dico ꝙ eſt duplex prout facit in propoſito: videlicet realis q̃ dat eſſe accidentaliter, vt albedo, alia intentionalis, ut ſunt omnes ſecundæ intentiones & verbum in oratione ſeu in propoſitione. Et etiam genus comparatum ad diffinitum ſecundum Scot. Immo omnes partes diffinitionis ſunt ſicut forma ſecundum Ariſto. 35. Quum inquit auctor in acceptione ſequenti pro quacunque ratione ſupple tu, ideſt pro quacunque realitate. Et licet forma accipiatur quinque modis vt declaratum eſt, tamen formalitas accipitur a forma, quinto modo accepta, & licet etiã formalitas poſſet accipi a forma primo modo ſumpta, nõ tamen accipitur. Ideo inquit auctor, ꝙ licet ab vtraque forma ſupple tu, videlicet primo & vltimo modo ſũpta, poſſet proportionaliter dici formalitas, tamen ab vltima ſumitur ut iam dixi. Quum ſucceſſiuè inquit auctor homo eſt formaliter animal. Aduerte ꝙ prædicta propoſitio

Ariſt. 5. meta. tex 19.
Sco. 2. diſt. 3 1. ph. tex. 65 & 69.
Sco. 2. q. quo.
Forma accidentalis duplex.
Sco. 16. q. uniuerſaliũ.
7. met. com. tex. 35.
Formalitas accipitur a forma.

Sco.in 5. di. 1. & 16.q. vniuerſaliū & 3. meta. q. vnica.

tio eſt vera, attamen hæc eſt falſa humanitas eſt formaliter animalitas ſecundum Scot. Ratio quia ſubiectum ſe habet vt totum, prædicatum verò vt pars. Ratio Sco. in 5. diſt. prima. quare eſt falſa eſt hæc, quia in prima propoſitione denotatur, quòd homo ſit quaſi quoddā ſuppoſitū animalis. Et quia ita eſt ex parte rei vera eſt propoſitio. In ſecunda verò propoſitione denotatur, ꝙ humanitas eſt quoddam ſingulare animalitatis, & quum hoc non ſit verum ex parte quia ſingulare eius ęſt hæc animalitas: non autem hæc humanitas. Ideo hæc propoſitio redditur falſa. Ratio autem Sco. quare eſt falſa eſt hæc, quia in prima propoſitione prædicatur concretum per modum totius. In ſecunda autem prædicatur abſtractum ꝑ modum partis.

Scotus in 16 q. vniuerſalium.

Et quia vt ſic non poteſt vere prædicari niſi de ſeipſa quia ſecundum Auic. Equinitas eſt tantum equinitas, id eſt tantum prædicatur de ſeipſa, quia vt ſic non concernit inferiora ſed bene in concreto, poteſt etiam dici, ꝙ prima eſt uera, quia denotatur animal eſſe immersū materiæ.

In ſecunda verò per notatur eſſe abſtractum ab omni eo quod poteſt eſſe intrinſecum & ſimiliter dicēdum eſt de ſimilibus.

Sco. 3. diſt. 3 q. 1.

Aliqua propoſitio vt ſit in primo mō dicendi per ſe.

Circa primum modum dicendi. Nota ad hoc, quòd aliqua propoſitio ſit in primo modo dicendi per ſe tres conditiones requiruntur ſecundum Scot. quarum prima eſt, quòd ſubiectum includat prædicatum directe, vt homo eſt animal, vel indirecte & redictiuè vt iſtæ, animal eſt homo, animal eſt rationale aīal rōnale eſt homo, & ſic de ſimilibus, vel ſi non includit pœnes vnam partē, ſaltem pęnes aliā. Quod dico ꝑꝑ iſtā propoſitionē Chriſtus eſt homo, quæ eſt in primo modo dicendi per ſe, qa licet ſubiectum vt ſignificat exiſtens in natura diuina nō includat prædicatum, nec per conſequens ſit propoſitio per ſe nec per accidens logice loquendo, ſed eſt prædicatio ſubſtantialis, tamen vt ſignificat exiſtens in natura humana ſubiectum includit prædicatum. Et vt ſic eſt in primo modo dicendi per ſe.

Et ſimiliter iſta eſt primi modi, album eſt coloratum

ſecun-

ſecundum Sco. Quia licet vt ſignificat ſubiectum non ſit in primo modo bene tamẽ vt ſignificat formam, quia vt ſic prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti. & hoc non eſt in conueniens etiam in via philoſophi, quia ſecundum Ariſto. 5. phyſi. in prin. & 6. eiuſdem tex. 44. non eſt inconueniens illud quod per accidens prædicatur de toto, quòd conueniat parti per ſe cuiuſmodi eſt in propoſito. *Scot. 13. q. quol. arti. 2.*

Secunda conditio, quòd ſubiectum ſupponat determinate. *5. phy. i pri.*

Tertia, quòd ſit neceſſaria vnio extremorum videlicet, quòd vniantur per ſe non autem inter ea ſit vnio ꝑ accidẽs, quemadmodum eſt inter extrema huius propoſitionis homo eſt albus ob quam rem eſt prædicatio per accidens. Et quando ſic eſt, non eſt per ſe, ſecundum Sco. Si modo eſſet prædicatio a formis ordinatis, licet talis ꝑpoſitio non eſſet primi modi per ſe, bene tamen eſſet, ſecundi modi ſecundum Doctorem in loco dicto ut iſta ſuperficiatus eſt coloratus. Quę eſt in ſecundo modo, & iſta ſuperficies alba eſt alba eſt primi modi pœnes primã con ditionem ſecundum Sco. Eſt enim primi modi ut ly per ſe determinat inhærentiam quæ eſt reſpectus fundatus in prædicato & terminatus ad ſubiectum ſecundum Sco. & eſt ſenſus ꝙ inhærentia qua pars accidentalis prædicati dicitur de parte accidentali ſubiecti eſt perſeica ideſt neceſſaria vnio vnius cum altero, Immo neceſſaria incluſio. Non autem eſt primi modo vt ly per ſe determinat inhærens, ideſt prædicatum quia tunc ſenſus eſſet, quòd prædicatum eſſet ens per ſe. Non dico per ſe, ideſt ſubſtãtia ſed per ſe, ideſt non per accidens quod eſt falſum. Idẽ dico de iſta homo albus eſt coloratus quæ ſecundũ Sco. non eſt omnino per accidens: ergo aliquo modo eſt per ſe perſeitate primi modi. Similiter iſta homo albus eſt animal, eſt in primo modo, & hoc ſi animal comparatur ad partem ſubiecti ſcilicet ad hominem. Si verò comparetur ad totum ſubiectum non erit per ſe ſed per accidens: quando ergo prædicatum eſt cauſa ſubiecti quantũ ad eſſe eſſentialiter, ſiue prædicatum ſit concretum ſiue abſtractum, exemplum primi homo eſt animal, exemplũ ſecundi humanitas eſt entitas. Talis propoſitio eſt in primo

Sco. 11. di. 4 q. 1.

Sco. 3. diſt. 2 q. 6.

Scot. 13. di. 1. per litera.

Sco. 7. diſt. 3 q. 1.

mo modo dicendi per ſe & ideo ly per ſe. in primo modo tantum valet ſicut eſſentialiter. Rurſus nota, quòd ſi propoſitio in qua prædicatur tota diffinitio habeat dici, quòd ſit primi modi, oportet quòd ſit diffinitio quid rei purè quidditatiua & data per intrinſeca. Si autem eſſet diffinitio quid.nominis vt iſta homo dicitur ab humo nō eſt in aliquo modo per ſe. Notanter etiam adiunxi purè quidditatiua. Quia iſta non eſt per ſe primi modi, vacuū eſt locus corpore priuatus, quia ſubiectum quum nihil ſit, non poteſt includere prædicatum, & tamen tota diffinitio vacui prædicatur de uacuo: ſimiliter dicendum eſt de diffinitione generis & alijs ſimilibus quæ non ſunt purè quidditatiuę ſed additamentales. Non immerito etiā ſubiunxi. Data per intrinſeca, quia iſta non eſt primi modi homo eſt animal riſibile quum ſit deſcriptiua, & non per intrinſeca data & hoc reſpectu riſibilis. Quū poſtea dicitur vel pars diffinitionis ſupple tu, in recto vel in obliquo, in concreto vel in abſtracto exemplum primi, homo eſt animal: homo eſt rationalis: triangulus eſt ex lineis vel linea eſt ex punctis: vel homo eſt ex corpore. In abſtracto modo ut iſta homo eſt ex animalitate. Sed contra hoc arguitur ſic termini diuerſorum prædicamentorum non prædicantur de ſe inuicem in recto nec in obliquo in primo modo dicendi per ſe: ſecundum Ariſtote. Sed triangulus eſt de prędicamento qualitatis, linea verò de prædicamento quantitatis. ergo prædictæ propoſitiones non ſunt primi modi.

Vnde dicatur homo.

Cōſidera & bene.

Dico, quòd dictum Ariſto. habet veritatem quando vnum poteſt eſſe, vel ſaltem poteſt concipi ſine alio cuiuſmodi non eſt in propoſito. Ideo nihil ad B. Nam triangulus non poteſt eſſe, nec poteſt concipi ſine lineis. Et idem dico de linea: ſunt enim principia ſine quibus. Et ſi pars diffinitionis non; prædicatur de diffinito, ſed aliquid incluſum in eis: nil minus erit primi modi ut iſta homo eſt ens, & ſic de conſimilibus. Et quum dicitur vel ſuperius de ſuo inferiori. Contra hoc arguo ſic. Dicendo binarius eſt numerus prædicatur ſuperius de inferiori, & tamen non eſt in primo modo, ergo &c.

Quomodo ſit uerum dictū Ariſto.

Numerus poteſt accipi duob. modis

Diſtinguo vel tu accipis numerum pro numero abſo-

luto

lito qui eſt ſpecies quantitatis diſcretę. quem ſic diffinit Ariſto. in prædicamentis. numerus eſt multitudo ex vnitatibus aggregata, vel tu intelligis de numero reſpectiuo, & ſic nego quòd prædicatur ſuperius de inferiori, qa talis non eſt ſuperior niſi per accidens, & vt ſic concedo, quòd talis propoſitio non eſt primi modi, ſi autem de abſoluto dico, quòd eſt in primo modo, quia talis eſt ſuperior ad binarium: de gradibus autem iſtius primi modi, dico, quòd aliud eſt loqui de iſtis gradibus penes ordinē naturæ, & aliud penes ordinem perfectionis. Si attendatur ordo naturæ, dico, quòd in primo gradu eſt illa in qua ſuperius prædicatur de inferiori. *In prædica. c. de quanti.*

In ſecundo quando pars materialis prædicatur de diffinito.

In tertio quando pars formalis.

In quarto quando tota diffinitio.

In quinto quando idem de ſeipſo.

Si verò inſpiciamus ordinem perfectionis, dico, quòd illa in qua idem prædicatur de ſeipſo eſt in primo gradu. Et ratio eſt hæc, quia prædicatum eſt idem formaliter ſubiecto identitate mutua, nec non identitate ex natura rei: diſtinctum tantùm ratione: & quum prædicta identitas non reperiatur inter prædicatum, & ſubiectum alicuius propoſitionis primi modi, à prædicta. Sequitur, quòd eſt in primo gradu, tamen potius dicendum, quòd non eſt in aliquo gradu, immo nec aliquo modo dicendi, quia Ariſt. ibi ſolum facit mentionem de ꝓpoſitionibus realibus cuiuſmodi non eſt illa in qua idem de ſeipſo prædicatur. *Vide pro hoc Vallonem.*

In ſecundo autem gradu eſt illa in qua prædicatꝰ pars formalis. Et quando auctor dicit, quòd in ſecundo gradu eſt illa in qua modus intrinſecus prædicatur de eo cuius eſt modus.

Dico, quòd hoc ſolum eſt verum ſecundum opinionē tenentium modum intrinſecum eſſe de quidditate conſtituti vt tenet Landulphus & multi alij, ſecundum autē Sco. non eſt verum. Poſſet etiam concedi, quòd aliqua propoſitio in qua prædicatur modus intrinſecus, quòd eſt in primo modo non quidem abſolute, ſed bene reſpe-

ctiuè, videlicet reſpectu modorum ſequentium. Cuiuſmodi ſunt paſſiones, vel quaſi paſſiones: reſpectu autem præcedentium ipſum modum intrinſecum, cuiuſmodi ſunt prædicata eſſentialia, non erit in primo modo. Et quum primus modus intrinſecus ſit infinitas, ſecundum Sco. Icciroo, Deus eſt infinitus erit ſimpliciter prima in genere modorum, & per conſequẽs reſpectiuè, vt declaratum eſt erit primi modi. Si autem comparetur prædicta propoſitio ad aliquam in qua aliquod eſſentiale prædicatur de Deo non erit in primo modo. Et poſito caſu, quòd eſſet in primo modo eſt in fine primi modi ſecundum aliquos, & in capite ſecundi. Si autem inferatur eſt in calce primi modi per te, ergo infinitas eſt de quidditate, negatur conſequentia, quia hoc ſolum habet veritatem de his quæ ſunt in alijs gradibus dempto vltimo. Si adhuc inferatur eſt in capite ſecundi modi per te, ergo infinitas dicit aliam formalitatem ab eo cuius eſt modus.

Scot. 5 q. quolib. & 8. diſt. 2.

An infinitas dicat aliam formalitatẽ

Dico, quòd hoc non eſt verum de his, quæ ponuntur in primo gradu ſecundi modi dicendi per ſe, quia talia non dicunt aliam formalitatem à ſuis ſubiectis, ſed bene verum eſt de his quæ ponuntur in alijs gradibus ſecundi modi. In tertio autem gradu erit illa propoſitio in qua pars materialis prædicatur de conſtituto.

Secũdus modus dicendi per ſe.

Circa ſecundum modum dico, quòd ad hoc quòd aliqua propoſitio ſit ſecundi modi ſecundum Sco. vbi ſupra, tres aliæ conditiones requiruntur.

Quarum prima, quòd ſubiectum cadat in diffinitione prædicati.

Secunda, quòd ſubiectum ſupponat determinatè.

Tertia, quòd prædicatum egrediatur ex principijs eſſentialibus ſubiecti, vt inquit Sco. Ob quam rem iſta ſecundum Sco. Homo ſuperficiatus eſt coloratus, eſt per ſe ſecundi modi. Ratio fundamentalis Sco. eſt illa, quã adduxi ſupra declarando tertiam conditionem pertinentẽ ad primum modum. Et iſta eſt ſecũdi modi album albedine eſt ſimile ſecundum Sco. Quia proprium eſt qualitati ſecundum eam ſimile, uel diſſimile dici: Et ita dico de alijs ſimilibus.

Sco. 32. q. vniuerſaliũ
Sco. 11. diſ. 4 q 1.
Sco. 5. diſt. 1. q. 2.

Et

Et aduerte, quòd gradus iſtius modi non rectè aſſignantur ab Auctore in tex. quia aſſignandi ſunt, primo penes ea quæ ſunt intimiora.

Ob quam rem quum modi intrinſeci ſint intimiores paſſionibus, ideo in primo gradu erunt iſtę, Deus eſt infinitus, Deus eſt exiſtens, & ſic de alijs in quibus modus intrinſecus prædicatur.

In ſecundo gradu animal eſt ſenſibile.

In tertio homo eſt riſibilis.

In quarto homo eſt diſciplinabilis, & ſic de alijs ſimilibus.

In quinto illa in qua relatio informat fundamentum, quia ibi ſuppoſitum dicitur relatum per ſe ſecundo modo, vt inquit Sco. & per conſequens iſta Sor. ſecundum albedinem eſt ſimilis Platoni erit ſecundi modi. Ratio fundamentalis eſt, quia proprium eſt qualitati ſecũdum eam ſimile, vel diſſimile dici, ſucceſſiuè eſt illa in ſexto gradu in qua paſſio prædicatur de ſubiecto, & hic accipitur per ſe, vt diſtinguitur contra aggregatum per accidens, & ſic patet quantum ad hoc. *Sco. 5. diſt. 1*

Circa tertium modum, qui potius appellandus eſt modus eſſendi, quàm dicendi. *Tertius modus dicendi per ſe.*

Dico, quòd ad hoc quòd aliqua propoſitio ſit per ſe, iſto modo requiruntur tres conditiones.

Quarum prima, quòd prædicatum non habet cauſam in ſubiecto intrinſecè.

Secunda, quòd ſubijciatur illud, quod ſecundum ſui naturam natum eſt ſubijci.

Tertia, ꝙ ſubiectum ſit ens per ſe, & ſingulare, & nullo modo ſit ens in alio nec commune, & ſic patet qualiter accipitur ly per ſe, hic videlicet, vt diſtinguitur contra ens in alio, & tantum valet hic per ſe, ſicut ſolitariè: & per conſequens iſta erit in iſto modo Sortes eſt. Ad Mauritiũ autem quærentem in margine nunquid. Secunda ſubſtãtia, i. propoſitio in qua prædicatur eſſe de ſecunda ſubſtantia, vt iſta homo eſt, ſit in tertio modo. Dicendum, ꝙ per accidens eſt in iſto modo, pro quanto ſecũda ſubſtantia exiſtit exiſtentia primæ ſubſtantiæ, & per conſequens per ſe in nullo modo eſt. *Reſpõſio ad Mauritiũ.*

CIrca quartum modum, qui potius appellādus eſt modus cauſandi, quàm dicendi.

Dico, quòd ad hoc, ꝙ aliqua propoſitio ſit in iſto modo quatuor conditiones requiruntur.

Prima quòd prædicatum ſit extra ſubiectum.

Secunda, quòd in ſubiecto explicitè exprimatur cauſa prædicati, quantum ad eſſe in tali propoſitione, vt inquit Comment.

Comē. ſuper 2. de anima comm. 67. Tertia, ꝙ in ſubiecto includatur proxima ratio inhærentiæ prædicati cum ſubiecto.

Quarta, ꝙ propter talem inhærentiam propoſitio nō ſit neceſſaria, ſed contingens: & ſic patet differentia, quę eſt inter primum modum & ſecundum, quia in ſecundo modo dicendi non exprimitur explicitè cauſa prædicati, vt dicendo homo eſt riſibilis non exprimitur animal rationale, quod eſt cauſa prædicati.

Inſuper in ſecundo modo ex proxima ratione inhærentiæ prædicati cum ſubiecto non ſequitur propoſitio contingens, ſed neceſſaria, hic autem ſequitur contingens, & per ſe.

In iſto quarto modo accipitur per ſe, vt tantum valet ſicut præciſe, quia ſubiectum eſt cauſa præciſa, totalis, & adæquata ipſius prædicati. quum inquit Auctor, ꝙ propoſitiones in quibus inferiora de ſuis ſuperioribus prædicantur non ſunt per ſe, arguitur ſic, benè ſequitur non ſunt per ſe: ergo per accidens: licet poſſet dici, quòd iſte modus arguendi eſt, contra communem modum loquendi, vt inquit Sco. Tamen aliter reſpondeo, & dico, quòd aliqua propoſitio dici per accidens: contingit quatuor modis, ſecundum Ariſtote. primo poſteriorum, & Scot.

Sco. 11. q. vniuerſaliū.

1. poſter. Primò modo, quando accidens prędicatur de ſubiecto vt iſta homo eſt albus.

Secundo modo econuerſo.

Tertio modo, quando accidens de accidente, ut albū eſt muſicum.

Quarto modo, quando inferius prædicatur de ſuperiori: & licet prædictæ propoſitiones, ſcilicet in quibus inferius prædicatur de ſuperiori ſint per accidens, tamen ſunt neceſſariæ, vt inquit Auctor in litera, ſed contra

tra bene ſequitur ſunt neceſſariȩ, ergo per ſe: probo conſequentiam. Nam Ariſtote. infert demonſtrationem eſſe ex propoſitionibus per ſe, quia ex propoſitionibus neceſſarijs. *i poſt cõt. lo.*

Dico, quòd Ariſto. non ſic infert: ſed econtrario, videlicet demonſtratio eſt ex propoſitionibus per ſe, ergo ex propoſitionibus neceſſarijs. Ex quo ſequitur contra Thomiſtas tenentes propoſitiones quarti modi ingredi demonſtrationem, quòd malè dicunt, quia non omne per ſe eſt neceſſarium: patet, quia propoſitiones quarti modi ſunt per ſe, & tamen ſunt contingentes. Sequitur etiam, quòd non omne neceſſarium eſt per ſe, quia iſtæ ſunt neceſſariæ. Animal eſt homo, & aliquod animal eſt homo, & ſic de alijs ſimilibus, & tamen non ſunt per ſe, ſed per accidens, vt declaratum eſt ſupra. Sunt enim neceſſariæ pro quanto non ſolum prædicatum non poteſt eſſe ſine ſubiecto, ſed etiam non poteſt concipi, & ſic patet quomodo prædictæ propoſitiones ſunt neceſſariæ, licet non ſint per ſe, ſed per accidens. *Quartus modus nõ ingreditur demõſtrationem.*

Aduerte quum Auctor inquirit in quo modo dicendi ſint iſtæ, homo albus eſt homo albus, homo albus eſt homo, dicò, quòd ſecundum Scot. inter propoſitiones per accidens, vna eſt magis per accidens, quàm alia, vt iſta ſecundum prædictum. homo albus eſt magis per accidens, quàm iſta homo eſt exiſtens, & iſta homo albus eſt exiſtens eſt magis per accidens, quàm prædictæ, quia vltra exiſtentiam addit aliud, videlicet albedinem, quæ albedo eſt verè, & propriè accidens. Exiſtentia autem non eſt propriè accidens, licet largè loquendo ſit accidens. Nota vlterius, ꝙ ratio in ſe falſa eſt, quæ importat contradictionem, ſecundum Ariſtot. 5. metaphy. tex. 34. c. de falſo. *Sco. 7. met. q. 7.* *5. meta. te. 34. c. de falſo.*

Circa ſecundam regulam in qua loquitur Auctor de conceptu entis per accidens.

Aduerte, quòd conceptus entis per accidens, & conceptus contingentis non videtur, ꝙ ſint idem, quia conceptus huius homo albus eſt magis compoſitus, quàm huius contingentis, homo ſedens.

Aduerte vlterius circa perſuaſionem primæ regulæ.

Dico, quòd conſequentia nihil valet, quia committit fallacia accidentis. Arguendo a dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. Et licet arguatur à parte in modo ad ſuum totum ſubijciendo ipſum totum: tamen conſequentia nulla: quia non obſeruatur una conditio requiſita inter alias ad rectè arguendum in propoſito quæ eſt hæc: quod nos arguatur. cum determinatione diſtrahente: Modo quum irrationale ſit talis determinatio, ſequitur, quòd conſequentia nulla.

Ideo meritò inquit Auctor: Sed omnia iſta ſunt falſa, ergo prima propoſitio ex qua ſequuntur aliæ, & quum inquit, tunc ex vero ſequeretur falſum, ſupple tu, quod eſt contra Ariſtote. Vbi inquit ex veris non ſequitur niſi verum, licet aliquando ex falſis ſequatur, vt ſi dico ſic: omne animal rationale eſt hinnibile, omnis equus eſt animal rationale, ergo omnis equus eſt hinnibilis. *2.prio.c.2.* Quum dicitur ſupra a Mauri.in margine, quòd tertia regula, quia ex contingenti, ſequitur neceſſarium: ſupple tu, patet dicendo omne currens eſt animal, omnis homo eſt currens, ergo omnis homo eſt animal, quum poſtea inquit auctor in probatione, ſecundæ, & tertiæ regulæ, quod ex neceſſario ſequeretur contingens, quod eſt falſum, vt probatum eſt in conſequentijs, adiunge tu ſupple factis exemplificando ſupra de veritate tertiæ regulæ. Quum ſucceſſiuè inquit, quòd omnes tales propoſitiones ſunt contingentes, & non per ſe hoc non eſt verum ad mentem Sco.quia ſecundum ipſum, Aliquæ ſunt propoſitiones contingentes, quæ tamen ſunt per ſe, vt ſunt omnes propoſitiones quarti modi, ut hæ ignis calore calefacit voluntas vult: interemptus interemptione interiit. Tamen auctor ſaluat ſe dicendo, quòd intelligit de perſeitate primi, vel ſecundi modi. Quum deinde dicit: ſicut refert dicere homo eſt rationalis, & animal eſt rationale, ſupple tu: quia licet ambæ ſint prædicationes denominatiuę à priori, & per ſe tamen in prima eſt prædicatio directa & quidditatiua: in ſecunda vero indirecta & non quidditatiua, & accipitur hic prædicatio denominatiua, vt coincidat cum prædicatione eſſentiali. Non autem vt diſtinguitur contra eſſentialem, quia *Sco.7.diſt.3 q.1.*

quando

quando ſic diſtinguitur,eſt propriè denominatiua, vt eſt prædicatio huius.Homo eſt albus.Et hæc eſt ratio,quare Auctor in vltimo gradu collocauit prædicationē propriè denominatiuam.

Et hoc ad denotandum, quòd non propriè accipit prędicationem denominatiuam: & per hoc patet reſponſio ad Mauritium, qui dicit in margine, quòd quartus gradus deberet eſſe primus. *Reſpõſio ad Mauritiũ.*

Quando etiam in margine quærit vtrum iſta Deus eſt homo ſit formalis denominatiua, dicitur quòd non: ſed eſt prædicatio ſubſtantialis ſecundum Sco. & per conſequens,nec per ſe, nec per accidens, quum ſucceſſiuè dicit,quod refert dicere: Deus eſt infinitus, & eſſentia eſt infinita,& ens, eſt infinitum, ſupple tu, quia duæ primæ ſunt identicę actualiter. *Scot.5. dt.3*

Tertia verò tantum permiſſiuè,& potentialiter. Nota, quòd in iſta eſſentia diuina eſt bonitas,vtrunque extremum eſt actualiter infinitum, quia infinitas identificat ſibi omnia realiter,quæ ſibi attribuuntur. In iſta autem eſſentia diuina eſt paternitas,tantum alterum extremorum eſt formaliter infinitum, videlicet eſſentia: paternitas autem non, quia nulla relatio in diuinis eſt formaliter infinita ſecundum Sco.

Et aduerte,quòd infinitas competit entitati non ratione permiſſionis, quia ſi ſic etiam cõpeteret animali, ſed conuenit entitati ratione tranſcendentiæ: quum poſtea loquitur de prædicatione concreti de concreto, & abſtracti de abſtracto, & dicit, quòd non poteſt prædicari abſtractum de concreto,ſupple tu, quia talis prædicatio eſſet falſa,vt patet de iſta,homo eſt humanitas: nec concretum de abſtracto,quia etiam iſta eſt falſa: humanitas eſt homo. *Sco. in 5.q°. quol.*

Ratio autem falſitatis primæ eſt, quia pars ſumpta per modum partis prædicatur de toto.

Ratio falſitatis ſecundæ, quia totum ſumptum per modum totius prædicatur de parte ſumpta per modum partis, vel melius poſſet dici, quòd ideo ſunt falſę: quia in eis includuntur duo modi ſignificandi oppoſiti, videlicet modus ſignificandi in concreto: Et modus ſigni-

ficandi in abſtracto, qui modi falſificant propoſitiones ſecundum Sco. in ſua Gramm. ſpeculatiua, & in 16. quæſtio. vniuerſalium, ſoluendo quartum argumentum principale.

Scot. in ſua grã. ſpec. & in 16. q. vniuerſalium.

Nota quomodo ea quæ dicuntur ab Auctore de concretis & abſtractis habeant veritatem, & dico, quòd valet conſequentia, arguendo iuxta regulam Scoti, quam ponit in 1. q. vniuerſalium, & 10. & 16. eiuſdem, necnon in 10. q. ante prædicamentorum, & in 13. q. quolibe. vbi ex diffinitione beati ab Augu. aſſignata. 13. de Trin. inquit Sco. per te Auguſt. Beatus eſt qui habet quicquid vult, & nihil mali vult: infert Sco. hãc conſequentiam, ergo beatitudo eſt habitio conſequens eſt falſum: ergo & antecedens, quod eſt tua diffinitio, conſequentia patet: quia quando arguitur a concretis ad abſtracta cuiuſmodi fit in propoſito ualet conſequentia.

Sc. ĩ vniuerſalib. & in ante. prædic. & 13. q. quolibe.

Dico, quòd regula Sco. eſt bona, & infallibilis, ſi obſeruantur limitationes pertinentes ad talem regulam quas tangam.

Dico, quòd valet à concretis non quidem ſubſtantialibus; quia in ipſis conſequentia nulla: patet dicendo homo eſt animal ergo humanitas eſt animalitas, cõſequens eſt falſum & conſequentia, ſed valet in accidentalibus finitis limitatis non diſparatis, adiectiuè tentis eſſentialiter ſubordinatis, & quòd in ipſis concretis ſit prædicatio eiuſdem prædicamenti, & per ſe, ideſt, quòd antecedens ſit propoſitio primi modi. Et quòd arguatur affirmatiuè ad abſtracta non vltimata: omnibus prædictis ſeruatis regula eſt optima. Notanter dixi finitis, quia in diuinis non valet: patet dicendo Deus eſt bonus, ergo deitas eſt bonitas, quia ſunt identicè verę Dixi limitatis, quia in tranſcendentibus nihil valet propter eorum nimiam cõmunitatem, patet dicẽdo ens eſt bonum, ergo entitas eſt bona: dixi non deſparatis, quia in talibus non valet, patet dicẽdo homo eſt equus, ergo humanitas eſt equinitas, dixi adiectiuè tentis, quia vti ſic ſolam qualitatẽ ſignificat, vt inquit Io. de magiſtris, & Io. de monte ſuper ſuppoſitiones. c. de copulationibus. Et iſto modo accepit Ariſto. in prædicamentis. c. de ſubſtantia, quando dixit albũ ſolam quali-

Io. de ma. ſuper pradi. c. de ſubſtãtia

qualitatem ſignificat, quia ſubſtantiuè ſumpta: videlicet ipſa concreta ſignificant duo, videlicet formam de principali ſignificato. De connotato autem ſubiectū ſecundum Sco. Dixi eſſentialiter ſubordinatis, quia ſi non ſic ſunt non valet, patet dicēdo album eſt dulce, ergo albedo eſt dulcedo, & tamen valet album eſt coloratum, ergo albedo eſt color, quia ſunt eſſentialiter ſubordināta: dixi ꝙ in ipſis concretis ſit prædicatio eiuſdem prædicamenti, quia ſi ſit diuerſorum prædicamentorum non valet, patet ſic dicendo. Pater eſt albus: ergo paternitas eſt alba. Et tamen valet, grammaticus eſt ſciens, ergo grammatica eſt ſcientia. Dixi, ꝙ eſſet propoſitio primi modi, & ꝙ affirmatiuè arguatur, quia negatiuè arguendo antecedens non eſſet propoſitio primi modi. Quid autem ſit concretum. Dico, quòd eſt illud quod ſignificat formam accidentalem de principali ſignificato: de connotato autem cōcernit ſubiectum in quo eſt talis forma, ut inquit Sco. Quid autem ſit vltima abſtractio & non vltima: vide inferius, vbi declaratur illa regula Sco. quando ſubiectum eſt vltima abſtractione abſtractum. Et quia aliquis poſſet dicere contra declarationem de concreto, arguo ſic: Muſicum eſt concretum accidentale, & tamen non habet duplex ſignificare, vt inquit Sco. ſoluendo ſecundum argumentum principale, ergo falſum eſt, quod dixiſti. *Sco. 12. di. 4 q. 1.* *Sco. 12. di. 4 q. 1.* *Sco. 15. q. vniuerſaliū.*

Dico, quòd concretum accidentale poteſt capi tribus modis: Vno modo fundamentaliter, ideſt pro ſubiecto tantum, & ſic tantum ſignificat ſubſtantiam. Secundo modo formaliter, ideſt tantum pro forma accidentali, & ſic ſolum accidens ſignificat. Tertio modo pro aggregato, & ſic ſignificat duo. Vnum de principali ſignificato: & aliud de connotato. Et de iſto intellexi in diffinitione ſuperius aſſignata. Quare autem conceditur iſta eſſentia eſt generatio, & tamen non iſta eſſentia generat? Similiter iſta conceditur eſſentia eſt ſpiratio, & tamen non iſta eſſentia diuina ſpirat. Ratio Scot. 5. diſt. primi. & Franc. eadem diſt. q. 1. Ex eo quoniam quo & quod ex oppoſito diſtinguuntur, & per conſequens illud quod eſt quo, non poteſt eſſe quod. Quum ergo ſenſus iſtarum propoſitionum, eſſentia generat vel ſpirat, ſit quòd eſſentia eſt *Sco. 5. diſt. 1 Et Fran. eadem diſt.*

quod:

quod:redduntur falſæ:immo hæreticæ,quia eſſentia non poteſt ſupponere pro patre neque pro filio. Quum autẽ ſenſus iſtarum,eſſentia eſt generatio: eſsẽtia eſt ſpiratio, ſupple actiua, ſit quòd eſſentia eſt quo & ita eſt:ideo redduntur verę.At dices contra illud quod dixiſti iuxta mẽtem Sco. videlicet quod impoſſibile eſt,quòd aliquid ſit quo & quod. Et arguo ſic anima intellectiua vnica & tamen eſt quo,& quod ergo &c.

Probatur antecedens:nam vt eſt corpori vnita eſt quo homo intelligit.Separata verò eſt quod reſpectu intellectionis:ergo idem poteſt eſſe quo & quod ſine repugnantia quod eſt contra Sco ergo &c. A ſimili de eſſentia diuina. Nego ſimilitudinem quia anima ideo eſt quod quã eſt ſeparata à corpore: quum autem eſſentia non poſſit ſeparari à Deo,ſequitur,quòd ita eſt quo: ꝙ nullo modo poteſt dici quod:contra illud quod dictum eſt ſuprà, videlicet, quòd eſſentia diuina non poteſt ſupponere pro patre neque pro filio. Sco. Concedit iſtam eſſentia diuina eſt pater eo,quòd eſſent a ſignificat perſonam, cuius eſt paternitas. Modo arguo ſic eſſentia diuina pro eo ſupponit quod ſignificat, ſed ſignificat patrem per Scot. ergo. ſupponit pro patre quod eſt contra dictum ſupra. Ad hoc dico,quòd pater ſecundum Sco.poteſt ſumi duobus modis, videlicet ſubſtantiuè, & adiectiuè:primo modo concedit Sco. prepoſitionem prædictam eſſe veram: videlicet iſtam eſſentia diuina eſt pater, ideſt eſſentia eſt quo pater eſt, & vt ſic ſignificat primam perſonam abſolutè, ideſt ſine dependentia ad filium, & ſic identicè ſupponit pro patre.Formaliter autem non.

Q̃uo aĩa ſit quo,et quod.

Sco. 5. diſt. 1. q. 1.

Sco. 5. di. 1.

Pater põt ſumi duob. modis.

Secundo modo accipiendo patrem pater ſignificat potentiam generatiuam inexiſtentem ipſi patri pro qua eſſentia non ſupponit:ideo nihil contra dictum Sco. Et aduerte,quòd per patrem adiectiuè ſumptum intelligo patrem pro formali,& non dicitur adiectiuum eo, quòd declinetur per tres voces,ſed quia vt ſic ſignificat paternitatem adiacentem ipſi patri: & per patrem ſubſtantiuè intelligo patrem pro ſubſtracto quemadmodum in creaturis aliquis homo dicitur pater; & ſic patet quomodo habeat intelligi regula Sco.

Quid ſit pater adiectiuè,& ſubſtãtiuè ſũptus.

Circa

CIrca regulam Scot. dico, quòd per vltimam abſtractionem Sco. non intelligit illam quæ fit in ſecundis intentionibus quæ eſt vltima ſimpliciter vt bene declaratur à Fran. de May. Sed intelligit vltimam quæ fit ſtando in fundamentis, pro cuius notitia, dico iuxta Sco. opi. quòd in concretis ſubſtantialibus fis tantùm vna, ſcilicet à ſuppoſito vt puta ab iſto & ab illo homine abſtrahitur humanitas quæ eſt vltima in fundamentis. Sed vlterius procedendo videlicet in ſecundis intentionibus ingrediendo vltima erit iſta quidditas humanitatis. In accidentibus verò ſupple abſolutis fiunt duæ videlicet a ſubiecto & a ſuppoſito, a primo ut ab hoc albo abſtrahitur albedo, quæ eſt vltima ſtando in fundamentis, ſecunda autem, ſcilicet à ſuppoſito vtputa ab hac albedine abſtrahitur quidditas albedinis. In accidentibus autem reſpectiuis fiunt tres, prima à fundamento vtputa ab iſto homine qui eſt pater abſtrahitur potentia generandi quæ eſt fundamentum generationis, ſecunda à ſubiecto vt à potentia generandi abſtrahitur pater, tertia à ſuppoſito ut ab iſto patre abſtrahitur paternitas quæ eſt ultima in fundamentis. In ſecundis autem intentionibus a paternitate abſtrahitur quidditas paternitatis. Et quia aliquis poſſet dicere, ſecundum iſtum modum declaratum dicã quòd etiam in ſubſtantialibus fiunt tres abſtractiones. Quia ab iſto homine, & ab illo abſtrahitur homo in ſe ab homine humanitas, ab humanitate quidditas humanitatis. Dico, quòd licet ſint tres ſecundum numerum tamẽ primæ duæ ſunt vna ſecundum genus. Quum enim omnes ſint à ſuppoſito tã in fundamentis quam in ſecundis intentionibus. Ideo reputantur ut una. Tria enim ſunt genera abſtractionum videlicet a fundamento, à ſubiecto, & à ſuppoſito & ſic patet. De qua abſtractione vltima ta intelligat ſubiectum regulæ. Aduerte vlterius, quòd Sco. non intelligit de ſubiecto ſubſtantiali id eſt regula non habet veritatem ſtando in prædicamento ſubſtantiæ patet quia ſubiectum iſtius deitas eſt pater eſt vltimate abſtractum. Et tamen propoſitio non eſt primi modi: ſimiliter iſta humanitas eſt animalitas nõ eſt primi modi immo falſa, ut declaratum fuit ſuprà adducendo rationem funda-

Sco. 5. diſ. 1. q. 1.

Nota, bene ponderãdæ.

Quõ ſit tres abſtractiones, & duæ.

Tria ſunt genera abſtractionum.

fundamentalem falſitatis eius. Nec etiam habet veritatem vbi ſubiectum aliquid addit vltra prædicatum, ideo iſta eſt falſa humanitas eſt animalitas & rationalitas, qa humanitas vltra animalitatem & rationalitatem addit tertiam entitatem, & quia aliquis poſſet dicere contra Auerois dicit iſtam eſſe veram, ſortes nil aliud eſt niſi animalitas & rationalitas. ergo &c.

Co. ſuper. 7. met. cō. 20.

Dico, quòd verum eſt integratiuę & conſtitutiuè nō autem formaliter. Immo ſic formaliter ſumptus importat tertium conſtitutum ex partibus. Et ita dico de alia ſupradicta propoſitione. & hæc dicta quantum ad declarationem ſubiecti prædictæ regulæ.

Circa declarationem prædicati. Dico, quòd Scot. quādo dicit & prædicatum non eſt aptum natum prædicari niſi formaliter, non vult dicere formaliter, ideſt in recto vt exponunt aliqui. ſed per formaliter intelligit denominatiuè, ideſt per modum denominantis ſiue adiacētis, ſeu quaſi accidentis in formantis, & hoc dupliciter videlicet eſſentialiter vel accidentaliter & in concreto. Notanter dicit formaliter quia per iſtam particulam ſoluitur iſta inſtantia deitas eſt pater, in qua ſubiectum eſt vltimate abſtratum, & prædicatum nō eſt aptum natum prædicari niſi formaliter. Tamen propoſitio non eſt primi modi vt etiam dictum eſt ſupra.

Error aliquorum.

Nota & bene.

Dico, quòd prædicatum prædicatur identicè & nō formaliter. Ideo non eſt in primo modo. Notanter etiam adiunxi & in concreto. Quia per illam particulam ſoluuntur iſtæ inſtantiæ, eſſentia eſt bonitas eſſentia eſt iuſtitia, & ſic de alijs ſimilibus. In quibus prædicata nō ſunt apta nata prædicari niſi formaliter, & tamen propoſitiones nō ſunt primi modi, quia prædicata ſunt abſtracta: & quia aliquis poſſet dicere, quomodo hoc erit poſſibile in diuinis, uidelicet, quòd ibi ſit prædicatio per modum ad iacentis. Quum ibi non ſit aliquod accidens quod poſſit informare.

Deitas ē pater, non eſt primi modi.

Dico, quòd habet veritatem pro quanto talia vt puta bonitas iuſtitia clemontia & ſic de alijs ſimilibus quantū eſt ex parte ipſorum ſunt apta nata informare quamuis actualiter non informent. Non habent etiam ueritatem

ubi prædicatum eſt terminus priuatiuus, patet iſta non eſt in primo modo, paternitas eſt cęcitas, nec habet veritatem in terminis ſecundarum intentionum, patet quia iſta non eſt primi modi formalitas generis eſt formalitas ſpeciei. vel quidditas humanitatis eſt quidditas animalitatis. Nec habet ueritatem in reſpectibus fundamentaliter ſumptis, patet quia iſta non eſt in primo modo veritas eſt bonitas. Veritas enim dicit reſpectum ad intellectum, & bonitas ad appetitum rationalem. Similiter iſtę, eſſentia diuina eſt bona, eſſentia diuina eſt uera, nō ſunt primi modi, quia quum tales reſpectus non ſint formales, nec actuales, non poſſunt denominatiuè prædicari, quum non ſint diſtincti formaliter à ſuis ſubiectis, nec ēt habet ueritatem in terminis actum intellectum concernentibus vel uoluntatis: ob quam rem iſta non erit primi modi eſſentia diuina eſt intellecta vel amata, quia denominatiuè non poſſunt prædicari. Regula Scoti ſic intellecta ac limitata eſt ſolennis pulcherrima, & quaſi infallibilis. Quum inquit auctor probando prædictam regulam, & ratio eſt, quia ſubiectum & prædicatum dicunt modos ſignificandi oppoſitos, ſibi inuicem incompoſſibiles. Nota, ꝙ aliquę propoſitiones ſunt quæ non ſolū ſunt verè ratione modi ſignificandi. Sed etiam ratione eſſentiæ ſignificatæ, ut iſtæ homo eſt animal homo eſt rationalis. Aliquæ uerò ratione modi ſignificandi tantùm, vt homo eſt albus vel eſt niger. Aliquæ uero ratione eſſentiæ ſignificatę tantùm, vt ſunt propoſitiones in abſtracto. Modo ad propoſitum regulę vult dicere auctor quū ſubiectum ſignificet in abſtracto, & prædicatum in cōcreto. Tales propoſitiones non poſſunt eſſe verę ratione modi ſignificandi. Ergo erunt verę ratione eſſentiæ ſignificatę tantùm. Et ſi ſic tales propoſitiones erunt in primo modo. Aduerte tamē ꝙ iſta regula non ualet in diuinis: nec etiam in tranſcendentibus propter nimiam communitatem ipſorum tranſcendentium. Et licet in diuinis quando ſubiectum eſt ultimate abſtractum, & prædicatum nō eſt aptum natum prędicari niſi formaliter propoſitiones ſint verę identice, tamen tales non ſunt primi modi. Et idem dico de propoſitionibus tranſcendētium, & auctor non

Eſſentia diuina eſt bona nō eſt primi modi.

Eſſentia diuina ē amata non ē primi modi.

Quō iſta regula non valeat in diuinis.

non intelligit hic de prædicatione identica impropria, ſed de propria, quæ fit non ſolum in diuinis ſed etiam in tranſcendentibus. In diuinis quando abſtractum prædicatur, de abſtracto, & ambo extrema actualiter ſunt infinita vt in iſta, eſſentia diuina eſt bonitas vel quando alterum extremorum eſt actualiter infinitum ut in iſta eſſentia diuina eſt paternitas. In tranſcendentibus vero fit quando vtrumque extremum eſt tranſcendens, & ambo extrema ſint permiſſiuè infinita ut dicendo entis eſt ueritas vel quando ſaltem alterum extremorum eſt permiſſiuè infinitũ, vt in iſta humanitas eſt entitas. Et in iſto modo accipiendo propoſitionem identicam non ſolum diſtinguitur contra prędicationem denominatiuam formalem. verum etiam quidditatiuam.

Prima videlicet denominatiua formalis eſt illa in q̃ prædicatur forma accidentalis de ſubiecto ut in iſta homo eſt albus.

Secunda uero eſt illa in qua forma ſubſtantialis prædicatur de formato vt in iſta homo eſt rationalis. Nota quum inquit Auic. Equinitas eſt tantum equinitas, nec una nec plures nec vniuerſalis, neque particularis &c.

Exponitur dictum Auicenna.

Nil aliud vult dicere niſi, quòd vnitas nec pluralitas, vniuerſalitas, neque particularitas: cum ſint termini ſecũdarum intentionum non ſunt de quidditate ipſius equinitatis, & licet ly tantum ſecundum Sco. excludat prædita intentionalia in propoſitione Auic. cum ſint extrinſeca reſpectu equinitatis non tamen intrinſeca vt puta entitas rata, & per conſequens iſta eſt vera equinitas eſt entitas rata, & eſt propoſitio per ſe primi modi. Quum inquit auctor, quòd nomina ſubſtantiua in diuinis dupliciter poſſunt prædicari videlicet quandoq; formaliter, ſuple proprie, & in primo modo dicendi per ſe ut deitas eſt deitas, quandoque per identitatem ut deitas eſt ſapientia. Quum poſtea dicit, quòd adiectiua eo, quòd adiectiua ſunt denominatiue prædicantur. Iſta ratio non videtur eſſe ſufficiens quia ſecundum Sco. pater in diuinis adiectiuè tentus prædicatur identice non autem denominatiue. In ſuper ſi adiectiua prædicantur denominatiuè, eo, quia adiectiua ſunt, hoc eſſet meritò formæ ſignificatæ.

Sco. 3. di. 1. q. 5.

Sco. 5. di. 1.

tæ.

tæ. Modo quum verius formæ accidentales ſignificetur per ſubſtantiua, quam per adiectiua potius ſubſtantiua deberent formaliter prædicari quam adiectiua, ꝙ autẽ uerum ſit, quòd ueriori modo ſignificentur per nomina ſubſtantiua quàm per adiectiua patet. Nam natura albedinis ueriori modo importatur per iſtud nomen albedo, quam per iſtud nomen album. Ideo dico, ꝙ adiectiua formaliter ſolùm prædicantur non eo, quia adiectiua ſunt. Sed quia non ſunt apta nata aliter prædicari niſi denominatiuè. Quum ſucceſſiue inquit, & omnia verba. Si intelligit de uerbis ſubſtantiuis habet ueritatem in creaturis. Quia iſta eſt prædicatio denominatiua homo eſt. In diuinis autem nõ eſt ſic, quia iſta eſt per ſe ſecundum Sco. Deus eſt. Tamen dictum eſt ſupra ſuper præſentem articulum quid tenendum. Si autem intelligit de verbis adiectiuis non videtur uerum, quia tunc iſta eſſet falſa eſſentia diuina mouet intellectum, vt inquit Mauri. in margine: quum inquit auctor quaſi penes ſecundum modum dicendi per ſe. ſupple tu, quia prędicantur per modum qualitatis qualificantis accidentaliter.

Prædicatio denominatiua quod ſit i creaturis.

Sicut enim dicendo homo eſt riſibilis: ly riſibile qualificat accidentaliter.

Ita etiam dicendo homo eſt albus, homo generat. Bene verum eſt, quòd non eodem modo, quia riſibile qualificat neceſſario, prædicta autem prædicata qualificant cõtingenter. Ideo Auctor rectè loquutus eſt dicendo quaſi penes ſecundum modum dicendi per ſe. Quum poſtea dicit quaſi inhærentis ſupple tu, & hoc tamen in diuinis ſecundum Sco. In creaturis autem abſolutè per modum inhærentis quia reſpectu earum ſunt formæ accidentales cuiuſmodi non eſt in diuinis, & ſic patet quomodo regula Sco. eſt intelligenda. Quum loquitur de ſyllogiſmo expoſitorio dico, ꝙ ſyllogiſmus expoſitorius ẽ cuius medium eſt terminus diſcretus ſeu ſingularis, & vniuocè tẽtus, & eſt duplex uidelicet affirmatiuus & negatiuus, primus cuius quælibet pars eſt affirmatiua, ſecundus cuius una negatiua, & concluſio: ad bonitatem quorum requiruntur tres conditiones. Quarum prima, quòd medium ſit terminus ſingularis ob quam rem iſtæ non eſt bonus,

Sco. 8. diſ. 1. q. 3.

Regula Scoti quõ ſit intelligenda.

Medicus terminus duplex eſt.

iſtæ

iſtæ homo vel aſinus eſt aſinus, iſtæ homo uel aſinus eſt homo. Ergo homo eſt aſinus, quia iſtæ terminus aſinus poteſt eſſe medium & non eſt terminus ſingularis.

Secunda, quòd medium in altera præmiſſarum ſit totale extremum, propter quod iſtæ non eſt bonus, iſtius hominis oculus eſt dexter, iſtius hominis oculus eſt ſiniſter: ergo dextrum eſt ſiniſtrum.

Tertia, quòd ex præmiſſa affirmatiua in qua ponitur terminus ſingularis ſequatur vna de omni, & ex præmiſſa negatiua ſequatur vna de nullo defectu cuius iſtæ non eſt bonus iſta eſſentia diuina eſt pater: iſta eſſentia diuina eſt alius, ergo filius eſt pater. Et quia inquit auctor ſi fiant ſyllogiſmi expoſitorij, vult dicere, quòd ſi aliqui arguerent contra Scoti regulam per ſyllogiſmum expoſitorium dicendo ſic. Hic pater generat. Hæc eſſentia eſt pater. Ergo eſſentia generat: ſubiectum eſt ultimate abſtractum & prædicatum non eſt aptum natum prædicari niſi formaliter, & tamen concluſio eſt falſa, ergo & Sco. regula. Dicitur, ꝙ non ualet quia deficit, tertia conditio. Quum enim ſyllogiſmus ſecundum Ariſt. primo priorū debeat regulari per dici de omni, vel per dici de nullo, ſic quòd præmiſſe reducantur ad uniuerſalem affirmatiuam uel negatiuam. Modo ſi præmiſſe prędicti ſyllogiſmi reducantur minor erit falſa, videlicet iſta omne qđ eſt hæc eſſentia generat. Iſtam & aliam reſponſionem aſſignat Mauritius in margine. Nota quòd regulari per dici de omni ſolum conuenit ſyllogiſmis affirmatiuis, & regulari per dici de nullo negatiuis. Quid autem regulari per dici de omni ſit.

1. priorū ca. 26.

Quid ſit regulari per dici de oī, & de nullo.

Dico, quòd in tali ſyllogiſmo ſit vna propoſitio vniuerſalis affirmatiua ſub qua liceat deſcendere tam ſub ſubiecto quam ſub de prædicato. Regulari uerò per dici de nullo eſt, quòd in tali ſyllogiſmo ſit una propoſitio uniuerſalis negatiua, ſub qua liceat deſcendere ut dictum eſt, ſcilicet tam ſub ſubiecto quam ſub prædicato, licet non eodem modo. Quia ſub ſubiecto vniuerſalis affirmatiuè licet deſcendere copulatiuè, ſed prædicato autem ſi prædicatum eſt contingens deſcenditur diſiunctiuè. Et hoc dummodo non ſibi addatur aliquid ſignum vel negatio

tio uel relatiuum, uel dictio modalis uel conditionalis, vel reduplicatiua, vel aliquod iſtorũ verborum promitto, debeo, obligor, incipit, deſinit. Quia vnumquodque prædictorum impedit deſcenſum, ſub ſubiecto autem ac prædicato vniuerſalis negatiue licet fieri deſcenſus copulatiuus. Et hoc deducto quocunque impedimento habente vim impediendi deſcenſum.

Ad declarationem literæ reuertendo dico, quòd auctor notanter dicit, filium eſſe de ſubſtantia patris, non ãt ex ſubſtantia, quia ly ex tantum importat habitudinem ad cauſam efficiẽtẽ. Ideo dicimus creaturã eſſe ex Deo, non autem de Deo, quia ly de, denotat duo uidelicet originem & conſubſtantialitatem: ob quam rem dicendo filium eſſe de ſubſtantia patris ly de importat conſubſtã tialitatem, quæ non eſt niſi identitas numeralis eſſentiæ, quę in pluribus ſuppoſitis non reperitur in creatis, ſed bene in diuinis, & ly patris importat originationem, ex quo ſequitur, quòd duæ conditiones requiruntur ad hoc q aliqua ſit prædicatio eſſentialis. Quarum prima, quòd denotetur conſubſtantialitas. Secunda, quòd denotetur originatio. Notanter etiam vocant hanc prædicationem eſſentialem tantum, quia ſupra dixit, quòd prædicatio erat quadruplex: tamen non dixit tantum in aliqua alia, ſed ſolum in vltima: & licet ab Henrico, & Ocham iſtæ propoſitiones filius eſt eſſentia vel filius eſt eſſentiæ concedantur, tamen ſecundum Sco. non debent concedi, qa in prædictis propoſitionibus ſola conſubſtantialitas denotatur. Et quia ſecunda conditio deficit, ideo non concedendæ. Ad Maurit. autem in margine dicentem, quòd à diuiſis ad coniuncta raro argumentum valet. quid dicendum. Dico, quòd verum eſt quotiens non obſeruantur tres conditiones aſſignatæ ab Ariſto. Quarum prima, q vnum prædicatum accidentale non ſit in ſubiecto per alterum ſed per ſe, ideſt merito ſui & non merito alterius, defectu primæ partis non valet iſte eſt albus & eſt monachus, ergo non valet, & tamen valet, iſte eſt homo & eſt albus, ergo homo albus, quia albedo merito ſui eſt in homine. Secunda, quòd talia prædicata nõ prædicentur per accidens de tertio, nec etiam inter ſe, exemplum primi

Declaratio literæ.

De, duo notat.

Duæ conditiones requirũtur vt aliqua ſit prædicatio eſſẽtialis.

Sco. 5. diſt. 1 q. 2.

Ariſt. 2. per Hier.

ſortes eſt cytharedus & bonus: ergo eſt cytharedus bonus non valet, quia ambo prædicata ꝑdicantur per accidens de tertio, ſcilicet de ſor. Si autem inferatur, ergo cytharedus eſt bonus dépto ſor. non etiā valet, quia ambo prædicata prædicantur de ſeinuicem per accidens eo ꝙ vnum non ſe habet vt determinatiuum & aliud vt determinans: & tamen valet Franci. eſt animal & Franc. eſt bipes, ergo Fran. eſt animal bipes, quia non ſic prędicantur. Tertia conditio, quòd vnum prædicatorum non includatur in alio, ſiue vna pars prædicati in alia defectu cuius nō valet pla. eſt homo, & pla. eſt bipes: ergo pla. eſt homo bipes, quia bipes includitur in homine ſicut differentia in ſua ſpecie, ſimiliter non valet Petrus eſt homo Petrus eſt animal, ergo Petrus eſt homo animal, quia animal includitur in homine, & hæc dixi iuxta mentem Ariſto. Secundum autem Sco. valet arguendo à diuiſis ad cōiuncta quando prædicata comparantur adinuicem: ſi autem comparentur ad copulam conſequentia non valet vt patet in exemplo de homine & animali. Et aduerte, ꝙ hic diuiſa accipiuntur poſitiuè, ideſt inter quæ aliqd mediat, non autem negatiuè. Coniuncta verò econuerſo, ſcilicet inter quę nihil mediat. Sed quomodo valeat à coniunctis ad diuiſa reſtat dicere. Et dico, quòd tribus conditionibus ſeruatis: quarum prima, ꝙ non ſit repugnantia in adiecto, ſcilicet, ꝙ determinatio nō ſit priuatiua illius ſignificati cui adiungitur vt ſunt iſtæ determinationes, mortuus: pictus: opinatus: ob quam rem non valet Mauritius eſt homo mortuus, ergo eſt homo, & mortuus.

Sco. 1. per Hier. 49.

Quō ualeat arguendo à coniunctis ad diuiſa.

Secunda, quòd determinatio non ſit ampliatiua propter quod non valet Antichriſtus eſt homo generandus: ergo Antichriſtus eſt homo, & generandus.

Tertia, quòd non æquiuocetur de determinatione, ideo nō valet: iſte canis eſt pater tuus, ergo pater & tuus quia aliter tuus accipitur in antecedente & aliter in conſequente. In antecedente denotat hunc canem eſſe genitum ab alio cane, in conſequente autem dicit hunc canē eſſe poſſeſſum ab homine, quum inquit Auctor in textu, tamen videtur probabilius dicendum, quòd non: ſupple ſit vera iſta filius eſt eſſentiæ: communiter reſpondetur, quòd

quòd propoſitio Augu. habet veritatem ſi fiat diſtributio extra terminum ſic. Omne quod eſt eſſentia generat: pater eſt eſſentia, ergo pater generat, ergo filius eſt eſſentiæ patris, tamen ſi fiat argumentum ut format Maur. in margine non ſic faciliter ſoluetur: immo ipſi credentes ſoluere non ſoluunt: etiam ſi arguatur extra terminum: quia iſta propoſito eſt falſa, omne quod eſſentia generat: ſicut iſta eſſentia generat, & ſic patet, quid autem ſit diſtributio extra terminum, & in termino, licet declaretur à Mauri. in margine circa finem iſtius artic. tamen quia facit in propoſito declaro: vt ipſe declarat. Et dico, quòd in terminò eſt quando terminus diſtributus in prima propoſitione replicatur. In ſecunda vtputa dicendo ſic omnis homo currit, ergo iſte homo currit: vel quod eſt ſubiectum primæ ſit etiam ſubiectum ſecundæ. Extra terminum autem quando quod eſt ſubiectum primæ non eſt ſubiectum ſecundæ, vt omne animal eſt ſubſtantia, ergo leo eſt ſubſtantia. Fit etiam diſtributio in numero, videlicet quando ſubiectum primæ propoſitionis diſtribuitur pro pluribus. Et in ſecunda confirmatur cum pronomine demonſtratiuo pluralis numeri, vt omnes homines naturaliter ſcire deſiderant, ergo iſti homines naturaliter ſcire deſiderant. Fit etiam extra numerum, videlicet qñ ſubiectum primæ confirmatur in ſecunda cum pronomine demonſtratiuo ſingularis numeri, vt omnes homines currunt, ergo iſte homo currit.

Quo valeat auctoritas Auguſtini.

Declaratio marginis.

Ad propoſitum modo quum eſſentia diuina ſit terminus diſcretus, non capax diſtributionis: ideo maior eſt falſa, quia eſſentia diuina eſt vna, & de ſe hæc.

Sed contra hanc reſponſionem arguitur ſic, nulla eſſentia diſtinguitur formaliter ab eſſentia, paternitas eſt eſſentia: ergo paternitas nõ diſtinguitur formaliter, hoc regulatur per dici de nullo, & ſit diſtributio extra terminum, quia dato, quòd eſſentia diuina non ſit capax diſtributionis. Bene tamen eſſentia in communi.

Ad hoc dico, quòd non valet quia æquiuocatur de eſſentia.

In prima enim accipitur eſſentia in communi, quæ eſt quoddam ęquiuocum ad eſſentiam increatam & creatã.

Solutio marginis. In ſecunda autem propoſitione accipitur pro diuina tantum .& ſic patet inſtantia & ſolutio quam tangit Mauri.in margine.

Ad propoſitum modo literæ quum eſſentia ſecundum Augu. ad nil referatur ſequitur, ꝙ illa propoſitio filius eſt eſſentiæ non eſt vera:& quia inquit Mauri.in margine, quòd lector poterit tangere multa de natura relatiuorum recurrendo ad grammaticam ſpeculatiuam.

Dico, quòd non eſt ad propoſitum: quia ibi·Sco. loquitur de relatiuis grammaticalibus, hic autem de logicalibus.

Aduerte quum loquitur Auctor de vnitate: quia non intelligitur hic de vnitate logicali, quæ fundatur ſuper unum logicum, de quo Ariſtote. facit mentionem in 5. metaphyſic. ſed de vnitate reali quæ fundatur ſuper vnum reale ſiue ſuper unitatem realem de qua Ariſtote. 5.metaphyſic. tex.7. vnitas ordinis eſt illa quæ fundatur ſuper vnionem plurium partium concurrentium ad conſtitutionem tertij, vtputa ſuper vnionem partium domus: quæ vnitas differt ab unitate aggregationis, quia partes domus vltra aggregationem importãt ordinem, quem non important partes cumuli, quia in eo licet vna pars ſit ſuperior uel inferior, tamen illa quæ eſt in inferiori parte ſituata, non ita eſt de neceſſitate ibi quin etiam poſſit in parte ſuperiori ſituari. Non eſt autem ſic de partibus domus quia fundamentum,ita collocatur in parte inferiori.ꝙ non poteſt poni in ſuperiori. *5.met.cont. 16.*

Tertia vnitas eſt quæ fundatur ſuper vnionem accidentis cum ſubſtantia: quæ vnitas ultra aggregationem importat informationem accidentalem propter quam differt à prædictis vnitatibus.

Quarta eſt illa quæ fundatur ſuper unionem formæ ſubſtãtialis cnm materia propter,quam informationem differt à prædictis.

Quinta unitas eſt illa quæ fundatur ſuper identitatem relationis & fundamenti ad conſtitutionem relatiui uel correlatiui. Nam potentia generandi & paternitas uniuntur,immo identificantur ad conſtitutionem patris propter quam identitatem diſtinguitur à prædictis.

Circa

Circa primam concluſionem huius articuli aduertendum eſt, quod identitas formalis accipitur duobus modis: uidelicet large & ſtrictè.

Idētitas formalis accipitur duobus modis.

Prima eſt illa quæ reperitur inter entia in eadē quidditate conuenientia: & ſic ſor. & pla. ſunt eadem formaliter, quia conueniunt in humanitate, & ſimiliter homo & aſinus prout conueniunt in animalitate: & diffinitio & diffinitum prout conueniunt in entitate. De iſta non intelligitur concluſio: quia talis non eſt oppoſita diſtinc. formali.

Secunda eſt illa quæ reperitur inter ea quæ ſic ſe habent, quòd unum includitur in alio: & de eo prædicatur, in primo modo dicendi per ſe, & de iſta hic intelligitur, quia talis opponitur præſenti diſtinctioni.

Sed aduerte, quòd iſta identitas, de qua intelligitur hic: eſt duplex, uidelicet mutua & adæquata, alia non mutua & inadęquata.

Idētitas duplex.

Prima eſt illa quę cadit inter entia, quæ adinuicem formaliter ſe identificantur ſecundum propriam identitatem formalem vnicuique eorum inexiſtentem.

Et de iſto modo diffinitum & diffinitio ſunt eadem formaliter, quia ſicut diffinitio eſt eadem diffinito, vt puta animal rationale ipſi homini, ſecundum propriam identitatem inexiſtentem ipſi diffinitioni: & homo eſt idem formaliter ipſi animali rationali ſecundum propriam identitatem inexiſtentem ipſi homini.

Secunda eſt, quæ cadit inter duo entia, quorum vnum eſt ens in actu: aliud verò in potentia.

Et iſto modo ſuperius & inferius ſunt eadem formaliter identitate non mutua.

Quō ſuperius & inferius ſunt eadem formaliter identitate non mutua.

Dico non mutua ad iſtum ſenſum quia non uniformis eſt, quia inferius eſt ita idem ſuperiori, quòd includit ipſum, ſuperius verò eſt ita idem inferiori, quòd ipſum inferius non includit, & ſic talis identitas non eſt mutua ad ſenſum datum, & ſi quis dicat, imo eſt mutua: quia identitas eſt relatio primi modi, ergo mutua, ergo qua identitate homo eſt idem animali, eadem erit animal ipſi homini.

Dico, quòd ſequitur, quia in antecedente eſt identitas fundamentaliter, in conſequente vero terminatiuè, & iſto modo ſtat litera Sco. vt iacet in ſecunda diſtinctio.

Sco. 2. diſt. 1 q. 7. Nec oportet intelligere paſſiuum pro actiuo ſi recte attendatur circa diffinitionem identitatis formalis, ibi aſſignatam à Doctore, propter quam non intendit dicere, quòd ſuperius non ſit idem formaliter ſuo inferiori, ſed ibi vult inferre, quòd eſſentia diuina, & incommunicabilitas non ſunt eadem formaliter: quia eſſentia diuina non eſt quoddam ſuperius ad incommunicabilitatem, nec econuerſo. Et probat per hoc, quia vnum non includit aliud. Sequitur, quod prædicta non ſunt eadem formaliter aliquo modo.

Opi. Sc. vera Ex quo ſequitur de mente Sco. quòd vbi duo ita ſe habent, quòd vnum includit aliud in primo modo dicendi per ſe, quòd vnum eſt idem formaliter alteri, & econuerſò, & per conſequens, ſequitur de mente Doctoris, quòd non ſolum inferius eſt idem formaliter ſuo ſuperiori, ſed etiam econuerſò, licet non vniformiter, vt declaratum eſt ſupra, & quod mens eius, talis ſit, patet quia in prima quæſtio. quolib. arti. primo, parte ſecunda, ratione ſecunda, expreſſe dicit, quòd conſtituens eſt idem formaliter ſuo conſtituto, ſequitur aliud de mente Scot. quòd identitas formalis eſt ſolum reſpectu eorum, quæ ingrediuntur in propoſitionibus primi modi dicendi per ſe. Et quando Maurit. in margine allegat Sco. in primo libr. reportatorum, vbi expreſſe inquit Sco. quòd ſuperius non eſt idem formaliter ſuo inferiori.

Sco. 1. q. quo. et 8. di. 1. q. 3

Scot. 1 repor. diſt. 33. q. 2

Dico, quòd non intendit dicere Doctor, quòd ſuperius nullo modo ſit idem formaliter inferiori abſolutè; ſed vult inferre, quòd non eſt ita idem formaliter, quòd ſuperius includat inferius. Nec iſta identitas eſt rationis, vt aliqui dicunt, quia identitas rationis eſt reſpectu vnius & eiuſdem obiecti ad ſe, non autem ad aliud cuiuſ modi non eſt præſens identitas, nec eſt identitas ex natura rei, vt videtur innuere Mauri. quia in identitate ex natura rei excluditur incluſio vnius cum altero, hic autem includitur: inſuper identitas ex natura rei eſt mu-

tua.

tua. Iſta autem aliquando quidem ſic, quandoque verò non, nec eſt realis præciſe, vt videtur quibuſdam. Sed benè eſt realis formalis: Et accipitur hic identitas formalis accipiendo formalitatem ſtrictiſſimè, videlicet tertio modo ſumpta iuxta declarationem Auctoris, in ſecundo articu. principali. Non autem accipiendo formalitatem, primo nec ſecundo modo. Et licet Auctor optimè declaret primam concluſionem. Tamen etiam aliter poſſet declarari: videlicet ſic illa ſunt eadem formaliter, quæ non poſſunt ſeparatim concipi, ideſt quorum formalitas vnius includitur in formalitate alterius, & quia aliquis poſſet dicere hoc eſt contra ſuperius determinatum: quia ſtante hoc ſuperius non erit idem for maliter ſuo inferiori, quum ſuperius poſſit concipi ſine inferiori, & ſic non erit idem inferiori.

Formalitas multis modis ſumitur.

Dico, quòd hoc non ſufficit, vt vnum diſtinguatur ab alio eo, quòd vnum poſſit concipi ſine alio: ſed oportet, quòd ambo ſeparatim poſſint concipi. Modo licet ſuperius poſſit concipi ſine inferiori, non tamen econuerſo, & per conſequens non ſequitur, quod diſtinguantur, ſed ſunt eadem formaliter: eo modo quo declaratum eſt ſupra. Et licet Mauritius in margine, & Auctor in textu videantur tenere oppoſitum. Tamen ſaluo ſemper meliori iudicio non eſt tenendum, quia eſt contra intentionem Docto. vt patuit ſupra: Et quia Mauri. inquit. Conſidera an prædictæ vnitates, ſeu identitates coincidant.

Quo ſuperiꝰ poſſit cõcipi ſine inferiori.

Dico, quòd licet quinta & ſexta videantur coincidere: non tamen eſt verum, quia in quinta duo identificantur ad conſtitutionem tertij, cuiuſmodi non fit in ſexta. Et quum inquit Auctor in primo corollario, quòd omnia prædicata quidditatiua, non ſunt eadem formaliter ſuis conſtitutis.

Dico, quòd verum eſt intelligendo, quòd non ſunt ita formaliter eadem, quòd conſtituentia includant conſtituta. Et quum inquit in ſecundo corollario, ꝙ prædicamenta diſtinguuntur formaliter: ſupple tu, immo pluſquam formaliter, quia realiter diſtinguuntur. Et hæc quantum ad primam concluſionem.

Quo prædicamẽta diſtinguãtur.

Falſitas primi, ac ſecundi cor. Circa ſecundam dico, quòd diſtinctio formalis ſumitur ab eadem formalitate a qua etiam accipitur hæc identitas prædicta, vt declaraui in principio prædictæ concluſionis, quæ diſtinctio quum ſit realis, videtur, quòd in diuinis non ſit reperibilis, quia ibi eſt tantum rōnis diſtinctio, & per conſequens primum, & ſecundum corollarium falſum.

Dico, quòd non eſt realis, ſimpliciter propriè, & præciſè, quia cadit inter duo entia poſitiua, quorum vnumquodq; exiſtit propria exiſtentia, quæ non reperitur inter eſſentiam, & relationes, ſed eſt realis formalis, quæ eſt reperibilis inter eſſentiam, & relationes. *Eſſentia eſt formaliter infinita.* Quum eſſentia ſit formaliter infinita, paternitas autem & filiatio, ac ſpiratio non ſunt formaliter infinitæ. Ideo primum corollarium remanet uerum.

Circa ſecundum corollarium. Dico, quòd intellectus & voluntas nullo modo poſſunt dici attributa, quia quum ſecundum Scot. & Ariſtote. intellectio, & uolitio ſunt de eſſentia Dei. *Sco. 2. et 26. diſt. 1.* A fortiori intellectus & uoluntas, & per conſequens nullo modo attributa. Bonitas autem, ſapientia ac iuſtitia benè ſunt attributa. Quum inquit, ꝙ formalitas dicitur à forma falſum eſt: immo forma à formalitate. *Vnde dicatur formalitas.* Quum poſtea dicit, ſed in diuinis non ſunt plures formæ, falſum eſt etiam accipiendo formam, in quinta acceptione aſſignata in principio iſtius capituli. Quū deinde dicit, ſupponit enim & falſum dicit: Immo in principio huius articuli, conceſſit formalitatem dici a forma: quum ſucceſſiuè dicit, quòd argumentum non valet, immo ſupple tu, valet accipiendo formam in quinta acceptione, videlicet pro realitate.

Quum vlterius dicit, quòd argumentum concludit concluſionem hæreticam, dico, quòd verum eſſet accipiendo eſſentiale, quod dicitur ab eſſentia, a qua ens diuinum dicitur, accipiendo autem eſſentiam, vt eſt quoddam abſtractum ab eſſentiali, quod formaliter non eſt ens diuinum, non concludit concluſionem hæreticam, quia vt ſic ſicut ſunt plura eſſentialia, ita plures eſſentiæ, & ſic poteſt concludi. *Ad multiplicationem* Modo ad multiplicationem poſterioris in diuinis, non ſequitur multiplicatio prioris. Sed

benè

benè ecōuerſò valeret ſi eſſent plures eſſentiæ,& plura eſſentialia ſimiliter,& hoc voluit innuere Auctor,quando dixit à plurificatione,&c.

poſterioris nō ſequitur multiplicatio prioris.

Quum vltimate dicit iſti propoſitioni, addo alia, videlicet præcedentem,& arguatur ſic.

Quandocunque ſunt aliqua duo, quæ ſic ſe habent, quòd vnum eſt abſolutum formaliter & quidditatiuè, & reliquum non, illa dicunt diſtinctas formalitates, ſed eſſentia eſt formaliter abſoluta, & quidditatiue, paternitas autem non, ergo &c.

Deinde cum dicit, quod genus & differentia diſtinguuntur pluſquam genere.

Dico, quod verum dicit: quia non conueniunt in aliquo quidditatiue: & quum infert igitur &c. ſupple tu, igitur quum eſſentia non participet paternitatem, nec econuerſò non diſtinguuntur realiter ſed formaliter, & per conſequens dicunt diſtinctas formalitates. Modo arguo ſic. In diuinis ſunt plures formalitates, ergo plures formæ. Plures formæ, ergo plura formalia, plura formalia, ergo plura eſſentialia, videlicet bonitas, ſapientia, iuſtitia, & ſic de alijs quæ reſpectu notionalium dicuntur eſſentialia hoc eſt intimiora. Plura eſſentialia ergo plures eſſentiæ, non quidem ſumptæ ab ente diuino, ſed vt iam declaratum eſt.

Modo de primo ad vltimum, bene ſequitur in diuinis ſunt plures formalitates, Ergo plures eſſentiæ, & ſic patet reſolutio Auctoris. Quum poſtea dicit, quòd in diffinitione eſſet nugatio, vult dicere da tu oppoſitum, videlicet, quòd genus, & differentia non diſtinguantur pluſquam genere. Ergo in aliquo quidditatiuè conueniunt, & ſi ſic volo, quòd illud ſit ſubſtantia in quo conueniunt. Diffiniatur vt puta homo, dicendo homo eſt animal rationale, in illa diffinitione eſſet nugatio, vt patet, quia ſenſus eſſet homo eſt ſubſtantia ſubſtantia.

Reſolutio Authoris.

Similiter ſi ponantur rationes pro nominibus, vt inquit Sco. Quia ſenſus eſt, homo eſt ens per ſe homo eſt ens per ſe, & ſic patet expreſſa nugatio. Quid autem ſit regulari per dici de omni, & de nullo, & quid ſit diſtributio in termino, & extra in numero, & extra numerum,

Sco. 15 q vniuerſalii.

Eſſentia diuina eſt de ſe hæc.

rum,non declaro quia iam ſupra in iſto articulo declaratum fuit.

Ad propoſitum modo, quum eſſentia diuina ſit terminus diſcretus nõ eſt capax diſtributionis,ideo maior ẽ falſa, quia eſſentia diuina eſt vna & de ſe hæc vt iam dictum eſt.Sed contra hanc reſponſionem arguo ſic. Nulla eſſentia diſtinguitur formaliter ab eſſentia,paternitas eſt eſſentia, ergo paternitatis rõ diſtinguitur formaliter ab eſſentia.Tunc regulatur per dici de nullo. Et fit diſtributio extra terminum. Quia dato, quòd eſſentia diuina non ſit capax diſtributionis. Bene tamen eſſentia in communi,ergo reſponſio prædicta nulla eſt.

Ad hoc poſſet dici, quòd non valet quia committitur fallacia æquiuocationis, quia in prima accipitur eſſentia ſua maxima communitate, quæ eſt quoddam ęquiuocũ ad eſſentiam increatam & creatam. In minori autẽ pro eſſentia diuina tantum.

Modo circa ſolutionem primæ difficultatis videlicet de eſſentia & attributis.

Q̃uo in diuinis ſit una infinitas.

Nota, quòd in diuinis fundamentaliter & radicaliter eſt tantum vna infinitas, formaliter autem tot ſunt quot attributa. Et quemadmodum attributa ſunt alterius & alterius rationis. Ita & infinitates ea conſequentes vt inquit Sco. Et quum talia ſint finita ſecundum numerum, ita & infinitates: & quando identificantur cum ipſa eſſentia, ipſi eſſentiæ non fit aliqua additio intenſiuè & in primo ſigno naturæ, in quo eſſentia eſt eſſentia virtualiter continens omnes perfectiones: ſed dicẽs in tali ſigno non habet eas actualiter:ſed virtualiter per te.Modo arguo ſic: melius eſt habere actualiter quàm uirtualiter, patet nam perfectius eſt, quòd intellectus actualiter intelligat,quam virtualiter.

Sco.4.d.13. q.1.

Sed talibus perfectionibus identificatis cum eſſentia, ipſa habet eas actu, quas in tali ſigno non habebat, ergo in prædicto ſigno non fuit perfectiſſima.

Dico, quòd verum eſſet ſi in tali ſigno ſibi non repugnaret habere.

Sed quia in prædicto ſigno ſibi repugnat. Ideo melius eſt, ꝙ habeat illas virtualiter quam actualiter ut melius

eſt,

eſt, quòd Sol ſit virtualiter rana quam actualiter, quia ſibi repugnat. *Melius ſit habere actualiter quã uirtualiter.*

CIrca quartum articulũ non immerito auctor in principio huius incipit loqui de prioritate & poſterioritate, quia eſt loquutus de identitate & diſtinctione reali quæ fundatur ſuper exiſtentiam rerum: & quum prędicta idẽtitas ac diſtinctio maximè reperiatur inter prius & poſterius, Ideo præmittit diſtinctionem de prioritate cuius in primo gradu eſt Deus, qui eſt menſura extra genus ſecundum Ariſt. & com. *10. met. con tex. 7.*

Menſurat enim omnes res creatas pro quanto creaturæ imitantur eius perfectionem per acceſſum & receſsũ ſecundum varios gradus videlicet ſecundum magis & minus eis competentes.

Nam menſura eſt relatio, quæ ſecundum Ariſt. 5. meta. cap. de relatione pertinet ad tertium modum relatiuorum. *5. met. c. de relatio.*

Vnde aliquid menſurari eſt intellectum de eius quantitate determinata per aliud certificari. Ita, quòd menſurari importat reſpectum ad intellectum cui fit certitudo & ad rem menſuratam per quam fit certitudo, & per conſequens duplicem relationem.

Prima, ſcilicet per comparationem ad intellectum eſt realis, ſicut ſcientiæ ad ſcibile.

Secunda autem ſcilicet, per comparationem intellectus ad rem menſuratam eſt realis, & prima eſt per ſe, ſecunda eſt relatio per accidẽs. Et hoc quantum eſt ex parte dependentiæ cauſati ad cauſam, quæ dependentia eſt ratione extremorum. Et non tantum per actum intellectus, comparantis hoc ad illud vt inquit Sco. 13. q. quol. *Sc. 13. q. qu.* Et ſicut aliud eſt menſurari actualiter & aliud aptitudinaliter, ita alia & alia relatio. Menſurari actualiter eſt actualiter dependere incognoſci, menſurabile autem dicit aptitudinem tantum. Menſuratum ergo eſt bonitas participata à creaturis. Et quum non æqualiter ſit participata ſed ut iam dixi ſecundum magis & minus. ideo q plus accedunt ad Deum ac imitantur, ab illis magis participatur. Qui uero magis recedunt, & minus imitantur ipſum Deum minus participant. Et notanter dixi imitantur

tur & non dixi ſunt ſimiles D o. Quia imitatio dicit duo videlicet conuenientiam imitantis & imitati in aliquo tertio, vtputa in bonitate, & cognitionem imitati per illud tertium. Quia creatura rationalis deuenit in cognitionem Dei per conſiderationem bonitatis ipſius creaturæ: ſimilitudo autem tantum vnum dicit videlicet conuenientiam in aliquo tertio: verbi gratia duo oua conueniunt in albedine. Tamen vnum non cognoſcit aliud propter talem conuenientiam ſiue per ſimilitudinem, ſed bene creatura cognoſcit Deum per imitationis ſimilitudinem.

Prædictam variam Dei bonitatis participationem voluit innuere Auguſtinus: quando dixit.

Augu.83.q. 96.Ari 10. met. cont.2.

Alia ratione conditus eſt homo & alia conditus eſt equus. Si modo volumus loqui de menſura intrinſeca de qua Ariſtotel. decimo, metaphyſic. tex. ſecundo.

Dico, quòd in genere ſubſtantiæ menſura erit lucifer. In prædicamento quantitatis erit vnitas in abſtracto, vel vnum in concreto.

In genere colorum erit albedo, & breuiter in alijs eſt huiuſmodi.

In ſecundo gradu prioritas erit prioritas generationis. De qua Ariſto. in poſt prædicamentis. Et etiam in 5. metaphyſic. & 9. eiuſdem tex. decimoquinto Quod Ariſtotel. dictum habet veritatem vt declarat Sco. ſuper locis præallegatis. & decimatertia. q quo. ſtando in eodem genere ſiue prædicamento quia natura procedit de imperfecto ad perfectum.

In poſt præd. & i 5. met Sc.13.q.qu.

Reſpectu autem diuerſorum prædicamentorum non eſt verum, vt patet de ſubſtantia & accidente. Et hoc tangitur ab auctore formalitatum quando inquit ſaltem ſi prius intrinſecè concurrit ad eſſe poſterioris. Dictum etiam Ariſto. patitur inſtantiam ſtando in eodem genere vt patet de intellectu & voluntate, & de intellectione ac volitione, vt declarat Scot. nec valet in diuinis. Quia filius non eſt perfectior patre. Alia eſt prioritas naturæ de qua Ariſto. & ſic illud eſt prius alio natura quod eſt prius alio vel ſaltem ſibi non repugnat. Et ſic partes ſubſtantiales

Scot.49. di. 4. q 4. 5. met. cont 16.

les

les ſunt priores natura ipſo toto. Et ſic illud iſto modo dicitur prius à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, vel illud ſic dicitur prius quod natura & tempore præcedit aliud. Et ſic ſubſtantia reſpectu accidentium dicitur prior, vt inquit Ariſto. Et ſimiliter vnum eſt prius natura duobus vt inquit Ariſt. in poſt prędicamentis cap. de priori. Et aduerte, quòd vbi Ariſto. dicit ſubſtantiam prçcedere quodcunque accidens natura ac tempore. Dicunt aliqui, quòd Ariſt. ibi intelligit tantum de accidentibus copulatis. Sed hoc non poteſt ſtare, quia ibi Ariſt. intendit oſtendere ordinem vniuerſalem ſubſtantiæ ad accidentia: quod non faceret ſi excluderentur alia accidentia. vt inquit Scot. 32. quæſt. uniuerſalium ſoluendo. 4. argumentum, ſubſtantia ergo præcedit quodcunque accidens ſimpliciter natura ac tempore, tamen illa particula, natura, non eſt in textu arabico in tex. autem græco bene eſt. Et quum Ariſtote. ibi probet omnes alias particulas iſtam etiam probaſſet, ſed non probat, ergo ſignum eſt, quòd non eſt de mente eius, ego autem ſaluo ſemper meliori iudicio dicerem, quòd Ariſtote. & comment. ibi intellexerunt de ſubſtantia compoſita & de accidente ſeparabili, & de ſubſtantia ſimplici vt puta de materia prima & de accidente inſeparabili. Non autem de ſubſtantia compoſita & accidente inſeparabili, quia talis ſubſtantia non præcedit tale accidens, ſed ſubſtantia ſimplex vt puta materia prima bene præcedit. Ideo Anto. Andr. inquit ſed præceditur a materia ſubſtantiæ compoſitæ licet hoc non teneat ibi.

Ariſt. 7. meta contex. 4. *Sco. 32. q. vniuerſaliũ.* *Ant. Andr. ſuper 7. metaph. 92.*

Breuiter dico, quòd auctoritas Ariſtotel. ibi eſt uera per ſe, videlicet conſiderando ſubſtantiam ut ſubſtãtia. Quia ſubſtantiæ ex ſui ratione non repugnat tempore & natura præcedere quodcunque accidens, ut inquit Scot. Q[u]ia ſubſtãtia non dependet ab aliquo accidente ſecundum ſe. *Sco. 33. q. vniuerſaliũ.*

Eſt autem falſa per accidens, ideſt ratione accidentis conſequentis talem ſubſtantiam. Et quia aliquis poſſet dicere impoſſibile ẽ ꝙ talis propoſitio ſit uera per ſe, & falſa per accidẽs inquit Sco. Hoc nõ eſt incõueniẽs qa aliter nõ poſſet ſaluari cõtradictio in dictis Ari. q dicit, ꝙ omni *Ariſt. 6. ph. contex. 15.*

omni motu contingit accipere motum velociorem, & in octauo eiuſdem tex. ſeptuageſimooctauo, & circiter inquit, quòd omnis motus eſt determinatę velocitatis, & tarditatis.

Soluitur autem contradictio, quia prima eſt vera per ſe, videlicet conſiderando motum ſecundum ſe, & ſecundum eius generalem communitatem: ſecunda propoſitio per accidens eſt uera, ideſt ratione illius, cui applicatur motus, vel ratione mouentis. Eſt autem falſa per ſe, ideſt conſiderando motum, vt motus eſt: & conformis huic reſponſioni eſt Comment. in locis ſupradictis.

Prius natura quid ſit.

Ad propoſitum literæ redeundo, quum inquit Auctor propter identitatem realem, vult dicere, quòd prius natura dicitur eſſe illud, quod eſt in aliquo inſtanti naturæ in quo non eſt poſterius ob quam cauſam ipſi priori non repugnat eſſe ſine poſteriori, dummodo inter prius, & poſterius non ſit identitas realis, quando ſic eſt vnum non poteſt eſſe ſine alio, vt patet de homine & eius paſſione. Similiter priori repugnat eſſe ſine poſteriori propter aliquod extrinſecum ipſius prioris, vt patri repugnat eſſe ſine filio formaliter loquendo propter paternitatem. Et quum opinio Franci. ſit contra intentionem Ariſtote. non eſt tenenda. Poſtea quum inquit, quòd alia eſt prioritas naturæ, quæ eſt inter naturam, ſupple tu inter materiam ab vna parte, & compoſitum ab alia. Et etiam inter naturam & naturam, videlicet inter materiam & formam: Et etiam inter materiam & priuationem: & iſta eſt cum imperfectione, & dicitur negatiua, ſeu priuatiua reſpectu alterius extremi. Aliæ ſunt poſitiuæ, & cum perfectione. Prioritas quæ eſt inter naturam & naturam, non eſt in diuinis, ſed bene quæ eſt inter eſſentiam, & perfectiones naturales.

Opi. Frã. nõ eſt tenenda

Ideo ſiquis dicat, vbi non eſt alietas naturæ, ibi non poteſt eſſe prioritas naturæ. Sed in diuinis non eſt alietas naturæ, ergo &c.

Dico, quòd maior eſt vera, vt prioritas importat progreſſum de non eſſe ad eſſe: Vt autem dicit præſuppoſitionem

tionem huius ab hoc quæ poteſt eſſe reſpectu eiuſdem naturæ, ſine aliqua imperfectione.

Dico, quòd maior eſt falſa, & ſic patet. Quid autem ſit æternitas declarat Boetius di. quòd eſt ſimplex, ac perfecta vitæ interminabilis poſſeſſio. *Boe. in 5. de conſola.*

Breuiter ſecundum Scot. eſt modus intrinſecus exiſtentiæ Dei, ſicut infinitas eſt modus intrinſecus diuinæ eſſentię: vel melius æternitas, eſt quædam quantitas virtutis, qua Deus exiſtit, cuique tempori, ac cuilibet parti ipſius temporis. *Sco. . q. qu libe.*

Quando autem Auctor loquitur de ſecunda menſura, & dicit: Et aliarum rerum permanentium, ſupple tu, vt ſunt corpora, quæ non ſunt in fluxu, ſed eis correſpondet totum ſuum eſſe ſimul: Et non pars poſt mortē: vbi ſimultas permanentiæ correſpondet toti eſſe ſimul eorum menſura dicitur æuum.

De tertia menſura loquitur Ariſtotel. iuxta triplicem menſuram deberet correſpondere triplex prioritas, ſcilicet æternitatis, æuiternitatis, & temporalitatis, ſed æternitati nulla prioritas correſpondet, quia in diuinis nihil eſt prius æternitate alio. *4 phyſi. tex. 10.*

Aeuiternitati autem bene correſpondet prioritas: ita quòd illa res permanens cuius eſſe præcedit eſſe alterius eſt prior prioritate ęuiternitatis. Idem dico de menſuratis tempore.

Quum loquitur Auctor de prioritate originis, & dicit nihil ſeipſum gignit eſt auctoritas Ariſtote. & eſt vera, quia ſi oppoſitum eſſet uerum, ſequeretur quòd idem præhaberet naturam, antequam eſſet, quod eſt impoſſibile: & iſta prioritas nil aliud eſt, niſi ordo, qui ſolum eſt inter illa, quorum vnum eſt ens a ſe, aliud vero non a ſe. Et hoc in diuinis. Ideo notanter inquit Auctor allegando Sco. Et a quo alius. Et per iſtam particulam a quo alius: conſtituitur ordo originis integre, quia ſi per impoſſibile eſſet una tantum perſona in diuinis, vt poſuerunt aliqui philoſophi, talis eſſet à ſe, & propter hoc non daretur ordo originis: ſed vna perſona eſſe à ſe, & ab ea alia inſurgit prædicta prioritas quæ eſt inter perſonas diuinas. *2. de anima tex. 47.*

Et

Et etiam inter Spiritum Sanctum ab vna parte, & patrē & filium ab alia. Et hoc comparando Spiritum Sanctum ad alias perſonas ut originantes: hoc dixi quia comparando Spiritum Sanctum ad Filium inquantum per intellectum producitur & Spiritus Sanctus per voluntatē, ibi non eſt ordo originis ſed naturę, ſimiliter etiam comparando prædicta adinuicem, videlicet intellectum & voluntatem,& etiam actus ipſarum.

Similiter inter origines, ſcilicet inter generationem & ſpirationem: quia qualis eſt ordo inter aliquas potentias,talis eſt etiam inter earum operationes, & etiam inter originata per tales operationes: quando dicitur, ꝙ pater eſt beatus antequam generet,talis prioritas nō eſt originis,ſed naturæ.

Et debet ſic intelligi, quòd pater prius natura intellīgit intellectione beatificata eſſentiam ſuam quæ eſt obiectum perfectiſſimè beatificans antequam generet filium: quia eſſentialia pręcedunt notionalia ſecundum Sco. In primo autem ſigno originis eſt pater, in ſecundo filius,in tertio Spiritus Sanctus,& ſunt ſigna à quibus. non autem in quibus, licet aliqui imaginentur,quòd ſint ſigna in quibus & male. Sed ſigna in quibus cadunt inter duas naturas utputa inter intellectum & uoluntatem. Quum inquit Auctor,quòd prius & poſterius origine aliquando accipitur pro priori & poſteriori natura: ſup.tu: & male quia ut declaraui diſtinguuntur. quum poſtea dicit,ſecundo notan. eſt quòd realitas &c.

Sc. 1.q.quol.

Vnde dicatur reale.

Non vult ſic ſtare ſed ſic,reale dicitur à realitate, realitas autem a re,nam concretum capit denominationem ab aſtracto non autem econuerſo ſecundum Ariſto. niſi velimus imitari ignorantiam quorundam grammaticorum, qui dicunt iuſtus iuſti addita tia ſit iuſtitia. Quot modis accipiatur res declaratum eſt ſupra declarando entis diuiſiones. à re exiſtentiæ vel ſubſiſtentiæ ſumitur præſens diſtinctio: prout eſt ſpecies diſtincta contra alias diſtinctiones, res eſſentiæ nil aliud eſt niſi quidditas per ſpeciem intellecta ut abſtrahit ab omni exiſtentia ac ſubſiſtentia. Res autem exiſtentiæ eſt aptitudo ad exiſtere: quam habent omnes res cuiuſcunque prædicamenti dē-

tis

tis indiuiduis de prædicamento ſubſtantiæ. Dato, enim quòd tales res actualiter non exiſtant, tamen pro quanto eis non repugnat exiſtere dicuntur res exiſtentiæ. Res verò ſubſiſtentiæ dicuntur ſola indiuidua de prædicamento ſubſtantia, quia talia ſunt incommunicabilia, vt quo, & vt quod. *Quid ſit res exiſtens & ſubſiſtens.*

Primo modo videlicet, vt quo quia non ſunt formæ accidentales.

Secundo modo ſcilicet, vt quod, quia non habent inferiora, de quibus prædicari poſſint. Indiuidua autem prædicamenti accidentium licet non ſint incommunica bilia vt quo, bene tamen vt quod. Genera verò & ſpecies prædicamenti accidentium ſunt communicabilia vtroque modo. Genera autem & ſpecies prædicamenti ſubſtantiæ ſunt communicabilia vt quod tantum. Et hæc habentur ab Ariſto. ſub alijs verbis, in prima diuiſione ante prædicamentorum. Quid autem ſit realitas fuit declaratum ſuper ſecundum artic. Modo ad propoſitum iſtud triplex eſſe ſic ſe habet, quòd vbi reperitur tertium, & ſecundum, inuenitur & primum. Non autem econuerſo, vt patet practicanti ac diligenter conſideranti. *i ante prad.*

Circa veritatem primæ concluſionis requiruntur quinque conditiones, quarum prima, quòd inſeparabilitas non prouenit a cauſa intrinſeca, propter quam excluditur inſtantia, quam adducunt aduerſarij de ſubiecto & propria paſſione.

Et ſic ē auctoritas Ariſt. ubi inquit intellectus quærēs ſeparationem paſſionis à ſubiecto quærit impoſſibilia, propter eandem particulam tollitur inſtantia de patre, & filio in diuinis. Non enim ſequitur filius non poteſt eſſe ſine patre, ergo pater & filius ſunt idem realiter. inſeparabilitas prouenit ab eadem eſſentia, oportet etiã quòd non proueniat ab extrinſeco. Patet de cœlo & eius motu: vnde non valet cœlum non poteſt eſſe ſine motu, ergo cœlum & motus ſunt eadem realiter: inſeparabilitas cauſatur ab intelligentia continuo mouente: vnde Ariſt. 9. meta. tex. 17. Inquit cœlum quieſcere *1. phy. t. 39.* *Nota, et bene.*

non eſt timendum. Et hoc verum eſt naturaliter loquendo.

Secunda, quòd non ſint relatiuà in diuinis, patuit, in creaturis etiam patet. Nam filius pro formali nō poteſt eſſe ſine patre. & tamen non ſunt idem realiter.

Tertia, quòd non ſint relationes fundatę in diuerſis ſubiectis, propter quod non valent iſtæ duæ ſimilitudines vtputa ſimilitudo fundata in iſto albo & in illo, ita ſe habent, quòd vna non poteſt eſſe ſine alia, ergo ſunt eadem realiter.

Quarta, quòd vnum non præexigat aliud. Iccirco non ſequitur, totum non poteſt eſſe ſine partibus, ergo totum & partes ſunt eadem realiter. Et hoc loquendo de toto eſſentiali & per ſe, quemadmodum Petrus qui inquantum homo conſtat ex anima, & corpore phyſice loquendo. Et non ſolum totum realiter diſtinguitur a partibus, immo potius partes realiter diſtinguũtur ab ipſo toto, quia ſaltem per diuinam potentiam partes poſſunt eſſe ſine toto. Eſt enim diſtinctio mutua. Et hoc intelligendo de toto eſſentiali & per ſe, vt dictum eſt, & cathegorematico, & non de toto per accidens, vt homo albus quia non ſic diſtinguitur. Nec de toto integrali homogeneo, quia eſt idem realiter cum partibus. Et

Scot.22. tertij. non ſolum totum eſſentiale, ſic diſtinguitur, ſed etiam totum integrale heterogeneum. Si autem ſic non diſtingueretur. Tunc homo inquit. Sco. nil aliud eſſet niſi vnum aggregatione quemadmodum eſt cumulus lapidum, quod non eſt dicendum aliquo modo. Sed quia Thomiſtæ & nominales tenent oppoſitum, videlicet, ꝙ totum eſſentiale per ſe, & cathegorematice ſumptum non dicit aliquam entitatem abſolutam realiter diſtin-

1.phy.t. 17. ctam a ſuis partibus ſimul ſumptis. Et quòd opinio noſtra non eſt de mente Ariſto. & Comment. immo oppoſitum eſt verum, ſcilicet, quòd eſt ad mentem prædictorum, patet? quia inquit Ariſtote. Totum non eſt idem, cum partibus quia ſi ſic: tunc partes eadem inter ſe. Secundo autem de anima vbi diuidit ſubſtantiam in materiam formam & compoſitum: vana eſſet prædicta di-

uiſio,

uiſio, ſi totum non diſtingueretur realiter a ſuis partibus. Quum autem non ſit dicendum, quòd Ariſtote. ibi fuerit ſuperfluus. Sequitur, quòd opin. Sco. fuerit iuxta Ariſto. mentem. Vlterius quia adducunt commẽ. in multis locis contra nos, poſſet dici, ſaluo ſemper meliori iudicio. Quum inquit ſuper primo phy. commen. 17. quòd totum eſt aliud à qualibet parte, non tamen ab omnibus ſimul ſumptis. *cõ. ſuper 1. phy. cõt. 17.*

Dico, quòd ibi nõ loquitur de toto eſſentiali, de quo hic loquimur, ſed de toto integrali. Si modo dicatur, immo loquitur de toto eſſentiali: quia ibi fit mentio de omni toto, ſicut ille liber requirit: ergo principalis intentio eſt loqui de toto eſſentiali, quum ſit principale totum. Ad hoc dico, quòd dato & conceſſo, quòd ibi loquatur de toto eſſentiali, tamen poteſt dici, quòd Auerro. non intendit ibi ponere diſtinctionem inter totum, & partes, ſed inter partes diuiſiue ſumptas, & coniunctim, quia primo modo non integrant totum. Secundo modo ſic: quòd autem mens eius ſit hæc: patet quia ipſe ſuper ſeptimo metaphyſico. inquit ſor. nil aliud eſt niſi animalitas, & rationalitas quod habet intelligi quidditatiue integratiuè, & conſtitutiuè: & paulopoſt inquit compoſitum eſt aliud à componentibus, & non tantum reſultans, & exemplificat de ſyllaba quæ fit ex literis, tamen non eſt aliud diſtinctum realiter ab ipſis, ſed additum eis, & per conſequens opinio Sco. remanet in ſuo robore. *cõ. ſuper. 7. met. cõt. 20.*

Quinta, quòd ambo ſint entia realia abſoluta. Si autem vnum ſit ens reale & aliud rationis non ualet, patet nam eſſentia diuina quæ continue ab intellectu diuino intelligitur, & ad creaturas comparatur pro quanto creaturæ imitantur. *Scotus remanet ĩ ſuo robore.*

Modo licet eſſentia non poſſit eſſe ſine tali comparatione: non tamen ſequitur, quòd eſſentia & relatio ſint eadem realiter. Quia tunc talis relatio eſſet realis, quæ tamen eſt rationis.

Ad prædictam ergo concluſionem requiruntur omnes prædictę cõditiones ſimul ſumptę, & per conſequẽs

 dicen-

dicendum eſt, quòd illa ſunt eadem realiter: quæ ſic ſe habent, quòd unum non poteſt ſeparari ab alio. Et eorum inſeparabilitas, non prouenit a cauſa intrinſeca, nec extrinſeca, nec ſunt relatiua, neque relationes fundatę in diuerſis ſubiectis. Nec vnum prȩexigit aliud. Cõcluſio ſic intellecta habet veritatem. Deficiente autem vna prædictarum limitationum redditur falſa: vt iam ſupra declaratum fuit. Et quando dico hanc concluſioné ſic limitatum eſſe ueram, loquor de identitate reali propria: quia aliqua ſic dicuntur eadem, quia vnica exiſtentia exiſtunt abſolutè, & per conſequens quum homo exiſtat exiſtentia huius hominis puta ſor. ſequitur, quòd homo & ſor. ſunt idem realiter identitate reali propria, ſimiliter eſſentialia in diuinis utputa bonitas, clementia, iuſtitia: & ſic de alijs attributis, & notionalia, videlicet paternitas, filiatio, ſpiratio, quia exiſtunt exiſtentia ipſius eſſentiæ, ſunt eadem realiter.

Nota & bene.

Non autem intelligo concluſionem de identitate reali impropria, quæ eſt reſpectu duorum exiſtentium ſingulis exiſtentijs. Tamen per comparationem ad aliquod commune in quo conueniant, dicuntur eſſe eadem realiter utputa iſte lapis & ille per comparationem ad ſubſtantiam in qua conueniunt, ſunt eadem realiter, licet illi duo lapides adinuicem comparati diſtinguantur præſenti diſtinctione: & quum iſta ſecunda identitas non ſit oppoſita diſtinctioni reali, ideo de ea Auctor non intelligit in prima concluſione. Et quia auctor in aſſignando conditiones ad prædictam concluſionem attinentes in aliquo eſt ſuperfluus, quia ponit tertiam conditionem quæ coincidit cum ſecunda. Et in aliquo fuit diminutus, quia tacuit quartam conditionem quam aſſignat Scot. primi diſtinctio. ſecunda quæſtio: 4. & quinta, ubi loquitur de prædicta identitate. Ideo ad delendam ſuperfluitatem & diminutionem adiunxi aliqua iuxta Sco. mentem: ſed nunquid iſta identitas ſit de mente Ariſtote. dico, quòd ſic vult, quòd ens & homo, & unus homo ſint idem realiter quia in generatione & corruptione non ſeparantur: quum inquit unica

Sco. 1. diſt. 2 q. 4. & 5. 4. met. cont. 3.

realitate

realitate reantur: vult dicere unica exiſtentia, ſunt eadem realiter: ſimiliter differentiæ eſſentiales, & modi intrinſeci, quia exiſtunt exiſtentia eorum, quorum ſunt differentiæ ſiue modi, cum ipſis ſunt eadem realiter.

Pari ratione dicendum eſt de ſuperiori, uidelicet, ꝙ eſt idem realiter ſuo inferiori, Quum exiſtat exiſtentia ipſius inferioris. Et ſic iſta eſt uera homo eſt idem realiter Franci. & iſta erit uera homo realiter diſtingui tur a Franci. prout homo exiſtit exiſtentia ipſius Martini. Et quum inquit Auctor, quòd iſta identitas requirit vtrunque extremum in actu, dic tu, quòd uerum eſt quando plura identificantur, quando autem idem ſibi ipſi, dicendum, ꝙ idem ſibi ipſi identificari eſt impoſſibile. Et hæc de prima concluſione dicta ſint. *Quo iſtæ propoſitiones ſint ueræ.*

CIrca ſecundam concluſionem dico, ꝙ diſtinctio realis poteſt ſumi duobus modis, videlicet ſine præciſione & cum præciſione.

Primo modo conuertitur cum diſtinctione ex natura rei: quia quæ realiter diſtinguũtur ſine præciſione, ex natura rei diſtinguũtur accipiendo diſtinctionem ex natura rei large, & ſic non accipitur hic.

Sed ſecundo modo, quæ cadit inter diſtincta entia, habentia aliam & aliam realitatem formaliter poſitiuam, actu exiſtentem uel ſubſiſtentem unica exiſtentia: quod dico propter perſonas diuinas, qua realiter diſtinguntur. Et tamen unica exiſtentia exiſtunt, uel pluribus exiſtentijs, quemadmodum Sortes, & Plato.

Dixi habentia aliam & aliam realitatem formaliter poſitiuam ad remouendam inſtantiam de ſubiecto & propria paſſione.

Præſens autem diſtinctio aliquando eſt mutua ut inter materiam & formam, quæ realiter & formaliter diſtinguuntur, licet Trombetta aliter ſentiat. Quandoq; uero non mutua ut inter totum eſſentiale & partes, ut tenet ingenioſiſſimus Mauritius. Aliquando ẽt ſumitur ut quid. Aliquoties ut modus. Illud accipit vt quid vt de- *Quomodo materia, et forma diſtinguãtur.*

Scot. 8.q. vniuerſaliū. clarat Scot. reſpondendo ad primum argumentū quod principaliter intelligitur. Illud verò vt modus ſub quo, tanquam ſub quadam determinatione aliud intelligitur, vel illud accipitur vt quid, quod habet rationem determinati. Illud vero vt modus quod habet ratione determinantis & hæc iuxta intentionem Scoti, ſecundum *1. poſte. con tex. 35.* autem Ariſtote. Illud eſt quid quod natum eſt ſubijci & ſubijcitur, vel prædicari & prædicatur. Illud autem ut modus quod natum eſt ſubijci & prædicatur, & quod natum eſt prædicari & ſubijcitur. Et ſic quando præſens diſtinctio intelligitur cum præciſione, accipitur vt quid, Quia ſumitur vt ſpecies diſtincta contra alias diſtinctiones, de qua hic eſt principalis intentio. Quando vero profertur ſine præciſione tunc eſt vt modus, ut dicendo. Diſtinctio ex natura rei eſt realis.

Concluſio ergo ſecunda redditur uera ſeruatis ſeruandis uidelicet, quòd extrema ſint realia, realiter diſtincta: & quòd exurgat ex natura extremorum, ideſt ſine quacunque operatione intellectus vt inquit Scot. Et *Sc. 7. q. quol. articu. 3.* licet iſtæ tres conditiones ſufficiant ad inferendam diſtinctionem præſentem ſecundum communem opinionem vt inquit Sco. ubi ſupra. Tamen non eſt vniuerſaliter uerum ut inquit Scot. reſpondendo ad argumenta *Sco. 5. diſt. 1. q. 1.* in oppoſitum, quia inter tres perſonas diuinas ut communicant in eſſentia eſt relatio realis. Et tamen ut ſic non realiter diſtinguuntur, licet enim perſonaliter ſumptę præſenti diſtinctione diſtinguantur, non tamen eſſentialiter acceptę.

Primum corollarium eſt uerum & eius veritas patet per ea quæ dicta ſunt ſupra de toto & partibus.

Quum inquit in ſecundo corollario actualiter exiſtẽtes: immo dico aptitudinaliter tantum videlicet ut reponuntur in prædicamentis realiter diſtinguuntur. Sed auctor dixit actualiter quia ſecundum aliquos ut aptitudinaliter exiſtunt non diſtinguuntur præſenti diſtinctione ſed formaliter, & quia contra tertium corollarium poſſet fieri talis inſtantia, quæcunque perſonę ſunt eædem in tertio illę ſunt eædem inter ſe.

Sed

Sed perſonę diuinæ ſunt eædem realiter in eſſentia. ergo, & inter ſe.

Quo ſit intelligēda illa propoſitio quæ ſunt eadem &c.

Dico, quòd iſtud argumentum non eſt contra Ariſt. quia militat de identitate eſſentiali. Auctor autem loquitur de identitate perſonali. Ideo licet ſint eadem eſſentialiter non tamen perſonaliter.

Ad regulam modo quæ eſt Ariſtote. primo phyſic. licet reſponſio Ariſtote. ſit bona. Tamen Sco. in ſecunda, diſtinctio primi parte. ſecunda ſoluendo primum principale dat aliam reſponſionem videlicet, quòd verum eſt quando illud tertium in quo extrema identificantur habet talem identitatem ſeu unitatem, quam habent extrema. Modo certum eſt, quòd eſſentia non habet illam unitatem perſonalem quam habent perſonę. Et ita non ualet.

1 phy. cont. 17. Sco. 2. diſt. 1 parte. 2.

Aliam etiam reſponſionem dat ſuper librum priorũ, videlicet, quòd regula illa de virtute ſermonis non eſt vniuerſaliter vera, ſed ſolum quando extrema identificantur in tertio penes prædicationem affirmatiuam, & quando ſic, & inter ſe ſunt eadem: & exemplificat ſic ſortes eſt animal ſor. eſt albus. ergo eſt animal album, quia ergo ſecundum prædicationem affirmatiuam animal & album ſunt eadem ipſi ſorti, ſequitur quòd etiam inter ſe.

Sco. ſuper li. priorum. 99.

Bona eſt reſponſio Aucto. vt dixi, melior tamen illa Sco. in theologia & tutior quam logicalis. Et hæc de præſenti identitate ac diſtinctione dicta ſufficiant.

Circa quintum articulum. Aduerte, quòd hæc identitas ac diſtinctio differt a prędicta, quia tranſacta fundatur ſuper exiſtentiam, ſeu ſubſiſtẽtiam. Iſta autem ſuper naturam exiſtentem.

Vlterius aliquid eſſe idem eſſentialiter alicui non infert illud eſſe de eius eſſentia, ut patet de ſubiecto & propria paſſione, quę ſecundum nos ſunt eadem realiter & eſſentialiter. Et tamen unum non eſt de eſſentia alterius: ſed præſens identitas arguit inſeparabilitatẽ per quamcunque potentiam.

Et iſta identitas ſeu diſtinctio ſemper cadit inter ex-

Diſtinctio ſemper cadit inter extrema poſitiua realia.

trema poſitiua realia: & per conſequens inter priuationem & negationem non reperitur. Auctor debebat prius loqui de ordine ſimpliciter, & poſtea ſecundum quid. Tamen nihil ad B. quum inquit, ſicut eſt de accidente, ſupple tu, videlicet abſoluto, non autem reſpectiuo, quia licet Deus habeat potentiam ſuper abſolutum, non tamen ſuper reſpectiuum.

Verum tamen reſpectiua, prout ad præſens ſpectat ſunt in duplici differentia, videlicet æquiperantiæ, & diſquiperantiæ.

Sco.23.q vniuerſaliū.

Relatio fundata in vno relatiuorum æquiperantiæ non ſolum denominat ipſum in quo fundatur, ſed etiã aliud videlicet terminum ſecundum Sco. Et ſimiliter fundata in termino denominat ipſum & aliud. Volo dicere, quòd denominat tam relatiuum, quàm correlatiuum, & econuerſo.

Relatio autem fundata in vno relatiuorum diſquiperantiæ tantum denominat illud in quo fundatur, & per conſequens, inter relatiua æquiperantiæ eſt ordo eſſentialis, ſuper quem Deus non poteſt. In relatiuis verò diſquiperantiæ non eſt ita eſſentialis ad quem virtus Dei non ſe extendat: immo poteſt deſtruere filium fundamẽtaliter ſumptum & conſeruare patrem, & per conſequens pater non erit idem eſſentialiter ipſi filio, quia paternitas tantum denominat patrem.

Duplex inhærentia actualis, et aptitudinalis

Quum inquit Auctor ſaltem de aliquo, ſupple tu, vt puta de accidente in ſacramento altaris. Et aliquo reſpectiuo, vt declaratum eſt: & licet inhærentia actualis prædictorum accidentium poſſit ſeparari per diuinam potentiam, non tamen aptitudinalis, quum ſit eadem realiter, & eſſentialiter ipſi accidenti. Immo implicat contradictionem: ideo licet prima ſeparatio ſit poſſibilis, non tamen ſecunda, vt inquit Ioann. Cano. ſuper primo phyſic. quæſtione quarta, articu. tertio. Quum deinde dicit, & de ſubſtantia reſpectu ſecundarum cauſarum extrinſecarum: vult dicere, quòd etiam ordo eſſentialis ſecundũ quid, non ſolum eſt inter accidens, & ſubiectum, ſed etiam inter ſecundas cauſas extrinſe-

Io. ca. ſuper 1 phyſic. q. 4. art. 3.

tas ab vna parte, & ſubſtantiam ab eis productam, ab alia parte.

Patet, quia producta ſubſtantia, volo quod Deus deſtruat ſecundas cauſas, quod poteſt facere ſecundum Theol. vt inquit Sco. primo diſtinctio. ſecunda, & octauo diſtinctio. prima, quæſtione quarta, reſpondendo ad rationes philoſophorum: & conſeruet ſubſtantiam ab eis productam. *Sco. 1. diſt. 2 q. 4.*

Nam poſterius erit ſine priori, vt patet: & talis ſeparatio non implicabit contradictionem. Quum ſucceſſiuè dicit:

Secundò notandum eſt: ſententia breuis illius notabilis eſt hæc, eſſe idem alicui eſſentialiter contingit duobus modis. *Idem alicui eſſētialiter cōtingit duobus modis.*

Vno modo impropriè, & ſic tantum valet, ſicut eſſe idem realiter alicui tantum: Et iſto modo riſibile eſt idem ipſi homini.

Alio modo propriè, & ſic tantum valet: ſicut eſſe idē non ſolum realiter, ſed etiam eſſentialiter, ideſt eſſe de eius eſſentia & quidditate. Ob quam rem aliter dicendum eſt de iſta identitate & diſtinctione iuxta primum notandum, & aliter penes ſecundum.

Primum notandum continet in ſe duos ordines, ſcilicet ſecundum quid, & ſimpliciter, & per conſequens duas identitates & diſtinctiones, videlicet identitatem impropriam & propriam. Prima a primò ordine originatur, Secūda a ſecūdo. Et ſic iuxta primū ordinem illa ſunt eadē eſſentialiter, quorū vnū non pōt eſſe per naturalē potētiā ſine alio, nec pōt ſeparari. Et ſic ſubiectum & accidēs abſolutū ſūnt eadē eſſentialiter idētitate impropria. Et illa diſtinguuntur eſſentialiter iſto modo, quorum vnum per naturalem potentiam poteſt eſſe ſine alio, vel ſaltem pōt ſeparari, & conſeruari. Et ſic vnū & duo diſtinguūtur, quia naturaliter non repugnat vni, ꝙ ſit, & tamē duo nō ſint: illa aūt ſunt eadē eſſentialiter identitate propria iuxta ordinem ſimpliciter eſſentialem, quorum vnum non pōt eſſe ſine alio, nec ſeparari, nec conſeruari per aliquam potentiam etiam diuinā. *Subiectū, et accidēs abſolutū ſūt idē eſſentialiter*

Et

Et ſic duo relatiua æquiperantiæ ſunt eadem identi tate prædicta.

Illa autem iſto modo diſtinguuntur, quorum vnum poteſt eſſe ſine alio, ac ſeparari, necnon & conſeruari ſaltem per diuinam potentiam, & ſic duo relatiua diſquiperantiæ diſtinguuntur.

Et ſimiliter ſubiectum, & accidens in ſacramento altaris.

Circa autem ſecundum notabile. Dico, quòd etiam tangit in eo duas identitates, ac diſtinctiones. Tangitur identitas impropria, quum inquit vno modo quando aliqua ſunt ita eadem eſſentialiter, quòd vnum nõ poteſt eſſe ſine alio, & vnum exiſtit exiſtentia alterius. Talis identitas non diſtinguitur contra identitatem realem. Et ſic homo & riſibile tali identitate ſunt eadem. Et ſimiliter materia & forma, reſpectu compoſiti erunt eadem iſto modo: quia vt ſic non eſt alia & alia quidditas exiſtens, vel ſubſiſtens, quæ requiruntur ad iſtam diſtinctionem.

Quo homo, & riſibile ſint idem.

Illa autem iſto modo diſtinguuntur, quæ non ſunt eadem realiter, nec vnum exiſtit exiſtentia alterius. Et iſto modo materia, & forma prout ſunt duæ quidditates ſeparatim ſumptæ, & non per comparationem ad compoſitum diſtinguuntur eſſentialiter impropriè. Quia ſecundum Sco. in ſecundo ſenten. diſtinctio. 12. non repugnat materiæ exiſtere ſine forma. Quum poſtea inquit.

Quo materia, et forma diſtinguantur.

Secundo modo capitur identitas &c. Tangit identitatem propriam, qua aliqua duo non tantum ſunt eadem eſſentialiter, ideſt realiter, ſed vnum eſt de eſſentia alterius. Et iſto modo homo & animal ſunt eſſentialiter eadem. Et illa diſtinguuntur eſſentialiter propriè quæ non ſunt eadem realiter, nec vnum eſt de eſſentia alterius, vt Socrates & Mauritius: Et per conſequens ſequitur, quòd licet Auctor non ponat niſi duas concluſiones. Vna de identitate, & alia de diſtinctione explicitè. Tamen implicitè ſunt octo, videlicet quatuor de identitate, quarum duæ pertinent ad primum

Sco. 12. di. 2

notan-

notandum, aliæ duæ ad ſecundum. Quarum prima incipit à principio concluſionis de identitate, & finit ante quam dicat, vel quæ ſunt.

Secunda autem incipit a ly, vel quæ ſunt, vſque ad finem.

Et quatuor de diſtinctione, quarum duæ, correſpondent notabili primo; aliæ duæ notabili ſecundo. Et prima incipit à principio concluſionis de diſtinctione, & finitur antequam dicat, vel quę non concurrunt ad rationem intrinſecam: Et licet hic Auctor loquatur de identitate, tam impropria, quàm propria, & ſimiliter de diſtinctione, tamen principalis intentio eſt de propria: & licet iſta identitas ac diſtinctio videatur coincidere cum reali ac formali: Tamen diſtinguuntur ex eo, quoniam prædictæ fundantur ſuper exiſtentiam rerũ. Iſta autem ſuper naturam exiſtentem, vt etiam dictum eſt ſupra in principio huius articuli. Inſuper ad prædictas ſufficit vna quidditas, ad præſentem autem requiritur alietas quidditatum exiſtentium. Et hoc ſiue ſit diſtinctio mutua, vtputa quæ eſt inter Coſmam & Damianum, ſiue non mutua, quæ eſt inter ſcientiam, & ſcibile.

Quæ diſtinctio ſit inter Coſmã, & Damianũ.

Prima dicitur propria.

Secunda autem impropria. Et hoc quantum ad iſtum articulum ſufficiat.

Circa ſextum articulum. Notandum eſt, quòd hæc identitas, atque diſtinctio fundatur ſuper realitatem. Quid autem ſit realitas, licet aliqualiter declarauerim ſuper articulum de diſtinctione ex natura rei, tamen quia hic eſt locus proprius largiter loquar. Et dico, quòd nil aliud eſt, niſi quidditas concepta cum modo, vel conceptibilis, & per eos contrahibilis, quemadmodum ſunt omnia tranſcendentia, vel conceptibilis, & contrahibilis per realitates differentiarum, quęadmodum ſunt omnes quidditates generum tam generaliſſimorum, quàm ſubalternorum, vel conceptibilis, & contrahibilis per differẽtias materiales, vt ſunt quidditates ſpecierum ſpecialiſſimarum.

Nam

Nam differentiæ materiales ſecundum Ariſtot. decimo metaphyſic.tex.vigeſimoquinto,& Sco.tertia diſtinctio.ſecundi,quæſtio.ſeptima, ſunt maſculinitas,& fœmineitas reſpectu humanitatis, quia maſculus & fœmina non differunt ſpecie ſecundum prædictos,& iſtæ realitas dicitur obiectiua,& communis, quæ vt patet per prædictam diuiſionem eſt triplex.

10. met. & Sco.

Alia eſt ſubiectiua & ſingularis, quæ nil aliud eſt, niſi quidditas in ſingularibus, quæ eſt cum actuali exiſtentia.

Sed alia,videlicet communis iam dicta, abſtrahitur ab omni exiſtentia: vt inquit Scot. in ſecundo ſentent. diſtinctione tertia, quæſtione ſexta. Et ſic patet qualiter prima communis eſt tranſcendens: ſecunda autem & tertia eſt prædicamentalis: licet ſecunda ſit generica, & tertia ſpecifica: quum inquit Auctor loquendo penes primum modum dicendi, quæ conueniunt in aliqua realitate,ſupple tu, videlicet prædicamentali vniuoca,vel denominatiua,generica,vel ſpecifica,contrahibili per realitatem differentiæ fomralis,vel materialis: quorum vnum ſe habet per modum potentiæ, & aliud per modum actus,illa ſunt eadem præſenti identitate: & ſic homo & aſinus,quia conueniunt in animalitate, quæ eſt contrahibilis per differentias formales,ſic dicuntur eſſe eadem. Et ſimiliter Petrus & Paulus,prout conueniunt in humanitate, quæ eſt contrahibilis per differentias materiales.

Sco. 3. diſt. 2. q. 6.

Si autem conſiderentur prædicta, prout conueniunt in ente finito,vel limitato non ſic dicuntur eſſe eadem,quia ens non eſt contrahibile per differentias formales,uel materiales,ideo vt ſic conueniunt, diſtinguũtur præſenti diſtinctione.

Q̃uo ens nõ ſit contrahibile.

Similiter perſonæ diuinæ; quia licet conueniant in diuinitate, tamen quia diuinitas non eſt contrahibilis aliquo modo ſecundum Sco. ſecundo diſtinctio. prima parte ſecunda,ſoluendo primum principale,quia de ratione contrahibilis eſt, quòd ſit diuiſibile, & cum ſui diuiſione communicabile,cuiuſmodi non eſt ipſa diuinitas.

Sco. 2. diſ. 1. par. 2.

nitas: immo communicatur tribus perſonis diuinis ſine ſui diuiſione, quia diuidi dicit imperfectionem, vt inquit Sco. Cauſa autem huius eſt infinitas: & ſic patet reſolutio inſtantiæ de perſonis diuinis, quam Mauri. dicit fore ponderandam. 3. diſt. 2.

Et quum inquit Auctor in tertio corollario, quòd identitas ſubiectiua eſt inferior ad obiectiuam, uerum dicit, quia infert eam per bonam conſequentiam.

Nam bene ſequitur Sor. & Plato ſunt idem ſe totis ſubiectiuè, prout conueniunt in humanitate: ergo ſunt idem ſe totis obiectiuè, prout humanitas quidditatiuè dicitur de eis.

Oppoſito modo dicendum eſt de diſtinct. videlicet, quòd diſtinctio ſe totis obiectiua eſt inferior ad diſtinctionem ſe totis ſubiectiuam, patet, quia eam infert. Nam bene ſequitur Deus, & creatura diſtinguuntur ſe totis obiectiue, ergo ſe totis ſubiectiue.

Quantum ad ſecundum modum dicendi, quum inquit Auctor in eadem re: ſupple tu: uidelicet numero quod poteſt eſſe duobus modis uel indiuidualiter uel ſuppoſitaliter: primo modo quæcunque ſunt in uno indiuiduo uel per identitatem realem quemadmodum humanitas & differentia indiuidualis ſunt in ſort. uel per modum denominantis vt ſort. & ſua riſibilitas, uel per modum informantis, vt ſor. & ſua albedo. *In eadē re numero pōt eſſe duobus modis.*

Secundo modo, ſcilicet ſuppoſitaliter quando ea, quæ ſunt in vno ſuppoſito, etiam in alio reperiuntur: & iſto modo pauca ſunt ſic repetibilia, nec in diuinis, nec increatis, quæ iſto modo poſſent dici eadem præſenti identitate. Ob quam rem quum inquit Auctor in primo corollario, quòd omnia in diuinis ſunt eadem ſe totis ſubiectiue, ſupple tu indiuidualiter, quum omnia conueniant in diuinitate, quę de ſe ęſt hæc. Et eidem omnia identificantur. Non autem intelligendum eſt ſuppoſitaliter, quia aliquid eſt in vno ſuppoſito, quod non eſt in alio, vtputa paternitas in patre, quæ non eſt in filio. Poſtea quum in tertio corollario dicit, & alterius ſpeciei completæ. *Q̄uo oīa in diuinis ſint eadem.*

Aduerte,

Aduerte, quòd dixit completæ propter ſpecies qualitatis, quæ non ſunt perfectæ, quia aliquid idem poteſt poni in diuerſis ſpeciebus qualitatis, vtputa charācter ſacerdotalis, qui vt inquit Scot. ſi conſideretur, vt diſponit ad gratiam recipiendam, dicitur diſpoſitio ſpiritualis.

In 4. di. 6. q. 10.

Nota de caractere ſacerdotali.

Si autem vt qualitas perpetua dicitur habitus. Si verò, vt accidens abſolutum: videlicet, vt ſupernaturalis potentia inclinans ſacerdotem ad faciliter exercendas operationes ſacerdotales, & ad reſiſtendum contrarijs, ſic eſt de ſecunda ſpecie qualitatis: Si autem vt diſtinguit ſacerdotem à laico ſic dicitur forma. Si verò, vt ſignum ſacramenti ſic dicitur figura: & per conſequens, vt ſic eſt de quarta ſpecie qualitatis, & ſic apparet qualiter ſunt ſpecies incompletæ, immo potius modi ſpecierum appellandi ſunt, vt inquit Sco. loco dicto. Ideo duo indiuidua de prædicto prædicamento non diſtinguuntur præſenti diſtinctione: ergo poſſunt eſſe eadem identitate, de qua hic loquimur. Et iſto modo hic character, vt diſpoſitio, & hic vt habitus ſunt idem, identitate ſubiectiua.

Sco. 6. di. 4. q. 10.

In quarto corollario non ſine cauſa dicit. Maximè de ſecundo modo relatiuorum: quia de relatiuis aliorum modorum, videlicet primi, & tertij modi, ſecus dicendum eſſet: de quibus Ariſtote. in quinto metaphy. cap. de. ad aliquid facit mentionem, & Scot. trigeſima diſtinctio. primi, & in quarta diſtinctione decimatertia, quæſtione prima, & in quolibe. quæſtione quarta, artic. 3.

5. meta. & Sco. 30. di. 1 q. 4. art. 3.

Duo ergo relatiua diſquiperantiæ præſenti diſtinctione diſtinguuntur: Et quum inquit, quòd nulla eſt differentia inter primum modum & ſecundum: immo eſt differentia, ob quam rem aliter aſſignanda eſt identitas, ac diſtinctio præſens penes primum modum, & aliter penes ſecundum. Iuxta primum modum, identitas eſt conuenientia duorum extremorum in aliqua realitate potentiali contrahibili per differentias formales, vel materiales.

Diſtin-

Diſtinctio verò eſt conuenientia duorum extremorum in aliquo communi non ſic contrahibili: Et iſto modo Deus, & creatura, prout conueniunt in ente, quòd non eſt contrahibile per differentias diſtinguuntur præſenti diſtinctione: iuxta ſecundum modum identitas eſt conuenientia cuius extrema ex natura rei ſunt repetibilia in eadem re numero, aliquo modo uidelicet & ſi non ſuppoſitaliter ſaltem indiuidualiter. *Quid diſtinctio.*

Diſtinctio verò eſt alietas cuius extrema in eadem re numero ex natura rei non ſunt repetibilia aliquo modo: videlicet nec ſubiectiuè, nec indiuidualiter, nec ſuppoſitaliter: & ſic patet differentia, quæ eſt inter primum modum dicendi & ſecundum. Quam differentiam profundiſſimus Mauritius tangit in ſuis Epitomatibus deſcribens diſtinctionem huius articuli ſubiungens. Et hæc deſcriptio intelligenda eſt penes ſecundum modum dicendi. Si autem inquit ipſe primum modum ſuſtinere volueris faciliter eam deſcribere poteris. Et in rei veritate faciliori modo aſſignatur iuxta primam viam, quàm penes ſecundam. Et qui voluerit ſuſtinere ſecundum modum dicendi, oportebit ſoluere quintam rationem Stephani Burliſer in ſuis Epitomatibus poſitam. Et hæc quantum ad iſtum articulum. *Differentia inter primũ modũ dicendi, & ſecundum.* *Vide Steph. Burliſer.*

CIrca ſeptimum articulum per prædicatum quidditatiuè intelligit Auctor prædicatum vniuocum vniuocè dictum, non autem prædicatum vniuocum tantum. Et quum de homine, & aſino animal poſſit prædicari vniuocè, ſequitur, quòd talia ſunt eadem præſenti identitate. Et hoc ſtando in terminis limitatis, ſiue animal accipiatur incontracte, quia vt ſic dicit realitatem potentialem, ſiue accipiatur contracte, quia vt ſic importat realitatem actualem.

Similiter Deus & creatura loquendo de illimitatis, prout conueniunt in ente, ſic ſunt eadem, ſiue ens accipiatur contracte, vel incontracte: etiam ſi prædicatũ importaret conceptum ſolum, & non realitatem, illa de quibus prædicaretur, eſſent eadem iſta identitate.

Oppoſito

Oppoſito modo intelligendum eſt de his, quæ iſta diſtinctione diſtinguuntur. Sed contra Auctorem. Paſſiones entis diſtinguuntur ſe totis, id eſt inter ſe totaliter reſpectu entis, ergo non ſunt aliquid entis, quod eſt contra Ariſtot.

7. meta. t.1.

Dico, quòd non ſequitur: ſed bene ergo non ſunt aliquid idem entia. Quum loquitur de vltimis differentijs, aduerte, quòd non ſolum genericè, ſcilicet quæ determinant naturam generis, conſtituendo ſpecies ſub ſe dicuntur vltimæ, ſed etiam & ſpecificè, ſ. quæ determinant naturam ſpecierum, conſtituẽdo indiuidua: & primæ dicuntur ſpecificæ, ſecundæ vero indiuiduales. De indiuidualibus tantum tertium corollarium redditur uerum: quia ſunt primo diuerſæ, vt patet per Ariſtotel. quinto metaphyſic. text. non habente commentum, vbi inquit primo diuerſa ſunt, quæ non ſunt aliquid idem entia, hoc eſt, quæ in nullo quidditatiuè conueniunt: quum ergo ſint huiuſmodi, ſequitur quòd dictum eſt.

5. meta. & 10. eiuſdẽ contex. 12.

Prout autem ſunt aliquid entis, poſſunt identicè in aliquo communi conuenire, ſic, quòd illud tale prædicabitur de illis denominatiuè. Eo modo quo genus prædicatur de differentia. Licet ergo comparatę ad cõſtituta dicantur differentiæ, tamen per reſpectum ad commune non poſſunt ſic appellari: ſed dicuntur primo diuerſa, quia differentiæ reducuntur ad aliqua primo diuerſa.

Aliter eſſet proceſſus in infinitum, patet, quia ſi accipiatur Sorteitas, & Platoneitas abſolutè, & quærat aliquis, vel iſta ſunt primo diuerſa: vel differentia. Si ſecundo modo ergo per aliquid differunt, & in aliquo conueniunt, quæro de illo alio: & ſic eſſet procedere in infinitum, quod non eſt tenendum.

Reſtat ergo, quòd ſunt primo diuerſa, & quòd ſe totis obiectiue diſtinguuntur. Et ſic patet, quid dicendum ſit aduerſarijs latrantibus.

Contra aduerſarios latrantes.

Eſt aduertendum, quòd identitas præſens accipitur pro identitatę propriè dicta, quæ eſt conuenientia extremorum

tremorum in prædicato quidditatiuo. Et hæc oppoſita diſtinct. huius articu. Non autem intelligitur concluſio de identitate impropria quæ eſt conuenientia extremorum in prædicato vniuoco non vniuocè dicto: quia talis non opponitur huic diſtinct. quia identitate impropria Ens reale & ens rationis diſtinguuntur, & Deus & creatura prout conueniunt in ente ſunt eadem ſe totis obiectiuè identitate impropria. Homo verò & aſinus prout conueniunt in animali, & animal de eis prædicatur vniuocè, ſunt eadem ſe totis obiectiue identitate propria. Et hæc quantum ad iſtum articulum. *Quo Deus et creatura ſunt idem.*

Circa vlt. artic. In quo Auctor nil aliud intendit niſi aſſignare modum probandi identitates ac diſtin. prædictas, ſi ab aliquo negarentur, & docere nos modũ inferendi vnam ex alia, & cognoſcendi eas quæ ſe inferunt per bonam conſequentiam & quæ non, & ſemper intelligendum eſt de diſtinctionibus propriè ſumptis, vt declaratum eſt in ſingulis artic.

Et quũ inquit relationes rationis attribuuntur per actum rectum, vult dicere, quòd ſi fundamenta quibus attribuuntur habent eſſe cognitum, applicantur relationes reales mediante actu recto. Si verò non ſolum habent eſſe cognitum uerum etiam & comparatum: tunc relationes intentionales attribuuntur per actum comparatiuum intellectus vel voluntatis, uel ſenſus communis. Sic intelligendo reddendo ſingula ſingulis uerba Auc. habent ueritatem. Et iſte modus intelligendi habere à Sco. quum inquit relatio realis intellectualiter actu primo. In tertia autem quæſtio. uniuerſalium circa finem dicit. Secundæ intentiones intelliguntur actu reflexo: & in decimoquinto, ac decimoſexto, eiuſdem inquit, quòd intentiones non attribuuntur alicui niſi ut habet eſſe comparatum. Et quum ait Auctor ut res realis ad rem realem, ſupple tu, vt puta: homo poſitus à parte ſubiecti, ad hominem poſitum à parte prædicati, uel realitas ad realitatem, vt puta realitas ſubſtantiæ ad ens, vt dicendo ſubſtantia finita eſt entitas finita. Quum deinde dicit in vno & eodem obiecto formali *Sco. 1. diſt. 2 q. 4.*

mali: ſupple vtputa animal & rationale in homine, quę omnia ſunt unum obiectum formale, ſed quia exempli ficat de colore, poteſt dici quia color ſe habet per modum generis. Diſgregatiuitas uerò per modum differentiæ. Quum ſucceſſiuè dicit ipſa ut intellecta ad ſeipſam non intellectam. Contra comparatio præſupponit utrũque extremum in eſſe cognito: ergo dictum Auct. non uidetur poſſe ſic ſtare.

Saluatur author.

Dico, quòd Auct. non vult dicere ad ſeipſam non intellectam ſimpliciter, ſed ad ſeipſam non intellectam vniformiter à parte ſubiecti & a parte prædicati, videlicet ſub eodem modo intelligendi, utputa intellectus intelligit lapidem vt ſubſtantia eſt. Tamen comparat ipſum vt ſubſtantia, a parte ſubiecti ad ipſum a parte prædicati, ut eſt quoddam lędens pedem, vel albedo intellecta in abſtracto: a parte ſubiecti, comparata ad ſeipſam in concreto intellectam a parte prædicati, ut dicendo albedo eſt alba licet propoſitio ſit falſa ut inquit Sc. & per conſequens ad ſeipſam non ſic intellectam. Similiter album intellectum in concreto poſitum a parte ſubiecti comparatum ad ſeipſum in abſtracto poſitum a parte prædicati, quia abſtractum & concretum quando attribuuntur rebus ratione modi ſignificandi ſunt modi grammaticales. Quando autem rebus intellectis ac comparatis ſunt logicales: & per conſequens ſequitur, quòd diſtinctio rationis non eſt reſpectus a ſola potentia ratiocinante ut dicunt Thomiſtæ, ſed occaſionaliter a fundamentis, & per conſequens, tot diſtinctiones ſunt in entibus rationis quot in entibus realibus ut Inquit Sco. prima. quæſtio. articu. 2. Et hæc de diſtinctio. rationis.

Sco. 16. q. vniuerſaliũ.

Circa diſti. ex natura rei.

Circa diſtinctionem ex natura rei poſſet primo exẽplificari de intelligentia mouente cœlum quæ eſt mouens & non mota. Exemplum de contradictorijs cõmune & ſingulare, exemplum de priuatiue oppoſitis videns & cœcus, quæ de eodem ſimul non ſunt verificabilia. Exemplum de contrarijs de motionibus uarijs intellectus noſtri ſatis dictum fuit ſuper ſecundum art. &

per

per conſequens quando ſunt aliqua duo quæ non poſſunt ſimul eidem competere & ſecundum idem reſpectu vnius & eiuſdem, & in eodem tempore talia diſtinguũtur ex natura rei, iuxta mentem auctoris, ſecundũ autem Mauri. in margine, quando non poſſunt prædicari ſeu verificari de eodem ſimul. Et hæc quantum ad hoc de diſtinctione ex natura rei.

Circa diſti. formalem.

CIrca diſtinctionem formalem quum inquit Auctor per viam demonſtrationis: ſupple tu, quia varię paſſiones requirunt varia ſubiecta quæ formaliter diſtinguuntur, ſed quia dictum eſt ſupra, quòd quando vnum prædicatur de altero in primo modo talia ſunt eadem formaliter. Ergo materia in concreto ſumpta quum prædicetur de homine in primo modo, ſequitur, quòd ſunt eadem formaliter. Nam ſecundum Trombettam, Iſta propoſitio eſt primi modi, homo eſt materiatus, ſecundum autem Comment. ſuper 7. metaphy. commento vigeſimotertio vigeſimoquarto, & vigeſimo quinto & trigeſimoquarto quadrageſimotertio, & quadrageſimoquinto, & ſuper nonũ metaphyſic. comment. 12. vbi inquit, quòd materia in concreto prædicatur denominatiue.

Denominatio duplex. Sco 26. q. vniuerſaliũ.

Dico, quòd denominatio eſt duplex de qua Sco. ſcilicet, ad ſuppoſitum alia ad ſubiectum: propoſitio Trombettæ habet ueritatem: de prima quia talis non excludit perſeitatem. De ſecunda autem dicta com. Et ſic patet reſolutio.

Saluatur d. Trombetta, & commentatur

Circa diſt. realem.

CIrca diſtinct. realem per viam generationis ſic poteſt intelligi naſcuntur duo gemelli quorum vnus in una hora alius in alia, qui diſtinguũtur realiter, quia da oppoſitum ſunt eadem realiter ergo idem erit prius & poſterius, quod eſt impoſſibile.

Similiter de corrupto, ſimiliter quando ſunt aliqua duo quæ ſic ſe habent, quòd vnum eſt originans & aliud originatum; Illa realiter diſtinguũtur, quia aliter primum non præhaberet naturam quam communicat originato per viam ſeparatę exiſtentiæ, ſubſtantia exiſtit non exiſtente accidente, ergo &c.

Per viam ſubſiſtentię ſingulare ſubſiſtit, nullo uniuerſale ſubſiſtente, ergo realiter diſtinguuntur.

Circa diſt. eſſentialem.

CIrca eſſentialem aduertendum eſt, quòd identitas ſeu diſtinctio præſens fundatur ſuper naturam exiſtentem ut dictum fuit ſupra in proprio articu. quum inquit per uiam generationis, poteſt dici vt ſupra dictũ eſt de corruptione.

Dicendum eſt conſequenter vt declaratum fuit in proprio articulo.

Circa diſſe totis ſubiectiuam.

CIrca diſtinct. ſe totis ſubiectiuam Franci poteſt exiſtere Petro non exiſtente, ergo talia ſe totis ſubiectiue diſtinguuntur.

CIrca ſecundam partem huius artic. aduertendum eſt, quòd datur vna identitas in ſua maxima communitate, quæ dicitur de omnibus identitatibus de qua non intelligitur hic neque alibi, vbi fit mentio de identitate. Sed intelligitur de identitatibus quæ continentur ſub prædicta. ideo oportet multum ſpeculari circa iſtam partem ac cum grano ſalis procedere, propter duas concluſiones affirmatiuas: quas ponit Auct. Quarum prima, quòd maior identitas infert omnes alias.

An maior idẽtitas inferat omnes alias.

Secunda, quòd maior diſtinctio infert omnes diſtinctiones, ualde conſiderandũ eſt nunquid hoc ſit verum vel non. Et ne credendo verbis Auct. decipiamur videamus incipiendo a maiori identitate, quæ eſt identitas rationis, non dico de illa quæ eſt penes actum comparatiuum intellectus, quia talis eſt impropria, ſed intelligo de illa quæ eſt per actum rectum, quæ eſt propria. Et ſemper hic & in articu. intelligendum eſt de identitatibus propriè dictis vt declaratum eſt in unoquoque articu. Et ſic intelligendo quum identitas rationis ſumatur ab identitate rei. Erit ergo bona conſequentia dicendo ſunt eadem ratione pro quanto habent eſſe cognitum. ergo ut præcedunt tale eſſe ſunt eadem ex natura rei: eſt bona conſequentia. Si uolumus modo inferre: homo eſt idem ſibi ex natura rei, ergo idem ſibi formaliter: conſequentia non valet.

let. Nec accipiendo identitatem formalem large quæ eſt conuenientia aliquorum duorum in tertio ut puta conuenientia in quam conueniunt duo homines in humanitate. Quum autem homo ſolitarie ſumptus non ſic conueniat ut eſt idem ſibi ex natura rei, ſequitur, quòd conſequentia nulla, neque accipiendo identitatem formalem propriè & ſtrictè valebit.

Propoſitio Authoris nõ eſt uniuerſaliter uera.

Quia illa quæ ſic ſunt formaliter eadem unum includit in altero cuiuſmodi non eſt in propoſito & per conſequens apparet, quòd propoſitio Auct. non eſt uniuerſaliter uera. Valebit bene conſequentia accipiendo in antecedente identitatem ex natura rei impropriam, quæ eſt conuenientia in qua duo extrema habentia eſſe cognitum ut puta, homo ut diffinitum & animal rationale ut diffinitio eo, quòd conueniunt in ſubſtãtia & in conſequente inferendo identitatem formalem impropriè dictam & large ſumptam, ſic erit bona conſequentia, dicendo, homo ut diffinitum, & animal rationale ut diffinitio ſunt eadem identitate impropria ex natura rei. ergo ſunt eadem identitate formali impropria. Et quum de iſta identitate, ſiue de iſtis identitatibus improprijs non intelligatur in concluſionibus identitatum, ſequitur quod ſupradictum eſt uidelicet falſitas dicti Auctoris. Vltra proſequendo bene ſequitur. Homo & animal rationale pro ut vnum includit aliud ſunt eadem formaliter. ergo prædicta pro quanto vnum exiſtit exiſtentia alterius, ſunt eadem realiter: & ultra ergo pro quanto unum non poteſt eſſe ſine alio etiam per diuinam potentiam erunt eadem eſſentialiter, ex iſta ſunt eadem eſſentialiter, ergo ut conueniunt in ente finito ſunt eadem ſe totis ſubiectiue. Non ſequitur immo ut ſic diſtinguuntur ſe totis ſubiectiue. Quia ens non eſt contrahibile per differentias formales uel materiales. Ergo conſequentia nulla. Valebit bene cõſequentia intelligendo cõſequẽs de identitate ſubiectiua impropria de qua nõ intelligitͤ hic neq; in 6. ari. quia talis eſt cõuenientia extremorũ in aliquo cõtrahibili per modos tm̃. Bñ ſequitur aliqua vt puta iſte hõ & ille

Ens non ẽ cõtrahibile per differentias formales.

illæ ſunt eadem ſe totis ſubiectiue pro quanto conueniunt in humanitate, ergo ſunt eadem ſe obiectiue: cõſequentia eſt bona quia identitas obiectiua eſt ſuperior ad ſubiectiuam, ideo infertur per bonam conſequentiã & ſic apparet qualiter aliquæ identitates inferũtur per bonam conſequentiam & aliquæ non: & ſic patet falſitas opinionis Auct. de identitatibus.

In multis nõ tenet iſte vir Authorem, tamen poteſt utiq; ſaluari.

VIdendum eſt modo nunquid dictum eius de diſtinctionibus ſit uerum vniuerſaliter: & dico, ꝙ non, patet quia licet bene ſequitur. Duæ differentiæ indiuiduales prout de illis nihil quidditatiue prædicatur diſtinguũtur ſe totis obiectiue. Ergo prout non conueniũt in aliquo quidditatiue, ſe totis ſubiectiue diſtinguũtur: ergo prout una non exiſtit exiſtentia alterius eſſentialiter diſtinguũtur: conſequentia non valet, niſi de diſtinctione eſſentiali impropria. De propria autem minimè quia ad talem requiritur alia & alia quidditas exiſtens uel ſubſiſtens: quæ non eſt in propoſito. ergo prout vna poteſt eſſe ſine alia, realiter diſtinguũtur. Ergo prout una non includitur in alia formaliter diſtinguuntur.

Succeſſiuè ſequitur. Ergo prout de illis poſſunt verificari duo contradictoria ſecluſo quocunque opere intellectus diſtinguũtur ex natura rei. Ergo prædictæ differentiæ indiuiduales prout habent eſſe cognitum & comparatum, & poſſunt eſſe fundamenta contradictionis diſtinguuntur ratione: conſequentia eſt bona. Si modo fiat argumentum de homine & de eius riſibilitate pauciores conſequentiæ erunt bonę, patet quia licet bene ſequatur homo, & riſibile diſtinguũtur ſe totis obiectiue. Ergo ſe totis ſubiectiue. Non tamen ſequitur, ſe totis ſubiectiue ergo eſſentialiter: iſta conſequentia eſt falſa. Si vlterius inferatur ergo realiter, minus conſequẽtia eſt bona, ſed tamen ſequitur, diſtinguuntur formaliter ergo ex natura rei, ergo ratione. Quare ſi pro quia, dictum auctoris de identitatibus non eſt vniuerſaliter uerum, minus de diſtinctionibus, & per conſequens ſequitur, quòd opinio eius nec non & opinio Trombettæ, quia eſt conformis opinioni auctoris, non

Argumẽtũ de homine & eius riſibilitate.

eſt

eſt tenenda; ſi autem prædicti tenerent, quòd maior vnitas inferat omnes alias vnitates uerum dicerent, quia ſic tenet etiam Ariſto. Bene enim ſequitur ſunt vnum numero ergo vnum ſpecie ergo vnum genere, ergo vnum propoſitione, & ſic de alijs vnitatibus. *5. met. cont. 12.*

MOdo reſtat reſpondere ad argumenta. Ad primũ quum dicitur vel iſtæ formalitates ſunt aliquæ res uel nullæ.

Dico, quòd nec hoc nec illud, loquendo de re propriè dicta quia tales res ſunt illæ quæ ſunt in recta linea cuiuſmodi non ſunt iſtę formalitates.

Sed ſunt aliquæ realitates mediantes inter rem & rem: uel poteſt dici, quòd ſunt res, non res non quidem propriè, ſed impropriè, & large accipiendo rem quem admodum ſunt duæ paſſiones. Per tales realitates intelligo quidditates rerum per ſpeciem intellectas vt ab ſtrahunt ab omni exiſtentia & ſubſiſtentia verbi gratia deſcriptio rationalis quæ eſt diuiſiua quidem generis & ſpeciei conſtitutiua, & deſcriptio riſibilis quæ eſt aptitudo hominis ad ridendum: uel poſſet dici, quòd ſunt res largo modo, ſcilicet res eſſentiæ non autem exiſtentiæ quia tales ſunt tranſcendentes ad decem prædicamenta. Quæ & ſi actualiter non exiſtunt, bene tamen aptitudinaliter, & hoc ſufficit & ſi inferatur, ergo talis diſtinctio erit realis. *Nota, & bene.*

Dico, quòd non ſequitur, quia non eſt inter vnam rem aptitudinaliter exiſtentem & aliam uel ſubſiſtentem, ſed talis erit formalis aut ex natura rei.

AD ſecundum quum dicitur quæ diſtinguũtur ex natura rei realiter diſtinguuntur. *Ad ſecũdũ.*

Dico, quòd verum eſt accipiendo diſtinctionem realem large quæ eſt inter vnam rem impropriè dictam & aliam, vt puta inter vnam realitatem & aliam, vt declaratum eſt in reſponſione alterius argumenti.

Non autem inter unam rem exiſtentiæ vel ſubſiſtentiæ & aliam.

AD tertium quum dicitur ſicut ſe habet res ſubiecti &c. Sub alijs uerbis uolunt dicere ſicut ſe hẽt *Ad tertiũ.*

ſubiectum ad ſuam formalitatem, ita paſſio ad ſuam formalitatem, per quas intellige deſcriptiones vtriuſque, ſed ſubiectum, & ſua formalitas ita ſe habent, q ſunt eadem realiter, ergo & paſſio, & formalitas paſſionis ſunt eadem. Concedatur totum. Quum poſtea dicunt: Ergo permutando ita ſe habebit formalitas ad formalitatem: & per conſequens iſtæ duæ formalitates erunt eadem realiter, quemadmodum eſt ſubiectum cum ſua paſſione, tranſeat. Quum vltimate inferſit ſunt eadem realiter, ergo formaliter. Negatur conſequentia, quia committitur fallacia conſequentis; & per conſequens ratio nulla, quia vltima conſequentia eſt falſa, quia identitas realis fundatur ſuper inſeparationem: diſtinctio autem formalis ſuper aliud & aliud repertũ in re, vtputa ſuper varias deſcriptiones ſubiecti, & paſſionis. Bene autem ſequeretur ſunt eadem realiter, ergo realiter non diſtinguuntur, bene etiam ſequeretur dicendo ſunt eadem realiter, ergo formaliter diſtinguuntur: immo poſſet negari totum argumentũ, quia committitur fallacia æquiuocationis eo, quòd in præmiſſis fit mentio de identitate reali. In concluſione autẽ de formali, alia ratio negationis eſt, quia arguitur à commutata proportione, qui modus arguendi tantum habet veritatem quo ad opponi, non autem quo ad cõſequi ſecundum Sco.

16. q. uniuerſalium. Dico etiam iuxta Sco. mentem, quòd tantum valet in numeris & quantitatibus, immo non valet in quantitatibus niſi merito numerorum, vt patet dicendo, ſicut ſe habent duo ad quatuor, ita quatuor ad octo, ſed duo ſunt reſpectu quatuor dimidia pars, ergo & quatuor reſpectu octo dimidia pars. Et ita per locum a commutata proportione: ſicut ſe habent octo ad quatuor, ita quatuor ad duo, ſed octo ſunt dupla quatuor, ergo quatuor ſunt dupla duo: quum ergo prædictum argumentum non ſit in numeris, ſequitur quòd nihil valet.

Cõmutata proportio.

AD quartum quum dicitur penes ſubſtantiam ſit omnis diſtinctio realis & formalis, ſed diſtinctio ex natura rei ſit huiuſmodi, ergo eſt eadem cum prædictis:

tis: tunc ſic eſt eadē: ergo non alia ab ipſis. Dico quòd maior & minor vniuerſaliter non eſt vera, patet, quia quantitas & qualitas realiter diſtinguuntur, quum ſint res diuerſorum prædicamentorum, tamen talis diſtinctio non eſt penes ſubſtantiam: ſimiliter diſtinctio formalis fit penes aliam & aliam formalitatem, quæ non ſunt propriè res ſubſtantiales.

Circa minorem dico, quòd eſt falſa: quia albedo, & nigredo diſtinguuntur ex natura rei: quia ſuper eas poſſunt fundari duo contradictoria, ſcilicet congregatiuum viſus, & non diſgregatiuum. Diſgregatiuum & non congregatiuum. Et tamen diſtinctio hæc non eſt penes ſubſtantiam. Aliter Auctor reſpondet, & quum inquit, ſed ſicut rei, & rei, ſupple tu, ideſt aliquid rei.

AD quintum dico, quòd verum eſt in habentibus diffinitiones. De habentibus autem deſcriptiones non habet veritatem. *Ad quintũ.*

AD ſextum quum dicitur bene ſequitur per vos ſubiectum, & paſſio ſunt eadem realiter, & diſtinguuntur formaliter, ergo ab vno, & eodem ſumitur vnitas & pluralitas, quod eſt contra Ariſtote. 2. de gene. vbi inquit. Idem inquantum idem non eſt natum facere niſi idem. Conſequentia probatur, vt ſunt eadem realiter ſumitur vnitas, quia ſunt vnum ens: vt formaliter diſtinguuntur ſumitur pluralitas, quum ſint plures formalitates. Quum autem hoc non poſſit eſſe, ergo ſi prędicta formaliter diſtinguuntur, ergo & realiter: & per conſequens nulla alia diſtinctio reperitur niſi prædictæ duæ. *Ad ſextũ.* *2. de gener. cont. 56.*

Ad hoc dico, ꝙ ſumi vnitas, & pluralitas reſpectu vnius & eiuſdem, & eodem modo conſiderati eſt maximum inconueniens, ſed ſumi prædicta ab vno, & eodé diuerſimodè conſiderato non eſt inconueniés, cuiuſmodi eſt in propoſito, quia ſumitur vnitas ab vno ente, pluralitas autem a pluribus formalitatibus, quod non eſt inconueniens, vt patet ſpeculanti.

AD ſeptimum quum dicitur. Quæro vel illis duabus formalitatibus, ſcilicet ſubiecti, & paſſionis aliquod *Ad ſeptimũ*

aliquod eſt commune, vel non. Dico, quòd aliquid. Et
Q̃uo ens ſit cõtrahibile. quum quæritur, quod eſt illud. Dico, quòd ens non quidem vniuocè, ſeu quidditatiuè acceptum, ſcilicet contrahibile per differentias, vel per modos, ſed denominatiuè: Ita quòd ſicut homo, & riſibile conueniunt in ente, tanquam in quadam realitate, & de ipſis ens prædicatur denominatiue: Ita dico de illis formalitati-
Aliqua quo conueniant. bus duabus. Pro cuius declaratione nota, quòd aliqua conueniunt in quidditate & realitate, vt homo & aſinus. Pro quanto conueniunt in animali abſolutè conſiderato, ideſt incontracte, ſic dicitur quidditas, quia eſt res eſſentiæ, abſtrahens ab omni exiſtentia actuali, & aptitudinali. Pro ut autem conueniunt in animali contrahibili per differentias formales, ſic dicitur realitas. Aliqua vero non conueniunt nec in hoc nec in aliud: vt ſignificata vocis æquiuocę, quæ vox nec eſt quidditas, nec realitas. Aliqua autem licet non cõueniãt in quidditate, ideſt in ente quidditatiue ſeu vniuocè accepto, bene tamen in realitate, ideſt in ente denominatiuè accepto, vt homo & ſua paſſio, & per conſequens prædictæ duæ formalitates, ſcilicet ſubiecti & paſſionis. Ita quòd ſicut iſta eſt denominatiua riſibile eſt ens ita iſta, formalitas riſibilis eſt ens, ſed prima eſt denominatiua poſitiuè, ſecunda autem priuatiuè, ideſt eſt minus non quidditatiua. Vlterius quum infertur, ergo diſtinguuntur ſe totis obiectiuè concedo, ergo ſe totis ſubiectiuè. Conceditur ergo eſſentialiter. Poteſt concedi accipiendo eſſentialiter propriè, vt tantum valet, ſicut eſſe de eſſentia. Impropriè autem nego, quia tantum valet, ſicut diſtingui realiter, quia in via Sco. ſæpius iſta duo confunduntur, ſ. eſſentialiter & realiter, tamen Sco. in prædica. q. 10. tenet, quòd homo & paſſio realiter diſtinguuntur, & dicendum eſt, ꝙ ibi non loquitur ſecundum opinionem propriam, ſed communem.

Quidditatiuu duob. modis ſumitur AD octauum negatur totum argumentũ, quia committitur fallacia æquiuocationis pro cuius declaratione, Notandum, quòd ſicut quidditatiuum accipitur duobus modis, ſcilicet propriè, & impropriè. Ita ſuũ

aduerbium,ſcilicet quidditatiuè. Quidditatiuum primo modo, ſcilicet propriè eſt ens completum: vtputa homo,& breuiter omnia quæ ſunt in recta linea dicuntur quidditates propriȩ. Quidditatiuum vero improprie eſt ens incompletum ,vt ſunt rationale, & irrationale,quæ ſunt partes, & quidditatiue, ſuũ aduerbium. Primo modo accipitur pro ente completo. Secundo modo pro incompleto.Modo ad formam:quum dicitur quæcunque quidditatiue diſtinguuntur, realiter & eſſentialiter diſtinguuntur.Verum eſt accipiendo quidditatiue proprie,non autem communiter. Ad minorem quum dicitur.Sed quæ diſtinguuntur formaliter quidditatiuè diſtinguuntur,verum eſt accipiendo quidditatiue improprie: ideo quia committitur fallacia æquiuocationis ratio nulla eſt. Si modo dicatur, ego accipio quidditatiue proprie in ambabus,quid dicendum? Poſſet dici, ꝙ maior eſt vera,& minor falſa: quia rationale & irrationale diſtinguuntur formaliter penes formalitates,non tamen quidditatiue proprie. Si vero dicatur accipio quidditatiue improprie in ambabus. Tunc maior eſt falſa,minor vera, & ſic patet quantum iſta ratio eſt ſatis friuola.

AD nonum quum dicitur nulla paſſio protenditur, ideſt extenditur,ſiue eſt maioris entitatis, quàm ſuum ſubiectum. Ad quod dicitur, quòd nihil valet, quia committitur fallacia æquiuocationis: patet quia quum inquit.Igitur omnis diſtinctio eſt realis,vel rationis. Ibi accipit diſtinctionem realem large.i.pro quacunque diſtinctione, quæ eſt ſecluſo opere intellectus collatiuo. Et iſto modo ſecundum nos etiam diſtinctio ex natura rei, & diſtinctio formalis eſt realis. Poſtea quum dicit. Igitur nulla diſtinctio erit media inter diſtinctionem realem & rationis: hic accipit diſtinctionē realem ſtrictè ac proprie: quæ eſt inter rem & rem. Et ſic apparet expreſſe æquiuocationis fallacia, quare ratio nulla. *Ad nonum.*

AD decimum dico, quòd in probatione minoris accipitur quidditatiue large & improprie. In ſequenti

quæ ſumitur a realitate productiua. Si autem paternitas, prout eſt incommunicabilis comparetur ad eſſentiam, vt ipſa eſt communicabilis diſtinguuntur ex natura rei, vt inquit Auctor in artic. de diſtin. ex natura rei, antequam declaret quid ſit modus intrinſecus. Sed contra diceret proteruus intendens confirmare omnes ſupradictas rationes. Ergo in Deo erit compoſitio, probatur conſequentia, quia ſi pro, quia diſtinctio rationis arguit compoſitionem, a fortiori diſtinctio ex natura rei, quæ eſt maior quam tu ponis Scotiſta in diuinis. Dico, quòd verum eſſet ſi in diuinis vnum ſe haberet per modum actus, & aliud per modum potentiæ. Cuius oppoſitum eſt verum, vt patuit in ſcripto ſuper primum articulum. Et ſic patet quid dicendum ſit de iſtis neceſſarijſſimis identitatibus, ac diſtinctionibus.

Quõ in Deo nõ ſit compoſitio.

Reuer. Sacræ Theologiæ Doct. Mag. Laurentij Ordi. Min. Conuent. Commentaria Breuia ſuper Formalitates Doct. ſubtilis A F. Conſtantio Sarnano recognita, & reuiſa ad ſtudioſorum vtilitatem.

FINIS.

127.

128.

129.

QVINQVE ILLVSTRIVM AVCTORVM Formalitatum Libelli.

Nempe,
- Antonij Syrecti, cum annotationibus Mauritij.
- Stephani Burlipheri.
- Mauritij Hibernatis.
- Antonij Trombetæ, & Laurentij Brixienſis.

Cum Indice Ampliſſimo.

VENETIIS,

Apud Franciſcum de Franciſcis Senenſem.
M. D. LXXXVIII.

MAPHEI DE MAPHEIS Liberalium Artium Cultoris ad Lectorem Endecaſyllabum.

Excuſſum latebris habes volumen
Syrecti Studioſe lectitandum
Refertum penetralibus deorum.
Nam recondita ſunt in hoc Libello
Senſa Ariſtotelis profundiora.
Quodq; Auerrois ille Cordubenſis.
Ad mentem retulit ſui Magiſtri.
Et Scoti inuenies Secretiora
Solerti ingenio magis tenenda
Quam ſi defluerent Sybillæ ab ore.
Hoc Antonius ille Taruiſinus
Quo non credimus eſſe doctiorem.
Excultum dedit omnibus legendum.
Quare Tu innumeras referto grates.

ANTONIVS DE FANTIS Taruiſinus Artium Doctor Lectori Salutem.

ACcipe candidiſſime Lector excultum Formarum intelligibilium opus mira ſpeculationum copia refertum iuxta veriorem Philoſophi & Auer. necnon ſubtiliſſimi Sco. peritiam nuperrime ab infinitis pene erroribus abſolutum: alacri animo, confidentiq; ingenio tuo perlegendum, quod ſane antea faſtidire potiuſquàm oblectare lectorem ſolebat: nunc vero compendioſa Vrbinatis Antiſtetis Antonij Trombete expoſitione dilucidatum lectitabis: adiunctaſq; celeberrimi Archiepiſcopi Mauritij additiones, & epitomata, noſtraſque plurimis in locis annotationes, e quibus admirabiles inueſtigandæ veritatis methodos aſſecutis: illiſque præmonitus apicem ſpeculationis diſciplinarum omnium facile pertinges: neq; his te plurimum uel admirari, vel ab earum cognitu deterreri velim, quòd illas adeo ſuccinctas, adeo breues adeo (vt ita dicam) ſcrupuloſas in marginibus perlegeris, abditiſſimos rerum deſignantes intellectus: pleraque ſæpius in auctorem argumenta inſoluta reliqui: pluribus namque ex cauſis id merito factum arbitrare. Tanta etenim eſt diſciplinæ Scoticæ ſubtilitas: profundaque rerum altiſſimarum indago: vt maiora ſemper intelligentiæ ęnigmata repullulent, quorum omnium copioſa ex-

poſitio maximum potius volumen quam anguſtum marginem expoſceret: quibus te monuiſſe ſat eſt. Noſti præterea lector ingenue quantum ipſa latentium rerum admiratio doctrinarum omnium adeptioni conferat: neque vel ſtudioſus, vel more Pithagorico Philoſophus ille putabitur, qui in capeſcenda veri cognitione ab admirationis igniculo erit: alienus propter namque admirari inquit Stagyrita philoſophari cęperunt Philoſophi. Imbecillis iccirco obtuſiq́ue prorſus ingenij eſt indicium circa bonarum artium ſtudia verſati, nil dubitandum: nilq́ue admiratione dignum tenere. Hæc itaque ſolertium ingeniorum progymnaſmata ſagaci trutina cautioriq́ue ſtudio examinanda ſunt, quæ ſi in propatulum prodirent ocio potius quam literaria exercitatione ſtudioſorum ingenia torpeſcere viderentur. Noſti præterea quot Penthei quot Lycaones propediem ſuccreſcant: qui ſeſe tribunaliter inflantes vniuerſas in Parnaſo diſciplinas calluiſſe profitentur, quos cum vrgenti harum additionum aculeǫ pupugeris: illos ab omni prorſus ingenij ſolertia alienos agnoſces: quamobrem id conſulto factum puta. Verum ſi blacterones in angulis obſtrepere perſenſeris: quid ad ſuperos: quòd ſus Mineruam odiat? Vale.

INDEX IN PRAEDICTOS QVINQVE Formalitatum

Auctores: quorum Laurentius Brixienſis ſolus notatur per literam. B.

A

ABſolutum quotuplex.175.183. B. 16.
Abſolutum & relatio mediant inter ens & decem prædicamenta. B.30
Abſolutum quod eſt commune ſubſtantię,& qualitati nō poteſt eſſe genus. 183
Abſtractionum tria genera.75
Abſtractio vltima cuius libet rei quid ſit. 54
Abſtractum quomodo dicatur prius concreto. B.57
Accidens capi dupliciter poteſt. 12.146
Accidentia quomodo ſint ſimplicia. 18
Actio acta quæ, ſit. 138
Actus intellectus duplex rectus & collatiuus.24. & reflexus etiam. 172
Ad aliquid an ſint omnia alia à Deo. 21
Analogum vnde dictum, an detur purum analogū. B.8.
Analogum omne vel eſt ęquiuocum vel vniuocum. 14
Angelus & anima quomodo ſint ſimplices vel quibus cōponantur. 18.154.B.34
Argumentum à coniunctis ad diuiſa quomō valeat. B. 82
Argumentum a parte in modo ad totum in modū quomodo

modo valeat. 231
Attributum quid. 187
Attributa in diuinis formaliter diſtinguuntur ab eſſentia diuina, à ſe inuicem, & à relationibus. 60
Et quotupliciter capiantur. 144.
Quæ ſint. 245. B. 88
Auguſtinus quandoq; loquitur vt philoſophus. 155

C

Coelũ eſſe ſine motu quomodo ſit contradictio. 70
Cognitio vel notio intuitiua vel abſtractiua quæ ſit. 221. B. 58
Compoſitio duplex cum his & ex his. 19. 156
Et ex re & re: ex realitate & realitate. 154
Compoſitum vnde dictum: quæ eidem requirantur. B. 32.
Compoſitum vel conſtitutum ex tot modis poteſt dici ex quot ſimplex. 18. & triplex eſſe ponitur. 198
Compoſita compoſitione ex his quæ poſſint dici. 19. 157
Cõceptus ſimpliciter ſimplex quis ſit. 18
Conceptus quomodo capitur. 148. 174
Conceptus contrahibilis & communis. 36
Conceptus tranſcendens qui ſit. 150
Conceptus contrahentes quid dicant. 36
Conceptus communis Deo & creaturis realis quomodo poteſt capi niſi ab aliqua realitate eiuſdem generis. 38
Conceptus perfectus & imperfectus. 38
Conceptus diffinitionis alius per ſe eſt, alius diffiniti. 98
Conceptus idem non poteſt eſſe certus & dubius. B. 24. vel quomodo poteſt. 26
Concretum capit denominationem ab abſtracto non è conuerſo. B. 96
Concretum & abſtractum diſtinguuntur ſola ratione. 65. & 99. eorundem bona conſequentia. B. 72
Conſequentia bona eſt cum vna credita infertur ex vna credita & alia cognita naturaliter. 62
Continentia vnitiua quorum ſit. 105
Contingens quid dicatur, & duplex eſt. 20. B. 37
Contradictio eſt maxima oppoſitio & ſimpliciter prima. 177. 277
Contradictionis via eſt prima & maxima via ad demonſtrandum diſtinctionem inter aliqua, ibidem
Creatura quælibet an ſit compoſita

poſita ex re & re. 158

D

DEus eſt, vt cognoſcitur a beatis in patria, quæ propoſitio ſit. 210.
Deus & creatura quomodo ſunt idem. B.113
Deo & creaturis communia. 210
Deo competit neceſſitas & infinitas. 152. & exiſtentia etiam ſunt eius intrinſeci modi. 267
Deo in ſunt plures quidditates. B 47
Dependent omnia eſſentialiter à Deo. 164.B.38
Dici de omni & de nullo regulari quid ſit. B.80
Dicere & dictio vt eſt notio in diuinis quid ſit. 189
Differentia omnis rationis facit compoſitionem rationis. 4
Differentiæ vltimę quę, & quomodo diſtinguantur. 277
Differentiæ quomodo important diſtinctam realitatem. 218.
Differentia inter primum modum dicendi & ſecundum. B.111.
Differentia inter relationem reſpectum, & habitudinem. B.17
Differentia non identitatis quadrupla eſt in diuinis. 29
Differentia inter modum intrinſecum & differentiam. 36
Differentia dicit realitatem actualem qualitatiuam. 36
Diffinitio & diffinitum quomodo diſtinguantur. 34. 119.B 52.
Diffinitio & diffinitum dicunt aliam & aliam relationem formalem & conceptibilitatem aliam. 98
Diffinitio & diffinitum quomodo capiatur. 197
Diffinitum omne eſt idem formaliter cum ſua diffinitione. 119
Diſtingui ratione quæ dicantur. 113
Diſtingui ſe totis ſubiectiue quæ dicantur. 120
Diſtingui ſe totis ſubiectiue aliqua dupliciter dicuntur. 77.
Diſtingui ſe totis obiectiue quæ dicantur. 79
Diſtinguuntur realiter, quæ formaliter diſtinguuntur, vt probatur. 1
Sed in oppoſitũ probatur. 7
Diſtinguuntur realiter quę diſtinguũtur ex natura rei. 2
Diſtinguuntur realiter vel ratione quæcunque habent diuerſas diffinitiones. 2
Diſtinguuntur realiter & eſſentialiter quæcunque diſtinguũtur quidditatiue. 3
Diſtinguuntur realiter quæ-

cunque diſtinguuntur numero. 4
Diſtinguuntur per formam, quæ diſtinguuntur formaliter. 4
Diſtinguuntur realiter & eſſentialiter illa quæ habent realiter & eſſentialiter diuerſas formas. 4
Diſtinguuntur ratione quæ diſtinguuntur per actum intellectus collatiuum. 26
Diſtinguuntur ſolum ex natura rei ſuperius & inferius, totum & partes, diffinitum & diffinitio. 106
Et quomodo diſtinguuntur formaliter. 121
Diſtincta per actum collatiuum intellectus etiam diſtinguuntur ratione. 26
Diſtincta eſsẽtialiter quæ ſint. 75
Diſtincta realiter quæ ſint. 72.268
Diſtincta ex natura rei quæ ſint. 42
Diſtinctio quid ſit diffinitur B. 111
Diſtinctio duplex eſt communis & propria. 129
Vna aut maior in intellectu quomodo ſit. 102
Non uana & ratio ſortitur robur ab aliqua re & quomodo. 27
Quomodo eſt inter eſſentiã diuinam, & paternitatem. 63. & B.224
Eſſentialis quæ ſit. 133. 273
Eadẽ ſtat cum idẽtitate formali. 112
Quæcunque & identitas quęcunque quæ requirat. 75
Media quæ ſit & in quibus detur. 42.B.2
Modalis quæ ſit. 131
Ex natura rei quæ ſit & qualis. 130. 223. utrum ponatur ab Ariſtot. 225. non poteſt ſtare cum idẽtitate formali 97.99. nulla eſt minor diſtinctione formali. 97. 104. 119. idem eſt quod diſtinctio rationis rei ratiocinabilis. 26. per. 4. genera oppoſitionis inueſtigatur. 81. 279
Formalis quę dicatur & ſit 116. 132. eſt duplex. 120 Stat cũ identitate reali. 117. & quadruplici via poteſt inueſtigari. 81 282
Realis quę ſit 71. 132. B. 101. capitur dupliciter. 43. 122. ſcilicet ſecundum ſuppoſita & ſecundum naturas. & quadrupliciter poteſt inueſtigari. 82. 283. tam realis quàm eſſentialis ſtat cum identitate formali. 112. 115. 117
Rationis cuiuſmodi reſpectus rationis ſit 26. quænam ſit. 130. eius uia generalis quæ ſit. 178. inter quę ſit. 26. 177. propter quæ inueſtigatur

tur 81. uidetur eſſe minima 85. 287
Obiectiue ſe totis quomodo inueſtigetur 82. 283. quænam ſit. 134. 275. 276. non īfert alias diſtinctiones 110. quomodo verò inferat 287. ſtat cum diſtinct. formali & reali. 125. 126
Subiectiue ſe totis quomodo inueſtigetur. 82. 283. quænam ſit. 133. 274. non infert alias nec maior eſt 110 ſtat cum formali & reali. 124
Diſtinctio inter eſſentiam diuinā & paternitatē. 63. B. 224
Diſtinctio inter ſubſtantiam naturam & eſſentiam. 189
Diſtinctio inter quiditatem & modum quæ dicitur eſſe ex natura rei, an ſit modalis vel quiditatiua. 226
Diſtinctiones quæ nam ſint neceſſario ponendæ. 118. 126
Diſtinctiones omnes ſcoticæ per quem modum non ordinentur. 117
Diuerſa eſſe aliqua & eſſe differentia aliud eſt. 79. 189
Diuerſa eſſe aliqua ſe totis poteſt eſſe dupliciter. 88
Diuinis omnia quomodo ſint eadem. B. 109
Diuinis quadrupla eſt differētia non identitatis. 29
Diuina an plures habeant formalitates. 62
Duratio eſt triplex. 67

E.

Entis diuiſio in ens reale & rationis. 9
Ens rationis capitur tribus modis. 9. 140. & quodnam ſit. 139
Ens reale prima ſua diuiſione diuiditur per quantum & non quantum. 10 141. 207. B. 11
Ens quantum diuiditur per finitum, & infinitum abſolutum & reſpectiuū 10. 182. 223. B. 13
Ens abſolutum quid ſit. 10
Ens reſpectiuum quod dicatur. ibid.
Ens diuiditur in ſubſtātiam & accidens. 12
Ens diuiditur in ens ſimpliciter & ens ſecundum quid & qualia ſint. 13 147
Ens & res ſimpliciter capitur, 181. B. 45
Entis conceptus eſt realis obiectiuus 219. finitus vel infinitus negatiue quomodo. 220
Ens quiditatiue quid eſſe dicatur. 185
Entia quiditatiua quæ ſint. B. 46
Ens quomodo ſit contrahibile. B. 117. 122
Ens capitur dupliciter tranſcēdenter & tranſcendentiſſime:

ſime:& qualia ſint. 16
Ens diuiditur in ſimplex & cõpoſitum: & qualia ſint. 18. 153
Ens diuiditur in ens neceſſarium & cõtingens,& qualia ſint. 20.159
Ens diuiditur in ens dependẽs & independens: & qualia ſint. 21 164
Ens diuiditur in vnum, & multa. 22
Eſſe obiectiue in intellectu. 140
Eſſentia diuina non eſt alia eſſentialiter & realiter à ſuppoſito. 8
Eſſentia diuina & relatio diſtinguuntur in diuinis. 34
Eſſentia diuina relationibus diſtinguitur formaliter. 60
Eſſentia & exiſtentia ſunt idẽ realiter. 136
Eſſentia diuina quomodo ſit de eſſentia patris. 139
Eſſentia quomodo capitur. 197
Eſſentia nulla diuina diſtngui tur formaliter ab eſſentia diuina. 250
Eſſentia diuina eſt pater quomodo. B.74
Ex & de quid notant. B.81
Exiſtentia quomodo dicatur eſſe intrinſecus modus eſſentiæ diuinæ, uel de eſſe ipſius. 209. quomodo ſit in Deo & creaturis 210. an ſit de quiditate Dei. B.56

F.

Filius eſt de eſſentia vel eſſentiæ an ſit propoſitio eſſentialis 57.238
Finis quotuplex. 259
Forma & materia quomodo diſtinguantur. B. 101.106
Forma diſtinguit & ſeparat. 4
Forma dicitur multipliciter. 44. & 185. vnde veniat. B. 48.60
Formalitas tripliciter capitur. 30. B.87
Formalitas alia totalis, & adæquata, alia partialis. 291
Formalitas vnde veniat. 44. 245. B 61. & quæ ſit. 137. B. 48
Formalitas communis eſt ad realitatem & quidditatem. 193
Formalitates plures an ſint in diuinis. 62
Formalitas quintupliciter ſumitur. 44
Formaliter quæ diſtinguantur. 60

G.

Genus quale ſit 152. generaliſſimum. 151
Genus & differentia genere diſtinguuntur & pluſquam genere. 53.249
Gignere [illegible] nihil poteſt tam [illegible] creaturis quàm in

in diuinis. 67

H.

HOmo & equus quomodo ſunt idem B.113
Homo albus eſt homo albus, homo albus eſt homo, homo eſt homo albus: & ſimiles propoſitiones in quo modo dicendi per ſe ſint: & quòd nihil uere prędicatur de huiuſmodi propoſitione qualis eſt hæc ſequens.
Homo eſt homo irrationalis: homo irrationalis eſt animal: homo irrationalis eſt homo irrationalis & ſimile eſt iudicium de omnibus alijs. 48

I.

IDem ſunt uel eadem ratione quæ habent eundem omnino conceptum. 26
Idem obiectiue quæ nam ſint. 79.276
Idem realiter eſſe aliqua quo modo dicantur. 265
Idem aliquid eſſe alicui dupliciter contingit. 202. B. 103. 105
Idétitas maior an inferat omnes alias. B. 116
Identitas rationis non infert alias omnes identitates. 112. & eſt abſolutiſſima. 175. B 43
Identitas rationis eſt duplex, & quęnam ſit. 130. B. 43.
Ex natura rei & modalis. 131. B. 51. formalis. 132. 202. 243. 248. B. 85. eiuſdé definitio. 59
Eſſétialis & realis. 133. 265. 258
Eſſentialis duplex eſt. 75. 227. 28.
Se totis obiectiue & ſubiectiue. 134. 274. 276. 268
Identitate ſubiectiua aliqua eſſe idem ſe totis, dupliciter dicuntur. 77
Imaginatiua poteſt conſiderari dupliciter. B. 41
Inferius eſt idem formaliter ſuperiori. 59 & quomodo non eſt. 241
Infinitas quomodo ſit de ratione formali eſſentiæ diuinæ. 211
Intellectus eſt duplex agens & paſſiuus vel poſſibilis. 24 167. B. 39
Intellectus actus eſt duplex rectus & collatiuus. 24. 172 B. 42
Intellectus agens eſt actiuus & productiuus. 167. dupliciter capitur. 171
Intellectus poſſibilis tr iplex 167
Intellectus agens quomodo eſt omnia facere. 168
Intellectus poſſibilis eſt omnia fieri quomodo intelligatur. 171

In-

Intellectus circa quæ nunquã poſſit eſſe falſus & circa q̃ poſſit.B.45

Intellectus fertur uel circa irreſolubilia ideſt ſimpliciter ſimplicia,vel circa reſolubilia.B 44

Intelligibile ſeu comprehenſibile dupliciter ſumitur. 191

Intelligere rem aliter quàm ſit,capitur dupliciter. 27

Intentio prima & ſecũda quædam eſt tranſcendens quædam prædicamentalis. 150

M.

MAgnitudo & magnitudinis eſſe aliud eſt B 6

Materiæ duplex ratio. 154. 185

Materiæ non repugnat eſſe ſiue exiſtere.B.18

Materia eſt ſubſtantia, ibid. 30

Materia & forma quomodo diſtinguantur.B.101. 106

Materia & forma poſſunt capi pro ſuis realitatibus ultimatis ideſt pro ſuis eſsẽtijs ſimplicibus uel pro eſſentijs compoſitis. 185

Materia prima quomodo ſit ſimplex. 18

Materia & forma ſunt eadem formaliter compoſito, & tamen diſtinguuntur realiter ab eodem.84.85.B. 106

Metaphyſica actio a quibus abſtrahit. 281

Modus intrinſecus & differentia differunt. B 57

Modus intrinſecus quis.38. 201.B.49. 53

Modi intrinſeci in diuinis & in creaturis qui nam ſint, 35.187.207.B.47. 55

Modus intrinſecus additus alteri non variat rationem formalem,quomodo intelligatur. 41

Modus ſecundus dicendi per ſe quando ſit & duos gradus habet. 46

Modus tertius non eſt prædicandi ſed per ſe eſſendi.46

Modus.4. dicendi per ſe quando ſit.46

Modus inferendi vnam identitatem ex alia. 84

Modus inferendi unam diſtinctionem ex alia. 84

Modi ſeptem diſtinctionum poſiti imperite à quibuſdã formalizantibus. 93

Redarguuntur ſinguli illi modi. 97

Multa tot modis capitur quot & vnum. 23

N.

NAtura duplex finita & infinita. 36

Natura quælibet an ſit componibilis cum accidente. 157

Neceſſarium aliquid eſt quod eſt per accidens. 249
Neceſſarium quid: complexũ & in complexum. 20. 159 & deinceps. B 36
Neceſſarium ſequitur tantum modo ex neceſſarijs. 63
Nomina ſubſtantiua poſſunt dupliciter prædicari in diuinis. 56
Notio quid ſit & quæ in Deo ſint notiones. 188. B. 47
Notitia uel cognitio duplex intuitiua & abſtractiua 221. B. 50

O.

Oppoſitum unum dicitur tot modis quot & reliquum. 23
Oppoſita quæ nam ſint.
Ordo qualis ſit inter ſubſtantiam, eſſentiam, naturam, eſſentiam, & quidditatẽ. 30 189. 258
Ordo eſſentialis eſt duplex. 74. 164. 258 272
Ordo eſſentialis non eſt inter diſtinct. realem eſſentialẽ & formalem. 288
Ordo inter formam, formale, & formalitatem. B. 60
Ordo naturæ poſitiue & priuatiue capitur. 160
Ordo naturæ alius poſitiuus alius priuatiuus. 258
Ordo qui ſit diuiſioni, diſtinctioni, & identitati inter ſe. 137

P.

Paſſio propria nulla protenditur ultra ſuum propriũ & adæquatum ſubiectum. 3
Pater alio eſt, & pater alio eſt pater ſecundum Aug. declaratur. 248
Perfectio in Deo & diuinis. 254
Perſeitas propoſitionis ex quo ſit 229. 2. 250
Perſonæ diuinæ diſtinguuntur realiter in diuinis. 270
Poſſibile quotuplex. 161
Potentia quotuplex, & ei correſpondet, actus. 147. B. 20
Potentia quomodo poteſt capi. 161. 171. tripliciter capitur phyſica, metaphyſica, & logica. 217
Potentiale quid ſit. B. 60
Plurificatione cõſequentis ad plurificationem antecedentis nunquam bene arguitur maxime in diuinis. 62. & 246
Prædicamenta ſunt idem ratione & tamen non ſunt idẽ realiter. 113. per quem modum diſtinguantur.. 124
Prędicamentorũ eſſentiæ ſunt impermiſtæ ſed formaliter. 60
Prædicatum & ſubiectum diſtinguuntur ratione in omni propoſitione in qua prędicatur idem de ſeipſo. 26

Prædicata omnia quiditatiua ſuperiora & omnes differentiæ eſſentiales & modi intrinſeci nõ ſunt idem formaliter ſuis conſtitutis ſiue inferioribus ſed bene è contra. 60
Prædicamentum vniuocum & prædicari vniuoce. 148. B. 22.11
Prædicatum per ſe quomodo competat ſubiecto. 228
Prædicatio quadruplex eſt. 45
Prædicari quiditatiue quid ſit. 185
Prædicatio quiditatiua & formalis ut eſt primus modus dicendi per ſe habet. 4. gradus. 45. B. 63
Prædicatio ſecunda formalis & denominatiua, & habet. 4. gradus. 50. 232. 236 B. 29. 66. 76
Prędicatio tertia eſt identice identica, & quando. 51. 233 B. 63
Prædicatio. 4. modi cauſandi potius quàm dicendi appellanda. B. 68
Prædicatio. 4. eſſentialis quæ eſt tamen in diuinis. 57. & 233. B. 81
Prædicationes prædictæ ut ſint ueræ quid debat prædicari. 53
Prioritas eſt multiplex. 66. 253. B. 91
Propoſitiones illæ in quo modo dicendi per ſe ſint, in quibus predicantur per ſe inferiora de ſuis ſuperioribus, uel paſſio inferioris de ſuperiori ad ſubiectum talis paſſionis. 47
Propoſitio hæc, filius eſt de eſſentia uel filius eſt eſſentię, an ſit eſſentialis. 57
Propoſitionum tres regulæ dãtur, ut cum dicitur homo albus eſt homo albus: homo albus eſt homo &c. 48. B 69
Propoſitioni eſſentiali quid requiratur. 58
Propoſitio quæ eſt de omni, ſignari debet p omne quod eſt, & quæ eſt de nullo per nihil quod eſt, in quibus ſyllogiſmis id faciẽdum ſit. 63
Propoſitionibus per ſe quomodo detur ſtatus. 230
Propoſitiones per ſe non ſequuntur propoſitionibus, per ſe. 63
Propoſitioni in primo modo perſeitatis requiſita. B. 62
Propoſitiones formales & quiditatiuæ non ſequuntur ex propoſitionibus formalibus & quiditatiuis. 63

Q.

QValitatis ſpecies tres ut differunt. 138
Qualitas eſt natura quomodo. B. 48
Quiditas proprie quid ſit. 196
Quiditas quomodo ſit forma. 227

Quiditas omnis eſt formalitas, non è conuerſo. B.47
Quiditati quomodo quid conueniat & pertineat. 196
Quidditatiuũ dicitur ſex modis. 31. B. 50
Quæcunque uni & eidẽ ſunt eadẽ, inter ſe ſunt eadẽ. 271
Quęcunque uni & eidem ſimpliciter, ſunt eadem ſimpliciter, quomodo intelligatur. 37

R.

Ratio multis modis capitur. 24. 172. 191. B. 44
Ratio quidditatiua & formalis cui conueniat: & quæ ſit. 41
Ratio quidditatiua eſt duplex. B 54
Ratio obiectalis eſt duplex. 192
Ratio in ſe falſa q̃ dicatur. 231
Rationalitas uel irrationalitas quid ſit & qualis modus. 219
Realitas quid ſit B. 107
Realitas diſtinguitur eodem quo & res & earundem diſtinctio. 193
Realitas obiectiua duplex. 194
Realitas obiectiua & ſubiectiua. 273
Reale & realitas unde dicantur. B 99
Regulari dici de omni & de nullo quid ſit. B. 80
Relatio duplex realis & aptitudinalis. 176. B. 42
Relatio creaturæ ad Deum quæ ſit. 165
Relatio quæ nam concernat. 54. 144
Relatio in diuinis & creaturis an ſit quanta. 142
Relationes notionales & communes quæ. 143
Relationes extrinſecus aduenientes quæ ſint & quæ dicantur. 10. B. 17
Res aliquando uenit de ratus, ta, tum: aliquando a reor reris: & quid ſignificent. 12. tribus modis capitur. 135. B. 19
Res ſumpta a ratus, rata, tum eſt triplex. 69
Res eſſentiæ & res exiſtentiæ & ſubſiſtentiæ. 136. 193. B. 96. 97
Res & ens capitur tripliciter 29. 181. B. 46
Res in diuinis poteſt ſumi dupliciter. 69. 262
Reſpectus quis ſit. 144

S

Simplex dicitur pluribꝰ modis & quæ dicantur ſimplicia. 18. 153
Simpliciter ſimplex capi poteſt dupliciter: 153
Simpliciter ſimplex dupliciter capi poteſt. 153
Spirare eſt producere & ſpiratio actiua quid ſit. 189
Subiectum quod ſit in formalitatibus. B. 1

Subiectnm & prædicatum diſtinguuntur ratione in omni propoſitione mundi in qua,etiam prędicatur idem de ſe ipſo. 26
Subiectum nullum eſt idem formaliter ſuo accidenti bene e contra. 60
Subiectum quod ſit in formalitatibus. B.1
Subſtantia capitur tribus modis.12:vnde dicta & quæ ſit. 144.B. 18
Subſtantia eſt additum accidenti. 244
Superius eſt multiplicabile in plura inferius non. 34
Superius non includit inferius in ratione formali & per ſe primo modo. 59
Superius eſt idem realiter cũ ſuo inferiori. 204.B 85.& B.101
Superiora omnia vnitiue continentur in ſuis inferioribus. 105
Syllogiſmi expoſitorij quomo do ſoluantur & reducantur. 56

T

Totum & partes quomodo diſtinguantur. 34. & 197
Totum phyſicum & metaphyſicum quomodo diſtinguantur. 54
Totum diſtinguitur realiter a ſuis partibus de quo toto in intelligatur.74.268. B. 50. B.98.
Tranſcendens quid. B. 23 31
Tranſlatio duplex realis ex metaphyſica. 169

V.

Virtutes morales ſunt connexæ. B 4.
Virtus & iuſtitia ſunt eadem res,tamen ſunt diſtincta ſecundum rationem quidditatiuam. 7.138.& B.4
Vniuocè prædicari, & vniuocum eſſe prædicatum differunt,& qualia ſint. 13
Vniuocatio eſt duplex ſcilicet tranſcendens & limitata. quales ſunt. 14
Vnitatis ſunt plures gradus. 59.240.B.84
Vnitas rerum & pluralitas ſumi ab vno & eodem quomodo intelligatur. 88
Vnitas vnionis,& vnitas identitatis. 240
Vnum quotupliciter ſumatur 22.239.B.39
Voluntas etiam non intellectus ſolum eſt potentia collatiua. 139

FINIS.

TRACTATVS FORMALITATVM MODERNIORVM

DE MENTE DOCT. SVBT. SCOTI

Per Excell. Magiſtrum ANTONIVM SYRECTI collectarum.

QVAESTIO VNICA.

An illa quæ diſtinguuntur formaliter, diſtinguantur realiter.

[a] CIRCA † formalitates Do.Subt. Sco.Quæritur vtrum illa quę diſtinguuntur formaliter: diſtinguantur realiter. Et arguitur,ꝙ ſic. Et accipio duas formalitates:& ſint a.& b.vel igitur a.& b. ſunt aliquę res vel nullę res. Si ſint aliquę res igitur quæ formaliter diſtinguũtur realiter diſtinguuntur. Si nullæ res igitur erunt nihil, quia quod omnino nulla res eſt, nihil eſt, per beatum Auguſt. de Doctr.Chriſtiana lib.1.cap.1.

Et etiam probatur ratione: quia res & ens conuertuntur, vt patet 4.metaphy.tex.com.2.& 4.quare,quòd nulla res eſt nullum ens eſt,& ſic erit nihil, igitur &c.

Præterea illa quæ diſtinguuntur ex natura rei ſunt diſtincta realiter: patet de virtute vocabuli. Nihil enim aliud videtur eſſe diſtinctio ex natura rei, quàm diſtinctio realis: nec econtra, ſed illa quæ diſtinguuntur formaliter diſtinguũtur ex natura rei:igitur &c.probatio minoris: quia diſtinctio per formalitates, vel eſt extra actum intellectus,vel nõ, ſed ex comparatione intellectus: patet per omnes qui ponunt iſtas formalitates.Si ſecũdum,videlicet, quòd diſtinctio per formalitates ſit opus collatiuum ſiue per operationem intellectus: tunc erit diſtinctio rationis, quod eſt contra formalizantes. Si eſt extra actum intellectus, igitur erit ex natura rei:& per conſequens realis quod eſt propoſitum.

Præterea ſicut ſe habet res ſubiecti ad formalitatem ſubiecti.ita ſe habet res proprię paſſionis ad formalitatem proprię paſſionis: ergo per locum à tranſmutata proportione. Sicut ſe habet res ſubiecti ad rem proprię paſſionis, ita formalitas ſubiecti ad formalitatem proprię paſſionis: ſed res ſubiecti eſt eadem cum re proprię paſſionis, vt patet per te: qui dicis, quòd ſunt idem eſſentialiter & realiter:ergo formalitas ſubiecti eſt eadem cum formalitate proprię paſſionis, & ſic non diſtinguuntur,& per conſequens non diſtinguũtur formaliter, quare &c.

Præterea, quod eſt ſubſtantia eſt vera res,ſed formalitas ſubſtãtię ẽ ſubſtãtia, igitur formalitas ſubſtãtiæ vera res.Maior patet de ſe, quia eſt prædicatio ſuperioris de inferiori. Minor patet,quia formalitas ſubſtãtiæ eſt,quòd quid eſt ſubſtãtię,vt patet per iſtos:ſed quòd quid eſt,eſt idem cum re cuius eſt,patet.7.meta.tex.com.20.21.& 41.igitur, quòd quid eſt ſubſtãtiæ eſt ſubſtãtia. Et vltra quæcũque per veram rem diſtinguuntur, realiter diſtinguuntur, ſed quæ formaliter diſtinguuntur per veram rem diſtinguntur, ergo quæcunque formaliter diſtinguuntur realiter diſtinguuntur.

Præterea quæcunque habent diuerſas diffinitiones diſtinguuntur realiter vel ratione, patet quia diffinitiones diuerſæ ſiue differentiæ in eiſdem poſitę videntur ſufficere ad diſtinctionem realem vel rationis, ſed illa quæ diſtinguuntur

per

per formalitates habent diuerſas diffinitiones, vt patet per iſtos, igitur &c.

Præterea ſi illa quæ diſtinguuntur formaliter eſſent dem realiter, tunc ab vno & eodem ſumerentur vnitas & plurali tas, quod videtur incōueniens. Aſſumptum tamen probatur, quia per te ab vno & eodem in quo eſt vnitas rei & eſſe ſumi tur pluralitas formalitatum, & ſic ab vno & eodem ſumetur vnitas & pluralitas, ſed hoc eſt falſum, vt dictum eſt, & vt pa tet. 2. de generatione. tex. com. 56. idem inquantum idem nō eſt natum facere niſi idem.

† Præterea accipio formalitatem ſubiecti & ſit a & accipio formalitatem paſſionis, & ſit b. tunc quæro vel a. & b. habent aliquid commune vel niſi commune. Si nihil commune, ergo a. & b. ſe totis diſtinguuntur: ſed quæ ſe totis diſtinguuntur, realiter diſtinguuntur ergo a. & b. realiter diſtinguuntur, ſed per iſtos illa ſunt eadem realiter, ergo illa quæ in nullo ſunt eadem realiter vel non ſunt eadem realiter erunt eadem realiter, quod manifeſtam includit cōtradictionem. Si detur, quòd a. & b. habent aliquid commune, vel eſt reale vel rationis, ſi ſit ens reale, ergo illa ſunt entia realia, b & ſic facient diſtingui realiter † illa quorum ſunt formalitates, ſcilicet ſubiectum & propriam paſſionem. Si autē ſit ens rationis, igitur illę formalitates erunt entia rationis, & ſic facient illa quorum ſunt formnlitates diſtingui tantùm ſecundum rationem, quod eſt contra eos: quia dicunt quòd diſtinctio per formalitates eſt maior quàm diſtinctio rationis.

Præterea quæcunque diſtinguuntur quidditatiuè diſtinguuntur realiter & eſſentialiter, patet: quia quidditas res & eſſentia idem ſunt, ſed quæ diſtinguuntur formaliter diſtinguuntur quidditatiuè, patet: quia per iſtos, formalitas nihil aliud eſt quàm rei quidditas, ergo quæ diſtinguuntur for maliter diſtinguuntur realiter & eſſentialiter, quod eſt propoſitum.

Præterea arguit Herueus Brito ordinis prædicatorū, & di cit has rationes demonſtrare, ꝙ Nota [c] nulla propria paſſio protēditur vltra ſuum propriū & adęquatum ſubiectum, ſed diſtinctio eſt paſſio entis, ergo non protenditur vltra ens, ſed omne ens vel eſt reale vel rationis, vt patet. 5. meta. 4. 5. &

10.meta.tex.com.13. ſed expreſſius habetur ad finē.6. met. Igitur omnis diſtinctio vel eſt realis vel rationis, & ſic nulla erit diſtinctio media inter diſtinctionem realem & rationis, & ita non erit dare diſtinctionem formalitatum vel per formalitates, nec diſtinctionem ex natura rei niſi contineantur ſub aliqua iſtorum modorum,& ſic habeo propoſitum,quòd diſtinctio formalis infert diſtinctionem realem.

† Præterea, quæcunque diſtinguuntur numero, diſtinguuntur realiter, patet: quia quæ ſunt numeraliter diſtincta, non includit contradictionem vnum eſſe ſine alio,& per conſequens realiter diſtinguuntur, ſed quæ diſtinguuntur formaliter, diſtinguuntur numeraliter, probatio, quia quæ diſtinguuntur formaliter, diſtinguuntur quidditatiuè, vt patet per iſtos, & quæ diſtinguuntur quidditatiuè diſtinguuntur ſpecifice, patet: quia quidditas ponit rem in eſſe ſpecifico,ſed quæ diſtinguuntur ſpecie, diſtinguuntur numero,vt patet primo topi. & 5. metaphyſic. & etiam quia diſtinctio ſpecifica eſt maior quàm diſtinctio numeralis, & maior diſtinctio infert minorem ſecundum omnes, ſed quæcunque numero diſtinguuntur realiter diſtinguuntur, igitur de primo ad vltimum, quæ formaliter diſtinguuntur realiter diſtinguuntur, quod eſt propoſitum.

Præterea arguit ſic Franc. de marchia ad idē. Illa quę habēt realiter & eſſentialiter diuerſas formas, realiter & eſſentialiter diſtinguuntur, patet clare ex intentione philoſophi. nono metaphyſic. text. c.11. & inde, ſed expreſſius in 7.tex. c.49. habetur. Forma diſtinguit & ſeparat, ſed quæ diſtinguuntur formaliter, diſtinguuntur per formam: vt patet de virtute vocabuli, ergo quæ diſtinguuntur formaliter realiter diſtinguuntur & eſſentialiter.

Prçterea niſi illa quæ formaliter diſtinguuntur diſtinguerentur realiter, tunc formalitas non eſſet principium ſufficiens diſtinguendi aliqua realiter, patet de ſe, ſed hoc eſt falſum, patet: quia per paternitatem in diuinis quæ eſt quædam formalitas, pater in diuinis diſtinguitur ab eſſentia formaliter, & a filio in diuinis realiter, ergo realiter & eſſentialiter. Et confirmantur omnes iſtę rationes ſic. Omnis differentia rationis facit compoſitionem rationis, ergo omnis diſtinctio ſeu differentia ex natura rei facit compoſitionem

ex naturā rei, ſed in diuinis vel in ſimpliciter ſimplici nulla eſt compoſitio, ergo ibi nulla eſt diſtinctio ex natura rei, nec per conſequens formalis. Aliæ multæ rationes formantur ab iſtis, quibus pro nunc ſuperſedeo: quia iſtis intellectis & ſolutis aliæ faciliter intelligentur & ſoluentur.

Annota. Marginales.

a Circa } *Ponderabit in primis hic lector quid præſupponit & quid quærit quæſtio: & propter quid mouetur: & terminos exponat ex his quæ infra ſequuntur: & ex dictis Fran. Mayro. & Petri Thomæ, & aliorum formaliʒantium, & præcipuè Sco. & tangat opi. antiquorum. 1. phyſi. qui coguntur negare diſtinctionem entium ſecundum exiſtentiam, & quomodo iſta 4. ſe habent per modum magis, & minus communis, ſcilicet diſtinctio, uel differentia, diuerſitas, vel alietas ſeparatio, uel diuiſio, & non identitas, & quòd hic eſt ſermo de diſtinctione, proprie & non communiter accepta: ut ſupra notaui, quæ tamen & identitas ei oppoſita poteſt accipi, uel ſtricte, vt ſunt ſolum ſubſtantia, uel extenſiuè, ut ſunt omnis entis ſub diſiunctione, ut 19. di. 1. & 6. diſt. 4. & 5. meta. & alibi ſæpe habet Sco. declarari etiam poterit titulus tract. & 4. eius cauſæ notari, & quia hæc communia ſunt omitto ea: ſubiectum enim eius poteſt poni hoc diſiunctum, idem uel diſtinctum, uel ens in ordine ad iſta, uel formalitas, uel aliud huiuſmodi, ut noſti. Quare etiam nominantur potius formalitates, quàm realitates, uel huiuſmodi, poterit Lector curioſius tangere, & alia plura pro introductione iuniorum. Nominari etiam poterunt ſcriptores famoſiores formalitatum, & an Ariſtote. & alij philoſophi fecerint mentionem, de eis, & ubi, & qualiter &c.*

† *Formalitates* } *Aduertendum quòd ſubtiliter inquit Doc. hic circa formalitates Doctoris Subti. Scot. pluribus ex cauſis, tum, quia tangitur intentiò auctoris eſſe circa maximam intellectus perfectionem ex inueſtigatione prouenientе rerum difficilium in quibus maximè conſiſtit uirtus primo ethic. & in proœ. metaphyſic. quia propter hoc philoſophia prima eſt ſummopere appetenda, quia eſt diffi-*

eilium & earum, tum quia merito ſcribitur formalitates Doct. Subti. quia non eſt ipſius intentio verſari circa leuium peritiam & communium philoſophantium opiniones: nam licet plerique circa rerum formalitates laborauerint, in quandam tamen diminutam & in concreto cognitionem deuenerunt, hinc meritò eſt Ioan. Sco. Subti. Doct. nũcupatus, quia nemo profundius nemo ſubtilius nemo diligẽtius abditiſsimos Ariſto. ſenſus & occultas rerum proprietates eſt rimatus. eo etiam ratione dixit circa for. Doct. Subt. quia ſubtiliſsimum formalitatum opuſculum ad idit Sco. cuius iſte tractatus eſt ſummopere Iſagogicus quem aliquando ſtudioſi lectitabunt.

† Præterea} Nota quòd quidã Thomiſtæ moderniores coacti ſunt ponere quatuor genera diſtinctionũ, videlicet rationis, formalis, realis & eſſentialis, quæ quotiens dicantur & quales ſint, quare in Herueo & Capriolo & alijs ut noſti. Nam cum omnia vero conſonant ex. l. Ethic. neceſſe erat ut veritati Scoticæ etiam ipſi aduerſarij conuicti conſentiant.

b Realia} Quia cõe prædicatur, & ſuperius de ſuo inferiori, & ideo ſi habent aliquod cõe reale, illa erunt entia realia.

† Illa} Quia quæcunque per plures res diſtinguuntur realiter diſtinguuntur, quia talis eſt unaquaque diſtinctio qualia ſunt principia diſtinctiua vi infra uidebitur.

c Nulla} Nota quòd accipit Herueus in hoc argumento, ſcilicet, quòd diſtinctio eſt p[illegible]o entis, ergo ens erit, vniuocũ, quia omnis paſsio habet vnum ſubiectum commune cui primi primo conuenit, ut inquit philoſophus. 1. poste. tex. com. 2. & 13. & ideo raro vera loquuntur aduerſarij niſi cum Scotica ueritate duce. c. 5. & inde. tex. com. 12. & inde.

† Præterea} Hoc argumentũ eſt apparens Heruei nihil concludens propter fallaciã æquiuocationis & ſiquid probat non eſt quod intendit Herueus cõtra Sco. & ideo ratio oneroſa eſt & deceptoria velut eſt ratio parmenidis & Meliſsi primo phyſi. quia nemini dubium eſt, quod omnis diſtinctio uel eſt rationis vel realis, ideſt uel operatione intellectus uel ſecluſa ratione quã Scotus concedit tanquàm immediata, ſed illa non eſt realis diſtinctio de qua eſt ſermo, quare argumentum nihil probat.

† Præterea} Ad hac uideatur Sco. 2. 26. & 33. diſt. utriuſq; primi & alibi.

In

IN [a] oppoſitum arguitur ex quintuplici auctoritate,& primo ex auctoritate logicali ſic:quia dicit Ariſt. in prædicamẽtis c.de qualitate,ꝙ idem calor numero qui eſt de prima ſpecie qualitatis vt eſt diſpoſitio, eſt de tertia, vt eſt paſſibilis qualitas, ſed certum eſt quòd idem calor vnus numero eſt realiter & eſſentialiter idem. † Et tamen facit diuerſas ſpecies vel ponitur ſub diuerſis ſpeciebus: ergo oportet ponere diuerſas formalitales per quas facit diuerſas ſpecies vel per quas reponatur ſub diuerſis ſpeciebus. Et ſic cũ identitate rei reali ſtabit,immo neceſſario oportet ponere diuerſas formalitates.

Secundò probatur idem auctoritate naturali. Dicit enim philoſophus.3.phy.tex.com.21.& inde quòd actio & paſſio cum idem ſignificent realiter in numero, habent tamen q͛d quid erat alterum & alterum diſtincta, [b] ſed diſtinctio per quod quid erat,arguit diſtinctionem formalitatum, ergo cũ eadem re eſſentialiter ſtabit diuerſitas formalitatum.

Tertiò arguitur auctoritate morali, dicit enim philoſophus in ethicis, quòd uirtus & iuſtitia ſunt eadem res, ſed tamen ſunt diſtincta ſecũdum rationem quidditatiuam: ſed diſtingui per rationem quidditatiuam eſt diſtingui formaliter, ergo cum identitate reali ſtat pluralitas formalitatum iſtæ [b] tres auctoritates concludunt contra aduerſarium, licet non concludant contra Scotiſtam vel contra Mayroniſtam.

Quartò arguitur auctoritate metaphyſicali. Dicit enim philoſophus.4. metaphy. tex.com.3. quòd ens & unum ſunt una natura, & hoc idem dicit.4,to.c. primo diſtincta vera ratione quidditatiua, & per conſequens ſunt eadem realiter, & diſtincta formaliter, ergo cum identitate eſſentiæ & eſſentiæ,rei & rei,naturæ & naturæ: ſtabit diſtinctio quidditatiua & formalis.

Et ſi dicatur, non ſoluendo ſed proteruiendo ſicut conſueuerunt, ꝙ philoſophus capit ibi ens & vnum vt diſtincta ſecũdum retionem,ideſt per intellectum.

† Contra magis diſtinguitur ens ab vno quàm ens ab ente, ſed ens ab ente diſtinguitur per intellectum, ergo oportet, quòd ſumatur maior diſtinctio ibi quàm diſtinctio ſecundum intellectum, & per conſequens ſumetur ratio pro rõne

quidditatiua & non pro ratione intellectus, quæ ratio vel diſtinctio quidditatiua eſt maior quàm ratio uel diſtinctio intellectus.

Quintò probatur idem auctoritate Theologica: quia certum eſt quòd eſſentia diuina à ſuppoſito puta a patre & filio non eſt alia eſſentialiter & realiter: quia ſi hoc iam eſſet pluralitas rerum in diuinis,[d] quod eſt hæreticum, & tamen conceditur, quòd ibi eſt diuerſitas formalis, patet: quia pater dicitur ad alterum, ſcilicet ad filium & filius ad patrem, & tamen eſſentia non dicitur ad aliud: quia quod ad aliud dicitur ſecundum beatum Auguſti. de tri. libro, ſeptimo, debet primo, non eſt eſſentia: & capite intelligi formaliter, ergo cum identitate rei ſtabit diſtinctio formalitatum.

ANNOTATIONES

MARGINALES.

a In oppoſitum ⁊ Omnia hæc ferè argumenta accepit ex Franciſc. in ſuis formalitatibus & ſuper ſententias.

† Et tamen ⁊ Quære Sco. in prædicamentis. c. de qualitate & vbi ibi notaui. & in q. metaph. & 3. ſent. in materia de virtutibus, & 13. q. quoli.

b Sed diſtinctio ⁊ Tange illud. 3. de anima. tex. comment. 9. Aliud eſt magnitudo & magnitudinis eſſe &c. Adde alias plures auctoritates ſcripturarum ſanctorum & philoſophorum hic.

c Tres ⁊ Hoc ideo dicit quia aliter Sco. & Franc. exponunt philoſophum, in locis prælibatis & aliter Thomas & alij de via communi vt patet intuenti.

† Contra ⁊ Conſidera inſtantiam hic & fortifica argumentum contra ponentes gradus in diſtinctione per intellectum fabricata. Recurrendo ad ſubiectum & paſsionem & realitatem metaphyſicæ ſcientiæ & per conſequens unius ab ente formali & ex natura rei diſtinctione, plura alia hinc inde me litando pro & contra. Iuniorum introductionis gratia hic tange plura Theologicè inſtruendo.

Quod

d Quod eſt } Scilicet abſolutarum vel eſſentialium: quia de rebus relatiuis eſt concedendum conſequens ut patet nec eſt hæreticum ſed eius oppoſitum.

RESPONSIO CVM TRIBVS articulis principalibus.

RESPONDEO In iſta quæſtione ſic procedam.

Primò aliquas diuiſiones præponam.

Secundò numerum cuiuſlibet diſtinctionis & identitatis aperiam.

Tertiò dabo modum inueſtigandi & inferendi vnam diſtinctionem & identitatem ex alia.

Quantum ad primum dico, quòd ens diuiditur in ens reale, & in ens rationis [a] † & iſta eſt diuiſio æquiuoci analogi in ſua analogata æquiuocata.

Ens reale eſt quod habet eſſe ſecluſa quacunque operatione intellectus ſiue quocunque actu collatiuo cuiuſcunq; potentiæ ſiue intellectus, ſiue voluntatis, ſiue cuiuſque alterius potētiæ,& ſic ens reale prædicatur quidditatiuè de Deo & de decem prædicamentis. Ens verò rationis capitur trib. modis ſecundum Sco. prima diſtinctio. quarti,ſenten.quęſt. ſecunda.

Primò modo pro illo quod habet eſſe in anima ſubiectiue ut ſpecies actus & habitus.

Secundò modo obiectiuè ſicut [b] vniuerſalia ſunt in anima per ſpecies a rebus cauſſatas, vel à Deo [c] impreſſas.

Tertiò modo pro comparatione paſſiua qua per intellectum, vnum obiectum cognitum ad aliud obiectum cognitum comparatur.

Ens rationis duobus primis modis non diſtinguitur contra ens reale accipiendo ens reale ſicut capiebatur in præcedenti diuiſione, ſed ens rationis tertio modo captum nullo modo continetur nec continet ſub ſe ens reale tāquàm [d] ſuperius ſuum inferius.

† Vltra dico, quòd ens reale † prima ſua diuiſione diuidi-

diuiditur per ens, quantum & non quantum [e] ſecūdum Sco. 5. q. quoli. Ens quantum per finitnm & infinitum: abſolutum & reſpectiuum. † Omne enim ens dicitur formaliter abſolutum, quod non eſt formaliter ad aliud, ſicut eſt Deus, & omnia attributa in diuinis, & tria genera generaliſſima tantum, ſcilicet ſubſtantia, quantitas, & qualitas. Ens vero reſpectiuum dicitur, illud quod formaliter eſt ad aliud, ſicut ſunt in diuinis proprietates notionales, & relationes communes: & iſta ſeptem prædicamenta, ſcilicet ad aliquid, actio, paſſio, quando, vbi, ſitus, & habitus. Et iſtarum relationum quædam dicuntur intrinſecus aduenientes: ſicut ſunt omnes relationes de prædicamento ad aliquid: aliæ verò ſunt relationes extrinſecus aduenientes, vt ſunt illæ relationes de ſex vltimis prædicamentis. [f] Dicitur autem relatio intrinſecus adueniens, quę neceſſario ponitur poſitis fundamento, & termino: ſicut eſt paternitas, filiatio, ſimilitudo: implicat enim contradictionem ponere duo alba, quin ſit ſimilitudo, etiam per diuinam potentiam ſecundum Scot. 2. & 3. ſenten. & in multis alijs locis. Sed relatio extrinſecus adueniens [g] eſt, quæ non neceſſario ſequitur extrema poſita in actu, ita ꝙ per aliquam potentiam fundamentum, & terminus poſſunt poni, & tamen non erit relatio, vt patet de relatione agentis ad paſſum: poſſibile eſt enim ponere ignem & ſtuppam: & tamen non erit combuſtio.

† Et ſi dicatur, ꝙ ignis non eſt proximum fundamentum combuſtionis: ſed approximatio agentis ad paſſum, licet hoc ſit falſum, quia illa approximatio non denominatur agens, vel patiens: tamen adhuc poſſunt eſſe combuſtiuum, & combuſtibile approximata, vt patuit de tribus pueris in camino ignis ardentis. Dan. 3. & non erit combuſtio: & ſic patet, ꝙ tales relationes ſunt extrinſecus aduenientes.

Annota. marginales.

a Rationis} Tange inſtan. ex 17. q. quol. & 45. diſt. 3. contra hanc diſtinctionem, & dic conſequenter diſtinguendo de ratione, & diſtinctione rationis.

† Et iſta} Tāge inſtātiā contra hāc æquiuocationē ex 3. quæ. quolib.

quolib. & 24. atque 29. diſt. l. reportationum Sco. & dic conſequenter recurrendo ad duplicem primitatem entis, vt eſt obiectum intellectus. 3. diſt. 1. q. 3. vide ea quæ notaui ſuper 5. q. huius in Porphy.

b Sicut } Pondera ly vniuerſalia, & limita quod dicit de realitate.

c Impreßas } Pondera ly impreſſas. 3. diſt. 2. & 14. diſt. 3. applicando de cognitione angelorum, & Chriſti, & alia plura adde de ſpeciebus.

d Superius } Pondera ly ſuperius, & inferius ad differentiã accidentalis denominationis, vel reductionis radicabilis.

† Vltra } Circa has diuiſiones entis ſit cautus Lector, quia nõ poteſt de facili poni ordo in eis, & ſubdiuiſiones, ut in arbore prædica. ſcilicet aliquod mẽbrũ vnius continet, & continetur interdum à membris alterius particulariter ſaltim, vt patet diſcurrendo, & maximè comparando reſpectiuum ad ens quantum.

† Prima } Pondera etiã ly prima diuiſione, & contra T. atq; nominales ly. 3. genera abſoluta: & quare dicit nõ eſt formaliter ad aliud in deſcriptione abſoluti. quare Sco. in diſt. 2. q. 5. & 3. diſt. 1. 5. q. Adde plura de notionalibus, & relationibus in communibus, in diuinis, & alijs quæ ibi ponuntur ingenioſe Lector.

e Secũdũ } Probabiliter tamẽ dici põt, quòd diuiſionũ entis, alia eſt quidditates, ut in ſubſtantiam, & accidens, alia exprimitur per modos: vt per quantum & non quantum, & alia datur per paſſiones, vt per vnum & multa: & ex conſequenti ordo earum ſatis notus eſſe poteſt. Nam quidditas eſt intimior quidditati, quàm modus: & modus quàm paſſio, vt alibi prolixius notaui, quia hoc pauca ſapienti notabo.

† Omne } Aduerte etiã quòd magna altercatio poſſet eſſe de ordine harum diuiſionũ, quæ videlicet prior, & quæ poſterior.

f Dicitur } Vide Sco. 1. diſt. 2. & 3. & 11. & 13. q. quol. pro illa diuiſione relationis in intrinſecam, & extrinſecam.

g Eſt quæ } Tange inſtãtiam de quando, & dic conſequenter.

† Et ſi } Tange contra falſitatem opinio. omnium imaginantium. Quare diſt. 12. & diſ. 1. & 8. 3. & 42 pri. & 7. q. quol. idem tangit, & alibi ſæpe.

Dico,

DIco vltra, quòd ens diuiditur in ſubſtantiam & accidens: [a] & loquor de ente finito, & creato. † Iuxta quod nota, quòd ſubſtantia capitur tribus modis.

Vnò modo ſubſtantia dicitur, quod eſt a ſe, ad ſe, & per ſe, vt eſt Deus: & ſic non capitur hic ſubſtantia, quia clarum eſt, quòd Deus non eſt ens creatum, nec finitum.

Alio modo dicitur ſubſtantia quæ eſt per ſe, & ad ſe, ſed non à ſe, vt eſt ſubſtantia perfecta prædicamenti ſubſtantiæ: incipiendo a genere generaliſſimo, vſque ad indiuidua incluſiuè.

Tertio modo dicitur ſubſtantia, quæ nec eſt per ſe, nec à ſe, ſed in alio, quia eſt pars ſubſtantiæ perfectæ & complete, ſicut ſunt formæ ſubſtantiales. Et dico, quòd ſunt in alio, ſicut pars eſſentialis, vel integralis ſubſtantiæ eſt in ſubſtãtia.

Secundo nota, quòd circa vltimam diuiſionem nuper dictam, ly accidens, poteſt capi dupliciter. [b] Vno modo pro omni illo, quod conuenit alicui, & non eſt de diffinitione quidditatiua eius, & ſic propria paſſio eſt accidens ſuo ſubiecto, & omne accidens commune eſt accidens ſuo ſubiecto, & omne inferius ſuo ſuperiori. Et ita forte poſſet concedi, quòd propriæ paſſiones entis, accidunt enti, & cuilibet inferiori ad ens: capiendo iſto modo accidens. Secundo modo accipitur accidens pro illo, quod accidentaliter perficit illud quod exiſtit in ſe perfectum: nec neceſſario conſequitur ipſum, ſed ineſt ei contingenter, & ſic ſumitur hic, quando dicitur, quòd id accidens eſt, quod adeſt & abeſt &c.

Conſequenter dico, quòd res aliquando venit de ratus, tatum, † quod eſt firmus, ma, um, & iſta eſt, [c] ſemper cum exiſtentia actuali. Alio modo dicitur res a reor, ris, &c. quod eſt opinor, ris. Et ſic omne quod eſt tam in eſſe obiectiuo, ſicut oĩs res mundi ab æterno fuerunt, q̃ in eſſe imaginabili, pôt dici res. Et iſto ſecũdo modo accipiendo rẽ, pôt dici, ꝙ omnia creata, & omnia creabilia ante mũdi conſtitutionẽ eſſent res, & ꝙ ſor. & Pla. diſtinguebãtur realiter, & ſic de alijs. Prædictam diuiſionem ponit Sco. 35. diſt. 1. ſen.

ANNOTA. MARGINALES.

a Et loquor ? Sed melius in 10. genera immediatè, vt habet Sco. 5. meta. Excuſetur tamen vel ratione breuitatis, uel circũlocutionis

locutionis cum dicit in ſubſtantiam, & accidens.

† *Iuxta* } *Subdiuiſiones plurimas entis rationis in tertia acceptione ſumpti conſidera apud grammaticum, logicum, & rhetoricum, ſed quia intẽtio huius erat de formalitatibus ex natura rei: unde nomen imponitur libro tanquam à fine ex 2. de anima: ideo ut metaphyſicus ſequitur ens reale, & eius ſubdiuiſiones, ſcilicet nec ad ſe quoquo modo. Vide in prædicamentis c. de ſubſtantia philoſophum, & expoſitores, & maxime Sco. q. 3. & 4. prædicam.*

b *Vno* } *Vide Sco. in prædicabilibus c. de proprio, & accidente, & di. 2. 1. parte 2. q. 1. in ſolu. 2. principalis, & di. 17. eiuſdem q. ult. atque diſt. 26. utriuſque primi. & in 2. diſt. 1. q. 5. ad finem, & in 3. di. 7. & alibi ſæpe ad propoſitum, & ſpecialiter. 6. me. q. 3. ad ulteriorem æquiuocationem.*

d *Accidens* } *In Porphyrio, & 1. topic.*

† *Quod eſt* } *Ens tamen ratum dupliciter ſolet accipi: vide vbi infra, & 36. diſt. 1. & vbi ibi notaui.*

c *Semper* } *Pondera ly ſemper & tange inſtan. ad hominem infra ar. 4. 2. principalis, & dic conſequenter. Vide in Sco. 3. diſt. 1. q. 5. ar. 3. & ali. idem.*

Conſequenter dico, quòd ens diuiditur † in ens ſimpliciter & in ens ſecundum quid: [a] ſiue in ens in potẽtia ſubiectiua, & in ens in potentia obiectiua, & iſta diuiſio eſt eadem cum præcedente dempto eo, quod addebatur in ſecundo membro: quàm in eſſe, [b] imaginabili: & non capio hic ens ſecundum quid, vt ſub ſe continet entia rationis, ſiue relationes rationis & fictitia: ſed vt continet ſub ſe præcisè illud, cui non repugnat verum eſſe exiſtentię. Et ſic dico, ꝙ ens, vt eſt ſubiectum metaphyſicæ · & adæquatum obiectum intellectus noſtri dicitur vniuocè † de ente ſimpliciter: & de ente ſecundum quid: ſaltem ad illa eſt vniuocum prædicatum. Pro quo eſt notandum, quòd ſecundum Sco. diſt. 8. primi ſenten. q. 3. & diſtinct. 3. eiuſdem q. 3. Differentia eſt inter eſſe vniuocum prædicatum, & vniuocè prædicari. Vniuocum enim prædicatum eſt vniuerſaliter: quando conceptus illius quod prædicatur eſt in ſe vnus ex natura rei: ſi ſit res primæ intentionis. Et hoc modo album dictum de ligno, & lapide eſt prædicatum vniuocũ: & vniuerſaliter oĩs prædi-

prædicatio accidentis de ſubiecto. Et per oppoſitum illud dicitur æquiuocum, quod prædicatur non ſecundum vnitatem conceptus. † Et ſic inter vniuocum, & æquiuocum non eſt medium: [c] patet clarè ex rationibus ipſorum. Vniuoca.n. dicuntur quorum nomen eſt commune, & ratio ſubſtantiæ nõ eſt eadem: modo habere eandem rationem, & non habere eandem rationem, cum ſint contradictoria, nullo modo poſſunt compati medium.

Ex quo infero, quòd omne analogum, vel eſt æquiuocũ, vel vniuocum. † Vniuocè vero prædicari eſt quando ratio, ſeu diffinitio prædicati includitur in ratione, ſeu diffinitione ſubiecti, & hoc quidditatiue, ſic quòd non prædicatur, vt album de lapide, nec vniuerſaliter, vt quodcunque accidẽs de ſubiecto, ſiue proprium, ſiue commune, nec vt inferius de ſuperiori, nec vt genus de differentia, nec vt differentia de genere: nec vt modus intrinſecus de eo cuius eſt modus intrinſecus, ſed vt ſolus conceptus quidditatiuus, & qualitatiuus pertinentes ad primum modum dicendi per ſe prædicantur.

Vlterius eſt aduertendum, quòd duplex eſt vniuocatio: vt ad præſens ſpectat, ſcilicet vniuocatio † tranſcendens, & vniuocatio limitata. Vniuocatio limitata eſt reſpectu alicuius prædicati potentis prædicari de multis ſecundum habitudinem alicuius vniuerſalium à Porphyrio aſſignatorum: & illo modo ens non prædicatur vniuocè de entibus, ſicut dicit Porphyrius.c. de ſpecie. Si quis enim omnia entia vocet, æquiuocè, inquit nuncupabit, & non vniuocè.

[d] Vniuocatio tranſcendens eſt vnitas alicuius conceptus ex natura rei potentis de multis generibus generaliſſimis prædicari † vel de vno generaliſſimo: & de aliquo quod non eſt in prædicamento. Exemplum primi, vt ens, bonum, verum, relatio, abſolutum &c. dicuntur vniuoca vniuocatione tranſcendenti. Exemplum ſecundi, vt iuſtitia, ſapientia, dicuntur vniuoca vniuocatione tranſcendenti: nec requiritur ad hoc, quòd aliquod prædicatum ſit tranſcendens, quòd prædicetur de omnibus prædicamentis: ſed ſufficit, quòd prædicetur de aliquo prædicamento, vel de aliquo reponibili, & quòd non ſit per ſe in genere, ſicut eſt ſapientia, iuſtitia, & ſic de alijs. ſic Sco.8. diſtinctio.pri.ſenten. quæſtione tertia.

ANNOTA. MARGINALES.

† *In ens* } *Tãge multa circa hanc diuiſionẽ, & an mẽbra coincidunt, & an ſit diſtractiua, & an diuiſum prædicatur de diuidentibus, & alia multa vt ſcis, & quid correſpondeat conceptui entis in re, & alia ſubtilia meditare.*

a *Siue* } *Sed penes quid erit diſtinctio creabilium in eſſe obiectiuo? quòd ſi recurras ad ideas, qualiter tunc plures ideæ repræſentant plura creabilia?*

b *Imaginabili* } *Quia ens imaginabile, ſcilicet cum præciſione eſt impoſſibile, & ideo non eſt in potentia obiectiua, nec ſubiectiua vbi plura adde. Quare copioſe illa in Sco. 7. diſt. 1. & ubi ſupra, & 7. dist. & 12. dist. 2. q. 1. & in q. 9. meta. & alibi plerunque, & ſpecialiter ſuper 5. meta. c. de ente, & c. de potentia, & alibi in philoſopho, & commen.*

† *De ente* } *Contra illi, quod eſt ſecundum quid tale, & illi, quod eſt ſimpliciter tale, nihil eſt vniuocum ex 29. di. 1. dic conſequenter diſputando de ſecundum quid.*

† *Et ſic* } *Quare in an. prædicamentis Sco. & alibi ſæpe in logicalibus, & metaphyſica. Hoc modo denominatiuũ nõ eſt medium, vt habet Doct. vbi in litera notatur. Tange iſtam; hic arguendo per locum à caſibus, vt nosti, & dic conſequenter plura addendo pro, & contra.*

c *Patet* } *Quare ergo philoſophus poſuit denominatiua alia ab vniuocis, & æquiuocis. Dic, quòd conſiderat illa Logice in prædicamentis, & ita infra in habitudine ad ſubiecta eſſe uniuocum uniuocè dictum, & ſic ſuo modo denominatiuè, ſed metaphyſicus extrema abſolutè conſiderare potest: licet ergo diffinitio data ad bonum intellectum poſſet applicari ad denominatiua, non propter hoc fuit ſuperfluus Ariſt. alia plura adde ponderando. Aduerte, quòd ſecundum hoc ipſum verum ex quo prædicatur de ente, vt proprium, erit vniuocum limitatum.*

† *Vniuoce* } *Tange inſtantiam ex 1. elen. Sco. 9. q. ſoluendo 1. princi. & dic conſequenter bene ponderando.*

† *Tranſcendens* } *Quare ea quæ notaui ſuper 4. quæ. an. prædi. Sco. & ipſum 3. distin. 1. quæstio. 3. & ſuper 4. me. &*

ſuper

ſuper libr. de anima. ad hoc capit. de ſpecie.
d Vniuocatio] Extende vlterius hanc vniuocationem, vt noſti nec requiritur hic eſſentialis incluſio conceptus vniuocatis.
† Vel de vno] Scilicet vel de aliquo alicuius generaliſsimi: vt patet de ſapientia: & ſic de alijs. Pondera tamen inſtantiā vbique. Exemplum eſt de generaliſsimo, & requiſitis ad rationem eius, & non requiſitis, & ita dicatur de tranſcendenti, & quid requiritur.

ADuertendum vlterius, quòd ens capitur dupliciter, vno modo tranſcendenter: alio modo tranſcendentiſſime. Ens tranſcendentiſſime captum eſt æquiuocum quacunque † æquiuocatione: quia vt ſic capitur ens, eſt commune ad ens reale, & ens rationis, & clarum eſt, quòd vt ſic, non dicit aliquem conceptum vnum [a] quia vel ille conceptus eſſet ſecluſo opere intellectus uel nō: ſi ſic, ergo aliquod quod eſſet præter opus intellectus includeretur quidditatiue in illo quod non eſſet præter opus intellectus: cuiuſmodi eſt ens rationis. Si nō eſſet præter opus intellectus, ſed ꝑ opus intellectus, ergo aliquid quod eſt per opus intellectus includeretur quidditatiue in illo quod eſſet præter opus intellectus, † quod uidetur falſum: & ſic relinquitur, quòd ens vt ſic captum non eſt uniuocum.

Prædicta ratio facit mihi fidem & credo illam eſſe inſolubilem, licet Franc. de Mayronis nitatur eam ſoluere † ſed iudicio meo non ſoluit.

Ens verò tranſcendenter captum eſt ens cōmune ad Deū & creaturam, quod aſſignatur primum obiectum [b] noſtri intellectus ex natura potentiæ † & primum obiectum voluntatis, & primum ſubiectum metaphyſicę, & vt ſic, eſt vniuocum ad omne illud quod eſt ſecluſo opere intellectus collatiuo, & ſic eſt vniuocum ad differentias vltimas, & ad proprias paſſiones, & breuiter ad omnia poſitiua, vt dictum eſt.

Verùm eſt tamen quòd non prædicatur vniuocè de vltimis differentijs & proprijs paſſionibus ſuis, ſed tantum de Deo & decem prædicamentis. Et de materia & de forma ſecundum Sco. in tertia diſt. primi ſententiarum q. 3. † Et poſſet addi etiam, quòd prædicatur vniuocè de illis quæ directè † mediant inter ipſum & decem prædicamenta, cuiuſmodi ſunt

di ſunt abſolutum, [c] & relatio. Et ſecundum has diuiſiones tu potes ſaluare omnes auctoritates militantes contra vniuocationem entis.

Annota. marginales.

† *Aequiuocatione.} Scilicet limitata, & tranſcendenti, vel Logica, vel Philoſophica, & Metha. & non excluditur propter hoc analogia, vt ſuperius dixit.*

a *Quia vel} Vide Bonetum, & alios imaginantes ens eſſe vniuocum enti reali, & rationis. & pondera dicta Sco. 3. q. quolibet. arg. 1. & in primo reportationum. diſt. 24. & 29.*

Poſſet dici, quòd conceptus nec eſſet cauſatus neque non cauſatus ſicut dicitur de ente communi Deo, & creaturæ.

† *Quod videtur.} Tange Inſtantiã. de actu intelligendi, & lapide in mente. & dic conſequenter diſput. de opere intellectus.*

† *Sed iudicio.} Quare di. 42. primi conflatus. ſed in prologo eiuſdem. q. 10. hoc argumentum fere habet.*

b *Noſtri.} Tange hic plura de obiecto intellectus, & æquiuocatione entis, vt noſti. vide. q. 4. ante prædicamentorum. & q. 15. li. elencorum Sco. & 3. diſt. 1. & 14 q. quolib. & ſuper lib. de anima. & in q. Metaphyſi. & alibi plerunque.*

† *Et primum} Non autem ens eſt primum obiectum poſſibilitate attingentiæ ex puris naturalibus ſecundum Theologos non autem Philoſophos: vt patet tertio de anima. t. c. 18. quia intellectus poſſibilis, & agens adæquantur.*

† *Et poſſet.} Tange inſtantiam. ex. 12. diſt. ſecundi. contra hoc, quod dicit de materia, & forma. q. 1. & dic conſeq.*

† *Mediant.} Tange plura pro & contra circa illa media quæ ponit inter ens & decem genera, vel Deum, & creaturam, forte & ens. vide. 2. 3. & 8. diſt. infra. & 3. diſt. 2. parte. 1. & in theorematibus Sco. & alibi ad propoſitum copioſè.*

c *Et relatio.} Qualiter ergo valet argumentum eius contra alios de inhærentia. 7. Meta q. 1. Vbi infert, quòd eſſet genus ad 9. generaliſſima ſi includeretur eſſentialiter in eis. ita dicam hic ad relationem ſi eſt medium. Dic, quòd arguit ad hominem, & eum forte, vel aliter vt noſti bene ponderando.*

NOTANDVM vlterius, quòd ens diuiditur in ens ſimplex, & compoſitum. Simplex autem dicitur multis modis. Primo modo dicitur ſimplex, quod non eſt compoſitum nec componibile. & iſto modo ſolus Deus dicitur ſimplex: quia eſt ſummè ſimplex. Summè enim ſimplex dicitur, quod non eſt compoſitum nec [a] componibile. Et iſto modo omne aliud à Deo diceretur compoſitum: vt compoſitio opponitur ſimplicitati iſto modo ſumptæ. † Secundo modo dicitur ſimplex: quod non habet conceptum quiditatiuum, & qualitatiuum, & iſto modo dicitur ſimplex, quod habet conceptum ſimplicitem: ſicut ſunt ens, & paſſiones entis, modi intrinſeci, & omnes differentiæ vltimæ: quia habent conceptum ſimpliciter ſimplicem. Conceptus autē ſimpliciter ſimplex eſt ille qui non eſt reſolubilis in alios conceptus ſimplices, quorum quilibet poſſet actu ſimplici diſtinctè cognoſci. qui ſecundum Sco. [b] vel totaliter ſcitur, vel totaliter ignoratur, quia non habet aliquid ſecundum, quod poſſit concipi, & aliquid ſecundum quòd poſſit ignorari. Et iſti ſimplicitati opponitur conſtitutio rei ex conceptu determinabili, & determinatio. † & loquor ſemper de conceptu obiectiuo, & non qualitatiuo, quorum differētia alias patebit. Tertio modo aliquid dicitur ſimplex: quia non eſt compoſitum ex re, & re. cuiuſmodi ſunt † omnia accidentia, materia prima, forma ſubſtantialis, Angelus & anima. licet aliqui dicant Angelum & animam habere materiam, & formam, quod non credo verum loquendo de materia, & forma Phyſicali. ſed bene componuntur ex genere, & differentia ſiue ex realitate potentiali & realitate actuali, quæ compoſitio non debet dici propriè compoſitio rei, & rei: ſed magis realitatis, & realitatis ſecundum Sco. in 3. & in 8. diſ. primi ſen. Et iſti ſimplicitati opponitur compoſitio materię, & formæ. Quarto modo aliquid dicitur ſimplex: quia non eſt mixtum, & ſic cœlum ſecundum veritatem, & quatuor elementa, licet ſint compoſita ex materia, & forma, ſunt tamen ſimplicia, ideſt non mixta, & iſti ſimplicitati opponitur mixtum. † Ex prædictis patet, quòd ex quatuor modis iam dictis poteſt aliquid dici compoſitum, vel conſtitutum, vt patet conſideranti. Aduerte tamen, quòd duplex eſt compoſitio, [c] ſcilicet cum his, & ex his: vnde ſola conſtituta dicuntur

cuntur cõpoſita compoſitione ex his,licet conſtituentia poſſint dici compoſita compoſitione cum his ſicut materia, & forma:ſubiectum, & accidens.& accipio † conſtitutionem limitatam, [d] & ſic dico, quòd omne ens mundi creatum eſt compoſitum ex re, vel compoſitione ex his, vel compoſitione cum his, extendendo etiam compoſitionem ad compoſitionem eſſentialem,quæ eſt materiæ cum forma,& ad compoſitionem accidentalem, quæ eſt accidens cum ſubiecto. [e] licet Angelus,accidentia,materia prima, & forma ſubſtantialis non ſint in compoſita compoſitione ex his: poſſunt tamen dici compoſita compoſitione cum his. Remanet ergo ſolus Deus non compoſitus nec componibilis aliqua compoſitione.

Annota. Marginales.

a Componibile. ʒ *Hic ſequitur, quòd Deus erit ex natura rei conſtitutus. vel erit ſimpliciter. Vbi ſupra.*

† Secundo. ʒ *Conſidera an Deus ſit ſimplex iſto modo, & aliæ perfectiones ſimpliciter. & ſi ſic quare ergo prædicatur potius in quid ens de Deo, quàm de differentijs vltimis. ſi non videtur: ergo aliquid aliud ſimplicius Deo, & dic conſequenter plura bene maſticando.*

b Vel totaliter. ʒ *Quare Ariſt. 6. Meta. ad finem. & 3. de anima. t. c. 26. & Auicen. Idem de quiditate ſub concipi, & non de actu concipiendi. quare Scot. in theorematibus, & alibi de multiplici acceptione conceptus. Vide Sco. ſuper lib. de anima de immaterialitate intellectus. quare Bonauenturam, & alios antiquos ſuper ſecundo ſen. diſt. 3. & alibi.*

Qualiter vero fiat mixtio. Vide Auic. tertio cœli. Com. 62. Quare in topi. c. 12.

† Et loquor. ʒ *Diligenter conſidera nunquid anima ſit hoc modo compoſita ſecundum realitates, quia non eſt in prædicamento per ſe. neque recurrendum eſt ad intellectum agentem & poſſibilem ſicut voluit Ioan. de Gandauo, quia eſt contra Doct. & ipſam veritatem quicquid ſit de Angelis. vtrum ſint in prædicamento.*

† *Omnia.* ʒ *Inſtantia. 7. & 8. Metaphy. in Scoto dic conſequenter.*

† *Ex prædictis.* ʒ *Quære plures conſiderationes Philoſophorum hic, vt noſti.*

Vide in de cælo, & mundo. & in de ſubſtantia orbis. & 12. Meta. copioſè.

c *Scilicet.* ʒ *Tange quadruplicem differentiam harum compoſitionum vt noſti. Vide Ioan. cano. & alios.*

† *Accipio.* ʒ *Quia conſtitutio limitata includit actum, & potentiam. 8. Meta. 1. com. 15.*

Inſtantia de perſona conſtituta ex eſſentia, & proprietate dic conſequenter, quòd loquitur de limitata conſtitutione.

d *Et ſic.* ʒ *Tollitur inſtantia quam infra notaui de conſtitutione perſonarum. & ſic de alijs, & ibi multa adde. Vide 5. & 16. diſt. primi in Scoto, & alibi ſæpe.*

e *Licet* ʒ *Hoc eſt verum ſecundum Theologos contra Philoſophos, quia ſecundum Ariſto. intellectio abſtractorum eſt ſua eſſentia.*

RVRSVS ens diuiditur in ens neceſſarium, & in ens contingens. Vnde illud dicitur neceſſarium, quod nō poteſt non eſſe. Contingens vero, quod poteſt eſſe, & nō eſſe. Inuenio tamen duplex neceſſarium, & duplex contingēs, ſcilicet complexum, & incomplexum. Neceſſarium complexum eſt, quod non poteſt non eſſe verum ſicut ſunt propoſitiones primi modi, & ſecundi. & ſic de alijs. Contingens vero complexum eſt, quod poteſt eſſe quandoque verum, & quandoque falſum [a] ſicut ſunt propoſitiones de materia cō tingenti. † Neceſſarium autem incomplexum eſt quod non poteſt non eſſe. & hoc dupliciter, vel quantum ad eſſe ſimpliciter, & ſic ſolus Deus dicitur neceſſarium, quia eſt à ſe. & per oppoſitum illud dicitur contingens ſimpliciter loquēdo, quód eſt ab alio, & poteſt eſſe, & non eſſe. Neceſſarium vero ſecundum quid eſt illud, quod non poteſt non eſſe: quantum ad eſſe ſecundum quid. ſicut ſunt omnes res mundi quæ ſunt poſſibiles. habuerunt enim ab æterno eſſe cognitum, & in aliquo priori natura † ante determinationem diuinæ voluntatis. & per conſequens neceſſariò ſunt in tali eſſe. quia

quod

quod præcedit determinationem diuinę voluntatis eſt neceſſarium. nec aliquid dicitur contingens, vt opponitur iſti neceſſitati.

ANNOTA. MARGINALES.

a Sicut. ⁊ *Quare ſuper lib. Periherme. primo priorum. c. 8. Quære in Sco. 2. 8. & 39. diſt. primi. & 1. & 2. q. di. 1. 2. & in Auicen. & alibi. Vide etiam. 35. & 36. diſtin. 1. & vbi ibi notaui.*

† *Contingenti.* ⁊ *Et iſta eſt cauſa quare propoſitio de contingenti vero conuertitur in oppoſitam qualitatem. primo principiorum. cap. 18.*

† *Natura.* ⁊ *Tange multa hic de voluntate Dei, & eius determinatione, vel rerum contingentia, vt alibi notaui, vt ſcis. q. 1. 2. & vltima.*

b Neceſsitati. ⁊ *Contra quot modis dicitur vnum oppoſitorum dic conſequenter.*

ENS vlterius diuiditur in ens independẽs, & in ens depẽdens. [a] Ens independens eſt Deus, quia à nullo eſt, nec in genere cauſæ efficientis, nec materialis, nec formalis, nec finalis: † vt ingenioſè multum deducit Scotus. 2. diſt. primi ſenten. & 8. eiuſdem. [b] Ens vero dependens eſt quod ab alio eſt in aliquo genere cauſæ. Cum igitur omnia alia à Deo ſint in genere cauſæ efficientis, ſequitur, quòd dependent. Sed dices ſi omnia dependent vt tu dicis: cum dependentia ſit relatio, ſequeretur, quòd ſaltem omnia alia à Deo eſſent ad aliquid quod videtur inconueniens, & contra Philoſophum quarto Met. t. com. 26. & inde. Reſpondetur, quòd argumentum concludit, [c] quòd omnia alia à Deo ſunt ad aliquid denominatiuè, quia in omni ente fundatur reſpectus effectiuitatis ſeu dependentiæ, & illud concedo. † Nec hoc negaret Philoſophus, ſed non probat, quòd omnia ſunt ad aliquid formaliter, & quidditatiue, ſic voluit negare Philoſophus omnia eſſe ad aliquid. Sed tu dices: iſte reſpectus fundatus in creatura ad Deum terminatus, vel eſt res diſtincta à creatura, vel non, ſi non, ergo omnia ſunt ad aliquid eſſen-

tialiter,& quiditatiue,vt videtur, ſi ſic:ergo creatura, vt puta homo,vel Angelus poterit eſſe ſine tali reſpectu,& ſic ſequitur, quòd non dependebit ad Deum. Probatur ſecunda conſequentia, quia licet [d] poſterius diſtinctum realiter aliquando non poſſit eſſe ſine ſuo priori: tamen vniuerſaliter prius ſic diſtinctum poteſt eſſe ſine ſuo poſteriori. Tertia cõſequentia probatur,quia effectus formaliter non poteſt eſſe ſine ſua cauſa formali etiam per diuinam potentiam, quia cauſalitates cauſę materialis,& formalis dicũt imperfectionem, [e] & ſic ſeparata tali dependentia, creatura non eſſet dependens. Dico breuiter conformiter ad Sco. prima diſt. ſecundi ſententiarum. Quod talis dependentia eſt eadem realiter cum creatura, & vniuerſaliter omnis relatio ſine qua,vel ſine cuius termino fundamentum non poteſt eſſe:talis relatio identificatur realiter cum ſuo fundamento. † Clarum eſt,quòd creatura non poteſt eſſe niſi dependeat,& niſi Deus ſit. ergo creatura eſt realiter ſua dependentia. Et ſimiliter dico de dependentia totius compoſiti eſſentialiter ad ſuas partes, & de dependentia qua relatio dependet à fundamento. Ex hoc infero, quòd capiendo hoc modo dependentia:nulla creatura abſoluta [f] dependet ab alia: cum etiã in genere cauſæ efficientis creaturam, [g] abſolutam poſſit Deus ſeipſo creare,& conſeruare. Deinde notandum,quòd ſecundum Bonetum in prædicamentis: ens diuiditur in vnũ & multa. & etiam ſecundum Philoſophum: vnum, vt in prædicto loco dicit Bonetus dicitur quinque modis. † Primo modo dicitur vnum vnitate tranſcendenti. & ſic omnia de quibus ens tranſcendenter dicitur vniuoce: ſunt vnum iſta vnitate. Secundo modo dicitur vnum vnitate generica generaliſſima, & ſic omnia vnius prædicamenti ſunt vnum iſta vnitate. Tertio modo dicitur vnum vnitate ſpeciei ſub alternæ, & ſic omnia dicuntur vnum iſta vnitate,quæ ſub eadem ſpecie ſubalterna continentur. Quarto modo dicitur vnum vnitate ſpeciei ſpecialiſſimæ, & ſic omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ ſunt vnum iſta vnitate. Quinto modo dicitur vnum vnitate numerali. vnde quanto vnitas eſt ſuperior:tanto eſt minor ſecundum doctrinam Sco. in multis locis: vnde maior vnitas per bonam conſequentiam infert minorem, ſed non minor maiorem : licet ſtet cum

ea:

ea: [h] multa vero capitur tot modis quot vnum, vt clare patet practicanti, quia tot modis dicitur vnum oppoſitorum quot modis dicitur, & reliquum. primo Topic. 12. & hæc de primo articu.

Annota. Marginales.

a Ens. ℥ *Aduerte nunquid iſta diuiſio ſit æque communis cum illa quæ eſt entis in actum, & potentiam obiectiuam. & conſidera diligenter vtrum quiditas cadat ſub hac diuiſione.*

† *Finalis.* ℥ *Aduertendū tamē eſt, quòd licet Deus à nulla ſit cauſa non tamē principio quoniā perſona, vt filius, et Spiritus ſanctus licet à nulla ſint cauſa: tamen ſunt ab aliquo princi̅pio, vt à patre: & ideo cauſa, & principium non conuertuntur ſicut inquit Ari. 5. Meta. t. c. 1. Theologice loquendo intelligentia dependent à Deo in genere conſeruātis, & non dantis eſſe.*

b Eiuſdem. ℥ *Idem habes in tex. de primo principio copioſè.*

c Quod omnia. ℥ *Vide Sco. in 2. diſt. 1. q. 5. ſoluendo principalia. & 3. diſt. 1. q. 5.*

† *Concedo.* ℥ *Aduerte, quòd clarius poteſt reſponderi ad argumentum concedendo, quòd eo modo quo dependentia identificatur fundamento, vel rei dependenti: illud eſt relatiuum ſi realiter realiter, & ſi formaliter formaliter, vt patet de patre, & filio.*

d Licet. ℥ *Pro hoc vide Auer. 12. Meta. com. 10.*

e Et ſic. ℥ *Vide Scot. 2. diſt. 1. q. 1. ar. 1. principalis concluſio. 2. & 1. diſt. 2. q. 5. in argumento poſt oppoſitum, & in. t. de primo principio. Idem habet. 1. diſt. 3. q. 1. & q. 13. quoli.*

† *Fundamento.* ℥ *Notandum eſt, quòd tua poſſibilitas ſeparationis relationis à fundamento non ponitur ſolum per cauſam naturalem, ſed etiam ſupernaturalem, aliter non eſſet realis identitas quamuis. Ioan. can. oppoſitum ſenſerit. 1. Phy.*

f Dependet. ℥ *Scilicet dependentia à cauſis extrinſecis.*

g Abſolutam. ℥ *Pondera ly abſolutam. Poſſent huc applicare diuiſiones vnius copioſè ex. 5. Meta.*

† *Modis.* ℥ *Tange hoc de fundamento, vel ſubiecto radicali harum vnitatum, & varietate earum ab identitatibus cor-*

reſpondentibus, & an ſint reales an rationis, vt noſtri. 1. b Multa. ¶Notandum eſt, quòd conſequentia ponitur in vnitatibus, & diſtinctionibus modo contrario ita, quòd vnitas maior infert minorem, & diffinitio diſtinctionem, quia ſemper diffinitio erit minor cuius vnitas oppoſita erit maior, & econuerſo. 5. Meta. t. c. 12

ARTICVLVS SECVNDVS Principalis, qui ſub ſe continet ſeptem Articulos partiales.

QVANTVM ad ſecundum arti. ſunt ſeptem partiales articuli declarandi. In primo videbitur, quid eſt identitas rationis, & eius diſtinctio. In ſecundo quid eſt identitas ex natura rei, & eius diſtinctio. In tertio quid eſt identitas formalis, & eius diſtinctio. In quarto quid eſt identitas realis, & eius diſtinctio. In quinto quid eſt identitas eſſentialis, & eius diſtinctio. In ſexto quid eſt identitas ſubiectiua, & eius diſtinctio. In ſeptimo quid eſt identitas obiectiua, & eius diſtinctio. [a]

Primus Articulus partialis.

IVXTA primum articu. ſunt aliqua notanda. Primo notandum eſt, quòd intellectus eſt duplex ſcilicet, agens, cuius eſt omnia facere, & intellectus paſſiuus ſeu poſſibilis, cuius eſt omnia fieri, vt ait Ariſtote. tertio de anima. tex. c. 18. [b] & dico, quòd iſti duo intellectus ſunt duæ formalitates in anima, quæ ex natura rei diſtinguuntur, licet cum anima ſint idem realiter. Notandum ſecundo, quòd duplex eſt actus intellectus, ſcilicet rectus, & collatiuus. † actus rectus appellatur, quo intellectus fertur ſuper aliquam rem abſolute, vt quando intellectus intelligit roſam. Actus vero collatiuus appellatur quo intellectus rem intellectam comparat ad ſeipſam, vel ad aliam. Notandum tertio, quòd ratio capitur multis modis. Primo modo pro † diffinitione ſicut in diffinitione vniuocorum, & æquiuocorum capitur. Et dicitur

tur diffinitio ratio, quia eſt indicatiua obiecti intellectus, vel rationis. Secundo modo pro ipſa vi, vel potentia ratiocinatiua, ſiue ſit intellectus ſiue voluntas, quæ amat creaturam propter Deum, ſiue ſit virtus imaginatiua, quę diſcurrit circa particularia.[c] Tertio modo capitur pro diſcurſu rationis à præmiſſis ad concluſionem, qui dicitur actus collatiuus. † Quarto modo, forma dicitur ratio, quia eſt ratio cognoſcendi compoſitum, & materiam, cognoſcitur nanque materia per analogiam ad formam. 1. Phyſ. tex. c. 69. De multiplici acceptione huius nominis forma, videbitur in ſequen.

Annota. Marginales.

a Diſtinctio. ⁊ *Aliqui ponunt diſtinctionem modalem. 8. inter di. formalem, & realem, & hoc capiendo diſtinctionem communiter, ſed propriè capiendo illam ponunt tantum. 6. omittendo diſtinctionem modalem, & ſe totis obiectiue: alij ponunt. 4. Alij ponunt tantum. 3. modos diſtinctionum quære pro, & contra. ſed pro nunc ſuſtineatur iſte modus dicendi: quia communis eſt.*

b Et dico. ⁊ *Quære Scotum in quoli. q. 15. plura ad propoſitum. & in q. collationum. & ſuper li. de anima. & qualiter intellectus ſit ſupra ſe, & ſuam operationem reflexiuus non ſic autem ſenſus quamuis dubium ſit de cogitatiua in via Auerroi ca. 2. de anima. com 63.*

† Actus. ⁊ *Vides. Met. q. 2. concluſione. 2.*

Tange hic plura de numero, & differentia actuum intellectus. Capit Sco. plerunque actum reflexum pro collatiuo.

† Diffinitione. ⁊ *Vide. 1. & 6. top. & 4. & 5. & 7. Met. quære Boetium in Commen. c. de æquiuo. optimè ſed inſtantiam tange ex dictis Sco. ibidem, & dic conſequenter logice, & meta.*

c Tertio. ⁊ *Vide Scot. in quoli. q. 17. & in primo. diſtinct. 45. & in 4. diſt. 1.*

Quære in topicis in diffinitione arg. apud Boetium & alibi.

† Quarto. ⁊ *Vide ea quæ notaui ſup. 3. q. prædicabilium Sco. & alibi de multiplici acceptione rationis, & quid ſit. quære. 2. Phy. & 5. meta. c. de cauſa. & alibi.*

IStis præſuppoſitis pono duas concluſiones. Prima eſt † quòd illa ſunt idem vel eadem ratione quæ habent eundem conceptum omnino indiſtinctum à parte rei, & etiam indiſtinctum ex parte intellectus, vt homo eſt idem ſibi ipſi, & omnia entia tertij modi perſeitatis, & ſic de alijs. Secunda concluſio [a] illa diſtinguuntur ratione, quæ diſtinguuntur per actum collatiuum intellectus præciſe. Ex quo ſequitur primo quòd in omni propoſitione mundi, in qua etiam prædicatur idem de ſeipſo, ſubiectum & prædicatũ [b] diſtinguuntur ratione, quia ſicut contradictio † fundata in entibus ex natura rei, concludit diſtinctionem ex natura rei, ita contradictio fundata in entibus rationis, concludit diſtinctionem rationis. Secundò ſequitur, quòd inter entia realia & rationis, vt inter animal & genus, ſimiliter inter entia rationis inter ſe, vt inter genus & ſpeciem, eſt diſtinctio rationis, quia non fit niſi ex ſola collatione intellectus, & accipio [c] diſtinctionem rationis quæ eſt à potentia ratiocinante, & non pro diſtinctione rationis quæ eſt à natura rationabili. † Ex hoc patet, quòd diſtinctio rationis eſt reſpectus rationis, per actum collatiuum à potentia ratiocinante cauſatus. Similiter patet quòd illi qui reſpondent ad iſtud argumentum, eſſentia diuina eſt communicabilis, paternitas eſt incommunicabilis, ergo eſſentia diuina & paternitas diſtinguuntur aliter quam ratione, reſpondent namq; quòd argumentum concludit, quòd diſtinguuntur pluſquam ratione ratiocinante, ſcilicet non pluſquam ratione ratiocinabili, patet inquam quòd non eſt diſputatio niſi ad vocem, quia nec intelligunt vim vocabuli diſtinctionis ex natura rei quia quod illi vocant diſtinctionem rationis rei ratiocinabilis, formalizantes vocant diſtinctionem ex natura rei, & ſic capio [illegible] concluſione mea diſtinctionem rationis, quæ eſt præciſe [illegible] ...tum à potentia ratiocinante. Sed quod iſta diſtinctio rationis ſit ficticia probatur ab aduerſarijs noſtris dupliciter, primo ſic. Omnis diſtinctio non vana ſortitur robur, & eſſe ex aliqua re, ergo iſta diſtinctio rationis vel ſortitur robur à re, & ſic eſt realis, & non rationis tantum, vt vſus eſt illo vocabulo rationis, vel ſi tamen ſortitur robur à re, ergo eſt fictitia. Secundò arguitur ad idem ſic, & eſt quaſi confirmatio argumenti, quia intellectus intelligẽs

rem

rem aliter quã ſit, eſt falſus, quia ſi intelligat rem diſtinctã, vel rẽ eſſe diſtinctã, & nõ ſit diſtinctio à parte rei, intellectus falsè intelligit, igitur &c. Reſpondeo ad iſta quòd diſtinctio rationis ſortitur robur [d] à re ideſt à non repugnantia rei, ad ſic vel ſic concipi. Ex hoc ſequitur quòd talis diſtinctio, nõ eſt pura fictio. Ad ſecundum, quòd eſt confirmatio, dico quòd intelligere rem aliter quam ſit, capitur dupliciter. Vno modo intelligendo ipſam non eo modo quo eſt, nõ tamen quod intelligatur ſub modo ſibi repugnante, vt † intelligendo lineam quæ vnitur materiæ ſenſibili, non intelligendo huiuſmodi materiam; non repugnat lineę. Alio modo intelligendo rem modo repugnanti ſiue naturæ, vt intelligendo deum eſſe corporeum. Dico ergo, quòd ille qui intelligit rem aliter quam eſt ſecundo modo, fallitur, non autem primo modo, ſic in propoſito, quando intelliguntur diſtincta ſecundũ rationem, abſque habitudine ad aliqua ſecundum rẽ diſtincta, non erit talis alietas. Forte dicet aliquis, negando iſtam diſtinctionem eſſe aliam à diſtinctione ex natura rei, quia illa quæ diſtinguuntur ratione, diſtinguuntur ex natura rei. Contra hoc arguitur ſic: ſi hoc eſſet verum, ſequeretur tunc quòd illa quæ eſſent eadem ex natura rei: eſſent diſtincta ex natura rei: patet, quia formo iſtam propoſitionem, [e] eadem ex natura rei, ſunt eadem ex natura rei, ibi eſt diſtinctio rationis, vt prius dictum eſt: quia idem, poſitum in ſubiecto, diſtinguitur à ſeipſo, poſito in prædicato ratione, † Sed ſequitur per te quòd iſta diſtinguuntur ex natura rei, ergo illa quæ ſunt eadem ex natura rei, ſunt diſtincta ex natura rei, quòd claudit contradictionem, & hæc de primo partiali articulo huius ſecundi articuli principalis.

Annota. Marginales.

† *Prima eſt.* ❳ *Ideo ſolet dici quòd eſt abſolutiſsima, ſed qualiter conſidera. vide Scotum. 5. met. q. 12.*

a Illa. ❳ *Caute hic procedat lector ne videatur concluſio ſecunda repugnare primæ: eſt difficilis paſſus. Vide Scot. 1. diſt. 2. q. 4. & alibi ſæpe.*

b Diſtinguuntur. ❳ *Scilicet in eſſe cognito conſidera & non in eſſe.*

eſſe materiali vel eſſentia vt ſcis pone latitudinem in di. entium rationis.

† *Contradictio.* ʒ *Contradictio alia realis alia rationis.*

c *Accipio.* ʒ *Quid ſit vtraque ratio pondera, vt ſcis & patet ex multiplicitate rationis ſupra dicta. Tange hic plura de identitate & vnitate an dicantur poſitiuè, an certe negatiue, ſi identitas dicat precisè non alietatem facilius euades hic plura dubia, ſi verò aliquid præter hoc ponat difficilius ſoluuntur, vide infra in deſcriptionibus in abſtracto aſſignatis plura ad hoc ingenioſe lector.*

† *Rationabili.* ʒ *Conſidera an diſtinctio rerum in eſſe cognito ſit rationis, quære in ſimili Sco. 1. quolib. q. 13. ar. 2. & applica hic, quære Ocham in quolib. & alibi vt noſti. & alios nominales non imitado tamen quia delirant verboſi ſophiſtæ, vide Sco. diſt. 35. & 36. diſt. 1. pro illo dubio de diſtinctione rerum in eſſe cognito plura addendo pro & contra, vt noſti ingenioſe. Et nunquid illud eſſe cognitum rerum ab intellectu diuino requirat aliquid eſſe proprium eſſentiæ, vt ſenſit F. in conflа. diſt. 42. Auguſt. 83. q. q. 32. idem elice ex prædicamentis ca. de ſubſtantia, & 4. met. t. c. 27. & 6. meta. & primo periherme, & alibi plerumque.*

d *Robur.* ʒ *Conſidera an alio modo accipit robur à re vt ſcis, vide in ſimili ſuper Porphyrio c. de accidente, & alibi. vide Scotum in 3. diſtin. 3. & 14. & in 4. diſtin. 50. q. fi.*

Nota qualiter prioritas & indeterminatio eſt cauſa abſtractionis.

† *Intelligendo.* ʒ *Hic applica illam famoſam diſtinctionem de duplici abſtractione, videlicet præciſiua, & diuiſiua: complexa & incomplexa, de qua vide. 2. phyſi. t. c. 18.*

e *Eadem.* ʒ *Applica ad hominem hoc argumentum hic de diſtinctione rationis. Et dic conſequenter ponderando.*

† *Ratione.* ʒ *Hoc eſt argumentum contra Doct. reflectendum, quia ſimiliter probabitur quod eadem ratione ſunt diſtincta ratione formando ſimiliter hanc propoſitionem eadem ratione ſunt eadem ratione, quia prædicatum diſtinguitur à ſubiecto ratione. ſoluitur propter diſſimilitudinem, quia intentiones ſecundæ habent potentiam denominandi oppoſitas, non autem res ipſæ ſic denominant.*

Articulus

Articulus ſecundus partialis.

QVantum ad ſecundum articulum, qui eſt de identitate ex natura rei, & eius [a] diſtinctione, ſunt aliqua notanda. Primo eſt notandum [b] quòd res, & ens † quantum ad præſens ſpectat conſiderantur dupliciter. Primò modo pro omni poſitiuo quod ex natura rei, eſt extra nihil, & iſto modo modi intrinſeci, & differentię vltimæ dicuntur ens, vel res. Alio modo magis ſtricte pro illo quod eſt pręcisè ens, vel res quidditatiuè, & ſic ens, vel res dicitur præcisè de deo, & creatura, de abſoluto & reſpectiuo, & de illis quæ ſunt in recta linea prædicamentali, & de materia, & forma, vt dictum eſt ſuperius ex intétione Sco. & iſto modo, nec paſſiones entis nec modi intrinſeci nec differentię vltimę dicuntur res, vel ens, ſed ſolum dicuntur aliquid rei, & non res, ſecundo modo capiendo rem. Pro iſtis aſſignatur vna regula generalis [c] ſcilicet quandocunq; aliqua ita ſe habent quòd vnum eſt ens vel res proprie accipiendo rem, & aliud eſt aliquid rei eius præcisè, non ſunt omnibus modis idem. Iſta regula patet per iſtud principium commune, quando aliqua ſic ſe habent, quòd aliquid competit vni ex natura rei, quòd non competit alteri, talia diſtinguuntur, & ſi non realiter ſaltem aliqua alia diſtinctione, & ſic non ſunt omnibus modis idem. Secundo notandum, quòd in diuinis quadrupla eſt differentia, non identitatis. Prima eſt, inter quidditatem ſeu eſſentiam, & modum intrinſecum, & etiam inter ipſos modos intrinſecos. Secunda eſt inter attributa ſcilicet inter [d] ſcientiam & ſapientiam, ſimiliter inter intellectum & voluntatem, ſi fas eſt attributa nominari. Quia 26. diſt. primi ſen. Dicit doctor † quòd intellectus, & uoluntas non ſunt propriè attributa ſicut bonitas & iuſtitia. Similiter inter volitionem & intellectionem. Tertia eſt inter notiones ideſt inter ſpirare & dicere, quia dicere eſt reſpectus patris ad filium, & ſpirare patris & filij ad ſpiritum ſanctum. Quarta eſt inter eſſentiam & relationes & etiam inter eſſentiam & attributa. Et poſſet addi quinta quæ eſt inter conſtituta & conſtituentia. Tertio notandum eſt, quod accipiendo iſta propriè † ſcilicet ſubſtantiam, na-

turam,

turam, eſſentia, quidditatem ſeu formalitatem, habent ordinem inter ſe: nam omnis eſſentia eſt quidditas ſeu formalitas, ſed non econtra, vt patet in diuinis, & omnis natura eſt eſſentia & non econuerſo [c] quia multæ ſpecies quæ ſunt eſſentię cum diffiniantur, & tamen non ſunt naturæ cum non ſint principium productiuũ alicuius formæ abſolutę, vt ſunt reſpectus, & omnis ſubſtantia eſt natura, ſed non econuerſo, quia † qualitas eſt natura, & tamen nõ eſt ſubſtãtia, propriè accipiẽdo ſubſtãtiam. Circa quod eſt notandum quod † quidditas ſumpta cum [f] modo dicitur propriè eſſentia, denudata à modo dicitur quidditas. Quarto eſt notandum quòd formalitas capitur tribus modis. Primo modo large, & tunc ſic diffinitur. Formalitas eſt aliquid repertum in re, ex natura rei, quod non oportet ſemper intellectum mouere, dummodo poſſit intellectum terminare, dicitur repertum in re, propter figmenta, dicitur ex natura rei propter relationes rationis, dicitur, quòd non ſemper oportet mouere intellectum, dummodo poſſit terminare, propter relationes reales, quæ dicuntur formalitates, tamen intellectum mouere non poſſunt cum idem ſit mouere intellectum, & cauſare partialiter intellectionem per ſpeciem ſui, modò dictum eſt nunc, quod relationes non ſunt productiuę alicuius formæ abſolutę quare &c. Et iſto modo capiendo formalitatem omne illud quod eſt extra nihil dicitur formalitas, cuiuſmodi ſunt modi intrinſeci differentiæ vltimę, & ſic de alijs † & ſic formalitas eſt communis ad realitatem & quidditatem, † Secundo modo capitur formaltas propriè, & ſic formalitas dicitur de omni eo quod eſt ens quidditatiuè, & de eo quod eſt aliquid entis præter quàm de [g] modis intrinſecis, & iſto modo formalitas conuertitur cum realitate obiectiua, nec communior eſt ea, ſed realitas obiectiua & formalitas iſto modo ſunt communiores quidditate, & ſic accipiemus formalitatem cum loquemur de diſtinctione formali. Tertio modo capitur † formalitas ſtrictiſſimè pro illo quod prædicatur quidditatiuè de aliquo vel de quo aliquid quidditatiuè prædicatur, & iſto modo formalitas eſt minus communis quàm realitas, ſed conuertitur cum quidditate. Et licet differentiæ indiuiduales dicantur formalitates capiendo formalitatem duobus primis modis, non tamen ſunt formali-

tates

tates capiendo tertio modo, & iſta diuiſio eſt neceſſaria cuili bet formalizanti. Et quia ibi tactũ eſt de quidditate, iccirco notandum quòd quidditatiuum dicitur ſex modis. Primò modo eſſentiatiuè, & ſic illud dicitur quidditatiuum, quod dicit totam eſſentiam alicuius, & ſic ſpecies ſpecialiſſima dicitur eſſe quidditatiuum, cum ſecundum Porphyrium dicat totam eſſentiam indiuiduorum, † Nolo tamen dicere, quin indiuiduum includat intrinſecè differentiam indiuidualem, vltra naturam ſpecificam, ſed voloſic intelligere, quòd ſpecies dicit totam eſſentiam indiuiduorum, ita quòd indiuidua nullum prædicatum quidditatiuum addunt, vltra prædicata conuenientia naturæ ſpecificę quidditatiuè & eſſentialiter in ea incluſa. Secundo modo aliquid dicitur quidditatiuũ conſtitutiue, & ſic illud dicitur quidditatiuum, quòd intrinſecè conſtituit aliquam rem, vt materia & forma phyſicaliter genus & differentia metaphyſicaliter loquendo. Tertio [h] modo dicitur aliquid quidditatiuum ſpecificatiuè, & ſic illud dicitur quidditatiuum, quod vltimo ponit rei in eſſe ſpecifico ſicut eſt differentia ſpecifica. Quarto modo dicitur quidditatiuum repræſentatiuè, & ſic illud quòd eſt reprę ſentatiuum alicuius eſſentiæ, ſiue ſit actus intelligendi, ſiue ſpecies intelligibilis, dicitur quidditatiuum iſto modo. Quinto modo dicitur quidditatiuum indicatiuè, & ſic illud dicitur quidditatiuum quod eſſentiam indicat vt diffinitio. Sexto modo dicitur quidditatiuum prædicatiuè, & appropriatè, & ſic illud præciſè quod prædicatur in quid, [i] dicitur quidditatiuum. Et poſſet addi ſeptimus modus licet improprius, quòd aliquid dicitur quidditatiuum conſecutiue, & iſto modo propriæ paſſiones † conſequentes eſſentiam, poſſent dici quidditatiuę.

ANNOTA. MARGINALES.

a Diſtinctione. ǯ *Quære Bonetum. 3. met. notabiliter ad propoſitum hic per totum & ſpecialiter de hac diſtinctione ex natura rei cum præciſione ſumpta, & alios formaliſtas vt noſtri.*
b Quòd res. ǯ *Nota quòd iſta diſtinctio videtur famoſa, ſed difficilis verificationis, quia licet ens quidditatiuè prædicetur de deo, & creatura, non tamen rei, quia eſt entis paſſio,*

præterea

præterea vltima differentia eſt quiditas: ergo res, non ſic autem modus: quare diligenter conſidera.

† Et ens. } Quære copioſè Sco. in quoli. q. 3. arti. 2. hanc diſtinctionem in ſimili de re tractantem.

Tange hic quid eſt eſſe in aliquo ex natura rei, & quid formaliter propter contentioſos. quare notanter in Sco. diſtin. 45. pri. reportationum. q. 2. pondera etiam hic per totum, quòd duplex eſt diſtinctio ex natura rei. ſimpliciter. videlicet, & ſecundum quid. de quibus, & earum conditionibus quære. reportationum Sco. di. 33. ſingulariſsime. Adde ex. 1. q. prolo. reportationum plura hoc.

c Scilicet. } Hic patet, quòd erit alia via inueſtigandi hanc diffinitionem, quàm per oppoſitiones.

d Scientiam. } Aduerte hic quid ſit attributum, & quotiens accipitur quære Sco. 26. diſtin. 1. & 1. q. quoli. & in 1. conſla. F. diſt. 8. q. fi. optime. Similiter tange quid notio, & quot, & quæ. quare Sco. 1. reporta. diſt. 28. q. 3. optime. & 1. q. quoli.

† Doctor. } Vide in Sco. 1. q. quolib. & 35. diſt. pri. reporta. aliqua ad idem

† Propriè. } Pondera ly proprie. Tange hic plura de abſtractionibus, vt ſcis. Vide Fran. in conſla. di. 6. q, 4. ad hac.

e Econuerſo. } Tange inſtantiam hic ex dictis doct. in quolib. q. 16. arti. 3. vbi vult, quòd omnis eſſentia eſt natura. ſed patet ſolutio quia loquitur extenſiue de natura. vt habet in ſimili. 1. q. prolo. ſoluendo rationes philoſophorum.

† Qualitas. } Diligenter conſidera qualiter qualitas eſt natura, quia videtur eſſe contra Ariſt 2. phyſi. 1. con. 3. & ſequē. Si ſubiectum ſe habet ad habitum ſicut cauſa ad effectum, vt inquit Scot. in Prologo primi.

† Quidditas. } Si quidditas ſub modo eſt eſſētia, & ī diuinis ſunt plures quidditates ſub proprijs modis in via Sc. igitur plures eſſentiæ ſi loquitur demonſtratio qui eſt exiſtentia facilis eſt ſolutio quia vnica eſt in diuinis ſicut, & eſſentia. ſi vero intelligat indifferenter. dic quòd vna eſt eſſentia radicalis licet forte plures fn males, vel negādum eſt, quòd ſint quidditates, ſed tantum formalitates eiuſdem quiditatis, vel dic aliter ſi ſcis.

e Cum modo. } Conſidera an loquitur pracisè de exiſtentia an

indifferen-

indifferenter de omni modo intrinſeco: ſi primo modo videtur inſtantia illa ar. 4. minus principalis, conſidera. Deinde aduerte ne decipiaris in diffiniendo formalitatem primo modo dictam.

† *Et ſic.* } *Quare Ant. cnd 4 meta. q. de formalitate negationis. & Bonetum & F. & alios.*

† *Secundo.* } *Tange hic plura de obiecto intellectus. vide Scot. 3. diſtin. 2. q. fin. Conſidera an modi intrinſeci ſint formalitates iſto primo modo: quare 7. diſt. pri. & 6. q. quolibeti Sco.*

f De modis. } *Videtur ergo, quòd modus intrinſecus non eſt realitas obiectiua. ſimiliter non mouet neque terminat actum intellectus quare male dictum eſt, quòd eſt formalitas primo modo. Dic quòd cum alio terminat, ſed non per ſe, vel quòd per ſe ſaltem in cognitione abſtractiua, & tunc nedum realitas, ſed etiam formalitas, vt ab ea praeſcindit terminat conſidera.*

† *Capitur.* } *Formalitas tertio modo, eſt rō obiectiualis in re ex natura rei potēs terminare intellectum, licet non neceſſariò moueat incluſa in aliquo quiditatiuè, vel includens aliquid quiditatiuè. Et eſt idem, quod ratio formalis entis realis diuiſi in Deum & creaturam.*

† *Indiuiduorum.* } *Vide ea, quae notaui ſuper. 9. q. praedicabilium Sco. copioſè ad propoſitum. & vide Scot. 3. diſtinct. 2. q. 6. & alibi.*

g Modo. } *Hoc modo forma, vel differentia maximè finalis dicitur rei ſubſtantia, vel eſſentia, vel quod quid eſt ſeu quiditas, vide Sco. 7. meta. & 22. diſt. 3. & 11. diſt. 4. & alibi.*

h In quid. } *Eſſentiale, vel quiditatiuum eſt in pluſquam dictum in quid. quare in theorematibus, & in q. de differentiis ſuper Porphyrium, & adde plura bene ponderando.*

† *Paſſiones.* } *Sic ſalua, quòd eſt eadem eſſentialiter ſubiecto, & aliter, vt noſti.*

HIS notatis pono duas concluſiones. Prima eſt iſta: illa ſunt idem ex natura rei, de quibus duo praedicata oppoſita, ſecluſo opere intellectus collatiuo [a] verificari non poſſunt, vt homo eſt homo. ſor. eſt ſor. Secunda concluſio illa diſtinguuntur ex natura rei, ſiue modaliter, de quibus, ſeu inter quorum extrema, duo contradictoria ſecluſo opere in-

tellectus verificari poſſunt: ſic ſe habent diffinitio † & diffinitum: [b] quia ſecluſo opere intellectus demonſtratio eſt ſal tem conſtitutiua, diffinitum vero non.totum etiam & partes loquendo de toto metaphyſico, & non de toto phyſico, quia certum eſt, quòd ſecundum viam doctoris totum phyſicum, & ſuæ partes diſtinguuntur realiter, & pluſquam ex natura rei: Totum autem metaphyſicum, quod non componitur ex re, & re, ſed ex realitate, & realitate, diſtinguitur ex natura rei præciſe à ſuis partibus ſic, quòd nõ realiter. Totum enim ſecluſo opere intellectus dicitur conſtitutum, partes non. Conſtitutum autem & non conſtitutum contradicunt. Simi liter ſuperius præter opus intellectus eſt multiplicabile in plura. inferius vero non. multiplicabile, & non multiplicabile contradicunt. Sic etiam in diuinis diſtinguuntur: eſſentia diuina, & relatio puta paternitas: quod probat Sco. ſecunda diſtin. primi ſententiarum. parte. 2. q. 1. quia † eſſentia diuina eſt communicabilis tribus perſonis. paternitas non. pater communicat eſſentiam filio per generationem, & tamen nõ communicat ſibi paternitatem: ergo oportet, quòd ſit aliqua diſtinctio ante omnem actum intellectus collatiuum inter eſſentiam diuinam, & paternitatem. Similiter argueretur, quòd pater, & filius communicant eſſentiam Spirituiſancto, & tamen non communicant ſibi ſuas notiones, ſcilicet paternitatem, & filiationem. Nolo tamen dicere, quòd eſſentia diuina non diſtinguitur pluſquam ex natura rei, & relationibus in diuinis, quia etiam diſtinguuntur formaliter, vt dicetur poſtea. Hac etiam diſtinctione diſtinguitur modus intrinſecus ab ea cuius eſt modus: ſicut finitas ab humanitate. infinitas à diuinitate.

Annota. Marginales.

a Collatiuo. ȝ *Aduerte propter ſophiſtas qualiter excluditur opus intellectus, vel cauſantes, vel cognoſcentes. diſtinctio ex natura rei ponitur ſecluſo opere intellectus primo modo cuius oppoſitum ponitur in diſtinctione.*

† *Diffinitio.* ȝ *Tange hic de diſtinctione diffinitionis à diffinito plura, quare Sco. 2. diſt. 1. q. 2. & ſuper lib. poſte. vt noſti & alibi*

alibi. & vbique contemne garruloſos nominales, & obſtinatos thomiſtas de multiplici acceptione diffinitionis, & diffiniti, & quomodo hic ſumitur tange, quia non eſt hic ſermo de illis formaliter captis.

b Diffinitum. § *Introducatur hic diſputatio ſequens magiſtri Stephani Buriſſer, & cui voluerit lector adhæreat: ſed quia vt dixi iſte numerus diſtinctionum famoſe apud ſcotiſtas acceptatur, defendatur, & ſoluantur motiua iſtius præclari viri, vt infra notabo in margine eiuſdem diſputationis breuibus ſuperfluas gloſas omittendo quorundam in dictam diſputationem pro & contra tempus, & cartam inaniter cõſumentium, & ideo tanquam inutiles omittantur, & ad fontem ſcoticum vbique recurratur.*

† *Eſſentia.* § *Hoc argumentum eſt efficaciſſimum contra aduerſarios duræ ceruicis, quia fundatur in primo principio ſeclusa rationis operatione.*

ES T autem † modus intrinſecus ſecundum Sco. 8. di. pri. q. 4. qui additus alteri non variat rationem formalem conſtituti per ipſum, † vel remotus ab illo, ideſt qui de ſe nullam rationem formalem dicit. Modus enim intrinſecus eſt inconceptibilis per ſe, quia non concipitur niſi cum illo cuius eſt modus. Et dicunt aliqui, quòd dicitur modus intrinſecus [a] ex eo, quia non intrat rationem formalem illius cuius eſt modus intrinſecus, nec debet [b] propriè concedi, quòd diſtinguiẽ à tali re formaliter. Modi intrinſeci in diuinis ſecũdum aliquos ſunt infinitas, neceſſitas, æternitas [c] & exiſtentia, † licet eſſe exiſtere videatur eſſe de conceptu formali Dei, & quiditatiue in primo modo dicendi per ſe de Deo prædicetur ſecundum doctorem in ſecunda di. pri. In creaturis ſunt modi intrinſeci actus, & potentia, contingentia, intenſio, & remiſſio exiſtentia [d] & ſic de alijs. Iſti modi opponuntur inter ſe, quia vnus alteri ſicut infinitum finito: contingẽs neceſſario, & ſic de alijs. Omnes iſti modi intrinſeci nec intrant quiditatem nec differunt ab ea formaliter poſitiue, ſed bene negatiue: hoc eſt, quòd non ſunt de ratione formali ipſius quiditatis: quorum ſunt modi intrinſeci. & tales modi reducuntur ad illud genus in creaturis, cuius eſt ſua quidi-

tas.[c] Landulphus tamen in ſuo primo in prologo tenet oppoſitum cum quo multi tenent, quòd modus intrinſecus eſt idē formaliter cū illo cuius eſt modus intrinſecus, videlicet conſtituti per ipſum,& exemplificat de infinitate quæ eſt modus intrinſecus Dei,& eſt de quiditate ſeu de ratione quiditatiua ipſius Dei. hoc etiam videtur tenere doctor in quolib. † quia ex eo, quòd natura diuina eſt infinita, eſt natura diuina. cum natura diuidatur, quia alia eſt finita. & iſta eſt creaturarum: alia autem infinita, & iſta eſt natura diuina. Sed quærendum eſt, quæ ergo eſt differentia inter modum intrinſecum, & differentiam, cum vtrunque ſit de ratione quiditatiua ſui conſtituti? Dico, quòd maxima eſt differentia. Primò quoniam differentia dicit realitatem actualem qualitatiuam, quæ præſupponit realitatem potentialem quam contrahat,[f] & ſic vbicunque eſt differentia propriè accipiendo differentiam ibi eſt compoſitio realitatis potentialis, & realitatis actualis, quæ compoſitio ſufficit ad hoc quòd aliquid ſit per ſe reponibile in prædicamento non ſic eſt autem de modo intrinſeco ſecūdum Sco.di. 8.primi.imaginatur enim Scot. & ſubtiliter, quòd ens dicit conceptum quiditatiuum dictum de Deo, & creatura in quid, qui contrahitur per aliquos conceptus dicentes quale. ſed nec ille conceptus dicens quid dicitur conceptus generis,nec illi cōceptus dicentes quale ſunt conceptus differentiarum: quia iſte conceptus quiditatiuus eſt communis ad finitum, & infinitum qualis communitas non poteſt eſſe in conceptu generis,cum talis conceptus ſit neceſſario limitatus.Iſti autem conceptus contrahentes dicunt modum intrinſecum ipſius contracti,& non aliquam realitatem perficientem illam. differentiæ autem non dicunt modum intrinſecum realitatis alicuius generis: † quia in quocunque gradu intelligatur animalitas non propter hoc inuenitur rationalitas, vel irrationalitas eſſe modus intrinſecus animalitatis. [g] ſed adhuc intelligitur animalitas in tali gradu perfectibilis † à rationalitate,& irrationalitate.

Annota. Marginales.

† *Modus.* ☞ *Tange numerum ordinem,& ſufficientiam modorum intrinſecorum hic quære in Scot.q.1.prolo. reportationum.*

&

& in Fran.di.8.1.conſta.& alibi.& in Boneto, & formaliſtis quos noſti.

† *Vel* ℥ *Aduerte nunquid modus conſtituat quia tunc infinitas erit prior ex natura rei deitate, & gradus formæ ipſa forma contra doct.di.17.primi.& hic patet in littera.*

a *Ex eo.* ℥ *Magis ſapit, quòd capiatur poſitiuè, quàm negatiuè.*

b *Propria.* ℥ *Nota ly propria, ſed tange inſtantiam ex 6.q. quolib.Sco.ti.& dic conſequenter.*

c *Aeternitas.* ℥ *Aduerte nunquid æternitas ſit modus intrinſecus ab exiſtentia diſtinctus.*

† *Licet.* ℥ *Tange inſtantiam de exiſtentia ſi in diuinis eſt de eſſentiali conceptu adducendo ea, quæ notaui.1.q.q.ex illis regulis qualis eſt ordo,&c.& quicquid natum eſt eſſe de eſſentia,&c.dic,quòd non eſt eiuſdem rationis quo ad primum, & quòd tantum in diuinis verè ineſt quoad ſecundum, vel aliter cogitando,ſcilicet tunc poſita hy pothesi.*

d *Exiſtentia.* ℥ *Aliqui enumerant hæcceitatem, ſed non de mente Sco. vt videtur ex. 3.diſtin. & q 6. ſed tu bene omnia pondera.*

e *Landulphus.* ℥ *Opin. Landulphi, ſed alia via magis videtur de mente Sco.vbique,& ſpecialiter q 6.quolib.& 31.diſt. primi.reporta.q.2.quære.q.2. quare tota iſta digreſſio licet ſit ſubtilis non tamen neceſſaria, ſed omnia bene ponderabis,quia vtraque via ſecurè teneri poteſt. Quære Bonetum.3.Meta.ad oppoſitum, & propoſitum, & alios,vt noſti.*

† *Quia.* ℥ *Vide.q.3.5.6 & alibi, vt ſcis, ſed caute tamen, quia hoc non videtur aſſerere, ſed oppoſitum potius ſi tamen aliam viam cum Landulpho tenebis. dic, quòd manet infinitas formaliter, quia non eſt eadem formaliter eſſentia, licet econtra eſſentia ſit formaliter eadem ſibi, ſed an reſultat conceptus per ſe vnus ex vtroque conſidera ſicut in ſimili de perſona, & proprietate.*

f *Contrahat.* ℥ *Et ideo verum eſt, quòd omne ſic determinabile eſt potentiale, & per conſequens facit compoſitionem. quod non reperitur in ente.& propter hoc deſtruitur Achilles Thomiſtarum contra vniuocationem entis.de hoc. 3.di.1.q.3.notanter doct.tangit in reſponſione ad primum argumentum.*

† Quia. ʒ *Quære plura ad propoſitum in theorematibus Scot. & ex q.7. Meta. eiuſdem, & alibi ſæpe.*

g Sed adhuc. ʒ *Subtiliſſima eſt ſpeculatio Scoti de his modis, & habendi eſt ratio, ne ſint iſta ſine ratione poſita, quia tamen genus quodlibet eſt formaliter quantum ſecluſa differentia nõ autem ipſum ens, ideo patet veritas, & cauſa veritatis, ſed quid de modis intrinſecis quantarum quiditatum præſertim indiuidualibus?*

† A rationalitate. ʒ *Conſidera an modus ita perficiat quiditatem.*

Conſidera multiplicitatem formalitatis ſuperius aſsignatam pro, & contra ponendo, vel negando modum aliam formalitatem ab eo cuius eſt impor are.

SED quæres quomodo poteſt conceptus communis Deo & creaturæ realis accipi niſi ab aliqua realitate eiuſdem generis, & tunc videtur, quòd ſit potentialis ad illam realitatem à qua accipitur conceptus diſtinguens, & tunc videtur eſſe idem iudicium de ente, & modis intrinſecis ipſum contrahentibus ſicut de conceptu generis, & differentiarum. ergo ſi conceptus generis, & differentiæ neceſſario faciat compoſitionem aliquam in illo in quo ſunt: ſimiliter videbitur dicendum de ente, & de ſuis modis intrinſecis ipſum contrahentibus. Confirmatur, quia ſicut duæ ſpecies conueniunt in realitate generis, & differunt per differentias, ita etiã Deus, & creatura conueniunt quiditatiue in ente, & differunt per modos intrinſecos. Reſpondeo breuiter ſecundum doctorẽ prædictum, [a] quando intelligitur aliqua realitas cum ſuo modo intrinſeco, ille conceptus non eſt ita ſimpliciter ſimplex quin poſſit concipi illa realitas abſque modo iſto, ſed tunc, eſt conceptus imperfectus illius rei. poteſt etiam concipi cum illo modo, & tunc eſt perfectus † cõceptus illius rei. Exemplum ſi eſſet albedo in 8. gradu intenſionis, quantuncunque eſſet ſimplex, omnino in re, poſſet tamen concipi ſub ratione albedinis tantæ, & tunc perfecte conciperetur conceptu adæquato ipſi rei, vel poſſet concipi præciſe ſub ratione albedinis, & tunc conciperetur conceptu imperfecto, & deficiente à perfectione rei. Conceptus autem imperfectus

poſſet

poſſet eſſe communis albedini illi, & alij, & conceptus perfectus proprius eſſet. Requiritur ergo diſtinctio inter illud à quo accipitur conceptus communis. & inter illud à quo accipitur conceptus proprius in Deo, & creatura, non quidem ſicut diſtinctio realitatis, & realitatis, ſed ſicut diſtinctio realitatis † & modi proprij intrinſeci [b] eiuſdem, quæ diſtinctio ſufficit ad habendum conceptum perfectum, & imperfectũ de eodem, quorum imperfectus ſit communis, & perfectus ſit proprius, ſed conceptus generis, & differentiæ requirunt neceſſario diſtinctionem realitatum, non tantum eiuſdem realitatis perfectè, & imperfectè conceptæ Iſtud poteſt declarari ſic, ſi ponamus aliquem intellectum perfecte moueri à colore ad intelligendum realitatem coloris, & realitatem differentiæ, quantuncunque habeat perfectum conceptum adæquatum primæ realitati à qua accipitur conceptus generis, non tamen habet in hoc conceptum realitatis à qua accipitur differentia nec econuerſo, ſed habet ibi duo obiecta formalia, quæ nata ſunt terminare diſtinctos conceptus proprios. Si autem eſſet tantum diſtinctio in re ſicut realitatis, & ſui modi intrinſeci, non poſſet intellectus conceptum proprium † habere illius modi intrinſeci, & non rei: [c] ſed in illo conceptu perfecto haberet vnum obiectum adæquatum illi, ſcilicet rem ſub modo.

Annota. Marginales.

a Quando. } *Contra hoc eſt argumentum difficile, quia ſi modus nullam facit compoſitionem ſequitur, quòd tanta ſimplicitatis erit creatura in conceptu entis quanta eſt Deus, quod eſt impoſsibile. reſponſionem quære. 8. diſt. pri. q. 1. modum etiã compoſitionis hic requiſita quære ab Auer. tertio de anima. commen. 14.*

† *Perfectas.* } *Ergo modus perficit, vt differentia. Conſidera bene ponderando pro & contra.*

† *Realitatis.* } *Caſte declara ly realitatis, & rationem horum terminorum in hac digreſsione, ſcilicet conceptus realitas determinabilitas, & perfectibilitas, & huius varietatem ponderabis bene.*

Tange hic plura de realitatibus differentia, & generis, & differentia earum Quare in q.7. Meta. & in theorematibus, & in q.logicalibus Sco.

b Eiuſdem § 8.diſt. 1. vbi ſupra ſoluendo 1.principale. vide idem 2. diſt. 1.q. 2. hinc ſequitur, quòd conceptus diuinitatis non ſit ſimpliciter ſimplex.

† Proprium. § Tange etiam inſtantiam hic, quia prius dixit, quòd modus dicit conceptum qualitatiuum, & infra parum poſt hoc idem videtur dicere. videtur igitur male dicere in littera, & contradicere, dic conſequenter recurrendo ad obiectum adequatum, & non adaquatum primarium & ſecundarium per ſe prima parte non primo, & ſimiliter ex parte actus ad reflexum rectum, & diſcurſiuum, & huiuſmodi, ſed omnia bene conſidera, loquitur etiam forte de cognitione perfecta, & intuitiua.

Adde plura in ſimili de modis intelligendi, vt alibi habes, & notaui.

c Non rei. § Contra modus eſt formalitas primo modo dicta dic conſequenter ponderando, vt notaui hic, & alibi plura.

ET ſi dicas, ſaltem conceptus communis eſt indeterminatus & potentialis ad ſpecialem conceptum. vt realitas ad realitatem: vel ſaltem conceptus entis communis nõ erit infinitus: quia nullum infinitum eſt potentiale ad aliqd. Concedo ꝙ conceptus ille communis Deo & creaturæ. nec de ſe eſt finitus nec infinitus: quia ſi eſſet infinitus de ſe. non eſſet de ſe communis Deo & creaturę finito & infinito. [a] Si etiam eſſet de ſe finitus, ita ꝙ de ſe includeret finitatem, tunc non competeret infinito. & ratio iſtorum duorum dictorum eſt, quia quod conuenit alicui ſuperiori de ſe, vt eſt indifferens ad omnia ſua inferiora, conuenit omnibus ſuis inferioribus. intelligendo ꝙ illud prędicatum conueniat ſuperiori ſic indifferenti habenti ſuppoſitionem perſonalem: ſed debet iſte conceptus dici indifferens ad finitum & infinitũ. & ideo poteſt concedi ꝙ eſt finitus negatiue. i. non ponens infinitatem & vt ſic eſt determinabilis [b] per iſtos modos intrinſecos qui ſunt finitas & infinitas. Sed ſi arguas. ergo realitas a qua accipitur eſt finita. non ſequitur, non enim accipi-

tur

tur ab aliqua realitate,vt conceptus adæquatus realitati,ſiue vt perfectus conceptus illi realitati adæquatus,ſed diminutus, vel imperfectus. intantum etiam ꝙ ſi iſta realitas a qua accipitur videretur perfecte & intuitiue,intuens ibi nõ haberet diſtincte diſtincta obiecta formalia. ſ. realitatem & modum:ſed idem obiectum formale.tamen intelligens intellectione abſtractiua propter imperfectionem illius intellectionis poteſt habere vnum pro obiecto formali,licet non habeat alterum.[c] hęc Sco. vbi ſupra.& ſic patet ꝙ licet modus intrinſecus ſecundum iſtum modum dicendi pertineat ad rationem quiditatiuam ſicut & differentia, tamen valde differunt vt dictum eſt.Secundo [d] differunt modus intrinſecus & differentia, quia modus intrinſecus variat ſolum rationem quiditatiuam, accipiendo rationem quiditatiuam pro conceptu quidditatiuo illius cui additur ſiue contracti per ipſum Differentia vero variat rationem quiditatiuam & formalem,& ſic intelligitur dictum Scoti,ꝙ modus intrinſecus eſt qui additus alteri non variat rationem formalem. † Non.n. dicit ꝙ non variat rationem quiditatiuam ſed formalem,quia quiditatiuam bene poteſt variare, vt patet de finitate & infinitate quæ variant rationem ſeu conceptum quiditatiuum ipſius entis. Quę autem differentia ſit inter rationem quiditatiuam ſolum & quiditatiuam & formalem ſimul,forte aliàs dicetur.ſolum iſtud dico pro nunc ꝙ ratio quiditatiua & formalis conuenit ſolum ſpeciei ſiue ſpecialiſſimæ ſiue ſubalternę,& omnis & ſola talis ratio debet habere genus & differentiam ipſam conſtituentia.vt patet per Porph. in prędicabilibus † Ratio vero quiditatiua poteſt cõuenire omnibus alijs habentibus conceptum cõmunem quiditatiuum & proprium qualitatiuum. † Et ſic ratio quiditatiua & formalis eſt,quę datur per priora quę ſunt de eſſentia diffiniti.& ſic patet ſecunda differentia inter modum intrinſecum & differentiam.

ANNOTA. MARGINALES.

a Si etiam. ℥ *Nota, quòd hic doctor non ſoluit primam partem inſtantiæ de potentialitate conceptus entis, ſed dic vt ſupra notaui.*

Per

b Per iſtos.} *Caſte declara ly determinabilis, vide notanter in theorematibus Scoti.*

c Alterum.} *Conſidera an indifferenter vtrunque an præcipuè quidditatem.*

d Differunt.} *Diligenter intellige hanc ſecundam differentiam, non vt verba ſonant, quia ſi modus intrinſecus non variat rationem formalem, & quidditatiuam. neque etiam differentia ſui contracti per ipſam, & ideo ſpeculare nunquid etiam conſiderata ſub illis rationibus quiditatiuis variatis formaliter diſtinguantur.*

† *Formale.*} *Tange hic plura, & an ſint voluntarie dicta an certe rationi conſona examina.*

† *Prædicabilibus.*} *Cap. de ſpecie, & differentia.*

† *Qualitatiuum.*} *Hic videtur contradicere ſibi doctor, quia tunc ens non habebit rationem quidditatiuam, neque Deus, neque ſubſtantia, vt eſt genus generaliſsimum, quia nullum iſtorum habet conceptum communem quidditatiuum, & proprium qualitatiuum, quia Deus non eſſet ſummè ſimplex, ſoluenda eſt contradictio, quia y, &, ſumitur diuiſim, & non copulatim.*

Ex prædictis infero ꝙ quiditas & eius modus intrinſecus & modi intrinſeci adinuicem, & omnia quæ ſunt in recta linea prædicamētali diſtinguuntur ex natura rei abinuicem. Et ſimiliter ens a Deo & creatura, & breuiter quodlibet conſtitutiuum a ſuo conſtituto. omnia. n. iſta diſtinguuntur ſecluſo opere intellectus, & non diſtinctione reali proprie capiendo diſtinctionem realem. ergo aliqua diſtinctione media inter diſtinctionem rationis & realem iſto modo ſumptam. [a] Hāc diſtinctionem mediam voco ex natura rei. quæ vt patet ex vi vocabuli niſi a proteruo negari non pōt. licet diſtinctionem inter modum & quiditatem Franciſcus modalem appellauerit † tanquam a denominatione imperfectiori & ignobiliori. Sed contra iſtam diſtinctionem ab aduerſariis noſtris arguitur ſic. Vel diſtinctio ex natura rei eſt præter opus intellectus, vel per opus intellectus. ſi ſolum per opus intellectus. ergo eſt diſtinctio rationis ſolum per vos, qui ſic diffinitis diſtinctionem rationis. Si eſt præter intellectum.

ctum.ergo eſt diſtinctio realis,quorum vtrũque negaſtis. Dico ꝙ diſtinctio realis poteſt capi dupliciter.vno modo large pro omni diſtinctione quæ eſt ſecluſo opere intellectus. Et ſic inter diſtinctionem rationis & diſtinctionem realem non eſt diſtinctio media.& ſic dico ꝙ diſtinctio ex natura rei eſt realis † iſto modo capiendo diſtinctionem realem. Alio modo capitur diſtinctio realis proprie quæ eſt inter [b] rem & ré. & ſic dico ꝙ inter diſtinctionem realem & diſtinctionem rationis eſt diſtinctio ex natura rei media,& formalis. ex hoc patet ꝙ diſtinctio ex natura rei eſt reſpectus qui oritur ex proprijs rationibus formalibus terminorum ſecluſo quocũque actu potentiæ collatiuæ.& hæc de ſecundo articulo huius ſecundi articuli principalis.

ANNOTA. MARGINALES.

a Sumptam. ʒ *Pondera hoc per totum an detur proceſſus in infinitum in his diſtinctionibus, quia quaro de illa diſtinctione qua aliqua diſtinguuntur cum ſit in re ex natura rei, ipſa ergo diſtinguitur ex natura rei, vel ab alia diſtinctione, vel ab aliquo alio ſaltim, igitur alia diſtinctione, & ſic in infinitum. Vide Sco. in 2. diſtin. 1. q. 5. in ſolu. q. parte, 1. ad finem in ſimili, & 5. meta. q. de relatione, & alibi ſape.*

† *Appellauerit.* ʒ *Quare in formalitatibus ſuis, & 8. diſtinct. pri. conſta.*

† *Realis.* ʒ *Vide etiam ex dictis hoc, quòd diſtinctio iſta ſit relatio realis, & hoc oſtendit Franciſcus, ſed extrema non ſunt diſtincta realiter, quod videtur contra Sco. diſtin. 31. pri. & q. 9. quoli. dic conſequenter ponderando. quare. 3. diſtinct. pri. & 26. eiuſdem, & vbi ſupra, & 2. diſtinctio. 11. q. 10. & 25. eiuſdem ea, qua notaui, & alibi ſape ad hac. Quare in theorematibus Sco. plura ad propoſitum.*

b Rem, & rem. ʒ *Qualiter accipitur hoc res pondera ex ſape dictis ſumitur enim pro re ſubſiſtentia, vel ſeorſum exiſtentia.*

Tertius

Tertius Articulus partialis.

QVANTVM ad tertium articulum in quo videndum eſt de identitate, & diſtinctione formali ſunt aliqua notanda. Primo notandũ eſt, ꝙ formalitas venit de formali, & formale de forma † forma autem dicitur multipliciter. Vno modo dicitur forma prout eſt altera pars compoſiti, & hæc appellatur forma partis. Alio modo poteſt accipi pro forma totius.[a] videlicet pro tota ipſa natura abſtractiue ſumpta ſicut humanitas dicitur forma totius non per informationem materiæ, ſed qua ſuppoſitum eſt quiditatiue homo. forma primo modo dicta eſt per ſe terminus formalis generationis, ſed forma ſecundo modo dicta eſt terminus per ſe primus, & adæquatus ipſiuſmet generationis. Alio modo † dicitur forma de omni ſubſtantia immateriali eo modo quo Deus, & intelligentiæ dicuntur formæ. Alio modo accipitur pro forma accidentali. Alio modo accipitur [b] pro quacunque ratione ſub qua ex natura rei aliquid poteſt concipi. † Et ab iſta forma vltimo modo ſumitur formalitas de qua hic intendimus. vnde licet ab vtraque forma proportionabiliter nominetur formalitas, non tamen ſic intendimus hic de ea. ideo formalitas hic intenta nihil aliud eſt, quàm ratio obiectiualis ſub qua vnaquæque res concipi poteſt ex natura rei, & dicitur formalitas à forma iſto modo propter ſimilitudinem [c] quam habet cum forma primo modo, & ſecundo modo dicta, quia ſicut forma iſtis duobus modis capta eſt ratio cognoſcendi rem cuius eſt, [d] ita etiam forma, vel formalitas hoc vltimo modo dicta. Secundo eſt notandum, quòd hæc dictio formaliter † eſt modalis dictio aduerbialis, & determinatiua, & ſumitur quinque modis, vt ait Franc. in prima diſtin. 8. Primis tribus modis ſumitur, vt dicit determinationem copulæ propoſitionum primi modi per ſe, [e] vt cum dicitur primo modo homo formaliter eſt animal. Secundo modo homo formaliter eſt rationalis. Tertio modo homo formaliter eſt animal rationale. Quarto modo ſumitur formaliter, vt notat formam, vel determinatio-

nem

rem alicuius per denominationem intrinſecam ipſum deno minantem, vt homo formaliter eſt riſibilis. homo formaliter eſt albus, & ſic de alijs. Quinto notat actum, vel operationem, quo, vel, qua quis agit vel patitur, vel operatur, d vt cum dicitur Petrus intellectione formaliter intelligit, viſione formaliter videt, & ſic de alijs.

Annota. Marginales.

† *Forma.* ꝫ *Tange interpretationem ſeu etymologiam vocabuli huius nominis forma hac ponderando.*

a *Videlicet.* ꝫ *Vide Sco. in 3. diſt. 2. & 7. & 8. me. de hac forma totius, vt ſcis, & terminis generationis.*

† *Modo dicitur.* ꝫ *Quare Platonem proclum Boetium, & auctorem 6. principiorum, & alios, vt noſti ad hoc.*

b *Accipitur.* ꝫ *Vide ſupra in deſcriptione formalitatis.*

† *Concipi.* ꝫ *Ergo modus intrinſecus eſt formalitas conſidera. S. i vnaquæque.*

c *Similitudinem.* ꝫ *Omnes transferentes, & cat. 6. Topic. c. 2.*

d *Ita etiam.* ꝫ *Quia ſicut vnumquodque ſe habet ad eſſe, &c. 7. Meta. tex. com. 4.*

† *Eſt modalis.* ꝫ *Pondera quando eſt determinatio inhærentis, & quando inhærentia.*

e *Vt cum.* ꝫ *Qualibet pars diffinitionis eſt formalis forma, tota vero totius. 7. Meta. t. c. 35.*

f *Operatur.* ꝫ *Tunc vere eſſet determinatio quarti modi perſeitatis.*

Tertiò notandum quòd quadruplex eſt prædicatio, prima eſt quidditatiua & formalis † vt eſt primus modus dicendi per ſe, & hæc habet. 4. gradus. Primus gradus eſt quando per ſe ſuperius in quid prædicabile prædicatur de ſuo per ſe inferiori, vt quando ens prędicatur de deo & creatura, vel genus de ſua propria ſpecie, vel ſpecies de ſuo proprio indiuiduo. Secundus gradus quando prædicatum intrinſecum dicens quale prædicatur de illo cui conuenit intrinſece, vt differentia de diffinito, vel modus intrinſecus de cō

ſtituto

ſtituto per ipſum, ſecundum illam opinionem quam ſuperius recitaui præcedenti arti. Exemplum primi membri huius ſecundi gradus vt homo eſt rationalis. Exemplum ſecūdi, vt Deus eſt infinitus, vel eſſentia diuina eſt infinita. Notandum tamen eſt quòd rationale ſumitur dupliciter,[a] vno modo vt conſtituit tanquam pars formalis, nec iſto modo dicit aptitudinem, ſed eſt differentia vel tenens modum differentiæ. Alio modo vt dicit aptitudinem ratiocinandi, † & ſic eſt propria paſſio, nec iſto modo facit prædicationem quidditatiuam, quia nulla aptitudo pertinet ad primum modum dicendi per ſe. Prædictam diſtinctionem ponit Franc. ſuper por. c. de differentia. Tertius gradus eſt quando tota ratio intrinſeca prædicatur de diffinito, [b] vt homo eſt animal rationale. Quartus gradus eſt quando idem prædicatur de ſeipſo, vt homo eſt homo, † Et capitur hic prædicatio quidditatiua vt diſtinguitur contra prędicationē in qua prędicatur aliquid extraneū, quia vt dicit Boe. hæc propoſitio, homo, nō eſt homo eſt proprie quidditatiua prædicatio, quia nihil idē omnimode eſt de quidditate ſui ipſius, ſed large eſt q̄dditatiua prout diſtinguitur cōtra denominatiuam, & iſti quatuor gradus faciunt primum modum dicendi per ſe. Aſſignantur etiam alij tres ab Ariſto. primo poſt. t. c. 9. [c] Et ſic ſecundus modus dicendi per ſe eſt quando propria paſſio prædicatur de ſuo ſubiecto, & iſte modus habet duos gradus. Primus eſt quando adęquata paſſio prædicatur de ſuo adęquato ſubiecto primo vt homo eſt riſibilis. Secundus gradus eſt quando paſſio adæquata ſuperiori de per ſe inferiori ad ſubiectū prædicatur, vt ſor. eſt riſibilis. Tertius modus non eſt prædicādi ſed eſſendi, & iſto modo omnia per ſe ſunt quæ per ſe & non in alio exiſtunt, ſicut Deus, & omnes primæ ſubſtantiæ, † quia nullo modo ſunt in alio. Quartus modus dicendi per ſe eſt quando effectus formalis prædicatur de aliquo mediāte ſua cauſa formali, vel quando actus profluens id eſt progrediens à cauſa formali dicitur de effectu formali mediante cauſa formali, vel quando effectus prædicatur de ſuo immediato principio productiuo, [d] Exemplum primi, vt homo albedine eſt albus. Exemplum ſecundi, vt album albedine diſgregat, calidum calore calefacit. Exemplum tertij, intellectus intelligit, voluntas vult, & ſic de alijs.

ANNOTA-

Annota. marginales.

† *Formalis.* } *Nota, quòd merito præponitur alijs iſta prædicatio, quia quidditas, & eſſentia prius conuenit quàm paſſio, vel aliquid extrinſecum de quibus alia dantur prædicationes ut patet conſideranti.*

Quære Bonet. 3. Met. & expoſitores communiter ſuper libros poſte. ad propoſitum hic, & maxime Linconienſem.

a *Vno modo* } *Tange exemplum de practico, & ſpeculatiuo, ut q. 4. prol. & 1. Meta notaui, & ſic de pluribus alijs.*

† *Ratiocinandi.* } *Vide 5. Meta. tex. com. 23. ad propoſitum applicando.*

b *Diffinito,* } *Tange hic plura pro, & contra de prædicatione diffinitionis, & ipſius diſtinctione à diffinito, & de modo prædicandi ipſius &c.*

† *Homo eſt homo.* } *De hac prædicatione eiuſdem de ſeipſo vide primo Topi. c. 7.*

c *Et ſic.* } *Pondera hic quid ſit prædicari, & quotiens ſumitur, & de veritate propoſitionis, & cauſa ipſius, & multa alia.*

Vide expoſitiones, & quæſtioniſtas ſuper 1 poſt. qui diſputant an 3. & 4. modus ſint modi inhærendi, vel ne.

† *Subſtantia.* } *Conſidera diligenter uerba Philoſophi. 1. po. t. com. 9. nunquid ſecunda ſubſtantia ſit in tertio modo, vt homo eſt, quia multi decipiuntur expoſitores.*

d *Productiuo.* } *Conſidera etiam an maior in demonſtratione potiſsima ſit in quarto modo Et ſi ſic qualiter infert ſecundum. ſi eſt maior perſeitas in ſecundo, quàm in quarto, & alia plura curio. è.*

SEd hic inſurgunt duæ difficultates. Prima eſt in quo modo dicendi per ſe ſunt propoſitiones in quibus prędicantur per ſe inferiora de ſuis ſuperioribus, vel paſſio inferioris de ſuperiori ad ſubiectum talis paſſionis. Dico breuiter cõtra multos quòd tales prædicationes nullo modo ſunt per ſe, licet enim tales † indiſfinitę vel particulares ſunt neceſſa-

riæ non tamen ſunt per ſe, [a] probatur dupliciter ex intentione philoſophi, primo [b] quia dicit philoſophus quòd propoſitiones per ſe non conuertuntur, quòd non debet intellecti quòd non conuertuntur abſolute, cum conuerſio ſit adęquata paſſio propoſitionis ſaltem cathegoricę, ſed debet intelligi quòd non conuertuntur ita, alias propopoſitiones per ſe, ſed iſt eſt ꝑ ſe homo eſt animal, ergo iſta non erit ꝑ ſe, animal eſt homo, & idē eſt iudicium de omnibus alijs talibus. Secundo probatur, quia dicit philoſophus quòd per ſe infert de omni, ita quòd à propoſitione per ſe ad propoſitionē de omni eſt bona conſequētia, [c] ergo ſi iſta eſſet per ſe, animal eſt homo, iſta eſſet bona conſequētia, animal eſt homo, ergo omne animal eſt homo: cōſequens falſum, ergo illud ex quo ſequitur, videlicet quòd iſta ſit per ſe, animal eſt homo, & idem dico de iſta, animal eſt riſibile, † & de omnibus talibus. Secunda difficultas, in quo modo dicendi per ſe ſunt iſtę propoſitiones, homo albus eſt homo albus homo albus eſt homo, homo eſt homo albus, & ſimiles. Reſpondeo breuiter quòd nullo modo ſunt per ſe. Pro cuius declaratione ampliori noto tres regulas optimas, quæ habentur à Sco in primo diſ.2. in materia de propoſitione ꝑ ſe nota, & in 3. diſ. 7. & 22. Prima regula eſt quòd de ratione in ſe falſa nihil verè & affirmatiue prædicatur, nec ipſa de aliquo prædicatur, immo nec ipſa de ſeipſamet. Iſta enim nō eſt vera, homo eſt homo irrationalis homo irrationalis eſt animal, homo irrationalis eſt homo irrationalis, nulla illarū eſt vera, & ſimile eſt iudiciū de omnibus alijs. Secūda regula eſt quòd de illo quòd eſt in ſe ens per accidens, nihil per ſe prædicatur, nec de aliquo ipſum per ſe prædicatur, immo nec idem de ſeipſo. Nulla enim iſtarum eſt per ſe, homo quantus eſt homo, ſor. eſt homo quantus, homo quantus eſt homo quantus. Tertia regula eſt [d] quòd de conceptu per accidens ſiue contingenti, † nihil neceſſario prædicatur, nec ipſe de aliquo, nec idem de ſeipſo. Exemplum huius regulæ eſt, cum homo niger dicat conceptum contingenter vnum, nulla iſtarum eſt neceſſaria, homo niger eſt homo, homo eſt homo niger, homo niger eſt homo niger. Prima regula ſic poſſet perſuaderi, & breuiter, quia ſi iſta eſſet vera, homo irrationale eſt homo irrationalis de qua magis videtur, tunc ex vero ſequeretur

retur falſum, probatur ſic, quia benè ſequitur, homo irrationalis eſt homo irrationalis, ergo homo irrationalis eſt homo, [d] à parte in modo ad ſuum totum. Et vltra, ergo homo eſt homo irrationalis per conuerſionem, & vltra, ergo homo eſt irrationalis, & irrationale eſt homo, ſed omnia iſta illata ſequuntur [e] ſcilicet homo irrationalis eſt homo irrationalis, eſt falſa, † quod eſt propoſitum. Secunda & tertia regula ſimul probantur per probationem tertiæ, quia ſi iſta eſſet neceſſaria † vel per ſe, homo niger eſt homo niger, ex neceſſario ſequeretur contingens, quod eſt falſum, vt probatum eſt in conſequentijs, probatur tamen conſequentia, quia bene ſequitur, homo niger eſt homo niger, ergo homo niger eſt homo, à parte in modo ad ſuum totum, & vltra conuertendo, ergo homo eſt homo niger, & vltra ergo homo eſt niger à parte in modo etiam ad ſuum totum: omnes iſtæ propoſitiones illatæ ſunt contingentes [f] ergo & iſta, homo niger eſt homo niger, eſt contingens, & per conſequens non neceſſaria nec per ſe, † & intelligo per ſe primo modo vel ſecundo modo dicendi per ſe, & ſic manent regulę infallibiliter verę. Et ſi arguatur quòd in iſtis, homo niger eſt homo niger, homo albus eſt homo albus, eſt prędicatio eiuſdẽ de ſeipſo, ergo tales propoſitiones ſunt per ſe, & neceſſarię. Dico breuiter quòd quando dicimus quòd prędicatio eiuſdem de ſeipſo eſt per ſe & neceſſaria, intelligendum eſt de prædicatione, in qua non prædicatur ens per accidens vel non ſubijcitur, & ſic patet reſponſio ad difficultatem.

Annota. Marginales.

† *Indifferentiæ.* } *Vide* 1 1.*diſtinct.* 3.*q.* 3.*in ſolu. principali.*
Põderaly indiffinita, vel particulares 1.*poſte. c. de ſtatu principiorum. tex. com.* 14.

a Sunt per ſe. } *In plus eſt neceſſarium, quàm per ſe.* 1.*poſte.*

b Quia. } *Hæc probatio procedit quo ad primam partem dubij, ſed ſequens ad vtranque, vt patet.* 1.*poſterio. c. de per ſe, & alibi.*

c Ergo ſi iſta. } *Tange inſtantiã hic, quia hæc eſt per ſe. ſortes eſt homo, quæ tamen non infert de omni, vt patet.*

† *Riſibile.* } *Tange inſtantiam hic ex Sco.diſt.2.pri.q.2.vbi di cit doct.quòd paſsio inferioris demonſtratur de ſuperiori. dic, quòd loquitur de demonſtratione particulari, vt. 1.q.prolo.tangit, & copioſè alibi tetigi ſuper quadam. quaſt. eius in porphyrium.*

d *Quod de* } *Nota, quòd Docto. non habet hoc tertium. immo ſcias, quòd non rectè probatur illa tertia regula, quia ex contingenti ſequitur neceſſarium.*

Vide ſuper 7. Meta. Scot. quaſt. 7. aliqua ad hac pro, & contra.

† *Contingenti.* } *Conſidera an differant conceptus per accidens, & contingens. Hoc tertium tacuit Doc. vt patet.*

A parte in modo ad ſuum totum.

e *A parte.* } *Conſidera an ſequitur conſequens prima conſequentia, quia eſt determinatio diſtrahens.*

f *Scilicet.* } *Vide pro his conſequentijs Scotum. 2. diſt. 1. q. 2. in ſolutione principali ad finem qualiter tenent. & ratione cuius optime operando.*

† *Falſa.* } *Quia ex falſis verum, ſed ex veris nil niſi verum 2. priorum. c. 2.*

† *Vel per ſe.* } *Poſſet ponderari hic illud. 1. periher. omne, quod eſt quando eſt &c. & diſtingui de neceſsitate ſimpliciter, vel ſecundum quid vt ſcis.*

g *Ergo,* } *Poſſet obijci contra dicta hic ex Sco. 3. diſt. 2. q. 6. vbi dicit Doct. quòd hac eſt per ſe primo modo, ſuperficies alba eſt alba. Dic, quòd aliter ſentit. 2. diſt. 1. q. 2. & 7. diſtinct. 3. ſed concordabis ipſum, vt alibi notaui. Duo enim requiruntur ad perſeitatem propoſitionis, ſcilicet incluſio prædicati in ſubiecto, & vnitas per ſe extremorum, & ſic illa, ſuperficies alba eſt alba, eſt incompletè per ſe, quia ratione prima conditionis tantum, quare docto. non contradicit. Conſidera etiam an iſta Deus eſt homo, vel verbum eſt homo, ſit formalis, & qualiter vide Sco. 1. diſt. 3.*

† *Nec per ſe* } *Hoc dicit ad differentiam quarti modi.*

SEcunda prædicatio eſt formalis prædicatio † & denominatiua & hæc habet quatuor gradus. Primus eſt quando differentia prædicatur de genere contrahibili per eam, vt animal

animal eſt rationale,& quando modus intrinſecus prædicatur de ſuo contracto vel contrahibili, vt cum dicitur, ens eſt infinitum, & ſic de alijs. Et ſi dicas quòd hic videtur contradictio, quia ſuperius dictum eſt ſuſtinendo opinionem Landulphi, quòd quando modus prædicatur de eo cuius eſt modus eſt prædicatio quidditatiua, hic dicitur quòd eſt prędicatio denominatiua, igitur. Reſpondeo & dico quòd non eſt contradictio, quia ſuperius dicitur quòd talis prædicatio eſt quidditatiua, ſi modus prædicatur de conſtituto per ipſum cum ſit de eſſentia ipſius ſecundum Landulphum, hic dico quòd eſt prædicatio denominatiua, quia prædicatur non de conſtituto ſed de contrahibili ꝑ ipſum, ſicut refert dicere, homo eſt rationalis, & animal eſt rationale, cum prima ſit quidditatiua, & ſecunda ſit denominatiua, ita etiam refert dicere, deus eſt infinitus, vel eſſentia diuina eſt infinita, & ens eſt infinitum, quare dico conſequenter quòd duę primæ ſunt quidditatiuę, ſecunda autem non, ſed denominatiuę tantum. Secundus gradus denominatiuę prædicationis eſt quando propria paſſio prædicatur de ſuo ſubiecto, & iſte gradus eſt ſecundus modus dicendi per ſe. Et eſt ſciendum quòd propria paſſio cum ſit eadem res cum ſuo ſubiecto ſecundum Sco. & ſuos ſequaces eſt reductiuè in illo genere ſeu prædicamento in quo eſt ſuum ſubiectum per ſe, [a] Tertius gradus prædicationis denominatiuæ & formalis eſt quando effectus formalis denominatiuè prędicatur de aliquo mediāte ſua cauſa formali, vt homo nigredine eſt niger, vel quando actus profluens à cauſa formali [b] dicitur de effectu mediante cauſa formali, vel quando effectus dicitur de ſuo immediato principio productiuo, [c] & iſte gradus eſt quartus modus dicendi per ſe. Quartus gradus prædicationis denominatiuę formalis eſt quando accidens prædicatur de ſuo ſubiecto, & poteſt fieri nouem modis, poſito quòd petrus ſit ſubiectum in omnibus his, dicendo petrus eſt bicubitus, albus, pater agens, patiens, calciatus, & ſic de alijs, & iſte gradus eſt de per accidens, † Tertia prædicatio eſt identice identica, [b] & hoc eſt quando vtrumque extremum eſt formaliter infinitum, vel alterum tantum eſt formaliter infinitum, † vel permiſſiuè. Exemplum primi vt eſſentia diuina eſt bonitas, eſſentia diuina eſt iuſtitia, & ſic de alijs. Exem-

plum ſecundi eſſentia diuina eſt filiatio, eſſentia diuina eſt paternitas, & ſic de alijs. Exemplum tertij, vt paternitas eſt entitas, humanitas eſt entitas, † & ſic de alijs.

ANNOTA. MARGINALES.

† *Prædicatio.* } *Poſſet argui, quòd nulla prædicatio eſt formalis niſi primi modi, quia in omni prædicatione formali prædicatum includitur formaliter in ſubiecto, ſed hoc conuenit tantum in primo modo, vt patet ex Sco. 8. diſt. 1. q. 3. in ſolutione prin. vbi declaratur quid ſit formaliter includi. dic conſequenter.*

Poſſet etiam dici, quòd ſufficit formalis inhæſio prædicati, & non ſemper requiritur eſſentialis eius incluſio. 3. diſtinctio. 1. & alibi.

a *Per ſe.* } *Et per conſequens eſt error ponere paſsiones in ſecunda ſpecie qualitatis, vt quidam decipiuntur præſertim, quia ſecunda ſpecies qualitatis ſuſcipit magis, & minus, vt patet de curſore, & pugillatore.*

b *Dicitur.* } *Vt nigrum nigredine congregat.*

c *Et iſte.* } *Vt voluntas vult.*

† *Per accidens.* } *Conſidera diligenter quare Doct. poſuit iſtos. quatuor gradus ordinatos denominatiuæ prædicationis, quia potius qu rtus deberet eſſe primus, quia accidens per accidens eſt magis denominatiuum, & magis diſtinctum ab ipſo ſubiecto.*

d *Et hoc.* } *Pondera quare congrue dicitur identica identica. & tange differentiam identitatis in diuinis, & in creaturis. Tãge hic diuerſos modos dicendi de hac entitate quæ ſic prædicatur, & ſpecialiter de entitate Phyſica, & Meta. & ſic de alijs. diſt. 5. 1. q. 1.*

† *Infinitum.* } *Quære Bonetum. 3. Met. & Sco. 8. diſt. 1. & q. 5. quolibeti.*

† *Entitas.* } *Conſidera an ratione talis permiſsionis an potius ratione tranſcendentiæ, & maxime communitatis, vt vult. F prædicatur entitas tali prædicatione. Et pondera argumentum per locum à minori ſi ratione infinitatis permiſsiuè prædicatur entitas de humanitate igitur, & diuitas ratione poſitiua, &*

formalis

formalis infinitatis. Sed poteſt dici, quòd non ſequitur, quia illa ſunt compoſsibilia, & iſta non naturaliter, & formaliter, vel conſidera altius.

PRo quo notandum eſt quòd iſtę prędicationes ſi ſunt veræ, debet prædicari concretum de concreto, vel abſtractum de abſtracto & non concretum de abſtracto, nec abſtractum de concreto, maximè ſi talia concreta ſint adiectiua. Iſta enim cõceditur, eſſentia diuina eſt generatio, tamen iſta non conceditur, eſſentia diuina generat vel generatur ſecundum magiſtrum ſententiarum 5. diſtin. primi. Super quo verbo datur à Scoto pulcherrima regula, [a] quòd quãdo ſubiectum eſt vltima abſtractione abſtractum & prædicatum ex ſua ratione formali, non eſt aptum natum prædicari niſi formaliter, propoſitio non eſt vera niſi ſit in primo modo dicendi per ſe, [b] ratio eſt quia ſubiectum & prædicatum modos ſignificandi oppoſitos dicunt ſibi incompoſſibiles, vnde de tali ſubiecto ſic vltimate abſtracto nihil poteſt verè prædicari niſi per ſe primo modo vel identice: hãc propoſitionem declarat Scotus ſic. Videmus enim quòd in ſubſtantijs ſiue in prædicamento ſubſtantiæ eſt vna † abſtractio tantum ſcilicet quidditatis à ſuppoſito proprię naturæ, quia ſubſtantiæ non ſunt natæ concernere aliquid alterius naturæ, ideo prima ibi abſtractio maxima eſt abſtrahendo naturam humanam à ſuppoſitis quæ verè ſunt illius naturæ, ſicut abſtrahitur cum concipitur humanitas non remanet vlterius alia abſtractio, & ideo illud vt ſic conceptum eſt pręcisè ipſummet, quia cuilibet alij extraneum eſt, ſicut dicit Aui. 5. meta. quòd equinitas eſt tantum æquinitas, & nihil aliud. In accidentibus autem quanto plura poſſunt concernere, tãto plures poſſunt fieri abſtractiones, vnde quia accidentia abſoluta concernunt duo, ſcilicet ſuppoſita alterius naturæ & indiuidua naturæ propriæ, licet à ſuppoſitis alterius naturæ abſtrahantur, tamen concernunt indiuidua proprię naturæ, ſicut album concernit lignum, & hoc album ſiue hanc albedinem & illam, & ideo poſſunt ibi fieri duæ abſtractiones, vna ſcilicet accidentis à ſubiecto, puta albedinis à ligno, & alia, ſcilicet quidditatis à ſuppoſito † vel ſingulari, puta albe

dis ab hac albedine,& illa quæ ſunt indiuidua ſua. Et hanc loquimur per albedineitatē, vel per hoc quod dicimus quid ditas albedinis, & iſta non concernit aliquod ſubiectum nec ſuppoſitum eiuſdem naturæ nec alterius: [c] in relationibus etiam quæ plura concernunt ad huc plures poſſunt fieri abſtractiones. Concernit enim relatio ſuum proprium indiuiduum,fundamentum,& ſubſtantiã,& ſecundum hoc poſſunt ibi fieri tres abſtractiones,vna relationis à ſubiecto,ſecunda relationis à fundamento, † tertia quidditatis à ſupppoſito, & iſtę abſtractiones ſic ſe habent, quòd licet abſtractio fiat à poſteriori & extrinſeco, non tamen à priori & intrinſeco. Exemplũ hoc concretum quod eſt cauſa dicitur de igne quia generat calorem in ligno,ſed abſtrahendo à ſubiecto remanet adhuc concretio ad fundamentum, puta ſi dicatur potentia cauſandi calorem. Calor enim eſt potentia cauſandi calorem. non tamen ignis eſt potentia cauſandi. Ad huc poteſt fieri abſtractio vlterior, ad proprium genus, puta ſi dicatur caliditas, & tunc nec ignis nec calor recipit prædicationem ipſius, tamen hæc caliditas eſt caliditas. Vltima abſtractio, qualis eſt in ſubſtantijs, [d] eſt per hoc quòd dicimus, quidditas caliditatis, & hæc de nullo alio prædicatur. Ex his prædictis apparet quid ſit vltima abſtractio cuiuſlibet rei, quia quidditatis abſolutiſſime ſumptæ ab omni eo quod eſt quocunque modo extra rationem quidditatis, in qua quidem abſtractione,nihil aliud inuenitur ſeu intelligitur præcisè re, vel ratione,niſi quod eſt ipſius quidditatis. Et dicunt quidam quòd terminus vltimate abſtractus in propoſitione ſubiectus includit vnum ſincathegorema, puta inquantum vel formaliter, primo modo, vel quidditatiuè vel identice,& ſic de alijs.

Annota. Marginales.

a Regula. ❡ *Nota, quòd iſta regula ſcotica limitatur, & impugnatur à diuerſis, & maxime ab okam.* 5*.diſt.* 1*. & F.dicit quòd habet* 11*.exceptiones,quas enumerat.* 5*.diſtin.* 1*. conſla. Sed tu dic breuiter, quòd tenet in prædicatis poſitiuis aliam formalitatem ex natura rei à ſubiecto importantibus, & de*

ſuppoſitis

ſuppoſitis à primi verificabilibus, quod bene maſticabis, & neminem timebis.

b Ratio eſt. } *An de vltimate abſtractis aliquid per ſe, & formaliter poſſit prædicari, conſidera bene hoc, & quære nominales, & varias opin. doctorum, & adde, vt ſcis plura hic pro & contra.*

† *Abſtractio.* } *id eſt vnius rationis in qua dantur gradus ſecundum quoſdam. Vide ea, quæ notaui ſuper 13. q. Sco. in porph. c. 1. & 2. Quære Sco. in 2. diſt. 3. q. 2. vbi notanter declarat illud dictum Auicen.*

† *A ſuppoſito.* } *Tange differentiam ſingularis ſeu indiuidui & ſuppoſiti atque perſonæ, & differentiam abſtractionum hinc inde.*

c Alterius } *Aduertendum eſt, quòd hic ponuntur abſtractionum modi ab includentibus, ſed non ab inhærentibus; quod diligenter conſidera, quia plures hic decipiuntur. Vide Sco. in q. 9. meta. ſingulariſſime.*

† *A fundamento* } *Pondera plura hic de abſtractionibus relationum, & maxime à fundamento, & quid ſit propinquius relatione an ſubſtantiam an certè fundamentum, & an poſſet abſtrahi à termino ſicut, & à fundamento, & ſi non quomodo igitur à fundamento, cum ſit habitudo vnius ad aliud, & ad quem artificem ſpectat conſideratio relationis in vltima abſtractione? & plura alia curioſa, quæ non ſunt pro pane lucrando, vt groſſis capitibus videtur, & idiotis hypocritis, quorum ſcire, vel ſcientia eſt ſcire contemnere, & ſcientes perſequi. Conſiderare enim vltimate abſtracta poteſt intelligi vel incomplexe, & ſic eſt nullius ſcientia cum ſcientia ſit effectus demonſtrationis, ſed eſt bene poſſibilis apud intellectum vel complexe, & ſic ſi eſt reſpectu paſſionum tranſcendentium duntaxat pertinet ad Metaphyſicum, quod intelligo verum de inferioribus ad ens loquendo, ſi vero reſpectu propriarum paſſionum, & omnium non poteſt conſiderari relatio præſcindendo ab habitudine ad fundamentum, vbi aduerte, quòd propter illam inhærentiam actualis relationis, quæ forte eſt formaliter illa, dicitur eadem accidenti reſpectiuo, & non propter ſubſtantiam inquantum tale, vbi plura addat ingenioſus lector.*

d. Eſt per hoc ʒ. Tange inſtantiam ex declaratione Scot. in Aui. vbi ſupra, & dic conſequenter in illo priori ſtando adhuc dantur ſigna naturæ, & ita aliæ abſtractiones, vt ſcis.

Adde hoc plura ex modis ſignificandi, vt noſti ingenioſe lector.

CIrca alium terminum propoſitionis doctoris, ſcilicet quòd prædicatum de quocunque prædicatur non poteſt prædicari niſi formaliter. Notandum eſt quòd ſubſtantiua nomina poſſunt dupliciter prædicari in diuinis, quandoque formaliter, vt deitas, quandoq; per identitatem vt deitas eſt ſapientia, ſed adiectiua ſi prædicantur de neceſſitate formaliter & denominatiue prædicantur, & hoc quia ſunt adiectiua, nam ex hoc quod adiectiua ſunt ſignificant formā per modum informantis. † Et ideo de nullo verè dicuntur niſi quod ſe habet per modum informati de quo videlicet, formaliter dicuntur, talia ſunt non tantum adiectiua nomina, ſed omnia participia & verba. † Semper enim in ſuo modo ſignificandi includunt adiacentiam & modum formalem reſpectu alicuius talis ſuppoſiti, & ideo prædicantur † quaſi ſecundum ſecundum modum dicendi per ſe, quòd ergo prædicentur identice, eſt ipſa prędicari modo oppoſito ſuo proprio modo dicendi vel prædicandi. His intellectis patet maior iſta aſſumpta, quando ſubiectum eſt abſtractum vltimate, ita quòd eſt abſtractum ab omni quod eſt extra rationem eius, & prædicatum non poteſt prædicari ex ratione formali niſi formaliter & modo inhærentis ſiue † quaſi inhęrentis, iſtud prędicatū prę ciſè natum eſt formaliter prędicari, ideo non poteſt ſaluari veritas propter identitatem tātū quia ſubiectū eſt vltima & ſumma abſtractione abſtractū, ideo non poteſt ſtare pro aliquo qualitercūque alio à ſe, ſed præcisè pro ſe formaliter. Et ideo oporteret quòd ſua ratio præcisè formaliter eſſet idem illi prædicato, quod non poſſet eſſe niſi illa ratio præcisè includeret prædicatum, patet ergo propoſitio. Et ſi fiāt ſyllogiſmi expoſitorij vel aliq alij, debent ſolui per artem datam in primo priorum, † videlicet quòd maior vel minor reducantur ad propoſitionem de omni ſi ſint affirmatiui, vel de nullo, ſi ſint negatiui. † Quarta

ta prædicatio eſt † tantum eſſentialis & iſta eſt tantum in diuinis quam ponit Hilarius de trinitate, & eſt iſta in qua denotatur conſubſtantialitas & origo, vt filius eſt de eſſentia patris, per ly de eſſentia, vel ſubſtantia notatur conſubſtantialitas, & per ly patris origo. Si autem quæras an iſta ſit eſſentialis, filius eſt de eſſentia, vel filius eſt eſſentiæ. Ad primum reſpondetur ſecundum Scotum, diſt. 5. q. 2. pri. ſententiarum, quòd non propriè dicitur aliqua perſona eſſe de eſſentia abſolutè, ſed addendo cum ſubſtantia perſonam aliquam originantem, benè dicitur quòd aliqua perſona originata eſt de ſubſtantia illius perſonæ, ita quòd hæc, filius eſt de ſubſtantia diuina, non eſt ita concedenda ſicut hæc, filius eſt de ſubſtantia patris, quia per ſecundum exprimitur conſubſtantialitas & origo propter genitiuum conſtructum cum cauſali præpoſitionis, per primam autem non notatur aliquid originans. Ad aliam dicendum, quòd licet Auguſt. dicat filium eſſe filium eſſentiæ patris. 15. de tri. c. 18. Et doctor quidam [a] dicat illam eſſe propriam, tamen videtur probabilius dicendum quòd non, quia quandocunque relatiuū conſtruitur cum aliquo in tali habitudine cauſali in qua natum eſt aliquid terminare illam relationem vt correlatiuū, tunc conſtruitur cum illo præcisè vt cum correlatiuo. Exemplum, pater conſtruitur cum relatiuo in habitudine genitiui, ſimile in habitudine datiui, & minus in habitudine ablatiui, & ſecundum communem ſermonem videtur quòd cum quocunque conſtruatur tale relatiuum expreſſe in tali habitudine caſuali illud notatur eſſe correlatiuum huius relatiui. Non enim dicimus [b] iſte canis eſt filius hominis quia eſt filius, & eſt hominis, vt domini canis, ita quod ly hominis conſtruitur cum ly canis ex vi poſſeſſionis vel poſſeſſoris, ſed videtur ſignificare quòd cōſtruatur cum ly canis in ratione relatiui vt patris, ita igitur in iſta filius eſt eſſentię, videtur ly eſſentię accipi vt correlatiuum illius relatiui cum quo conſtruitur, & tunc ad Auguſtinum qui videtur huic contradicere dicendo filius eſt eſſentiæ, dico quòd debet intelligi quòd ſit conſtructio intranſitiua vt filius eſt eſſentiæ, ideſt filius eſt eſſentia, non autem debet intelligi quòd ſit conſtructio trāſitiua [c] quia aliàs eſſet falſa, vt dictum eſt. Et ſi dicatur quòd ad iſtam filius eſt de ſubſtantia patris, videtur ſequi

iſta

iſta filius eſt eſſentiæ patris, nego ſequelam quia conſequēs notat relationem inter filium & eſſentiam ſicut ſuum correlatiuum, quod non notat antecedens, ſed tamen notat conſubſtantialitatem in eſſentia cum originatione notata in illo quod conſtruitur cum eſſentia. Sic ergo patet, quòd ad veritatem prædicationis eſſentialis, vt hic capitur, requiritur quòd ſit conſubſtantialitas & origo.

ANNOTA. MARGINALES.

† *Informantis* ⁊ *Aduerte, quòd hæc expoſitio videtur falſa, quia ſic erit falſum, quòd eſſentia mouet intellectum ſicut eſt falſum, quòd eſſentia generet, & ideo conſidera cauſam ſubtiliorem.*

† *Et verba* ⁊ *Scilicet adiectiua, ſecus eſt de verbis ſubſtantiuis, quod conſidera bene ponderando.*

† *Prædicantur* ⁊ *Pondera ly quaſi ſecundum modum, &c. plura addendo.*

† *Siue quaſi* ⁊ *Pondera ly quaſi inhærentis in diuinis, & in creaturis ſuo modo. Vide vbi ſupra Scotum in prædicabilibus, & ea, quæ ibi notaui ad hoc.*

† *Priorum* ⁊ *Quare. 2. 4. & 5. diſt. 1. Sco. & alios, & maxime fratrem Adam pro huiuſmodi paralogiſmis.*

† *Negatiui* ⁊ *Hic pater generat, hæc eſſentia eſt pater, igitur hæc eſſentia generat. Non ſequitur, quia ex identica præmiſſa non ſequitur formalis concluſio. Similiter minore reducta ad dici de omni ſic. Omne, quod eſt hæc eſſentia generat, patet eius falſitas: quare Pariſienſes ſub primo priorum, & non curabis de balbutientibus.*

Notandum hic eſt, quod licet ſoluatur communiter argumentum recurrendo ad diſtributionem illam extra terminum vt omne, quod eſt eſſentia, tamen ſi fiat argumentum ſic nulla eſſentia generat, pater eſt eſſentia: ergo pater non generat. non facile ſoluitur argumentum, quia licet eſſentia diuina non diſtribuatur, tamen eſſentia in communi diſtribuatur, quam diſtribuendo erit maior, & minor vera, & cōſequentia bona, & concluſio falſa, & ideo ille modus reſpondendi eſt fuga, ſpecu-

ſpeculare igitur, quod non capit Margo. Hæc omnia in Sco. vbi infra notanter.

† *Eſt tantum* } *Pondera ly tantum eſſentialis.*
Quare Sco. in 3. diſt. 3. 7. q. 1.

a *Quidam* } *Quare Henricum, & alios antiquos, qualiter vario modo concedunt propoſitiones in diuinis vtentes aliquã do terminis improprijs circa diuinas veritates.*

b *Dicimus* } *A diuiſis ad coniuncta raro valet argumentum niſi debite limitetur, vt inquit Ariſt. ſecundo Perther. de illis duabus conſequentijs.*

c *Tranſitiua* } *Tangat curioſus lector plura hic, & de natura relatiuorum, & generibus atque ſpeciebus conſtructionum, vt voluerit recurrendo ad ſubtiliſſimum tractatum doct. de modis ſignificandi.*

VLterius notandum eſt quòd poſſumus inuenire multos gradus in vnitate, in primo gradu eſt vnitas aggregationis quæ eſt minima vt in aceruo lapidum, in ſecundo eſt vnitas ordinis, quæ aliquid addit ſupra aggregationem, tertia eſt vnitas per accidens vbi vltra ordinem eſt informatio licet accidentalis vnius ab altero eorum quæ ſunt ſic vnum, in quarto eſt per ſe vnitas † ex principijs eſſentialibus ex per ſe actu & ex per ſe potentia, in quinto eſt per ſe vnitas ſimplicitatis [a] quæ eſt vera identitas, quicquid enim eſt ibi eſt realiter idem cuilibet & non tantum eſt vnum illi vnitate vnionis ſicut in alijs modis. Vltra autem omnes iſtas identitates eſt identitas formalis vt dicit Scotus 2. diſt. q. 4. primi ſententiarum. Iſtis notatis pono duas conclnſiones quarum primã accipio in paſſu prææallegato, quæ eſt diffinitio identitatis formalis data à Scot. diſt. 2. q. 4. primi. Voco autem inquit identitatem formalem, vbi illud quod dicitur ſic idem, includit illud cui ſic eſt idem in ratione ſua formali & per ſe primo modo. † Vide bene hanc diffinitionem & videbis quod de intentione doctoris fuit quòd inferius eſt idem formaliter ſuperiori, quia dicit doctor, quòd illud quod ſic eſt idem, formaliter, includit illud cui ſic eſt idem. Clarum eſt quòd ſuperius non includit inferius in ratione formali, & per ſe primo modo, ſed potius contra, niſi dicas quòd ponitur acti-

uum

uum pro paſſiuo ita quòd ſit ſenſus, illud dicitur eſſe idem formaliter alicui quod includitur in ſua diffinitione ſeu ratione ſua formali & per ſe primo modo. Sed iſta expoſitio videtur extorquere textum. Non enim videtur veriſimile quòd iſte doctor, qui fuit ita ſubtilis, & qui etiam primus ample locutus eſt de formalitatibus poſuiſſet ſuam diffinitionem ſic obſcuram. Ex quo inferuntur duo corollaria, primum eſt quòd omnia prædicata quidditatiua ſuperiora & omnes differentiæ eſſentiales, & modi intrinſeci non ſunt idem formaliter, ſuis conſtitutis ſiue inferioribus, ſed benè econtra. Aliqui tamen ampliant identitatem formalem & dicunt quòd omnia illa dicuntur eſſe idem formaliter quibus conuenit tantum vna ratio formalis & quidditatiua, ſicut ſunt omnia indiuidua eiuſdem ſpeciei, ſed hoc eſt impropriè & abuſiue vti identitate formali. Secundum corollarium quòd nullum ſubiectum eſt idem formaliter ſuo accidenti nec ecōtra, quia licet accidens includat ſubſtantiam in diffinitione additamentali, non tamen in ratione ſua formali & per ſe primo modo. Eſſentiæ [b] enim prædicamentorum ſunt impermixtę ſecūdum Themiſtium, quod debet intelligi formaliter. Secunda concluſio iſtius articuli eſt quòd illa diſtinguuntur formaliter [c] quæ habent aliam & aliam formalitatem, quarum neutra alteram includit in ratione ſua formali & per ſe primo modo, ſicut dicimus quòd ſubſtantia & propria paſſio diſtinguuntur formaliter. Ex iſta concluſione inferunt duo corollaria, Primum eſt, quod eſſantia diuina relationibus diſtinguitur formaliter, quia cōceptus abſoluti non includit quidditatiuè conceptum relatiui nec econtra. Secundum corollarium, quod omnia attributa in diuinis, vt ſunt intellectus & voluntas (ſi fas eſt attributa nominari) ſapientia bonitas, & iuſtitia ab eſſentia diuina & à ſe inuicem, & etiam à relationibus formaliter diſtinguuntur.

Annota. Marginales.

† *Vnitas* ⁊ *Conſidera an coincidat cum 6. infra vide infra artic. 2. & alibi, & ſic inſtantias fuge.*

Facilius poteſt ſaluari hanc identitatem eſſe relationem realem quàm præcedentem licet minus quàm ſequentes, vt patet ſpeculanti. vbi plura conſidera.

a Quæ eſt } Tange plura de hac identitate, & ipſius perfectione, & an ſit perfectior formali, & alia plura vt noſti Hinc videtur de mente Scot. quòd identitas ex natura rei non ſit alia ab iſta formali. Sed tu omnia bene pondera. Tange plura hic, & varias imaginationes diuerſorum in declaratione huius diffinitionis, vt noſti, & qualiter identitas ex natura rei rectè infert iſtam conſidera bene ponderando, & an iſta identitas ſit realis relatio conſidera, & alia plura. Inſtantia poſſunt tangi hic ex his, quæ habentur infra arti. 3. parte. 1. ſed ibi notabo qualiter non concludit. Vide Scot. in 2. diſt. 3. q 6. in ſolutione principali ad finem ubi expreſſe habetur ad propoſitum.

† Primo modo } Vide Scot. 1. q. quoli. ar. 1. parte 2. ratione 1. vbi videtur velle, quòd conſtitutiuum ſit idem conſtituto formaliter, vt patet de intellectualitate reſpectu eſſentiæ, ſed dic conſequenter.

Vide. F. & Bonetum, vbi ſupra.

Vide Scot. in reportationum diſt. 33. q. 2. vbi expreſſe habet hoc quod tenet iſte Doct. Niſi enim vidiſſem illum locum nunquam fuiſſem ſecurus in hac difficultate. Etſi argueretur ex natura identitatis cum ſit relatio primi modi, & per conſequens mutua. 5. Meta. t. com. 20. quæ reſequitur, quòd ſi homo eſt idem animali, quod etiam econtra, & vltra. Omne, quod ſequitur ad aliud abſolutè ſequitur ad ipſum etiam eodem vtrique addito, quod non diſtrahit nec diminuit, ſequitur ergo, homo eſt idem formaliter animali, igitur, & econtra. Reſponſionem quære ſupra.

b Eſſentia } Quære. 5. Phyſi. & Meta. in Ari. & in Sco. de diſtinctione prædicamentorum, & in p. 1. & alibi.

c Quæ habent } Tange hic qualiter iſta diſt. & præcedens poſſit eſſe in diuinis, tum quia non eſt diſtinctio realis extremorum, tum quia omnis relatio ibi videtur aut communis, aut hypoſtatica, ſed conſequenter bene ponderando.

SED dices,videtur,quòd in diuinis non ſunt plures forma litates,quia formalitas dicitur à forma, ſed in diuinis nõ ſunt plures formę, ergo nec plures formalitates. Reſpondeo quòd argumentum nihil valet, ſupponit enim, quod ſuperius negatum eſt, quòd ſcilicet formalitas dicatur à forma, ſicut capimus formam, & licet admittatur, quòd formalitas à forma dicatur., † adhuc tamen argumentum non valet, quia ſimiliter arguerem, eſſentiale dicitur ab eſſentia, ſed in diuinis ſunt multa eſſentialia. † Diony. ergo ſunt multæ eſſentiæ,ſi iſtud argumẽtum non valet nec tuum:quòd iſtud non valeat, patet, quia concludit concluſionem hæreticam. Et ideo pro me,& pro te dico ad conſequentiam,quòd nunquam bene arguitur à plurificatione cõſequentis, ad plurificationem antecedentis, † maximè in diuinis,imo nec etiam in creaturis, vnde licet iſta conſequentia ſit bona. iſte homo eſt ſciens, vel qualis, ergo habet ſcientiam, vel qualitatem, tamen non ſequitur, iſte homo habet plures ſcientias, vel qualitates, ergo eſt plura ſcientes, vel plures quales. Dices, quòd nihil eſt ponendum in diuinis niſi, quòd habetur à ratione naturali,vel à fide, vel à ſacra ſcriptura, vel ab aliquo doctore auctentico, † ſed iſtę formalitates non habentur ab aliquo iſtorum, quòd debeant poni in diuinis, ergo non ſunt ponendæ. Breuiter dico, quòd ſicut ex vna de neceſſariò, & vna de contingenti infertur vna de contingenti ex primo priorum,ita, quòd ibi eſt bona conſequentia, ita dico,quòd ex vna credita,& ex alia naturaliter cognita per bonam con ſequentiam poteſt inferri vna credita, modo ſic eſt, quòd credimus, & catholice confitemur, quòd eſſentia diuina eſt communicabilis, & de facto communicatur tribus perſonis, & eſt abſolutiſſima,paternitas autem nec eſt communicabilis nec communicatur nec eſt ens abſolutum. Iſti propoſitioni a deo vnam aliam naturaliter euidentem, quòd quandocunque aliqua ſic ſe habent, quòd aliquid conuenit vni ex natura rei ſecluſo opere intellectus, quod non conuenit alteri,eſt ibi diſtinctio ex natura rei. Et quando vnum eſt abſolutum à parte rei formaliter, & quidditatiue, & aliud non, imo eſt formaliter relatiuum, illa dicunt diſtinctas formalitates: iſti vltimę propoſitioni adde præcedentem,& realiter concludentes, quòd in diuinis ſunt plures formalitates. Et

confirmatur

confirmatur per Beatum Auguſt. dicentem, quòd alio pater eſt, & alio pater eſt pater, quia pater eſt eſſentia diuina, ſed eſt pater paternitate. Ex hoc clarum eſt, quòd eſt diſtinctio inter eſſentiam diuinam, & paternitatē, & ſimiliter de alijs dicendum eſt. Item Hilarius de Trinita. dicit, quòd non efficit creaturam voluntas, [a] ſed poteſtas. Item genus, & differentia genere diſtinguuntur, & pluſquam genere, quia ſecundum Philoſophum. 4. Top. differentia non participat genus nec econtra, & tamē non realiter diſtinguuntur [b] igitur, &c. probatur etiam ratione, quia in diffinitione eſſet nugatio. Et ſi arguatur in tertia figura ſic, omnis homo formaliter eſt animal, omnis homo eſt formaliter rationalis, ergo rationale formaliter eſt animal. [c] Reſpondetur breuiter, quòd licet ex neceſſarijs nunquam ſequitur niſi neceſſarium, tamen ex propoſitionibus per ſe non ſequuntur propoſitiones per ſe, nec ex propoſitionibus formalibus, & quidditatiuis ſequūtur propoſitiones formales, & quidditatiuæ. Et ſi contra prę dicta arguatur iterum negando diſtinctionem formalem in diuinis, ſic, nulla eſſentia diuina diſtinguitur formaliter ab eſſentia diuina, paternitas eſt eſſentia diuina, & ſimiliter filiatio, bonitas, ſapientia, & ſic de alijs, igitur paternitas non diſtinguitur formaliter ab eſſentia diuina, conſequentia eſt formalis, in quarto primæ. Maior eſt iſtorum formalizātiū, quia nihil à ſe diſtinguitur ex natura rei, & formaliter, minor eſt catholica, ergo concluſio vera, quod eſt propoſitum, conſequentia non peccat nec in materia nec in forma. Reſpōdetur, quòd nec iſte ſyllogiſmus nec omnes tales ſimiles valent ex eo, quòd non regulantur per dici de omni, vel dici de nullo, ita, quòd fiat diſtributio in termino, vel extra terminum, in numero, vel extra numerum, [d] & tunc maior erit falſa in propoſito, & à nobis negata, & non conceſſa, videlicet iſta, nihil quod eſt eſſentia diuina diſtinguitur formaliter ex natura rei ab eſſentia diuina. Et breuiter in omnibus talibus ſyllogiſmis in propoſitione, quæ eſt de nullo, debet poni nihil quod eſt, & in propoſitione quæ eſt de omni debet poni, omne, quod eſt.

ANNO-

Annota. Marginales.

† *Forma dicatur* } *An plures formæ ſint in diuinis accipiendo formam vltimo modo conſidera.*

† *Eſſentialia* } *Hic poſſet imaginari diſtinctio de eſſentiali ſimilis illi ſuperius poſita de quidditatiuo, ideo diligenter in omnibus vigila.*

† *Antecedentis* } *Vide Sco. in 3. diſt. 6. & 8. & in 1. diſt. 12. & 35. & 2. q. quoli. ſed inſtantiam habere videtur in 3. diſtin. 1. quæſt. 3.*

Tenet gratia materiæ aliquando in creaturis, & quando ſcilicet conſequens diſtinguitur in antecedentibus.

† *Auctentico* } *Fundamentum craſſe ignorantium, & hypocritarum.*

Poſſet argui ſic, quæ diſtinguuntur in ſuperiori diſtinguuntur in inferiori, ergo quæ diſtinguuntur formaliter diſtinguuntur eſſentialiter, & realiter. Sed alij capiunt antecedens per oppoſitum. Conſidera bene, vt noſti, vide. F. 8. diſt. 1. conſta. q. 5. & alibi, & P. de aquila. 8. diſt. 1. q. 4. & F. 8. diſt. 1. ab oriente & alios formaliſtas. Et aduerte, quòd aliud eſt eſſe ſuperius, & aliud communius ſeu in plus ſe habens, & ſimiliter aliud eſſe quidditatem, & aliud aliquid quidditatis, vt ſupra notaui. Vide Sco. 3. meta. & alibi ad propoſitum. Aduerte hic, quod ſicut res ſumitur multipliciter, vt ſupra patet ita, & realitas, ideo quotiens ſumitur res totiens, & realitas, & econtra. ſimiliter dicendum eſt de forma, & formalitate, ideo vbi plures realitates, & formalitates ibi plures res, & formæ proportionaliter loquendo. Sed quia res, & forma ſumuntur pro modis famoſioribus, ideo vni tali correſpondet pluralitas, &c. vide tamen Sco. in 4. diſt. 2. q. 1.

a *Sed poteſtas* } *Hinc argu. pro potentia executiua. vide in 2. Sco. diſt. 3. hac.*

Adde plures auctoritates ſcripturarum, & ſanctorum hic ſi volueris. d. g.

b *Diſtinguuntur* } *Pro hac etiam diſtinctione generis, & differentiæ vide Auer. 1. Phyſi. c. 28. & præſertim præter operationem*

tionem intellectus propter ſimplices abnegantes vniuerſalia in natura.

c Animal.} Poteſt dici, quòd ly formaliter eſt tanquam diſtrahens, vel ſaltim impediens, vide Sco. 2. diſt. pri. parte. 2. q. 1. ſoluendo. 1. prin. & alibi ſæpe quare. F. 8. diſt. 1. conſla. notabiliter, vnde tange conſequenter plura hoc de identitate, & diſtinctione adæquata, & non adæquata mutua, & non mutua completa, & non completa. ſed ſi volueris ſaluare conſequentia dic, quòd aliter in antecedente accipitur identitas formalis, quia ſi antecedente fundamentaliter, & in conſequente terminatiua, vt noſti, vt inferius magis explicabor hoc enim ſaltant multi ſcotiſtarum in declaratione huius diffinitionis, vt dixit vnde cautè loquẽdũ eſt in arduis quære. 5. Met. ad hæc 30. atq; 15. di. 1. optima ad propoſitum bene ponderãdo.

d Numerum} Diſtributio in termino, vt o. h. currit, ergo iſta, hoc currit, extra terminum, vt. o. h. currit, igitur Socra. currit in numero, vt. o. h. currunt, igitur iſti, homo currunt, extra numerum, vt. o. h. currunt, igitur iſte, homo currit vide in paruis logicalibus, & ſuper lib. priorum Pariſienſes hic.

ADhuc circa prædicta incidunt duæ difficultates, quarum prima eſt quòd ex eo quod dictum eſt quòd attributa in diuinis diſtinguuntur à ſe inuicem & ab eſſentia diuina formaliter, ideo quæritur vtrum quodlibet attributum habeat propriam infinitatem formaliter diſtinctam ab infinitate diuinæ eſſentiæ, cum prędicatio vnius de altero ſit vera per identitatem vt dictum eſt. Reſpondeo breuiter † q. omnia abſoluta communia tribus perſonis habent propriam infinitatem formaliter diſtinctam ab infinitate diuinæ eſſentiæ, [a] verum eſt tamen quod omnia ſunt infinita radicaliter ab eſſentia diuina, licet non formaliter vt dictum eſt. Secunda difficultas eſt vtrum concretum, & abſtractum, diſtinguuntur formaliter ſiue ex natura rei, verbi gratia, homo & humanitas? Dico quòd non, immo ſola ratione diſtinguuntur, quod patet primo per Scot. [d] dicentem quòd pater paternitas, generatio, generat generare, non diſtinguuntur niſi per modos ſignificandi grammaticales qui ſunt in voce ab intellectu. Et ſi dicas quod concedimus iſtam homo eſt ri

ſibilis,& negamus iſtam,humanitas eſt riſibilis, quia humanitas eſt vltimate abſtractum, ergo oportet quòd ſit aliqua diſtinctio inter hominem & humanitatem. Reſpõdeo quòd vna non dicitur vera plus quam alia niſi propter modos ſignificandi grammaticales, qui ſunt in voce ab intellectu & non re ipſa † & ſic patet quòd tantum diſtinguuntur ratione. Si enim præciſeſt emus in re, dico quòd quicquid ineſt homini ineſt humanitati, quia nulla eſt ibi penitus diſtinctio,& hæc de 3. arti.minus principali.

Annota. Marginales.

† Breuiter ʒ *Vide Sco.8. diſt.pri.q.3.& 5. q.quoli.& 13.q.4. q.1.optimè. Sed tange inſtantiam ex dictis eius. 3.q.prolcg.& 2.q.quolibe. & 2.diſt.1.q.1. & 3. Similiter quare non ita eſt de exiſtentia, & neceſſitate. Et dic conſequenter plura bene meditando.*

a Verum ʒ *Contra iſtam reſponſionem vide inſtantiam vbi ſupra ponendo diſtributionem in termino eſſentiæ non diuina.*

b Dicentem ʒ *Vide 26.diſt.1.reportationum,& in 28 vtriuſque.pri.& 4.q.quolib. quare Ockam, & alios nominales garulantes hic. Si informatio,& prioritas informationis eſt ex natura rei, quare non eſt diſtinctio ex natura rei, tu vero ſpeculare qui intelligis altiora.*

† Non reipſa ʒ *Tange inſtantiam ad hominem quare Sco. in ante prædicamentis.q.8. & eaquæ ibi notaui copiosè ad hac.*

Quartus articulus partialis.

QVantum ad quartum articulum in quo videndum eſt de identitate & diſtinctione reali. Notandum eſt primo quòd multiplex eſt prioritas. [a] Prima eſt perfectionis & ſic dicimus quòd in vnoquoque genere eſt vnum primum ideſt perfectiſſimum. † Alia eſt prioritas generationis, & ſic illa [b] quæ ſunt priora generatione ſunt poſteriora perfectione, † ſaltem ſi prius concurrat intrinſecè ad eſſe poſterioris. Alia eſt prioritas naturæ † & eſt quando prius

quantum

quantum eſt de ſe non habet repugnantiam quòd ſit ſine po ſteriori, licet hoc ſibi repugnet aliquando propter identitatem realem cum poſteriori, vel propter aliquid aliud extrinſecum priori. Aliqui tamen ſcotiſtæ dicunt quòd prioritas naturæ vel eſſe prius natura, non eſt eſſe in aliquo priori ſimpliciter loquendo in quo non ſit poſterius, ſed eſt præſuppoſitio huius ab hoc. Et iſtud confirmat Fran. in primo. Aliquando etiam prioritas naturæ dicitur illa, quæ eſt inter naturam & naturale. Aliquando dicitur, quæ eſt inter formalitatem & formalitatem in eadem natura, & hoc eſt tam in diuinis quam in creaturis, vt dicit Petrus de aquila libr. 1. diſt. 12. † Dicit enim quòd prioritas duo dicit, primum eſt progreſſus de non eſſe ad eſſe in altero, & ſic dicit imperfectionem, quia ſtat cum alietate naturarum, ſecundum quòd dicit, eſt præſuppoſitio huius ab hoc, & iſto modo non dicit imperfectionem, quia poteſt ſtare cum identitate naturæ. Et ſic in deo eſt prioritas naturæ iſto ſecundo modo, remota imperfectione primi modi. Et per iſtam diſtinctionem vel declarationem poſſunt ſolui omnes auctoritates dicentes in diuinis non eſſe prius nec poſterius. Alia prioritas eſt durationis. Pro quo notandum quod triplex eſt duratio. Prima eſt reſpectu dei, & ſic æternitas eſt eius duratio, & ideo ſic nihil eſt prius in duratione in diuinis. Secunda eſt reſpectu angeli & aliarum rerum permanentium † & talis duratio vocatur æuum. Tertia eſt reſpectu entium ſucceſſiuorum vel quantum ad ſuum eſſe, vel quantum ad ſuum fieri, & talis duratio eſt tempus. Alia prioritas eſt prioritas originis de qua ait Auguſt. 1. de tri. quod nihil gignit ſeipſum, & iſta eſt tã in diuinis quam in creaturis, & ſemper oportet quod ſit diſtinctio realis inter originans & originatum † ſiue inter producens & productum ſecundum Scot. [c] prioritas originis eſt qua quis intelligitur eſſe à ſe, & à quo alius, poſterioritas originis eſt qua quis dicitur vel intelligitur eſſe ab alio. vnde Fran. in prolo. q. 1. in fi. dicit quod primum ſignum originis eſt eſſe à ſe, & ſecundum eſt eſſe ab alio, veruntamen prius & poſterius origine aliquando accipiuntur pro priori & poſteriori natura, ſicut exponebat Petrus de aquila in ſecundo membro, & ſic dicimus quod pater prius origine eſt beatus quam generet, † quod non eſt intelligendum, vt cla-

rum eſt quod ſit beatus à ſe & quod generet ab alio, ſed quia antequam generes, præexigitur eſſe beatus.

ANNOTA. MARGINALES.

a Prioritas } *Tange hic plura de ordinibus, & prioritatibus diuerſis, vt alibi ſæpe notaui.*

† *Perfectiſsimum* } 10.*Met.c.*1.*& inde.*

b Quæ ſunt } *Tange inſtantiam ex.* 8. *Phy.tex. com.* 75.*&* 9. *Meta.vbi ſupra vide Sco.in* 2.*diſt.*1.*q.*1.*&* 5.*quære Fran.& Io.canonicum. Conſidera diligenter quid ſit iuxta Philoſophi, & ſui Commentatoris principia verificandum de his quæ, vt ſic priora dicuntur veluti materia reſpectu formæ, & cælum reſpectu intelligentiæ propter nouos aueroicolas deliramenta fingentes: illud etiam qualiter verificatur, quòd priora generatione ſunt poſteriora perfectione ſiue in his, quæ ſunt vnius vel alterius ordinis præſertim propter differentias indiuiduales, nam ſi quæreretur vnde proueniat maior indiuidui vnitas actualitas, & perfectio? mirandum erit de reſponſione cuiuſcunque ſectæ.*

† *Saltem* } 8.*Phy.tex.com.*58.*&* 9.*Meta.t. com.*15.

† *Natura* } 8.*Phy.tex.com.*58.*&* 5.*Meta.tex.com.*16.*Tange hic de ordine naturæ poſitiuo, & negatiuo, vide Sco.*1.*diſt.* 2.*&* 3.*diſt.*3.*& alibi.*

† *Dicit* } *Quære Sco.in quo.q.*4.*arti.*1.

Quare eum ſcilicet Petrum alibi nam 9.*diſt.*1.*videtur dicere oppoſitum huius.*

† *Et talis* } *Quære Boe.* 5.*conſo.proſa.*6.*& Scot.* 6.*q. quoli. & alibi.*

Quære Sco.in 2.*diſt.*2.*parte* 1.*copiosè.*

† *Originatum* } *Tange hic plura contra thomiſtas negantes hanc prioritatem, & concedentes ordinem originis ignorantes propriam vocem quære.F.& alios ſcotiſtas, vt notaui. Pondera differētiam inter ordinem originis, & originationum, & inter originem ſimpliciter, & ſecundum quid.*

c Prioritas } *Vide* 2.*&* 3.*diſt.*1.*& alibi plerunque idem. Quære* 1.*diſt.*2.*& alibi plerunque.*

Tange

Tange hic plura caute incedendo. vide Fr. in primo conſta. diſt. 32. & OKam in primo di. 1. q. 4. ſoluendo motiua ſcoti. vide Sco in 1. diſt. 1. q. 2. contra op. ar. 1. & tange inſtantiam contra illam prioritatem de qua dicitur in littera, quòd pater eſt prius beatus, quàm generet cum ipſa generatione actiua ſit prius pater. Et dic conſequenter bene ponderando. vide ſco. 1. diſt. 2. q. 1. & 14. q. quoli. & alibi ſæpe, & ea, quæ ibi notaui ad hæc.

Recurre ad hunc Deum, vel ad ordinem prædicatorum interſe, & ad ſubſtantiam præſuppoſito tamen ſubiecto.

† *Generet* } *Vide expreſſam auctoritatem Aug. in li. de tripli ci habitaculo contra huiuſmodi obſtinatos.*

SEcundo notandum quod realiter dicitur à reali, reale vero à re. Res autem vt ad propoſitum ſpectat ſumitur à ratus ta. tum. & talis eſt triplex: quædam eſt eſſentiæ ſicut eſt ipſa quidditas abſolutè conſiderata, quædam exiſtentiæ, & talis eſt in omni prædicaméto, quædam vero ſubſiſtentiæ, & talis eſt in prædicaméto ſubſtantiæ ſolum. In propoſito auté reale ſumitur à re ſecundo vel tertio modo dicta, non autem à re eſſentiæ, quia in diuinis eſt diſtinctio realis, & tamen eſt ibi vna eſſentia nec ſumitur à re dicta à reor ris quæ eſt communis ad omnia entia imaginabilia, quia tunc inter chymeram & aliud fictitium eſſet diſtinctio realis. Tertio intelligendum quod in diuinis † res poteſt ſumi dupliciter, vno modo eſſentialiter, & ſic eſt tantum vna res, quia vna eſſentia & vna exiſtentia, alio modo perſonaliter & ſic in diuinis ſunt tres res ſubſiſtentes. Iſtis præſuppoſitis pono duas concluſiones de identitate reali. Quorum prima eſt iſta, illa ſunt idem realiter, quæ ſic ſe habent quod vnum non poteſt eſſe ſine alio, ſeu vnum eſt impoſſibile ſeparari ab alio abſque contradictione. Et cum hoc quod impoſſibilitas ſeparationis non proueniat à cauſa extrinſeca, & quod vnum reſpectu alterius non ſit originans, & aliud originatum, & quod non ſint in pluribus rebus realiter diſtinctis. † Omnes iſtę tres particulæ ſunt accipiendæ copulatiue, [a] ita quod vna conditio non ſufficit ſine alia, vnde non valet conſequentia, hoc non poteſt eſſe ſine illo, ergo eſt idem realiter il-

li, quia tunc quælibet relatio quæ ineſt eſſentiæ diuinæ per actum intellectus diuini eſſet realis, quia quicquid eſt idem rei eſt reale, [b] conſequens eſt falſum, vt patet ex.30. diſt. primi, aut quòd talis eſſet eadem illi eſſentiæ, quia impoſſibile eſt illam eſſentiam eſſe ſine ea, quia ſi talis relatio poſſet eſſe noua, tunc intellectus diuinus poſſet mutari, conſequens eſt falſum, ſed talis impoſſibilitas prouenit à cauſa extrinſeca, quia ab intellectu diuino. Similiter ſecundum Philoſophum [c] contradictio eſt cœlum eſſe ſine motu non quidem ex cauſa intrinſeca in cœlo, ſed ex cauſa extrinſeca mouente, non tamen ſequitur quòd cœlum ſit motus realiter, licet non poſſit eſſe ſine eo. Iſta prima conditio probatur à Doctorem in ſecundo diſt.1. q.2. & 5. ſicut contradictio dicta de aliquibus eſt via concludendi diſtinctionē, ita impoſſibilitas recipiendi prædicationem contradictoriorum pertinentium ad eſſe, eſt via concludendi identitatem in eſſe, † & hoc vbi non eſt dependentia eſſentialis, quæ requirit diſtinctionem manifeſtam. Secunda conditio patet quia nihil ſeipſum producit, 1. de tri. 1. Tertiam verò conditionem notanter poſui propter relationes quæ licet non ſic ſe habeant quòd vna poſſit eſſe ſine alia, vel quòd vna ſit producens & alia producta, quia tamen ſic ſe habent quòd fundantur in pluribus rebus realiter diſtinctis, ſicut patet de paternitate & filiatione, de duabus ſimilitudinibus & æqualitatibus, ideo realiter diſtinguuntur, [d] Ex quo infero aliqua corollaria. Primum quòd omnia eſſentialia & notionalia eſſentiæ diuinæ vnica realitate reantur. Similiter omnia attributa ſunt eadem realiter & cum eſſentia, & cum ſeinuicem, & cum perſonis diuinis, & perſonæ diuinæ cum eſſentia diuina. Secundum correllarium quòd omnes differentiæ eſſentiales modi intrinſeci, in eodem ſuppoſito vnica realitate reantur. Tertium correlarium quòd omne ſuperius eſt idem realiter cum ſuo inferiori. Et ſi dicas quòd diſtinguuntur realiter. Dico quòd iſtę duæ ſunt concedendę, homo eſt idem realiter cum ſor.& homo diſtinguitur realiter à ſorte. [e] Quartum correlarium quòd illa quæ ſunt in potentia obiectiua, nec diſtinguuntur realiter nec ſunt idem realiter, quia ad identitatem realem & diſtinctionem, requiritur quòd vtrunque extremum ſit aliquid poſitiuū exiſtens.

† Et

† Et ex hoc patet quòd diſtinctio realis eſt illa cuius extrema habent aliam & aliam realitatem formaliter poſitiuam actualis exiſtentiæ vel ſaltem ſubſiſtentiæ, dicitur notanter, aliam & aliam realitatem, propter ſubſtantiam & propriam paſſionem, quæ non realiter diſtinguuntur, quia non habent niſi vnam realitatem exiſtentię. Dicitur realiter poſitiuam propter negationes & priuationes, dicitur actualis exiſtentiæ, propter quidditates [f] diuerſarum ſpecierum, quia quidditas, vt quidditas, non habet exiſtentiam per ſe, dicitur vel ſaltem ſubſiſtentiæ, quia in diuinis eſt tantum vna exiſtentia licet ſint tres ſubſiſtentiæ.

Annota. Marginales.

† *Diuinis* } *Tange plura hic. vide ſco. 2. diſt. 1. parte 2. q. 1. ſoluendo 1. principale, & 8. diſt. eiuſdem, & alibi, vide 3. diſt. 1. q. 5. & 36. diſt. 1. vt ſupra notaui ad hoc, & tange inſtan. ad hominem hic, quia ſuperius dixit, quòd quidditas ſub modo vocatur eſſentia. Et dic conſequenter ponderando, an etiam ens ratum extendat ſe ad rem eſſentia. conſidera plura addendo ex dictis ſuper articulo primo, vt ſcis.*

† *Diſtinctis* } *Conſidera an identitas iſta realis ſit relatio realis, vel rationis, vide ſco. optimè 5. Met. q. 2. de relatione, vide Philoſophum 4. Met. t. c. 3. vbi deſcribit identitatem, vel eadem realiter.*

Hic ſequitur, quòd reſpectus rationis habent eſſe ſubiectiuũ contra aliquos. Quære magiſtrum, & ſcotum, & alios ibidem.

a *Ita, quòd* } *Vide ſco. in 2. di. 3. q. 4. & vbi littera, & ea, quæ ibi notaui copioſè ad hoc, & præcipuè de identitate relationis, & fundamenti, & aliorum, & adde plura pro, & contra.*

b *Conſequens* } *Vide Sco. in quo lib. q. 3. ad finem.*

c *Philoſophum* } *Quære 8. Phy. & 2. ca. & mu. & 9. atque 12. Meta. & 2. de ge. & alibi ſæpe.*

Et 2. de anima tex. com. 4. 75. 47.

† *Et hoc* } *Aduerte nunquid ſolum exiſtentia requiratur diuerſa, vel ſubſiſtentia ad realem diſtinctionem propter relationes diuinas quæ ſunt in tribus perſonis realiter diſtinctis, quia verba doctoris faciunt difficultatem, ſed monuiſſe ſat eſt: cõſi-*

dera chartas reuoluendo.

d Diſtinguuntur } *Adde, quòd inſurgunt ex natura rei, vt ſcis. Tange inſtantiam de notionalibus, vt ſcis. Sed dic conſequenter.*

e A ſorte } *Vt eſt in Platone diſtinguitur à ſocrate, & econtra, ſed conſidera caſte, & ſi diſtinguitur realiter, vtrum etiā diſtinguatur eſſentialiter ſpeculare.*

Notificat hanc diſtinctionem in abſtracto, quod de alijs non fecit.

† Exiſtens } *Videtur ergo, quòd eiuſdem ſimpliciter ad ſeipſum non ſit identitas realis, conſidera bene: ſimiliter poteſt dici, quòd non diſtinguuntur proprie formaliter nec ex natura rei entia in eſſe obiectiuo, vel ſi ſic realiter ſuo modo, quo omnia bene ponderabis.*

f Quidditates } *Tange iſtam. ex 45. di. 4. q. 3.*

Tange hic plura de ſubiecto, & paſsione, vt noſti in via Scotica.

Quære ſuper q. Sco. in Porphyrium ea, quæ notaui.

SEcunda cōcluſio huius art. [a] eſt iſta, quòd illa ſunt diſtincta realiter quæ ſic ſe habent diſiunctiue, quod vnum poteſt eſſe ſine alio, vel quòd vnum eſt producens & aliud productum, † vel quæ ſunt in pluribus rebus realiter diſtinctis, & dixi diſiunctiue, quia ad inferendum diſtinctionem realem ſufficit habere aliquam iſtarum conditionū, prima pars probatur per doctorem in ſecundo diſt. 1. q. 5. Nihil eſt idem realiter. a. ſine quo. a. poteſt eſſe realiter ſine contradictione, quia aliter idem ſimul eſſet & non eſſet, quod videtur eſſe oppoſitum primi principij, ex quo principio videtur ſtatim concludi diuerſitas entium, quia ſi de aliquibus duobus dicantur contradictoria eodem modo quo dicuntur de eis, videntur eſſe non idem, & ita ſi contradictoria in eſſe & non eſſe dicantur de eis, videntur eſſe non idem in eſſe, ſiue non idem ens. Et confirmatur ratio, quia ſi iſtam propoſitionem, illa ſunt diſtincta realiter quorum vnum poteſt manere ſine altero, negaret proteruus, non videtur relinqui, vnde poſſit diſtinctio entium probari, diceret, enim proteruus quòd non tantum plures naturæ vt ſubſtantia, & accidentia com-

munia

munia ſunt eadem,ſed quod ſor. & Plato,vel ſor.& lapis non differunt realiter, & ſi arguas contra ſor.poteſt eſſe non exiſtente Platone, ergo diſtinguuntur realiter, negabitur tibi conſequentia, quia proteruus negabit tibi propoſitionem cui inniteris,qua negata perit tota doctrina Philoſophi.7. topic.ca.8. & 9. qua docet quod problema faciliter deſtruitur per contradictionem inuentam, ſed difficiliter conſtruitur. Si autem negetur propoſitio iſta non videtur poſſe deſtrui, quia ſi non deſtruitur per contradictionem,nec per aliquam aliquam oppoſitionem, aut ſaltem non faciliter. Ex quo infero quod [b] totum diſtinguitur realiter à ſuis partibus, loquendo de toto eſſentiali,integrali & quantitatiuo. Secundum correlarium quod res diuerſarum ſpeciarum eiuſdem prædicamenti [c] actualiter exiſtentia realiter diſtinguũtur, etiam materia & forma realiter diſtinguuntur. Tertium correl. [d] quòd tres perſonæ diuinæ diſtinguuntur realiter à ſeinuicem,& non ſunt idem realiter,non obſtante quòd vna non poſſit eſſe ſine alia, quia hoc non eſt niſi propter vnitatẽ eſſentiæ. Dices arguendo contra, [e] quæcunq; vni & eidem ſimpliciter, ſunt eadem ſimpliciter: illa inter ſe ſunt ſimpliciter eadem, primo priorum & 1. phyſic. text. capit. 17. ſed perſonæ diuinæ ſunt idem realiter eſſentiæ, ergo inter ſe ſunt eædem realiter. Dico breuiter omiſſis multis ſolutionibus quòd illa regula debet intelligi, quòd ſi aliqua vniantur vel identificentur realiter vni tertio quod ſit hoc aliquid,ideſt incommunicabile,illa etiam identificabuntur inter ſe.Si vero illud tertium ſe habeat vt quale quid & vt communicabile, non oportet quod illa identificata in vno identificentur inter ſe. Et hæc de quarto articulo minus principali.

Annota. Marginales.

a Et iſta.] Hic videtur eſſe maxima dubitatio de gradibus formarum qualiter identificentur formis realiter ſi ab illis realiter ſeparantur, & eo magis, quia forma præexiſtens non corrumpitur in aduentu ſequentis, vt ſenſit Doct. 17. diſtin. 1. de gradibus charitatis.

† *Tange*

† *Productum* } *Tange inſtan. de ſubiecto, & paſsione, quæ dici tur plerunque in doctrina Sco. cauſari effectiue à ſubiecto, & quære ea, quæ notaui ſuper q. Sco. in Porphyrium, & alibi.*

Verum eſt de diffinitione ſecus de accidente, quære ibidem.

b Totum } *Conſidera bene hic de diſtinctione totius à partibus an ſcilicet ſit mutua an terminatiua, vel ſubiectiua, vt infra magis notabo.*

† *Exiſtentes* } *Hic habetur qualiter eſt alia exiſtentia ſubiecti, & alia accidentis, ſed quid de materia exiſtentia diſtincta dicetur quid etiam, & difficilius de totius exiſtentia. Reſponde intelligens, & meditare, nunquid omne famoſum ſit capax veritatis.*

Exemplum in diuinis de generatione, & ſpiratione in patre, ſed pondera iſtam & in creaturis ſimiliter exemplifica.

c Actualiter } *Pondera ly actualiter exiſtentia.*

d Quòd tres } *Tange plura hic de diſtinctione perſonarum inter ſe, & ab eſſentia, & proprietatibus, vt noſti.*

e Quacunque } *Quære Scot. 2. diſt. 1. parte 3. q. 1. ſoluendo 1. principale copioſè, & alios, vt noſti. Nam vario modo exponitur illa propoſitio à diuerſis: quare examina omnia bene, & quomodo ſit de toto & partibus dic conſequenter.*

Quintus articulus partialis.

Qvantum ad quintum articulum qui eſt de identitate & diſtinctione eſſentiali [a] noto aliqua. Primo quod duplex eſt ordo eſſentialis, † vt ad præſens ſufficit, vnus eſt ſecundum quid, & eſt quando poſterius dependet ſic à priori, quod licet non poſſit eſſe ſine illo per potentiam naturalem, poteſt tamen per potentiam diuinam, ſicut eſt de accidente reſpectu ſubſtantiæ ſaltem de aliquo [a] & de ſubſtantia reſpectu cauſarum ſecundarum extrinſecarum. Alius eſt ordo eſſentialis ſimpliciter † & eſt inter illa quæ ſic ſe habent quod implicāt contradictionem, etiam per quancunque potentiam, poſterius eſſe ſine priori, & accipio ibi ordinem eſſentialem pro dependentia eſſentiali, & ſic dico ꝙ quandocunque aliquid habet ordinem eſſentialem iſto ſecundo modo ad aliud in ratione dependentis ad independens

dens tali dependentia,identificatur realiter cum ſua dependentia,ſicut dicimus de creatura & ſua dependentia, quam habet ad deum,& de toto reſpectu ſuarum partium. Secundo notandum quod identitas eſſentialis capitur dupliciter,vno modo pro illa identitate qua aliqua identificantur uni eſſentiæ ſingulari,& ſic inter identitatem eſſentialem & realem non eſt differentia præterquam in diuinis,quia licet tres perſonæ Diuinę ſint eadem realiter vni eſſentiæ ſingulariſſimè, & per conſequens dicuntur eſſe idem eſſentialiter, non tamen dicuntur eſſe idem realiter. In † creaturis vero non eſt inſtantia, quoniam omnia eadem eſſentialiter ſunt eadem realiter. Secundo modo capitur identitas eſſentialis pro illa identitate qua aliqua dicuntur eſſe de eſſentia alicuius,ſiue concurrunt intrinſecè ad eſſentiam alicuius. Iſtis notatis pono duas concluſiones.Prima quod omnia illa dicuntur eſſe idem eſſentialiter quæ identificantur realiter vni eſſentiæ ſingulariſſimę, capiendo primo modo identitatem eſſentialem vel quæ ſunt de eſſentia intrinſeca alicuius, capiendo identitatem eſſentialem ſecundo modo. † Ex quo infero quod quæcunque identificantur cuicunque ſingulari mundi ſiue indiuiduo ſiue ſuppoſito illa ſunt idem eſſentialiter.Secunda concluſio quod illa diſtinguuntur eſſentialiter quæ habent diuerſas naturas ſiue eſſentias realiter diſtinctas,vel quæ non concurrunt ad rationem intrinſecam & eſſentialē alicuius ſecundum duo membra poſita in prædicta diuiſione de identitate eſſentiali,ad quam conformiter poſſet dari vna diuiſio de diſtinctione eſſentiali. Intellige tamē quod ad diſtinctionem, vel identitatem eſſentialem, & ſimiliter ad quancunque identitatem [b] vel diſtinctionem quæ eſt ſecluſo opere intellectus,requiruntur extrema eſſe poſitiua & exiſtentia, quia accidens non poteſt habere nobilius eſſe & verius quam ſuum ſubiectum uel fundamentum. [b] Et ſi quæratur quòd cum ego non ſim realiter idem cum antichriſto vt clarum eſt, nunquid benè ſequitur quod ſum realiter diſtinctus ab eo. Dico quòd non, ſed benè ſequitur quòd ſum ſibi non idem,& ſic de alijs,& hæc de quinto artic. minus principali.

ANNO-

ANNOTA. MARGINALES.

a Eſſentiali } Aduerte, quòd diſtinctio formalis inter formalitates, eſſentialis inter eſſentias, realis inter res, & ſic de alijs appropriate poni debet.

† Eſſentialis } Aduerte, quòd diuiſio eſſentialis ordinis datur in entibus non ſolum in eſſendo, ſed etiam in cauſando, & hoc eſt verum apud theologos, quamuis peripateticos latuerit.

b De ſubſtantia } Nota qualiter accidens ſeparatum ſit ſine ſubiecto, & nunquid in Euchariſtia quantitas ſit qualitatis vltimatum ſubiectum. Vide Sco. 1. diſt. 2. & albi ad propoſitum, aduerte tamen ne decipiaris circa identitatem talis dependentiæ propter relationes comparatas ad ſuos terminos, & ad ſua fundamenta, ſed quid dices de dependentia ſcientiæ ab obiecto, ſpeculare diligenter, quia non facilè cognoſces an ſit eadem ſibi formaliter, vel realiter, vel tam formaliter quam realiter diſtincta, quia ſcientia poteſt eſſe ſine obiecto motiuo, & terminatiuè, vt patet de ſcientia Dei de lapide, vide Scot. 13. q. qua.

† Simpliciter } Poſſet diuidi, vt ſupra de ordine naturæ, vt dictum eſt.

Ordo eſſentialis eſt in plus, quàm dependentia talis, vt patet in ordine prædicamẽtali, & ſpecierũ vniuerſi, põdera etiã quòd aliter eſt loquendum de his, quæ conueniunt, & diſtinguuntur, & aliter de his in quibus ſic, vel ſic. Tange altius plura hic.

† In creaturis } Conſidera de toto, & partibus inſtantiam, vt infra notabo.

† Secundo modo } Ergo materia, & forma ſunt idem eſſentialiter, vide alios ad opp. Nota, quòd ad diſtinctionem eſſentialem requiritur alietas quidditatum, & exiſtentiarum, vel ſubſiſtentiarum, ideo diſtinguitur à reali, & formali. Vide 2. diſt. 1. in Sco. q. 4. & albi, & in F. vt noſti.

c Vel } Inſtantia de diſtinctione ex natura rei, ſed conſidera.

d Fundamentum } Vnaquaque diſtinctio talis eſt qualia ſunt extrema ſiue poſitiua ſiue negatiua.

Sextus articulus partialis.

QVantum ad ſextum arriculum qui eſt de identitate ſubiectiua & eius diſtinctione eſt duplex modus dicendi. Primus quòd illa dicuntur eſſe idem ſe totis ſubiectiuè, quæ quidditatiuè conueniunt in aliqua realitate potentiali & contrahibili per realitates differentiæ. [a] Et per oppoſitum † illa diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè quæ in nulla tali realitate quidditatiuè conueniunt. Et ex iſto modo dicendi eliciuntur tria corollaria. Primum quòd quæcunque includunt idem genus quidditatiuè ſunt idem ſe totis ſubiectiuè. Secundum corollarium quòd omnia prædicamenta à ſe inuicem, deus etiam & creatura, ſe totis ſubiectiuè diſtinguuntur. Tertium corollarium quòd perſonæ diuinę ſe totis ſubiectiuè diſtinguuntur, & ſic ſecundum iſtum modum dicendi, identitas ſubiectiua eſt inferius ad idẽtitatem obiectiuam, & diſtinctio obiectiua inferius ad diſtinctionem ſubiectiuam, quæcunque enim ſunt idem ſe totis ſubiectiue, ſunt idem ſe totis obiectiuè & non econuerſo, & quæcunque diſtinguuntur ſe totis obiectiuè, diſtinguntur ſe totis ſubiectiuè, & non econuerſo ſecundum modum dicendi, quare &c. Alius modus dicendi eſt, † quòd illa dicuntur idem ſubiectiuè quorum realitates poſſunt ſimul eſſe in eadẽ re vel per identitatem realem, vel per modum informantis vel informabilis. Et per oppoſitum illa diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè quorum realitates non poſſunt ſimul eſſe in eodem numero alio prædictorum modorum, ſcilicet vel per modum informantis, vel per modum informabilis, vel per identitatem realem. Ex hoc inferuntur aliqua corollaria. Primum quodd omnia quæ ſunt in diuinis [b] ſunt idem ſubiectiue. Secundum quòd omnia in vno indiuiduo ſiue ſunt ſuperiora, ſiue accidentia abſoluta, ſiue reſpectiua ſunt idem ſubiectiue. Tertium corollarium quòd duo indiuidua eiuſdem ſpeciei maximè de prædicamento ſubſtantiæ, & etiam alterius ſpeciei [c] completę eiuſdem prædicamenti diſtinguuntur ſe totis ſubiectiue. Quartum corollarium, quod duo contraria, & duo relatiua oppoſita maximè de ſecundo modo relatiuo-

relatiuorum, d ſimiliter differentię eſſentialiter diuidentes genus diſtinguuntur ſe totis ſubiectiuè ſecundum iſtum modum dicendi. Et ſi quæras quis iſtorum modorum eſt probabilior. † Dico quod vterque eſt probabilis, nec eſt differentia inter eos e niſi in modo vtendi vocabulo, & ideo qui voluerit tenere alterum illorum dicas conſequenter, & hoc de 6. art. minus principali.

ANNOTA. MARGINALES.

a Differentia ☙ *Hic habetur, quòd quæcunque ſic identificantur compoſita ſint ex rebus, vel realitatibus quarum altera eſt potentialis, & altera actualis, neque ſufficit quidditas, & modus intrinſecus ſicut eſt in Deo, & prædicamentis neque etiã realitas, & realitas ſicut eſt in tribus perſonis realiter conſtitutis: de quibus archana ſpeculare ſi poteris.*

† Oppoſitum ☙ *Hoc modo poteſt ſaluari, quòd materia, & forma ſunt primo diuerſa, & ſic de multis alijs.*

Videtur, quòd potius diuerſa quàm diſtincta talia deberent dici, ſed tu ſaluabis vbique auctorem vbi apparentia ſinunt.

† Quod illa ☙ *Iſto modo deſcribuntur communiter ab auctoribus, vt infra notabo deſcriptiones, ſi vero primum modum tenere volueris aliter deſcribere potes.*

b In diuinis ☙ *Pondera illam, de perſonis ex deſcriptione harum, vt ſupra numeraui.*

c Complete ☙ *Nota ly complete, ſignanter.*

d Similiter ☙ *Pondera inſtan. de mouente, & moto, & dic conſequenter.*

† Probabilior ☙ *Secundus modus communior, ſed primus ſubtilior, vterque ſuſtentabilis, & nunc vnus nunc alius neceſſarius ad dubia euadenda conſidera.*

e Eos ☙ *Quamuis iſte dicat illos modos eſſe eoſdem, tu tamen aduerte, quòd videtur omnino falſum, vt patet de ſorte, & de albedine ipſius, quia licet poſſint idem dici ſecundo modo ſubiectiue nunquàm tamen dici poterunt idem ſubiectiue primo modo, vt patet, quia ſunt diuerſorum prædicamentorum.*

Septimus articulus partialis.

QVantum ad 7. ſ. de identitate obiectiua & eius diſtinctione, dico breuiter quod illa ſunt idem obiectiuè de quibus poteſt prædicari aliquod prædicatum quidditatiue † ſiue illud ſit limitatum, ſiue tranſcendens, ſiue dicat realitatem potentialem, ſiue non. [a] Et illa diſtinguuntur ſe totis obiectiue de quibus non poteſt prędicari tale prædicatum quidditatiuè. Ex hoc inferuntur aliqua corollaria. Primum quod deus & creatura ſunt idem ſe totis [b] obiectiuè, & etiam decem prædicamenta. Secundum quod paſſiones entis à ſeinuicem & ab ente diſtinguuntur ſe totis obiectiue. Tertium corollarium, quod differentię vltimæ, & breuiter omnia illa quæ ſunt primo diuerſa, diſtinguuntur, ſe totis obiectiue. Pro quo notandum quod aliud eſt dicere aliqua eſſe diuerſa & differentia, nam differentia ſunt alicui idem entia, hoc eſt dictum in aliquo quidditatiuè conueniunt, & in aliquo quidditatiuè differunt, iuxta quod dicit Scot. quod omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primo diuerſa, alioquin non eſſet ſtatus in differentibus, hoc notato: probatur ſic propoſitum ratione [c] Sco. gratia exempli accipiantur duo differentia & ſint ſor. & pla. tūc ſic ſor. & pla. in aliquo conueniunt & per aliquid differunt, vt patet ex ſuppoſito, accipiantur ergo illa per quæ dicerēt, & ſint, a. & b. vel ergo, a. & b. ſunt diuerſa vel differentia, ſi ſunt diuerſa, habeo propoſitum, ſcilicet quod iſta diſtinguuntur ſe totis obiectiue, ſi ſunt differentia quæram ſicut prius, vel ergo erit proceſſus in infinitum quod eſt inconueniens, vel ſtabitur ad aliqua quæ ſe totis obiectiue diſtinguuntur, & hoc de 7. artic. minus principali.

Annota. Marginales.

† *Quidditatiue*} *Hic poteſt imaginari, quòd non requiritur neceſſario conuenientia quidditatiua vniuoce prædicabilis, ſed vel illa, vel realis, uel denominatiua, uel conceptus uniuocus*

ens, & tunc ceſſant inſtantiæ de potentijs animæ, & primo diuerſis, ſed vbique valet conſequentia in identitatibus, & diſtinctionibus, ſed tu omnia maſticabis bene.

Aduerte hic contra latrantes, quòd propter diuerſitatem fundamentorum, & terminorum diuerſificantur relationes, & ita identates, & diſtinctiones, licet igitur poſſent omnes præter opus intellectus reduci ad vnam, vel duas ſubiectiuè non tamen terminatiue, & fundamentaliter. Exemplum de Socrate comparato diuerſimodè, & ſic de alijs. Denominatio igitur, & variatio harum diſtinctionum fit in ordine ad extrema, quare tene cum iſto, & alijs antiquis in numero, & varietate harum identitatum, & diſtinctionum, & ſalue inſtan. modernorum hoc bene examinando, & memor eſto pauperis Hybernici. Quære alios formaliſtas hic vt noſti.

a Siue non } *Aduerte, quòd ad hanc identitatem requiritur prædicatum vniuoce dictum non ſolum vniuocum, vt patet ex verbis doctoris.*

b Obiectiue } *Tange inſtan. ad hominem hic, & dic conſequenter ponderando ly ſe totis hic.*

c Ratione } *Contra hanc probationē ſi dubitabis, quia differentiæ ſunt per ſe diuerſa ergo per ſe entia. nam paſſio in ſecundo modo prædicata requirit ſubiectum in primo modo prædicari, vt ſortes eſt per ſe riſibilis in ſecundo modo, ergo eſt homo in primo modo. tex. com. 9. primo poſt. laborabit reſpondens in via peripatetica pro ſolutione ipſius aſsignanda.*

ARTICVLVS TERTIVS, & vltimus principalis.

QVantum ad vltimum artic. principalem pro complemēto huius quæſtionis qui eſt illatiuus & inueſtigatiuus identitatum, & diſtinctionum, primo diuidendo in duas partes principales, ſic procedam. In prima parte dabitur modus venandi diſtinctiones & identitates. In ſecunda parte dabitur modus inferendi vnam diſtinctionem & identitatem ex alia. Quantum ad primam partem, primo incipiam à diſtinctione rationis, & pro ampliori declaratione notandum

notandum quod diſtinctio rationis inueſtigatur propter diuerſas relationes rationis attributas [a] per actum rectum vel collatiuum intellectus eidem obiecto vel diuerſis hoc modo, quia vel res realis comparatur ad rem realem vel realitas ad realitaté, & hoc vel ad ſeipſam vel ad aliam in vno & eodem obiecto formali, vt quando intellectus comparat colorem diſgregatiuum in albedine, vel res rationis ad rem realem, vt quando intellectus comparat genus ad animal & econuerſo, uel res rationis ad rem rationis † vt quando intellectus comparat genus ad ſpeciem & econuerſo, ſi primo modo, vel res realis comparatur ad ſeipſam vel ad aliam, ſi ad ſeipſam, vel comparatur vt intellecta ad ſeipſam non intellectam, [b] vel ad ſeipſam vt intellectam. Si ſecundo modo, vel igitur comparatur ipſa res concepta ſub alio modo concipiendi, ſi primo modo, vel igitur ſub modo concipiendi grammaticaliter [c] vt ſignificando aliquid in recto vel in obliquo, vel logicaliter, puta in concreto vel in abſtracto, & ſic ſecundum diuerſas comparationes intellectus ad res eaſdem vel diuerſar, oritur diſtinctio rationis. Diſtinctio vero ex natura rei inueſtigatur per quatuor genera oppoſitionis. † Primo per oppoſitionem relatiuam. Secundo per oppoſitionem contrariam. Tertio per oppoſitionem priuatiuam. Et quarto per oppoſitionem contradictoriam, ſic quia impoſſibile eſt duo oppoſita ſiue relatiue ſiue priuatiue, ſiue contrarie, ſiue contradictorie ſimul eidem reſpectu eiuſdem conuenire & differre, ideo &c. Exemplum de oppoſitione relatiua, vt quia intellectus agés mouet intellectum poſſibilem, & intellectus poſſibilis mouetur ab intellectu agente, [d] concludimus ibidem eſſe diſtinctionem ex natura rei. Exemplum de oppoſitione contradictoria, vt quia ſuperius eſt communicabile pluribus, inferius vero nõ, ideo &c. Exemplum de oppoſitione priuatiua vel quaſi priuatiua, vt quia eſſentia diuina eſt communicabilis pluribus perſonis, paternitas vero incommunicabilis † ideo &c. Exemplum de contraria oppoſitione, capiendo large contrarietatem, vt quia homo formaliter eſt ad ſe, dependentia qua dependet ad deum formaliter eſt ad aliud, ideo &c. Diſtinctio autem formalis facilis eſt ad inueſtigandũ, dummodo extrema ſint poſitiua. Tamen quadruplici via poteſt inueſtigari. Primo

per viam excluſionis. Omnia enim quæ ſic ſe habent quòd vnum non eſt de conceptu quidditatiuo alterius, illa formaliter diſtinguuntur. Secundo per viam diffinitionis ſic, quæcunque enim habent diſtinctas diffinitiones, quarum vna nõ includitur in alia, † illa formaliter diſtinguuntur. Tertio per viam deſcriptionis ſic, quorum deſcriptiones ſunt diuerſę, illa formaliter diſtinguuntur, intelligendo per deſcriptionem † manifeſtationem conſtitutam ex genere & propria paſſione. Quarto per viam demõſtrationis, ſic quandocunq; aliquid eſt demonſtrabile de aliquo, & de alio non, illa ſunt diſtincta formaliter. Poteſt tamen addi quinto via reduplicationis † ſecundum Franc ſic, quando aliquid competit alicui inquantum tale & non alij, ſicut viuere competit homini inquantum homo & non lapidi, illa formaliter diſtinguuntur. Diſtinctio vero realis quadrupliciter poterit inueſtigari. Primo per viam generationis ſic, quorum vnum generatur alio non generato, illa diſtinguuntur realiter. Secundò per viam corruptionis. Tertio per viam originis. Quarto per viam ſeparatę exiſtentiæ vel ſubſiſtentiæ. Diſtinctio [c] autem eſſentialis quadruplici via inueſtigatur. Primo per viam generationis. Secundo per viam corruptionis. Tertio per viam ſeparationis. Quarto per viam dependentiæ. Diſtinctio tamen ſe totis ſubiectiue † per uiam actualis ſeparationis poterit inueſtigari iſto modo, quando aliqua actualiter ſecundum eſſe exiſtentiæ vel ſubſiſtentiæ ſeparantur abinuicem, illa ſe totis ſubiectiue diſtinguuntur. Sed diſtinctio ſe totis obiectiue ſic inueſtigatur, quę in nullo quidditatiuè conueniunt, illa ſunt ſe totis obiectiue diſtincta. Ex quibus ſequitur quòd idẽtitas iſtorum [f] per oppoſitum eorum, quæ dicta ſunt de diſtinctionibus poterit inueſtigari.

Annota. Marginales.

a Attributas § *Aduerte qualiter iſte doctor opinatur inueſtigari diſtinctionem rationis per actum rectum, quia videtur contra illud, quod eſt ſupra dictum de diſtinctione rationis articulo primo partialis.*

† *Rationis*

† *Rationis* ʒ *Hic ſequitur, quòd diſtinctio rationis non erit reſpectus à potentia ratiocinãte cauſatus contra dicta in primo articulo partiali, ſed erige aciem rationis.*

b *Vel ad ſeipſam* ʒ *Pondera inſtantiam contra ly non intellectam, & dic conſequenter.*

c *Grammaticaliter* ʒ *Vide Sco. in 1. diſt. 2. q. 4. & pondera an concretum, & abſtractum ſint grammaticales modi ſignificandi, vel logicales modi intelligendi, vt alibi notaui.*

† *Oppoſitionis* ʒ *Aduerte, quòd præter iſtas oppoſitiones eſt alia via per modum prædicationis, & verificationis eſſentialis, & denominatiua pro inueſtiganda diſtinctione ex natura rei.*

d *Agente* ʒ *Tange hic plura ex Sco. de his motionibus, præſertim propter illos qui ſe auerciſtas profitentur, tenendo realem identitatem intellectus agentis cum poſſibili, quia tunc idem erit mouens, & motum quorum terretiſmata facile ſoluuntur, ſed in doctrina doct. cum Ariſt. intentione qualiter intellectus poſſibilis cauſet intellectionem in ſeipſo, vt opinatur doct. 3. di. pri. & 15. q. quoli. non facile euaditur: nam qualiter erit ibi ex natura rei diſtinctio, & penes quid attendatur, ſpeculare Scotiſta. vide Sco. 2. diſt. 2. q. 9. & 10.*

† *Ideo &c.* ʒ *Hic loquitur de diſtinctione ex natura rei extenſiue, vt patet, tu vero reſtringe omnia, quia relatio diſtinguitur ab eſſentia diuina formaliter, & ex natura rei, ſed ratione alterius cauſa.*

† *Excluſionis* ʒ *Vel per viam diuiſionis in alios.*

† *In alia* ʒ *Hoc dicit propter ſuperius, & inferius in linea prædicamentali.*

† *Deſcriptionem* ʒ *Tollit inſtantiam, ſed conſidera adhuc inſtantiam cum eiuſdem contingat eſſe plures paſſiones, dic, quòd non plura genera diſperata ſaltem.*

† *Reduplicationis* ʒ *Aduerte, quòd iſta via reduplicationis potius valet ad inueſtigandam diſtinctionem ex natura rei, quàm formalem, quia tunc animal, & homo formaliter diſtinguentur.*

e *Diſtinctio* ʒ *Vel pone pro vno, duo prima membra, & pro quarto pone viam generum, & ſpecierum, ut aliquibus placet. Sed omnia uanitas. Adde ut ſup. notaui.*

 Subie-

ŧ Subiectiua ʒ Hic loquitur ſecundum modum ponendi illam diſtinctionem.

Tamen ſcias, quòd ad inueſtigandas identitates plura requiruntur quàm diſtinctiones, quia facilius eſt deſtruere, quàm conſtruere.

f Per oppoſitum ʒ Verum eſt in his quibus hae, & alia conueniunt, vel aliter conſidera bene ponderando.

Secunda pars tertij articuli principalis.

QVantum ad ſecundam partem huius articuli primo inueſtigemus modum inferendi vnam identitatem ex alia. Secundario vnam diſtinctionem ex alia. Quantum ad primum pono duas concluſiones, quarum prima eſt iſta, quòd minima identitas† eſt identitas ſe totis obiectiue, quia ab oībus infertur, & ipſa nullam aliam infert. Secunda concluſio ꝙ maxima identitas eſt identitas rationis quia omnes alias infert, & non econuerſo, poſt iſtam eſt identitas ex natura rei, quæ omnes alias ſequentes infert & non econuerſo. Similiter dico de identitate formali in rebus non compoſitis ex re & re, capiendo proprie identitatem formalem, ita quòd maior identitas infert minorem in talibus rebus, in rebus autem compoſitis ex re & re, identitas formalis non infert alias idētitates. Materia enim, & forma † ſunt eædem formaliter compoſito[a] cum ſint de ſua diffinitione ſecundum philoſophum.7.meta.t. c.9.& 35.& tamen diſtinguuntur realiter ab eodem. Identitas autem realis infert identitatem eſſentialem & etiam identitatem ſubiectiuam, ſecundum ſecundum modum dicendi de identitate ſubiectiua, non tamen ſecundum primum nec infert identitatem obiectiuam nec ſecundum primum nec ſecundum ſecundum modum dicendi † potentiæ enim animæ ſeu paſſiones entis ſunt eædem realiter inter ſe, & eſſentialiter, & tamen diſtinguuntur ſe totis obiectiue cum in nullo quidditatiue cōueniant. Et ſi detur quòd conueniant ſaltem ego veniam ad primo diuerſa per quæ iſtæ potentiæ animæ differunt, & iſta erunt diſtincta ſe totis obiectiue & non realiter. † Et breuiter non poſſum videre quomodo una identitas per bonam conſe-

conſequentiam poſſet inferre omnes alias identitates licet aliquę aliquas inferant ut dictum eſt. Quantum ad ſecundum de modo inferendi unam diſtinctionem ex alia pono iſtam concluſionem quòd † maior diſtinctio infert minorem, tamen non uideo iudicio meo qualiter una diſtinctio per bonam conſequentiam poſſet omnes alias diſtinctiones inferre licet aliquæ aliquas inferant. Minima tamen uidetur eſſe diſtinctio rationis, quia ab omnibus infertur, quod declaro ſic, duæ potentiæ animę diſtinguuntur ſe totis obiectiuè eodē modo quo dictū eſt, & tamē non diſtinguuntur ſe totis ſubiectiue ſecundum ſecūdam opi. ſuperius recitatam de diſtinctione ſubiectiua, nec etiam infert diſtinctionem realem, ſecundum omnes formalizantes, nec eſſentialem: materia etiam & forma diſtinguuntur realiter à compoſito, & tamen non formaliter, ut iam dictum eſt, iſta mihi uidentur uera, licet multi formalizantes dicant oppoſitum, ſoluant tamen difficultates ibi tactas, uidelicet de potentijs animæ ſe totis obiectiuè diſtinctæ, & tamen non realiter nec eſſentialiter, quę etiam ſunt eędem realiter non tamen obiectiuè, etiam de materia & forma, quæ ſunt eædem formaliter cum compoſito, & tamen non realiter, immo diſtinguuntur realiter, nec vnquam Sco. ordinauit illas conſequentias ſiue illationes, nec etiam habent aliquam rationem conuenientem, ideo eadem facilitate qua ſic affirmantur & ordinantur, deſtruuntur. Et hæc de corpore quæſtionis.

Annota. Marginales.

† *Identitas* } *Verum eſt, ſed non gratia formæ ideo eſt diſtributio accommodata niſi aliter defendatur, vt infra notabo.*
† *Forma* } *Sed potius econtra niſi detur mutuitas.*
a *Compoſito* } *Poſſet hic probabiliter dici, quòd totum eſt idem formaliter partibus eſſentialibus, & etiam realiter, ſed non econtra, & tunc valet conſequentia in omnibus, vt patet. Contra hoc videtur eſſe intentio doct. in 3. diſt. 2. & ſuper 7. Metaphyſi. Dic, quòd ponit tantum diſtinctionem ex natura rei, vel quòd eſt denominatio extrinſeca, & terminatiue, & non formalis neque ſubiectiue, & in hoc ſaluaretur Auer. 1. Phyſ.*

ſed qualiter tunc valet diſputatio Scot. contra eum dic conſequenter, & qualiter manenti non manens erit idem contra Sco.1.diſt.2. & alia plura adde, vt ſcis, & dic conſequenter, ſed pondera argumentum, vt ſupra notaui in ſimili de identitate formali, & dic conſequenter, vt ibi habes comparando, videlicet inferius ad ſuperius. Sed adhuc ſubtilius poſſent plura hic introduci recurrendo ad diuerſitatem rei totalis, & partialis, & quòd vno modo non manent partes corrup. toto, ſed bene alio modo, quare 9.q.quol. & alibi. Conſidera etiam, quòd alia eſt identitas formalis Phyſice, & Metaphyſice loquendo ſicut alius, & alius modus prædicandi, vel forte non eſt concedenda identitas talis, & talis niſi præcisè in conſideratione metaphyſicali, & ſic tenebit conſequentia ab vna ad aliam.

Multa alia hic cogita ſi vis ſaluare in omnibus illas illationes valere, quòd omnino conari debet ingenioſus lector.a. Quære Bonetum vbi ſupra ad hæc.

Vide Scot. in primo diſt.36.& in 4.diſt.43.q.3. & alibi, & alios ad propoſitum.

† *Dicendi* } *Conſidera vt ſupra notaui arti. 7. 2. principalis, & applica primum, & ſecundum modum dicendi ad ea, quæ ibi dixit de diuerſis modis accipiendi has duas identitates. Et quod dicit de potentijs animæ, & paſſionibus entis, quòd ſcilicet ſunt eadem realiter inter ſe poſſet negari per ſe loquendo, ſed verum eſt per accidens propter videlicet tertium, conſidera bene vbique.*

† *Realiter* } *Quære ſingulariſſime Sco.1.reporta.diſt.33.q.2. de identitate, & diſtinctione formali terminatiue, & ſubiectiue, & eodem modo poteſt dici de alijs identitatibus, & diſtinctionibus, uide 35.diſtin. 1.& 30. expreſſe ad propoſitum ponderando.*

† *Quòd maior* } *Tange etiam hic ea, quæ habet Sco.2.q. quolı. ad fi. de diſtinctione maiori, & minori intenſiua, & extenſiua, & quare originales formalitatès Scoti, & logicam eius in formalitatibus, vt noſti. Pro opin. huius auctoris poſſet adduci illud dictum Sco.2. diſt.1.q. 4. in ſolutione princi. vbi dicit, quòd tam in rebus, quàm in intellectu differentia maior manifeſta eſt, & ex illa concluditur frequenter differentia minor, quæ eſt immanifeſta, notanter dicit frequenter, & non ſemper*

ſaltem

ſaltem grammaticè, quicquid ſit de forma argumentandi. Facit pro alia via dictum Ariſt. 5. Met. t. com. 12. vbi vult, quòd vnitas maior infert minorem. Sagax lector eligat viam probabiliorem. ſed ſi apparentia ſtringerent, cum communi via tenendum eſt.

AD argumenta principalia. Ad primum cum dicitur, illę formalitates vel ſunt aliquæ res &c. dico quòd ſunt aliquæ realitates, & non proprie aliqua res, ſed magis aliquid rei, & cum infertur ergo diſtinguuntur realiter, verum eſt accipiendo diſtinctionem realem large pro omni diſtinctione, quæ eſt ſecluſo opere intellectus, non tamen diſtinguuntur realiter accipiendo proprie diſtinctionem realem pro illa quæ eſt inter rē & rem. Ad ſecundum cum dicitur ex natura rei diſtinguuntur realiter, dico quòd verum eſt realiter ideſt per realitates & ex natura rei, non tamen ſicut res & res, quia alia eſt diſtinctio rei, & alia ex natnra rei, vt dictum eſt. Ad tertium cum dicebatur, ſicut ſe habet res ſubiecti, &c. dico quòd proprie non eſt hic locus à tranſmutata proportione, oportet quòd ſint diſtinctæ res, quia proportio eſt tantum rerum, & per conſequens tantum fundatur in illis quæ ſunt res & res, cum igitur res ſubiecti non ſit alia res à re paſſionis, ſed eadem & indiſtincta, ideo non poteſt fundare proportionem, nec per conſequens erit locus à tranſmutata proportione. Vel aliter dicitur, licet iſta ſolutio ſit bona quòd ſimilitudo argumenti non valet, eſt enim ſimilitudo & diſſimilitudo, ſimilitudo eſt iſta quòd ſicut res ſubiecti non poteſt eſſe ſine re paſſione, ita formalitas non poteſt eſſe ſine formalitate paſſionis; † diſſimilitudo autem propter quam claudicat, eſt quia res ſubiecti tranſit in identitatem realem cum re paſſionis, & econtra, formalitas [a] autem ſubiecti non tranſit in identitatem formalem cum formalitate paſſionis, nec econtra, quare &c. Ad quartum [b] cum dicitur quòd formalitas ſubſtantiæ eſt vera res, dico quòd omnis talis eſt vera res ſi ſit ſubſtantia in recto vnde eo modo quo talis formalitas eſt ſubſtātia vel aliquid eius eſt res, modo non omnis formalitas ſubſtantię eſt ſubſtātia in recto, ſed aliqua in recto, & aliqua in obliquo,

quare proprie non debet dici illa, quę eſt in obliquo proprie ſubſtãtia ſed ſubſtãtię, & ideo nõ oportet quòd illa quæ ſunt diſtincta per formalitates, ſemper diſtinguantur ſicut res & res, ſed ſicut rei & rei. Ad quintum cum dicitur, quòd quæcunque habent diuerſas diffinitiones diſtinguuntur realiter [c] verum eſt ſi habent diuerſas diffinitiones quidditatiuas conſtitutas ex genere & differentia, non oportet autem ſi habeant ſolum diuerſas rationes formales ab intellectu ex natura rei formaliter conceptibiles. Ad ſextum cum dicitur quòd tunc ab vno & eodem &c. Dico quòd ab vno & eodem non poteſt ſumi vnitas rerum & pluralitas rerum reſpectu eiuſdem. Dico tamen quod ab vno & eodem poteſt, ſumi vnitas rei & pluralitas formalitatum [d] quæ non opponuntur in eodem nec repugnant. Ad ſeptimum cum dicitur accipio formalitates ſubiecti, & propriæ paſſionis &c. admitto totum. Et cum poſt dicitur, vel his formalitatibus ſubiecti & paſſionis eſt aliquid commune vniuocum vniuoce dictum, habent tamen vnam communem realitatem ſubiectiuam, in qua realiter conueniunt & differunt, licet nõ quidditatiue. Et cum vltra dicitur quæcunque diſtinguuntur ſe totis obiectiue, diſtinguuntur ſe totis ſubiectiue & realiter. Dico quod argumentum eſt bonum contra illos qui dicunt quod diſtinctio ſe totis obiectiue infert diſtinctionem ſe totis ſubiectiue, & omnes alias, ſed ego non dico ſic, dico quòd aliqua ſe totis eſſe diuerſa poteſt eſſe, dupliciter, vno modo in realitate obiectiua, & ſic illę formalitates ſubiecti & propriæ paſſionis ſunt primo diuerſæ nec poſtea ſequitur quod diſtinguantur realiter. Alio modo in realitate ſubiectiua [e] & ſic realitas & formalitas ſubiecti & paſſionis ſunt primo diuerſæ, quia conueniunt in realitate & eſſentia ſubiecti & paſſionis, & in ea identificãtur realiter. Ad aliam probationem cum dicitur quærendo de illo in quo conueniunt, vel eſt ens reale vel rationis. Dico quod in nullo conueniunt quidditatiuè, ideo illud non eſt ens reale, nec ens rationis, dico tamen quod in aliquo conueniunt denominatiue, & illud eſt ens vel res tranſcendenter, [f] dico etiam quod conueniunt in realitate ſubiectiua, ſicut dictum eſt. Ad octauum cum dicitur quæcunque diſtinguuntur quidditatiue &c. nego, ad probationem, quia quidditas & res [g] idem ſunt, verum eſt,

eſt, ſed in adæquate, quia cum vnitate rei poteſt ſtare pluralitas formalitatum. Ad 9. cum dicitur ab Heruęo, nulla paſſio &c. tranſeat, pro nunc, poſtea cum dicitur in minori, ſed diſtinctio eſt paſſio entis, concedatur totus ille proceſſus vſque ad minorem proſillogi mi, & cum dicitur, omne ens eſt reale vel rationis vt patet. 5. metaph. dico quòd omne ens eſt reale, ideſt ſecluſo opere intellectus, vel rationis, ideſt per opus intellectus poſtea cum infertur, ergo omnis diſtinctio eſt realis vel rõnis, dico quòd omnis diſtinctio eſt realis, ideſt ſecluſo opere intellectus, quæ à nobis vocatur diſtinctio ex natura rei, vel rationis, ideſt per opus intellectus, tamen inter illas diſtinctiones mediat diſtinctio ex natura rei & formalis. Ad decimum cum dicitur, quæcunque diſtinguuntur numero &c. [h] concedo illam maiorem & nego minorem, ſcilicet quòd quæcunque diſtinguuntur formaliter diſtinguuntur numero Et ad probationem, quia quæcunque diſtinguuntur formaliter, diſtinguuntur quidditatiuè, tranſeat [i] licet quęcunq; diſtinguuntur quidditatiuè diſtinguuntur ſpecifice, nego illam, & ſi adhuc concederetur non ſequeretur vltra, diſtinguuntur ſpecifice, ergo diſtinguuntur numero, quia ſecundum eos actio & paſſio diſtinguuntur ſpecie, † & tamen ſunt vnus motus numero, vt ipſi dicunt, quare &c. Ad vndecimum cum arguebat Fran. de marchia illa quæ habent realiter & eſſentialiter diuerſas formas &c. concedo accipiendo formam primo & ſecundo modo, † non autem accipiendo formam quinto modo. Et ad minorem cum dicit, quæcunque diſtinguuntur formaliter diſtinguuntur per formas, verum eſt per formas, ideſt quidditates & accipiendo formam quinto modo, non autem accipiendo formam pro forma accidentali vel ſubſtantiali, ideo totus proceſſus ſequens non valet, quia procedit ex falſo intellectu. Ad duodecimum cum dicebatur niſi illa quæ formaliter diſtinguuntur &c. concedo reſpectu illorum à quibus facit differre vel diſtingui realiter, & dico breuiter quòd eo modo quo formalitas eſt principium diſtinctiuum eo modo facit differre, ſi realiter realiter, ſi formaliter formaliter. Ad confirmationem poteſt dici quòd non eſt ſimile, quia in differẽtia rationis eſt aliquid actuale, puta ipſa relatio rationis, & aliquid potentiale, puta ipſum ſubiectum vel fundamentum.

tum. † Non autem oportet quòd ita ſit in omni diſtinctione ex natura rei.

Annota. Marginales.

† *Diſsimilitudo* } *Clarius poteſt reſponderi ad argumentum concedendo quod infertur per commutatam proportionem, & eſt verũ, quòd ſicut res ſubiecti eſt eadem cũ re paſsionis, ita formalitas ſubiecti eſt eadem cum formalitate paſsionis vniformiter, ideſt realiter, quòd ſi inferatur ſunt idem realiter, ergo formaliter eſt fallacia conſequentis, vt patuit, ſi vero in commutata proportione inferatur, quòd ſicut res ſubiecti eſt eadẽ realiter cum re paſsionis, ita formalitas ſubiecti eadem formaliter cum formalitate paſsionis, non ſequitur neque probare poterit aliquis thomiſta in barocho. Aduerte qualiter poteſt accipi formalitas paſsionis alia ab ipſa formalitate ſubiecti quum paſsio ſit reſpectus cuius dependentia ad terminum eſt ſua quidditas, & fortius eſt dubium in terminis de relatiuis, quæ diligenter ſpeculare.*

a *Formalitas* } *Conſidera hic plura, quære Scot. 8. di. pri. oxo. & 45. diſt. primi Pariſien.*

b *Cum dicitur* } *Poteſt clarius dici negando, quòd quæcunque diſtinguuntur formaliter diſtinguantur per ſubſtantiam, vt patet in accidentibus, & in ſubſtantijs, illa maior eſt vera, & minor falſa vniuerſaliter loquendo, vt patet de homine, & riſibili.*

c *Realiter* } *Targe inſtantiam, & maxime non tenendo diſtinctionem realem prædicamentorum.*

d *Quæ non* } *Quia diſtinctio non tollit quamcunque vnitatem diſperatam, ſed oppoſitam.*

e *Dico* } *Conſidera an ſit vniuerſaliter verum, & tange hic inſtantias.*

Conſidera euaſionem alio modo, vt ſupra notaui plura addendo.

f *Subiectiua* } *Accipit identitatem ſubiectiuam ſecundum modum.*

g *Tranſcendenter* } *Hic ſequitur aperte, quòd diuerſitas obiectiua,*

ctiua,licet habeat vniuocum prædicatum, non tamen vniuoce dictum.

h Et res ǯ *Sumendo rem de qua eſt ſermo argumentum ſupponit falſum, & ideo clarius poteſt reſponderi, ſed ſi res communiter ſumatur totum eſt concedendum, & nihil ad h.ſ.proprie ſumpta, aliter non. Quare Sco.13.di.4 pro hoc.*

i Concedo ǯ *Aduerte qualiter iſte concedit primam propoſitionem qua videtur falſa, & poſſet clarius reſponderi aliter, vt patet diſcurrenti.*

X Licet ǯ *Tange inſtantiam ex dictis ſupra articu.2.ſecundi principalis vbi dixit, quòd eſt accepturus formalitatem ſecundo modo ibi aſsignatam in his locutionibus: dic conſequenter bene ponderando.*

Conſidera qualiter hoc ſit verum, quòd in diſtinctione rationis fundamentum ſit potentiale, & non in diſtinctione ex natura rei, quia minus videtur vt patet.

Hic patet leuitas aduerſariorum credentium expugnare ſcoticam veritatem, & in æquiuocis laborant peccantes in arguendo veluti parmenides, & meliſſus, quia falſa ſumunt, & intentum non concludunt.

† Et tamen ǯ *Inſtantia ſingularis eſt illa de actione, & paſſione pro neganda illa propoſitione apud thomiſtas, imo ſecundum hoc quo diſtinguuntur genere non diſtinguuntur ſpecie, & numero, & ideo tutior eſt ſcotica veritas in via Philoſophi.*

† Non autem ǯ *Vide ſupra parte 3.arti.2.prin. Conſidera aliter. Hoc facit pro iſta imaginatione quam ſupra notaui de per ſe diſtinctione, & per accidens identitate aliquorum, ſcilicet in tertio, vel ratione infinitatis extremorum, conſidera bene totum, & dic conſequenter.*

† Fundamentum ǯ *Aduerte, quòd omnes ferè opinantur eſſe diſtinctionem rationis in hac propoſitione dicendo. ſor. eſt ſortes, vt inquit auctor formalitatum, ſed ego non video uerum eſſe ſecundum principia Sco. quia ibi non eſt intentio ſecunda ſubiecti, & prædicati, quia in prædicatione primi modi extraneantur intentiones ſecundæ neque ly ſortes eſt ſubiectum, neque poſt copula ly ſortes eſt prædicatum, ſicut etiam dicendo homo eſt animal, patet ex doct. ſubtilis. q. 8. uniuerſalium. tu uero ſolue ſi potes, & ſuſtine auctorem, & Mauritium Trombetam*

betam viros excell. qui forſan non aduertunt, quòd ſi eſt ibi diſtinctio rationis, tunc falſum erit, quod dicit Scotus. 8. q. vniuerſalium, & 16. quòd in hac propoſitione, homo eſt animal, homo non eſt ſpecies, neque animal eſt genus, inquit Sco. quia remouentur intentiones à fundamentis, quando uniuntur cum hoc uerbo eſt. ubi patet, quòd magis uidatur animal ab homine ratione diſtingui, quàm ſortes, à ſorte & ideo ſpeculare quod latet.

Expliciunt formalitates Moderniores de mente Doctoris ſubtilis Ioannis Scoti.

EXCEL-

EXCELLENTISSIMI THEOLOGI MAGISTRI

STEPHANI BVRLYFER Epitomata in formalitates iuxta doctrinam Scoti,

Articulis tribus diuiſa.

CVM multi pro introductione doctrinæ Scoticæ varia de diſtinctionibus, & formalitatibus eiuſdem Doct. ſubtilis, inconſona tamen ſuis dictis ſcripſerint, in quibus ſcholaſtici falſo eruditi à veritate nõ modicè ſunt alienati, placuit pro communi ſtudere volétium vtilitate mentem doctoris eiuſdem de ea re in hoc opuſculo oſtendere. Et primo quorundam modus dicendi ponetur, ſecundo illius modi dicendi falſitates redarguentur, & poſtremo ueritas ſuccinctè aperietur.

ARTICVLVS PRIMVS in quo ponitur opinio aſſerentium ſeptem modos eſſe diſtinctionum.

QVantum ad primum aduertendum eſt quòd ab aliquibus formalizantibus doct. ſubtilem (vt aſſerunt) ſequentibus ponuntur ſeptem modi diſtinctionum [a] quorum primus eſt diſtinctio rationis, ſecundus diſtinctio ex natura rei, tertius eſt diſtinctio formalis, quartus diſtinctio realis, quintus diſtinctio eſſentialis, ſextus diſtinctio ſe totis

ſubie-

ſubiectiue, ſeptimus eſt diſtinctio ſe totis obiectiue, quibus econuerſo correſpondent ſeptem modi identitatum. Quorum primus eſt identitas rationis, ſecundus eſt identitas ex natura rei, tertius identitas formalis quartus identitas realis, quintus identitas eſſentialis, ſextus identitas ſe totis ſubiectiue, ſeptimus eſt identitas ſe totis obiectiue. Hi autem modi identitatum poſſunt cognoſci per modos oppoſitos diſtinctionum. Quorum primus eſt diſtinctio rationis, quæ diſtinctio ſecundum eos eſt illa, quæ habet fieri per actum intellectus comparatiuum ſeu collatiuum, vt ſortes eſt ſortes, ſor. poſitiuus à parte prędicati diſtinguitur à ſor. poſito à parte ſubiecti ſola ratione & non ex parte rei ſiue ex natura rei. Diſtinctio autem ex natura rei, ſecundum eos eſt illa quę eſt inter aliqua extrema, de quibus prædicata contradictoria poſſunt verificari pręter opus intellectus, vt ſe habent totum & partes, ſuperius & inferius, abſtractum & concretum. Totum enim habet eſſe conſtitutum. Conſtitutum autem & non conſtitutum contradicunt, ſimiliter ſuperius eſt præter opus intellectus multiplicabile in plura, [b] inferius autem non multiplicabile, multiplicabile vero & non multiplicabile ſunt contradictoria. Diſtinctio autem formalis eſt illa quę eſt inter aliqua duo quorum vnum non includit aliud in primo modo dicendi per ſe vt inter ſubiectum & ſuam propriam paſſionem. Diſtinctio vero realis eſt illa quæ eſt inter aliqua duo quæ ſunt res & res. † Illa vero ſunt res & res quorum vnum poteſt corrumpi alio remanente & econuerſo, vt ſor. & plato, vel quorum vnum poteſt per diuinam potentiam eſſe ſine alio vt paries & color exiſtens in eo, & omne accidens per accidēs reſpectu ſui ſubiecti, illa etiam ſunt res & res quorum vnum eſt per ſe cauſa efficiens vel finalis & aliud per ſe effectus, [c] quia idem realiter non poteſt cauſare ſeipſum. Illa etiam quorum vnum eſt generans & aliud genitum, quia nulla res ſeipſam gignit ſecundum Aug. lib. 1. de tri. vt in diuinis pater & filius. Diſtinctio eſſentialis eſt illa quę eſt inter aliqua quę per aliquam potentiam poſſunt ſeparari à ſeinuicem, vt ſor. & pla. paries & albedo ſua, & ſic differunt diſtinctio realis & diſtinctio eſſentialis ſecundum iſtos in creaturis, quia quæcumque diſtinguuntur eſſentialiter in creaturis diſtinguuntur realiter, & econuerſo quæcumque

cumque diſtinguuntur realiter etiam diſtinguuntur eſſentialiter in creaturis, reperitur tamen in diuinis diſtinctio realis perſonarum ſine diſtinctione eſſentiali ipſarum cum habeant eandem eſſentiam, ſic ergo ſecundum eos diſtinctio realis in plus ſe habet quam diſtinctio eſſentialis. † Diſtinctio ſe totis ſubiectiue ſecundum eos, eſt illa quæ eſt inter aliqua duo extrema quorum realitates ſunt diſtinctæ & ab inuicem ſeparatę in actuali exiſtentia, ita quòd non conueniunt in aliqua realitate ſubiectiua ſeu actu exiſtēdi, vt duo indiuidua eiuſdem ſpeciei. Nec enim coincidit iſta diſtinctio cum diſtinctione reali, nam ibi non requiritur de neceſſitate ſeparatio actualis, hic autem requiritur vnde corpus & anima vnita diſtinguuntur realiter, quia licet non ſint ſeparata actu poſſunt tamen ſeparari & vnum poteſt corrumpi alio remanente, & tamen non diſtinguuntur ſe totis ſubiectiue, conueniunt enim in realitate ſubiectiua cum ex his conſtituatur vnum ens per ſe. Diſtinctio ſe totis obiectiue eſt illa quæ eſt inter aliqua duo extrema quæ in nullo conceptu reali communi conueniunt quidditatiuè, vt ſunt duæ vltimę differentiæ & per iſtas ſeptem diſtinctiones facilè patent ſeptem identitates per oppoſitum ad illas. Ex his inferuntur aliqua corollaria. Primum eſt quòd vltima diſtinctio arguit omnes alias & penultima arguit omnes alias præter vltimam, & ſic aſcendendo vſque ad primam non autem econuerſo ſic ſe inferunt, prima enim non arguit ſecundam nec ſecuuda tertiam, & ſic de ſingulis deſcendendo vſque ad vltimam. Secundum corollarium, identitates non ſic ſe ſe inferunt ſicut diſtinctiones oppoſitę, vltima enim identitas non arguit penultimam, † & ſic aſcendendo vſque ad primam. Sed oppoſito modo ſe habent, quia prima arguit ſecundam & ſecunda tertiam, & ſic deſcendendo vſque ad vlt. Tertium corol. maior identitas quæ pōt eſſe eſt identitas rationis, quia ipſa omnes infert alias. Quartum corol. quòd minor identitas quæ poſſit eſſe eſt identitas ſe totis obiectiue quia ipſa nullam aliam infert. Quintum corol. maior diſtinctio quæ poteſt eſſe eſt diſtinctio ſe totis obiectiue & minor eſt diſtinctio rationis, ratio primi eſt, quia diſtinctio obiectiua omnes alias infert, ratio ſecundi eſt quia diſtinctio rationis nullam infert. Sextum corollarium quòd cum di

ſtinctione

ſtinctione rationis ſtat identitas ex natura rei, & cum diſtinctione ex natura rei, ſtat identitas formalis, & ſic de ſing. aſcendendo, vnde animal & homo diſtinguuntur ex natura rei, & tamen ſunt idem formaliter cum animal includatur in homine in primo modo dicendi per ſe. Septimum corollarium eſt, cum diſtinctione obiectiua nulla ſtat identitas. Octauum corollarium eſt cum identitate reali ſtat diſtinctio formalis ex natura rei, hæc omnia patent ex præmiſſis.

ANNOTA. MARGINALES.

a Quorum ⁊ Modi identatum, & diſtinctionum 7. ſunt famoſi quos iſte doctor breuibus enumerat, & eorum fundamenta, & concluſiones reſumit ex determinatis apud aucto. formalitatum in toto ſuo tractatu præcedenti.

b Inferius ⁊ Aduerte qualiter eſt hoc ratione dictum verum quod ſuperius eſt multiplicabile in plura præter intellectum, & ſecundum quam vnitatem dicatur multiplicari, de quo vide Sco. 3. diſt. 2. q. 7.

† Res & res ⁊ Hic patet error Terminiſtarum in via theologica de identitate quantitatis cum ſubſtantia & ſimiliter de relationibus quia vbique eſt alia & alia exiſtentia loquendo in his quæ ſeparari poſſunt per diuinam potentiam.

c Effectus ⁊ Hic eſto cautus ne decipiaris de cauſalitate ſcibilium quæ requiritur in demonſtrationibus in quibus non eſt realis diſtinctio & tamen eſt vera cauſa primo poſte. tex. com. 5. quia verum ſcire eſt per veram cauſam cognoſcere.

Patet ex hac narratione quòd non ſolum dicta magiſtri Ant. ſirecti ſed & aliorum antiquorum formalizantium intendit impugnare quia plura omittit quæ ipſe poſuit & plura addit quæ non dicit. Quare. p. t. & Fran. & formalitates breues quæ attribuuntur antiquitus Sco. vt noſti, vide in prin. 1. phyſic. fratrem Nicolaum de orbellis. Fuit enim Ant. ſirecti iunior hoc viro & vere, diſcipulus eius. Aduerte quòd vniuerſaliter eſt hoc verũ nedũ de identitate & diſtinctione immo de vnitate & pluralitate numerali ſpecifica generica & tranſcendenti in quibus eſt conſequentia contrario modo, etiam præter hoc eſt verum vt ſi. b. inferret, c. tunc non, c. inferret non. b.

aliter

aliter erit ſallacia conſequentis, vt patet diſcurrenti per non conuertibilia.

† *Eſſentialis*} *Hic narrat diſtinctionem ſubiectiuam panes ſecundum modum, & non primum qui principalior eſt in hoc modo diſtinctionis, quia diſtinctio obiectiua infert illam diſtinctionem ſubiectiuam primo modo, & non ſecundo modo, vt patet ſpeculante.*

† *Penultima*} *Aduerte, quòd hoc eſt famoſum apud ſcotiſtas quòd identitas ex natura rei infert formalem, quod ego non video eſſe verum, loquendo de identitate ex natura rei, & formali, vt ſuperius diffiniuit, quia identitas formalis arguit eſſentialem incluſionem prædicati in ſubiecto, quæ non poteſt ſtare cum identitate ex natura rei, quia non econuerſo in formali prædicatione, & per conſequens incluſum, & non incluſum dabitur ex natura rei: tu vero diligenter conſidera, nec decipiaris te ipſo.*

ARTICVLVS SECVNDVS, in quo decem redargutionibus refellitur ſupradicta opinio.

SEd iſta opinio licet ſit multum communis & famoſa apud multos ſcotiſtas, videtur tamen continere multa falſa nec ſequitur doctorem ſubti. immo manifeſte aſſerit aliqua contra ipſum, [a] Ideo hoc ſecundo loco arguo contra eã probando primo quòd nulla ſit diſtinctio ex natura rei minor diſtinctione formali, & quòd diſtinctio ex natura rei non poteſt ſtare cum identitate formali, quia quæcunque diſtinguũtur ex natura rei diſtinguuntur formaliter & econuerſo, ergo diſtinctio ex natura rei non ſtat cum identitate formali, nec eſt minor ipſa, conſequentia eſt manifeſta, & antecedens quo ad ſecundam ſui partem conceditur, ab eis. Sed quo ad primam probatur, quia quæcunque diſtinguuntur ex natura rei dicunt aliam & aliam rationem formalem, ſed quæcunque dicunt aliam & aliam rationem formalem diſtinguuntur formaliter, ergo quæcunque diſtinguuntur ex natura rei diſtinguuntur formaliter: minor eſt euidens, &

maior probatur diſcurrendo per omnia illa quę ipſi ponunt diſtingui ex natura rei & non formaliter, primo de ſuperiori & inferiori, manifeſtnm enim eſt quòd ſuperius & inferus habent aliam & aliam rationem formalem † cum ratio inferioris ſit extra rationem ſuperioris, ſimiliter ſicut ipſi dicunt, ratio ſocratis eſt incommunicabilis, ratio autem hominis eſt communicabilis. Sed eadem ratio formalis non poteſt eſſe communicabilis, & incommunicabilis, ſimiliter patet de toto & partibus, ratio enim formalis totius eſt alia à rationibus formalibus partium, cum eadem ratio formalis non ſit conſtituta, & non conſtituta, conſtituens & non conſtituens, ſimiliter de modo intrinſeco & de re cuius eſt modus, licet enim modus intrinſecus ſit ille qui additus alteri non variet rationem eius formalem, vt patet de albedine & eius gradibus, albedo enim intenſa & remiſſa ſunt eiuſdem rationis formalis, non eſt tamen talis modos conueniens rei in primo modo dicendi per ſe, quare non erit idem formaliter cum re cuius eſt modus, licet forte propriè non diſtinguatur formaliter à re cuius eſt modus, quia ad diſtinctionem formalem requiritur fortaſſis quòd ſit, quidditas & quidditas. Modus autem intrinſecus non eſt propriè formalitas vel quidditas, quia quidditas addita alteri variat rationem formalem eius ſeu conſtituti per illam vt rationale & irrationale ſi addãtur animali, conſtituunt ſpecies habentes diuerſas rationes formales, non ſic modus intrinſecus, vnde nulla ratio quidditatiua poteſt addi alteri quin variet ſpeciem vel ſimpliciter, hoc eſt de vna ſpecie aliam faciat contrariam vel diſperatam: vel ſecundum quid, hoc eſt de non tali ſpecie facit talem ſpeciem, puta ſi addatur differentia pertinens ad eſſe quidditatiuum generi facit ſpeciem ſpecialiſſimam, & non præfuit talis ſpecies ſpecialiſſima, ſed tantum præfuit ſpecies intermedia. Patet quarto de diffinitione & diffinito, nam ratio formalis diffiniti eſt alia à ratione formali diffinitionis, ratio enim formalis diffiniti eſt ratio totius, & ratio formalis diffinitionis eſt ratio partium, nam dictum eſt quòd eſt alia ratio formalis totius & alia partium. † Item manifeſtum eſt quòd alius eſt per ſe conceptus diffinitionis, alius diffiniti, accipiendo pro conceptibus ſignificatis, ergo aliam & aliam conceptibilitatem dicunt

diffinitio

diffinitio & diffinitum. Sed tales conceptibilitates non ſunt niſi rationes formales ſeu obiecta formalia conceptibilia, ergo diffinitum & diffinitio dicunt aliam & aliam rationem formalem, aſſumptum eſt doc. ſubtilis, in ſecunda diſt. primi, † vbi ex intentione probat illud duobus aut tribus medijs. Et confirmatur tota iſta ratio, quæcunque important aliam & aliam quidditatem, illa diſtinguuntur quidditatiuè & formaliter. Sed omnia illa quæ diſtinguuntur ex natura rei important aliam & aliam quidditatem: ergo omnia quæ diſtinguuntur ex natura rei diſtinguuntur quidditatiuè & formaliter, † igitur diſtinctio ex natura rei non poteſt ſtare cum identitate formali nec eſt minor ipſa: maior eſt manifeſta, quòd vbicumque eſt alia & alia quidditas ibi eſt diſtinctio quidditatiua, ſicut vbi eſt alia & alia res ibi eſt diſtinctio realis, modo conſtat quòd omnis diſtinctio quidditatiua eſt formalis, minor eſt ſufficienter probata per diſcurſum factum in præcedenti ratione, patet enim per ipſum manifeſte quòd omnia quæ ipſi ponunt diſtingui ex natura rei & nō formaliter habent aliam & aliam quidditatem, vel ſaltem dicunt quidditatem & modum intrinſecum eius. Si dicatur quòd concretum & abſtractum diſtinguuntur ex natura rei & non habent aliam & aliam quidditatem. Dico quòd hoc eſt falſum, quia quæcunque diſtinguuntur ſolum penes diuerſos modos concipiendi idem obiectum formale ſola ratione diſtinguuntur & non ex natura rei. Sed concretum & abſtractum ſolum diſtinguuntur penes diuerſos modos cōcipiendi idem obiectum formale, igitur ſolum ratione diſtinguuntur & non ex natura rei, maior eſt manifeſta, quia ſola diuerſitas concipiendi idem obiectum formale in numero non arguit diſtinctionem ex natura rei, minor eſt doctoris ſubtilis, in ſecunda diſt. pri. q. 4. quære. idem. 8. diſt. 1. vbi ſupra † & in pluribus alijs paſſibus ſuæ doctrinæ.

Annota. Marginales.

a Contra ipſum ꝫ *Quamuis in maxima veneration habeo excellentiſſimum virum & ſummum Scotiſtam ipſum reputo, quia tamen concluſionem quam intendit non ponit Sco. ex-*

*preſſe in aliquo loco. Ideo rationes iſta contra communem poſi-
tionem formaliZantium eſſe ſolubiles in via ſco. pau:is nota-
bo excitando lectorem ingenioſum ad plura alia addenda, an-
tecedēs igitur huius prima rationis pro prima ſui parte nega-
tur. Et ad probationē eius negatur maior. Et cū probatur indu-
ctiue primo de ſuperiori & inferiori dico quòd expreſſe de men
te Sco. inferius eſt idem formaliter ſuperiori non tamen econ-
tra, vt ſuperius notaui in notulis. ſuper. t. pracedenti parte. 3.
2. art pri. hoc patet ex d. ffinitione identitatis formalis quā
ponit. 2. diſt. 1. parte 2. q. 1. & expreſſius. 33. diſtinct. 1. repor-
tationum, q. 2. Eſt igitur ibi identitas formalis non mutua
vt ſup. notaui cum hoc tamen ſtat quòd inferius non ſit idem
ex natura rei ſuperiori propter verificationem contradictorio
rum de eis, vt rectè formaliZantes loquuntur. Similiter dico
ad illud, quod tangit de toto, & partibus, vt prius notaui, po-
no enim totum Phyſicum, & Metaphy. eſſe idem formaliter,
& realiter partibus ſed non econtra. Et quòd dicit in ſua pro-
poſitione fundamentali, quòd eadem ratio formalis non eſt cō-
municabilis, conſtituta, & non conſtituta. verum eſt loquendo
de eadem formalitate adæquata, & mutua, cuiuſmodi non
eſt in propoſito, & ſic probationes iſte faciunt pro diſtinctione
ex natura rei, & non ad propoſitum arguentis. Eſt enim mu-
tuitas diffinitionis ex natura rei non tamen formalis, quare
formalis vbique infert illam & non econtra. Refert etiam di-
cere hoc non eſſe idem formaliter illi, & dicere ipſum ſic di-
ſtingui ab illo vt expreſſe habet Docto. vbi ſupra. Quod tertio
addit de quidditate, & modo minus valet in doct. Scot. quia
expreſſe dicit, quòd modus non dicit aliam formalitatem ab
eo cuius eſt 8. diſt. 1. & alibi licet. 6. q. quol. & 31. diſt. pri. Pa
riſienſis. q. 2. quoddam verbum eius innuat oppoſitum, vt alias
notaui. quare nunc recte id eſt nunc diſtincta formaliter de-
bent dici, & hoc maximè verum eſt ſi diſtinctio formalis eſt
ponenda duntaxat inter conceptus quidditatiuos, vt etiam
videtur iſte ponere, non valet igitur deductio, non eſt idem for
maliter igitur diſtinguitur, vt etiam tu ipſe fateris in propoſi-
to. cum hoc tamen eſt diſtinctio ex natura rei, vel modalis de
neceſſitate, vnde propter quidditatem, & modum illa eſſet
ponenda diſtincta ab alijs ſi non eſſet alia cauſa. Quidditas*

inquit

inquit Doct. 3. diſt. 1. & modus non ſunt obiecta diſtincta formalia apud diſtincte, & perfecte concipientem. Quæ tamen omnia cautè exponantur, vt in quotidianis declarationibus in Doc. Sco. ſuper ſententias expoſuimus, & alibi Deo fauente prolixius ſequemur. Cum vlterius quarto loco probat propoſitũ ex rationibus diffiniti, & diffinitionis, patet, quòd non procedit, quia ibi eſt identitas formalis mutua, vt communiter dicitur licet poſſet eſſe difficultas comparando diffinitionem ad diffinitum ex illa deſcriptione identitatis formalis. 2. di. pri. vbi ſupra ſaltim diffinitum eſt idem diffinitioni formaliter, an vero econtra poſſet probabiliter dici, quòd non, & hoc tenendo, quòd diffinitio non dicat aliquam vnam formalitatem reſultante ex partibus niſi ipſum diffinitum, & tunc dicere diffinitionem eſſe eidem formaliter diffinito eſt dicere diffinitũ eſſe idem ſibiipſi formaliter: vnde rectè dixit Docto. in q. 6 ſuper Porphy. quòd diffinitio non numeratur à Porphy. inter vniuerſalia eo, quia non habet aliquem vnum modum prædicandi. Imo prædicatur in quale quid quare ea quæ ibi copioſè notani. Eſt igitur præcisè ibi diſtinctio ex natura rei, vel ſola diſtinctio rationis, vt pluribus videtur. Quomodo autem procedunt rationes Sco. 2. diſt. 1. q. 2. de diuerſitate horum conceptuum, indigeret longa expoſitione. Sed pro nunc dico, quòd illa diuerſitas attendi debet penes principia conſtitutionis intrinſeca, & pullulationis neceſſario concomitantis, diffinitio ergo, quæ eſt terminus imperfecte ſeu diminute complexus, & incomplexus eſt alius à diffinito, quod eſt terminus ſimpliciter incomplexus, ratione ſignificati, non vnius, ſed plurium formaliter à diffinito diſtinctorum licèt non econtra. Ideo diffinitio eſt medium inferendi proprium neceſſario pullulans de intrinſecè, & formaliter cõſtituto in quo idẽtificantur partes diffinitionis, & paſſio. ſicut enim ex partibus diffinitionis eſt vtriuſque in eſſe natura originatio, ita in eſſe ratiocinationis eſt neceſſaria abſque petitione conſecutio, quæ omnia ſubtilis lector proſequatur. Qui vero poneret diffinitionem dicere formaliter ex natura rei aliam formalitatem vnam diſtinctam à diffinito haberet dicere, vt in præcedentibus, quòd eſt identitas formalis non mutua diffiniti ad diffinitionem. Quæ alibi habent inueſtigari. Cum hoc enim ſtat diſtinctio mutua ex

natura rei propter contradictionem inuentam.

† *Formalem* ⸗ *Aduerte qualiter Doctor falſa imaginatur de ſuperiori, & inferiori: quia dato, quòd ſuperius formaliter diſtingueretur ab inferiori non tamen eſſet econuerſo: & per conſequens inferius formaliter idem cum ſuperiori eſſet ab alio ex natura rei diſtinctum ex uia contradictionis repertâ. & ideo eſt deceptio in arguente. præterea duo modi intrinſeci ex natura rei diſtinguuntur ex natura rei: qui tamen neququā formaliter diſtinguuntur, quia non ſunt formalitates requiſitæ ad formalem diſtinctionem.*

† *Partium* ⸗ *Aduerte qualiter eſt hoc commune dictū uerū, quòd diffinitio, & diffinitum ſunt eadem formaliter mutuā identitate formali, quod non puto eſſe uerum: aliter prædicatio per ſe conuerteretur in per ſe, quod eſt contra auctorem, ar. 3. partiali, & contra Ariſto. 1. poſte. t. c. 34. immo hæc propoſitio homo eſt animal rationale. eſt per ſe primo modo animal vero rationale eſt homo eſt prædicatio, innaturalis, & per accidens, vt patet non carenti dentibus in ſuperiori mandibula. & ideo multa famoſa videntur falſa, quæ diligenter conſidera, & quamuis non ſit mutua formalis identitas utriū propter hoc ſit aliqua formalis diſtinctio ſpeculare.*

† *Primi* ⸗ *Parte 2. q. 1. idem 8. di. 1. q. 3. & alibi ſæpe. quære in ante prædica. q. 8. & ea quæ ibi notaui.*

† *Formaliter* ⸗ *Totum hoc eſt fundamentum ruinoſum, quia modi intrinſeci ab ipſa quidditate non diſtinguuntur formaliter, neque ſuperius, & inferius, ut diximus.*

† *Vbi ſupra* ⸗ *Hic aduerte, quòd ſi differentiam indiuidualem ſumeret & naturam: verum eſſet, quòd diſtingueretur formaliter, & ex natura rei, quia actu diſtincto diſtincte poſſunt concipi, ſed nihil ad propoſitum ſuum, quia for. & eius differentia indiuidualis ex natura rei diſtinguuntur.*

SEcundo [a] principaliter arguitur ad idem ſupponendo quòd diſtinctio vna in intellectu eſt penes diuerſos modos concipiendi idem obiectum formale, & hoc ſiue concipiendo grammatice vt homo & hominis, ſiue logicè, vt homo & humanitas. Alia diſtinctio eſt maior in intellectu concipiendo duo obiecta formalia duobus actibus, & hoc ſiue illis correſpondeant diuerſæ res, vt intelligendo hominem,

minem & aſinum, ſiue vna res ad extra, vt intelligendo colorem & diſgregatiuum: iſta ſuppoſitio eſt in forma ipſius doctoris ſubti. in ſecunda diſt. pri. vbi inueſtigat diſtinctionem formalem inter rationem eſſentiæ diuinæ & rationem ſuppoſiti, iſto ſuppoſito probo quod ſuperius & inferius non ſolum diſtinguuntur ex natura rei, ſed etiam formaliter, quia intellectus intelligens hominem & ſocratem aut intelligit ipſa vt diuerſa obiecta formalia, aut præciſe vt idem obiectum formale ſub alio & alio modo concipiendi, non ſecundo modo, quia tunc non eſſet maior differentia quam concipiendo hominem & humanitatem, & ita non conciperet hominem ſeu humanitatem magis communicabilem quàm ſortem, nam homo non eſt incommunicabilis ſi humanitas eſt communicabilis & econuerſo. Igitur ſi homo & ſortes non plus differunt quàm humanitas & homo, homo non eſſet communicabilis ſi ſor. ſit incommunicabilis nec econuerſo. Si primo modo cum iſta diuerſa obiecta formalia ſint duæ rationes in re ex natura reperibiles & non fabricatę per actum intellectus negociantis ſeu comparantis, ſequitur quod inter ipſa erit diſtinctio formalis, nam vbicunque eſt alia & alia ratio formalis ibi eſt diſtinctio formalis, quia alietas in diuerſis rationibus formalibus arguit aliam & aliam formalitatem, & alia & alia formalitas arguit diſtinctionem formalem. Eodem modo poſſet argui de diffinito & diffinitione & de toto & partibus. Ex his manifeſtum eſt quòd non eſt ponenda aliqua diſtinctio præcedens actum intellectus minori diſtinctione formali quæ poſſit ſtare cum identitate formali.

ANNOTA. MARGINALES.

a. Secundo] Secunda ratio principalis huius doctiſſimi viri ſoluitur leuiter ex his quæ dicta ſunt; concedo enim quòd maior diſtinctio eſt inter hominem, & Socratem, quàm inter hominem, & humanitatem. & non fugio cum ſophiſticantibus ad gradus diſtinctionis rationis. Vlterius concedo, quòd homo diſtinguitur formaliter a Socrate, & Socreitate: & hoc ponēdo diſtinctionem formalem, non modo accipi a formalitate,

tertio modo dicam. ſed ſecundo modo dicam, ut in præcedenti t. tactum eſt. Econtra vero, licet Socrateitas diſtinguatur formaliter ab homine non tamen Socrates, vt prius dixi de mente Doct. Cum diſtinctione igitur mutua ex natura rei inter illa ſtat diſtinctio formalis non mutua, & ita identitas talis, licet non adæquata, neque mutua. Quomodo autem ſpecies dicit totum eſſe indiuiduorum, dixit Doct. 3. diſt. 2. & ſupra t. praeceden. tactum eſt. & alibi notaui in logica. Sed poſſet etiam ponderari quomodo verum ſit, quòd dicit, illa, uidelicet, eſſe diuerſa obiecta formalia. cum indiuiduum non per ſe intelligatur niſi ſub ratione ſpeciei. Sed Lector ſtudioſus addat ibi plura ex Docto. ut alibi ſæpe notaui: pauca pro nunc ſapienti.

PRæterea. 3. principaliter oſtendo quòd hoc eſt contra doctorem expreſſe in eadem diſt. 2. pri. in loco prædicto vbi ponit diſtinctionem formalem ſeu non identitatem inter eſſentiam diuinam & proprietatem declarando qualis ſit differentia formalis ſeu non identitas quæ ponitur præcedere omnem actum intellectus ſic in forma dicens. Dico quòd tam in rebus quàm in intellectu differentia aliqua maior manifeſta magis eſt, & ex illa concluditur frequenter differentia minor quæ eſt immanifeſta, in re autem manifeſta eſt diſtinctio rerum, & hoc dupliciter, ſcilicet ſuppoſitorum & naturarum, in intellectu manifeſta eſt differentia duplex, ſcilicet modorum concipiendi & obiectorum formalium. Ex his concluditur differentia hęc interna quę eſt manifeſta, quia minima in ſuo ordine, hæc eſt inter omnes quæ præcedunt intellectionem, hæc ille. Ex quo manifeſtè patet quòd doctor non ſolum ſententialiter, ſed etiam verbaliter ponit diſtinctionem formalem ſeu non identitatem eſſe minimam inter omnes præcedentes intellectionem, nullà ergo eſt minor diſtinctio ex natura rei diſtinctione formali. Item ſecundum ipſum Scot. probatur quòd ſuperiora diſtinguantur formaliter à ſuis inferioribus, quod negant iſti ſequaces ſui, ipſe enim in diſt. 16. ſecundi, reſpondendo ex intentione ad quæſtionem quam format ibi, ſcilicet. Vtrum imago trinitatis conſiſtat in tribus potentijs animæ rationalis realiter diſtinctis, ſic reſpondet in forma. Ideo dico aliter

ſic ſe-

ſic ſecundum Dionyſium. 5. capit. de diuinis nominibus, continentia vnitiua non eſt eorum quæ omnino ſunt idem, quia illa non vniuntur, nec eorum quæ manent diſtincta iſta diſtinctione, qua fuerunt diſtincta ante vnionem, ſed eſt eorum quæ ſunt vnum realiter, manent tamen diſtincta formaliter, ſiue quæ ſunt idem identitate reali, diſtincta tamen formaliter, huiuſmodi autem contenta ſunt in dupli ci differentia, quia quædam ſunt de natura continentis, vt quæcunque ſunt ſuperiora ad continens, verbi gratia ab eadem re accipitur ratio albedinis coloris, qualitatis ſenſibilis, & qualitatis, & hæc ſunt ſuperiora ad hanc albedinem, & ideo omnia ſunt de eſſentia eius, alia ſunt contenta in aliquo vnitiue quaſi inferiora, quia quaſi paſſiones continentis nec ſunt res aliæ ab ipſo continente, iſto modo ens continet multas paſſiones quæ non ſunt res aliæ ab ipſo ente, vt probat Ariſt. 4. met. t. com. 3. & alibi, diſtinguuntur tamen adinuicem formaliter & quidditatiuè, hæc ille. Patet igitur clare quòd omnia, ſuperiora vnitiuè continentur in ſuis inferioribus, & quòd ad talem continentiam vnitiuam requiritur quòd contenta diſtinguantur formaliter à continente, vnde breuiter iſti ſcotizantes non dicunt ad doctrinam Sco. conformiter, quia nuſquam ponit diſtinctionem ex natura rei diſtinctam contra diſtinctionem formalem, immo oppoſitum expreſſe ponit, ſicut patet ex iſtis præallegatis & ex multis alijs paſſibus ſuę doctrinæ, quos omitto cauſa breuitatis.

Annota. Marginales.

a Præterea] *Tertia ratio principalis tangit bonam difficultatem ex dictis Sco. 2. di. 1. Sed poteſt dici conformiter dictis ipſius 2. q. quolib. ad fi. & 7. diſt. 3. ſimili li. & 1. repor. diſt. 26. q. 2. diſt. 33. eiuſdem q. 2. & ſuper 7. metaph. q. 19. plura bene põderando. ſ. reſolute, & bene poteſt dici, quòd implicitè in diſtinctione formali intelligitur diſtinctio ex natura rei. & ideo nomine vnius intellexit aliam, licet una non ſit formaliter alia. Similiter poſſet dici, quòd proprietas de qua loquitur ibi Doct. tantum ex natura rei diſtinguitur ab eſſentia, quia non eſt formalitas. proprie loquendo: licet econtra eſſentia diſtin-*

ſtinguatur form aliter ab ipſa, hoc tamen non aſſero. Alio modo poteſt dici quòd Doct. qui primo auſus eſt inueſtigare ita profunde illam non identitatem in diuinis, moderate locutus eſt propter ſimplicitatem diuinam ſaluandam, & propter aduerſarios abhorrentes huiuſmodi diſtinctionẽ: ideo dicit ipſam eſſe minimam ſicut ibi non audet eam appellare diſtinctionẽ: ſed tantum non identitatem. Exceſſiuè enim loquuntur Doct. aliquando propter aduerſarios vt notanter habes in 2. diſtin. 33. ſoluendo. 2. prin. & eſt ſolutio Bonauentura. Poſſet etiam dici quòd ponit ſuperlatiuum pro poſitiuo, ſicut plerunque contingit econtra. Vel forte loquitur de his quæ ſic ſe habent præter opus intellectus quòd ſunt per ſe & ſeorſum conceptibilia quæ dicuntur rectè præcedere omne actum intellectus & rectum & reflexum, & abſolutum & collatiuum quorum vnũ non eſt de ratione formali ſeu intellectu eſſentiali alterius neque modus eſſendi ipſius, & ſic verum dicit ibi de eſſentia & relatione, ea verò quæ diſtinguuntur ſolum ex natura rei non ſic ſe habent, ſolet enim circunſtantia ſcripturarum illuminare ſententiam. ſed ingenioſus lector alia plura addat vt voluerit hic. Quod poſtea addit de diſtinctione formali ſuperioris ab inferiori, teneo eſſe verum de mente Sco. nec eſt contra Anto. ſirecti. Sed plerunque Doct. vocat eadem formaliter illa quorũ vnũ eſt de ratione formali alterius: & forte hoc mouit alios ad ponendũ mutuã idẽtitatẽ formalẽ ſuperioris & inferioris. Poſſet etiam ſaluari dictum eorum recurrendo ad illud quod dixi ſupra de identitate formali ſubiectiua ſeu fundamentaliter & terminatiue accepta, vnde quod vltimo concludit in fine rationis patet quòd nõ currit quatuor pedibus.

QVarto principaliter arguitur ex dictis eorum, dicunt, enim quòd diſtinctio formalis eſt illa quæ eſt inter aliqua duo quorum vnum non includit aliud in primo modo dicendi per ſe, ſed ſi iſta deſcriptio ſit ſufficiens, ſequitur contra eos quòd ſuperius & inferius diſtinguantur formaliter, ſimiliter totum & ſuæ partes diffinitum & diffinitio & ſi ſolum diſtinguuntur ex natura rei. Probatur, quæcumque extrema ſic ſe habent quòd vnum non includit aliud in primo modo dicendi per ſe illa diſtinguuntur formaliter ſed ſuperius & inferius, totum & partes, diffinitum & diffinitio ſic

tio ſic ſe habent ꝙ vnum illorum nõ includit aliud in primo modo dicendi per ſe, igitur diſtinguuntur formaliter, maior eſt euidens ex deſcriptione diſtinctionis formalis data ab eis, minor probatur, quia ſuperius non includit inferius immo omnia inferiora ſunt extra rationem per ſe ſuperiorum, ſimiliter diffinitio non includit in primo modo dicendi per ſe diffinitum, quia propoſitiones per ſe non conuertuntur ſecundum Philoſophum primo poſte. c. de ſtatu principiorum, ſic intelligendo quòd ſi prædicatum dicatur de ſubiecto per ſe non econtra dicetur ſubiectum de prædicato per ſe, ſed per accidens, ergo ſi iſta eſt per ſe primo modo, hoc eſt animal rationale, iſta non erit per ſe primo modo, animal rationale eſt homo, ſed magis per accidens. Similiter partes non includunt totum in primo modo dicendi per ſe. † Si dicatur ad iſta quòd licet ſuperius non includat ſuum inferius in primo modo dicendi per ſe, neque diffinitio diffinitum, neque partes totum, tamen econuerſo, inferius includit ſuum ſuperius in primo dicendi per ſe: Et diffinitum diffinitionem, & totum ſuas partes. Hoc nihil valet, quia ſi per hoc concluderetur quòd omne inferius eſt idem formaliter ſuo ſuperiori, & ſimiliter quòd diffinitum ſit idem formaliter ſuæ diffinitioni, & ſimiliter totum eſt idẽ formaliter ſuis partibus, propter hoc, ſcilicet quod quodlibet illorum includit reliquum in primo modo dicendi per ſe: tunc eodem modo concluderetur quòd ſuperius non eſt idem formaliter ſuo inferiori, quia non includit ipſum in primo modo dicendi per ſe, & quod diffinitio non eſt eadem formaliter ſuo diffinito, & quòd partes non ſunt eædem formaliter ſuo toti, quia nullum illorum includit reliquum in primo modo dicendi per ſe. Et confirmatur, quia in cauſis præciſis ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio negationis per Philoſophum primo poſte. t. c. 30. ergo ſi includere aliud in primo modo dicẽdi ſit cã præciſa quare includens eſt idẽ formaliter incluſo, tũc nõ includere aliud ĩ primo modo dicẽdi ꝑ ſe erit cã quare nõ includẽs ſit nõ idẽ formaliter nõ icluſo. Modo cõſtat, ſi deſcriptio diſtinctionis formalis data ab eis ſit ſufficiẽs ꝙ cã ꝓciſa quare aliqd eſt idẽ formaliter alteri eſt, quia includit alterũ in primo modo dicendi per ſe, vel igitur oportebit eos concedere iſta quæ in iſtis inſtantijs

inferuntur,

inferuntur, quæ tamen fuerunt negata, vel oportet eos dicere quòd deſcriptiones tam diſtinctionis formalis quam identitatis ſint ab eis inſufficienter aſſignatę.

ANNOTA. MARGINALES.

a Quarto} Quarta ratio nihil militat contra me, quia iam ex dictis, patet ſolutio eius copioſe, concedo enim ſuperius diſtinguitur formaliter ab inferiori & partes à toto ſed de diffinitione & diffinito maior difficultas eſt, ſed iam hoc tetigi in ſolutione. 1. rationis, deſcriptiones igitur intelligantur in generali, vt extendunt ſe ad identitatem & diſtinctionem formalem tam ſubiectiuam quàm terminatiuam, vt prius notaui, ſi volueris plura alia hi caddere, quare diſputationem cuiuſdam fratris qui dilatauit fimbrias in quibuſdam epiſtolis & dialogis contra hunc præclarum virum cuius ſcriptum abominatus ſum, & aſpicere contempſi, quia de numero modernorum hypocritarum ſibiipſis duntaxat placentium eſſe iudicaui, nec dignum recitatur, aut huius hominis corrigiam minimi argumenti ſoluens, quare ex ſcoto, ipſi ſcoto ſatisfacio.

† Si dicatur} Aduerte quòd iſte doc. fundauit opinionem ſuã quòd identitas ex natura rei ſit formalis, & in arguendo peccauit propter confuſionem principiorum diſtinguentium formaliter & ex natura rei, nam licet idem ſit ab aliquo tam ex natura rei quàm formaliter diſtinctum, non ſequitur propter hoc quòd diſtinctio ex natura rei ſit formalis, vt patet in multis, quia ſecundum Ariſt. in poſt prædicamentis ſimultas temporis eſt alia à ſimultate naturæ, vt inquit philoſophus ibi, cuius oppoſitum probabitur ſecundum iſtum modum arguendi, quia relatiua ſunt ſimul natura & ſimul tempore, vt pater & filius, ergo ſimultas natura erit ſimultas temporis, patet, quod nihil ſequitur licet illæ ſimultates in eodem coincidant, & ideo ſic dicitur de diſtinctionibus iſtis & identitatibus.

Quia ſecundum aliam rationem aliquid eſt formaliter diſtinctum & ſecundum aliam ex natura rei, licet in eodem concurrant aliquando vt patet ſpeculanti.

PRæterea quinto principaliter arguitur contra modum ponendi ipſorum diſtinctionem ſe totis ſubiectiue, quia ſi illa ſolum diſtinguerentur ſe totis ſubiectiue, quorum realitates ſunt loco & ſitu actualiter ſeparatæ & in actuali exiſtentia, vt duo indiuidua eiuſdem ſpeciei, ſequitur quòd corpus & anima ſimul vnita non diſtinguerentur ſe totis ſubiectiue, nec etiam homo & albedo ſua, neque anima intellectiua & ſcientia ſua, cõſequens eſt falſum, ergo illud ex quo ſequitur. conſequentia eſt manifeſta, quia omnia iſta non habent realitates loco & ſitu actu ſeparatas in actuali exiſtentia, falſitas conſequentis patet, quia ſi illa non diſtinguerentur ſe totis ſubiectiue, ſequeretur quòd conuenirent in aliqua realitate ſubiectiua ſeu in aliquo actu exiſtendi, quod eſt falſum, quia quæcunque duæ eſſentiæ eſſentialiter & realiter diſtinctæ ad ſeinuicem habent alium & alium actum exiſtendi, ſeu aliam & aliam realitatem ſubiectiuam. Sed corpus & anima ſimul vnita, ſimiliter homo & albdedo ſua, ſimiliter anima & ſua ſcientia ſunt realiter & eſſentialiter diſtincta, ergo non conueniunt in aliquo actu exiſtendi ſeu realitate ſubiectiua, maior probatur, quia vnaquęque res ſeu eſſentia habet ſuum proprium actum exiſtendi, cum eſſe exiſtentiæ & eſſe eſſentiæ identificentur realiter, ſicut igitur corpus & anima habent aliam & aliam eſſentiam, ita habẽt aliam & aliam exiſtentiam actualem, vnde breuiter non video quòd anima & corpus ſimiliter quòd accidens & ſubiectum conueniant magis in aliquo actu exiſtendi communi ambobus ſeu in aliqua realitate ſubiectiua, quando vniuntur ſimul, quàm quando ſunt actualiter ſeparata.

ANNOTA. MARGINALES.

a Præterea] *Quinta ratio non procederet contra eum qui poneret diſtinctionem & identitatem ſubiectiuam ſecundum primum modum aſſignandi ipſum in tract. præcedenti parte 6. arti. 2 princi. ſed ſuſtinendo. 2. modũ ibi poſitum contra quẽ procedit hoc argumentum & quem recitauit iſte ſupra poteſt dici faciliter quòd non ſufficit ad diſtinctionem ſe totis ſubiectiuam diuerſitas exiſtentiæ actualis aliquorum, ſed requiritur*

tur quòd habeant ſeorſum exiſtentiam, vel ſeparatim ſeu quòd non ſint in eodem ſuppoſito ſeu ſubiecto, & in hoc à reali, & eſſentiali diſtinguitur, faciliter ergo euadi poterit hoc argumentum, quia procedit ex falſa imaginatione, vt patet.

ITem [a] ſexto arguo probando, quòd diſtinctio ſe totis obiectiuè non inferat omnes alias, nec ſit maior omnibus aliis, quia riſibile, & flebile diſtinguuntur ſe totis obiectiuè: ſimiliter riſibile & homo, & tamen non diſtinguuntur realiter: ergo diſtinctio ſe totis obiectiue non infert diſtinctionem realem, nec eſt maior ea. aſſumptum probatur: quia in nullo conceptu communi reali quidditatiuo conueniunt, cum illa habeant conceptus ſimpliciter ſimplices, neque includunt ens quidditatiuè. Omnis enim propria paſsio cuiuſcunque entis eſt ſimpliciter ſimplex † nec aliqd includit quidditatiuè.

Quod confirmatur eſt quaſi idem, quia vnitas & bonitas, quæ ſunt propriç paſsiones entis diſtinguuntur ſe totis obiectiuè: & tamen non diſtinguuntur realiter: ergo diſtinctio ſe totis obiectiue non Infert diſtinctionem realem, nec omnes alias.

Aſſumptum patet, quia in nullo conceptu communi, quidditatiue conueniunt, cum nullum ſit ſuperius ad ipſas. Dicunt enim conceptum ſimpliciter ſimplicem irreſolubilem in aliud prius, nec ens quidditatiue prædicatur de ipſis cum ſit ſubiectum ipſarum: nullum enim ſubiectum prædicatur quidditatiue de ſuis propriis paſſionibus, quòd autem omnia prædicta identificentur realiter patet, quia omnis propria paſſio identificatur realiter cum ſuo ſubiecto, & omnes paſſiones eiuſdem ſubiecti identificantur realiter inter ſe.

Confirmatur ſecundò: duæ differentiæ ultimæ diſtinguuntur ſe totis obiectiue, & tamen poſſunt eſſe idem eſſentialiter & realiter: ergo diſtinctio ſe totis obiectiue non eſt maior omnibus aliis, neque infert omnes alias. antecedens probatur, quia ultima differentia ſpecifica albedinis, & differentia indiuidualis huius albedinis diſtinguuntur ſe totis obiectiue: & ſunt primo diuerſæ cum ſumātur ab vltima realitate ſpeciei, & ultima realitate indiuidui, & dicunt conceptus ſimpliciter ſimplices, & tamen non diſtinguuntur eſſentialiter neq; realiter, cum omnis differentia ſpeciei realiter identificetur cū

per ſe

per ſe indiuiduo illius ſpeciei, uel cum differentia eius in diuiduali, & iſta ultimate aſſumpta ſunt de mente Doctoris ſubti. in tertia diſt. 1. & in 3. di. 2. in materia de principio indiuiduationis, & in multis aliis paſſibus quos pro nunc omitto, & ſic patet quomodo formalizantes multa dicunt contra opinionē Doct. ſubti.

† Patet etiam falſitas multorum dictorum ab eis: patet etiam quomodo cum diſtinctione ſe totis obiectiue ſtat identitas realis & eſſentialis, patet etiam ꝙ non eſt maior omnibus aliis, nec infert omnes alias, quorum oppoſita aſſerebāt in ſuis corollarijs.

Annota. Marginales.

a Item ſexto } *Sexta ratio non eſt contra Anto. Sire. vt patet ſupra arti. fi. parte 2. Sed ſi volueris ſuſtinere illas rationes diſtinctionum ordinate valere, dic vt ibi in margine notaui.*

Maioritas etiam, & minoritas diſtinctionum, & identitatum intelligi debet, vt ſingulariſsimè. q. 2. quolı. ad fi. habet Doct. Nam diſtinctio realis eſt maior intenſiuè per accidens diſtinctione obiectiua. Sed diſtinctio obiectiua eſt maior intenſiuè per ſe: primum intelligitur ratione entitatis extremorum: & ſecundum rationem formali rationis diſtinctionis in ſe.

Quod dicitur de paſsionibus potentijs animæ, & differentijs vltimis: poſſet vnò modo negari, quòd non conueniant in aliquo quiddıtatiue accipiendo omnia, vt quid: vt ſupra notaui, uel ex tenſiue accipiendo diſtinctionem obiectiuam: poſſet negari, quòd diſtinguantur obiectiue: hæc omnia breuibus notaui ſupra. Ad quæ ſolers Lector attendat paſsionibus ſemotis.

Vide pro, & contra 1. diſtinct. ſecunda, quæſtione 5. & 6. & alibi.

† Simplex } *Aduerte nunquid uerum ſit, quòd paſſio qualibet ſit ſimpliciter ſimplex, de qua nihil quidditatiue prædicatur: quia ſi puta alteratio eſt motus quidditatiue: nunquid alterabilitas erit mobilitas, & ſic de alijs cōſidera, quòd multos latet uide Sco. 10. q. prædic. quiddıtatiue.*

† Patet } *Aduerte, quòd rationes huius Doct. uidentur apparentes contra tenentes uniuerſalem illationem identitatum, & diſtinctio-*

quibuſcunque dicitur unus,atque idem reſpectus rationis nu mero,ſeu eadem relatio rationis numero, illa ſunt eadem ra tione,& habent identitatem rationis,ſed de Patre, & Filio,& Spiritu ſancto dicitur unus,& idem reſpectus, ſeu relatio rationis numero,igitur ſunt idem ratione. Maior patet. Nam ſicut illa diſtinguuntur ratione,de quibus dicuntur diuerſę re lationes,ſeu reſpectus rationis, ita illa dicuntur eadem ratio ne: de quibus dicitur unus & idem reſpectus,ſeu relatio ratio nis. Minor probatur, quia Pater, & Filius & Spiritus ſanctus ſunt unus Dominus reſpectu creaturæ,vnus creator, vnus cõſeruator & rector, & ſic de ſimilibus. Modo conſtat, quòd tale dominium, & reſpectus creationis actiuæ, & conſeruationis,& gubernationis, & ſic de ſimilibus, important ſolum re lationem,ſeu reſpectum rationis. † igitur &c.

Cõfirmatur,quia omnis reſpectus,ſeu relatio Dei ad creaturam eſt communis tribus perſonis, præſertim loquendo de reſpectu cauſæ ad cauſatum,& creantis ad creatum: † cũ ope ra Trinitatis ad extra ſint indiuiſa. † Sed omnis talis reſpectus Dei ad creaturam,eſt reſpectus rationis, & non realis cũ Deus nõ poſſit referri habitudine reali ad creaturam, ſeu ad aliquid aliud extra ſe. Igitur in tali reſpectu communi tres perſonæ conueniunt,ſiue ſunt idem, tanquam in aliquo eſſentiali ad extra.

ANNOTA. MARGINALES.

† *Igitur* ʒ *Vide Sco.diſt.*30. 1.*&* 8.*q.quoli.*& 1.*q.* 2.
† *Cum opera* ʒ *Aug.*2.& 4.*de tri.*
† *Indiuiſa* ʒ *Hoc dicit propter vnionem verbi reſpectu naturæ humanæ, quæ non eſt reſpectus cauſalitatis de quo vide ſco.* 1.*diſt.*3.

ITem nono principaliter arguitur ad idem:prædicamenta ſunt idem ratione,& tamen non ſunt idem realiter, neq; eſſentialiter,aut ſaltem formaliter. ergo identitas rationis non infert omnes alias identitates. aſſumptum pro ſecunda ui parte,patet Nam prędicamenta ſecundum vnam opinio-

nem diſtinguuntur eſſentialiter & realiter: † aut ad minus formaliter ſecundum aliam: vel tertio ſecundum unam opinionem aliqua prædicamenta, ſecundum aliquas ſuarum ſpecierum diſtinguuntur realiter ad ſeinuicem. Sed prima pars aſſumpti probatur. Nam omnia prædicamenta conueniunt in iſta ſecunda intentione, ſeu relatione rationis, quæ eſt genus generaliſſimum. ſubſtantia enim eſt genus generaliſſimum, & quantitas eſt genus generaliſſimum, & qualitas eſt genus generaliſſimum, & ſic de aliis. [a] Confirmatur, quia homo & lapis in iſtis propoſitionibus, homo currit, & lapis eſt in centro terræ, identificantur ratione cum conueniant in iſto reſpectu rationis, ſeu ſecunda intẽtione, quia dicitur ſubiectum, ſeu ſubijci in propoſitione, & tamẽ cõſtat, quòd diſtinguuntur eſſentialiter & realiter. igitur identitas rationis non infert omnes alias identitates. Nec ualet ſi dicatur, quòd non eſt idem reſpectus rationis numero, ſeu ſecunda intentio, quæ dicatur de 10. prædicamentis, ſed ſolum ſpecie, nec eadem ſecunda intẽtio numero, quæ dicatur de ſubiecto unius propoſitionis & alterius, ſed ſolum ſpecie, quia tunc nulla entia creata, vel pauciſſima poſſent identificari ratione, & hoc loquendo regulariter, & ſecundum quod logici communiter loquuntur de ſecundis intentionibus, ſeu reſpectibus rationis, quia ut communiter dicunt nulla entia creata realiter & eſſentialiter diſtincta totaliter abinuicem ſeparata poſſunt conuenire in aliquo reſpectu rationis uno numero, quæ dicatur de ipſis. Et notanter dixi communiter & regulariter, quia in aliquibus entibus oppoſitum inuenitur, vt patebit in ratione ſequenti. Similiter nullum ens reale creatum quantumcunque ſit ſibiipſi idem realiter, & penitus ex natura rei poteſt conuenire cum ſeipſo in uno reſpectu, ſeu relatione rationis numero. Sortes enim quamuis ſibiipſi ſit penitus idem ex natura rei. In iſtis tamen duabus propoſitionibus Sor. legit: Sor. diſputat: non conuenit ſibiipſi, nec identificatur ſibiipſi in uno reſpectu, ſeu relatione rationis numero. Alia enim eſt ſecunda intentio, ſeu relatio rationis ſubiecti, ut dicitur de ipſo (aliter, cum ſeipſo) in prima propoſitione, & alia ut dicitur de ipſo in ſecunda propoſitione. Sic igitur intellectus non poſſet facere, quod idem ens creatum omnibus modis idem ex natura rei, eſſet ſibiipſi

idem

idem ratione, ſi oporteret eundem reſpectum, ſeu relationē rationis numero dici de eiſdem ratione, ſeu de eis, quæ idētificantur ratione.

Annota. Marginales.

† Realiter } *Vide Sco. ſuper 5. Meta. 7.6. & p.t, & nominales, & alios antiquos de diſtinctione prædicamentorum.*
a Et ſic de alijs } *Poſſet etiam probabiliter dici, quòd tres perſonæ diuinæ, decem prædicamenta, & illa fundamenta in Sacramento &c. vt ſub talibus reſpectibus conſiderantur non diſtinguuntur realiter, vel eſſentialiter, immo ſunt vnum, & non modo vnitate proportionis, vt communiter dicitur, ſed etiam maiori, pro cuius vlteriori ſpeculatione vide ea, quæ notaui ſuper 12.q. Sco. in Porphyrium ſoluendo primum principale, & alibi ſæpe. Alia plura hic addat diligens lector, & auctoritatibus ſcripturæ, & ſanctorum, atque Philoſophorum oſtendat dari multitudinem diſtinctionum, & identitatum, contra aduerſarios. quærantur formaliſtæ antiqui, & Moderni. Et ſic defendatur communis, & antiquus modus dicendi, hæc omnia probabiliter, & ſaluo ſemper meliori iudicio. Experimentum enim ſermonum verorum eſt confiteſſe ſe habere his, quæ apparent, vt rectè inquit Aue. 8. de Phyſico auditu. Et inquiſitores veritatis oportet eſſe non inimicos, vt ait ingenioſus Ariſt. 2. ca. & mun. & primo cæli. t. c. 101.*

Vltimo igitur & 10. principaliter arguo ſic. Aqua pura: & verba iſta: Ego baptizo te, in nomine Patris, & Filii, & Spiritusſancti: † ſunt realiter & eſſentialiter diſtincta, & tamen conueniunt in uno reſpectu, ſeu relatione rationis numero. in qua identificantur: igitur diſtinctio realis, & eſſentialis ſtant cum identitate rationis, cuius oppoſitum ipſi dicunt. Aſſumptum pro prima parte probatur. Nam aqua eſt ens permanens, uerba illa ſunt ſucceſſiua. Similiter etiam manet in actuali exiſtentia aqua uerbis tranſeuntibus: igitur illa duo realiter, & eſſentialiter diſtinguuntur, ſed ſecundam partem aſſumpti probo. Nam illa duo ſimul ſumpta faciunt

ciunt unicum ſacramentum baptiſmi,quod formaliter nihil aliud eſt niſi relatio ſigni ad ſignatum, quæ relatio non eſt niſi reſpectus rationis: igitur conueniunt in una, & eadem relatione rationis numero,& in eadem identificantur. Antecedens probatur per Augu.ſuper Io. hom.8. & ponitur 1. quæſtio.1.detrahe: accedit uerbum ad elementum,& fit ſacramentum.

Confirmatur, quia entia quantumcunque diuerſa in re poſſunt concurrere,& conuenire in fundamento unius relationis rationis numero: igitur illa quantumcunque diuerſa in re poſſunt eſſe eadem ratione: igitur identitas rationis non infert identitatem realem. Antecedens probatur, quia huius relationis rationis unius numero, quæ eſt ſignare mu ſtum bonum,bene poteſt eſſe fundamentum totum iſtud, ſci licet circulus coopertus foliis hederę.Multæ etiam orationes contextæ,uel una oratio ex multis ſyllabis, quæ nihil vnum per ſe faciunt,ſunt fundamentum unius relationis nu mero: huius.ſ.quæ eſt ſignificare Deo ineſſe aliqua, quæ ſibi intrinſecè inſunt: cum tamen conſtet, ꝙ illud ſignificatum ſit unum & idem ſimpliciſſimum.

Ex his omnibus patet, qualiter iſta opinio formalizantiũ continet multa falſa,& qualiter omnia illa falſa ſunt contra mentem Doct.ſubt. Patet ſecundo,qualiter iſti ſunt turpiter decepti ex eo,ꝙ opinantur ſequi Doct.ſubt. ſibi tamẽ in iſtis & in multis aliis expreſſe contradicunt: vt prolixius declaraui in diuerſis paſſibus doctrinæ præfati Doct. ſubti. legendo ſuos 4.lib. ſent.in magnis ſcholis huius Conuentus Fratrum minorum, ſcilicet Pariſiis.

ANNOTA. MARGINALES.

† *Sunt realiter* ʒ *Vide Sco.1.diſt.4.& alibi ad hæc.*

ARTICVLVS TERTIVS, in quo veritas concluſiuè determinatur.

POteſt igitur aliter dici quòd iſtæ diſtinctiones non ordinãtur inter ſe per modum ſuperioris & inferioris, [a] nec ſimiliter

ſimiliter habent neceſſariam habitudinem adinuicem per modum inferentis & illati, quòd probatur primo, quia ſicut cum identitate reali ſtat diſtinctio formalis, ita cum idētitate formali ſtat diſtinctio realis & eſſentialis, primum patet, quia riſibilitas & flebilitas ſimiliter & humanitas ſunt idem realiter, & tamen diſtinguuntur formaliter cum ſint diuerſe formalitates quarum vna non includit aliam in primo modo dicendi per ſe. Secundum probatur, quia homo eſt idem formaliter animæ intellectiuæ & etiam corpori, cum includat ipſa in ſua ratione quidditatiua ſeu in primo modo dicendi per ſe, & tamen diſtinguitur realiter ab ipſis & eſſentialiter,[b] ſicut manifeſtum eſt. Probatur ſecundo quòd diſtinctio ſe totis obiectiue non infert diſtinctionem realem vel eſſentialem, nec econtra diſtinctio realis infert diſtinctionem ſe totis obiectiue, ergo non ordinantur inter ſe per modum ſuperioris & inferioris, nec per modum inferētis & illati. † Prima pars antecedētis probatur, quia vnitas & bonitas, ſimiliter riſibilitas & flebilitas diſtinguuntur ſe totis obiectiue, vt probatum eſt contra opinionem præcedetem, & tamen ſunt idem realiter & eſſentialiter. Similiter differentia vltima ſpeciei & differentia vltima ſui proprij indiuidui diſtinguuntur ſe totis obiectiue, & tamen ſunt idē realiter, vt etiam probatum eſt contra prædictam opinionem & poteſt addi vna parua ratio, quia quæcunque. Sunt primò diuerſa, diſtinguuntur ſe totis obiectiuè. Sed omnes differentiæ vltimæ ſunt primo diuerſæ, ergo diſtinguuntur ſe totis obiectiue,[c] minor patet, quia primo diuerſa in nullo conceptu communi conueniunt, alioquin non eſſent primo diuerſa immo differentia, minor probatur, quia ſi differentiæ vltimæ non eſſent primo diuerſæ includerent aliquid commune dictum de eis in quo conuenirent, & per conſequens cum non ſint eædem, differrent alijs differentijs à ſeinuicem, & ſic non eſſent vltimæ differentiæ, ſed illę aliæ per quas differrent à ſeinuicem, vel eſſet proceſſus in infinitum in differentijs & differentibus. ſecunda pars antecedentis probatur, quia homo & aſinus diſtingnuntur realiter & eſſentialiter, & tamen non diſtinguuntur ſe totis obiectiue cum conueniant in aliquo conceptu communi, illa etiam pars conceditur ab omnibus formalizantibus.

Annota. Marginales.

a Nec ſimiliter} Tenendo aliam viam dic, vt ſupra notaui in margine 2. partis artic. 3. principalis Ant. Sirecti.
b Eſſentialiter} Falſum eſt niſi intelligatur terminatiuè, vt ſupra notaui.
† Illati} Hoc poteſt negari extendendo identitatem obiectiuam, vt ſupra dixi.
c Obiectiue} Dic, quòd ſufficit conuenientia realis in vniuerſali vniuoco &c.

VLterius poteſt dici quòd præter diſtinctionem rationis quæ fit per actum collatiuum intellectus ſeu voluntatis quam etiam ſuppono, cum prædictis formalizantibus, nō ſunt neceſſario ponendæ niſi duæ diſtinctiones præcedentes omnem actum intellectus, ſcilicet diſtinctio formalis & diſtinctio realis,[a] quarum prima eſt minor diſtinctio & immanifeſta: ſecunda eſt maior & manifeſta: & ad iſtas duas diſtinctiones omnes aliç habent reduci † nec proprie condiſtinguuntur contra iſtas. † Pro declaratione primæ diſtinctionis aduertendum quòd illa opponitur identitati fromali ſeu unitati, ideo videndum eſt quid ſit identitas formalis: poſſumus enim inuenire multos gradus [b] in identitate ſeu vnitate: in primo gradu eſt unitas ſeu identitas aggregationis: & illa eſt minima vnitas. In ſecundo gradu eſt unitas ordinis quç aliquid addit ſupra aggregationem. ſcilicet ordinem partium adinuicem: In tertio eſt vnitas per accidens vbi ultra ordinem eſt informatio, licet accidentalis vnius ab altero, quç ſic ſunt unum. In quarto eſt per ſe unitas compoſiti ex principijs eſſentialibus per ſe actu & per ſe potentia. In quinto vero eſt unitas ſeu idētitas ſimplicitatis quæ eſt uera identitas, quicquid enim eſt ibi eſt realiter idem cuilibet, & non tantum eſt unum illi unitate unionis ſicut in alijs modis. In ſexto adhuc vltra omnes eſt identitas formalis. † Voco autem identitatem formalem vbi illud quòd ſic eſt idem includit illud cui ſic eſt idem in ratione ſua formali, & per ſe primo modo, & per hoc patet quid ſit diſtin-

diſtinctio formalis oppoſita tali identitati formali. Voco autem diſtinctionem formalem vbi illud quod dicitur ſic diſtinctum non includit illud à quo ſic eſt diſtinctum in ratione ſua formali & per ſe primo modo. Ex hoc poteſt elici quòd omne inferius eſt idē formaliter ſuo ſuperiori,& omne diffinitum eſt idem formaliter cum ſua diffinitione, poteſt etiam dici quòd omne totum eſſentiale eſt idem formaliter cum ſua diffinitione, poteſt etiam dici quòd omne totum eſſentiale eſt idem formaliter & quidditatiuè cum cum ſuis partibus,patet, quia omnia iſta includūt illa in ſua ratione formali & per ſe primo modo. Secundo poteſt elici quòd omne ſuperius diſtinguitur formaliter à ſuo inferiori, & ſimiliter quòd omnis diffinitio [c] diſtinguitur formaliter & quidditatiuè à ſuo diffinito. Similiter quòd omnes partes alicuius totius eſſentialis diſtinguuntur formaliter & quidditatiuè à ſuo toto, probatur quia iſta non includunt illa in ſua ratione formali & per ſe primo modo vt dictum eſt in improbatione præcedentis opinionis. Tertio pōt elici quòd diſtinctio formalis eſt in re & ex natura rei præcedés omnem actum intellectus, quia iſta diſtinctio eſt inter quidditates & realitates, quarum vna non includit aliam quidditatiuè, modo quidditas & realitas verè ſunt in re ex natura rei, nec poſſunt dici ſecundæ intentiones vel entia rationis fabricata per actum comparatiuum ſeu negociatiuum intellectus. Quarto principaliter poteſt elici quòd diſtinctio ex natura rei non eſt minor diſtinctione formali, [d] immo eſt ipſamet diſtinctio formaliter & quæcunque diſtinguuntur ex natura rei diſtinguuntur formaliter & econtra, & hoc quartum eſt prolixe probatum contra opinionem præcedentem arguendo.

Annota. Marginales.

a Quarum} Hoc poteſt negari, vt patet ex dictis niſi accipiantur multum extenſiuè, ſic videlicet, quòd in formali intelligatur implicitè illa quæ eſt ex natura rei, & in reali omnes ſequentes vbi refert loqui cum præciſione, & ſine præciſione.

Modi identitatum, & diſt. ſunt ſecundum iſtum.

† Reduci ⁅ *Iſte doct. peccare videtur gratia confuſionis diſtinctionum.*

† Contra iſtas ⁅ *Eodem modo poſſet cum via communi teneri, quòd eſſent tantum duo modi identitatum, & diſtinctionum, ſcilicet realis, & rationis, vt patet ſupra.*

Gradus ⁅ *Gradus identitatum, vel vnitatum habentur. 2. diſt. pri. in Sco. vbi ſupra in alio. t. notatum eſt.*

† Formalis ⁅ *Sed qualis erit vnitas ſpecierum ſub eodem genere contentarum, vt inquit Ari. 10. Meta. t. com. 2. patet inquam, quòd nulla iſtarum erit, vt patet diſcurrenti, quòd ſi dicatur, quòd eſt vnitas ordinis, vt neceſſarium videtur, in quo erit illa vnitas ordinis conſiſtens? nam qualis dependentia, vel in cauſando, vel in eſſendo dabitur inter illas? diligenter conſidera, & ab alijs quarito auditurus mirabilia.*

e Diffinitio ⁅ *Ad omnia iſta moderando poteſt dici, vt ſupra notaui, & præcipuè ad hoc, quod dicit de diſtinctione diffinitionis à diffinito, vt ſcis.*

d Imo eſt ⁅ *Hoc negari poteſt, vt prius oſtenſum eſt ſoluendo rationes huius.*

SEd contra illud arguitur, quia inferius diſtinguitur à ſuo ſuperiori, & ſimiliter diffinitum à ſua diffinitione aliqua diſtinctione ex natura rei præcedente omnem actum intellectus, & non ſola diſtinctione rationis fabricata per actum intellectus, ſed inferius non diſtinguitur à ſuo ſuperiori, vel etiam diffinitum à ſua diffinitione diſtinctione formali, cum quodlibet illorum includit reliquum in primo modo dicendi per ſe, vt etiam modo dictum eſt, nec etiam diſtinguitur realiter vt patet, nec aliqua alia diſtinctione maiori quàm ſit diſtinctio formalis, ergo diſtinguuntur aliqua diſtinctione minori quàm ſit diſtinctio formalis, præcedente etiam actum intellectus, illa autem non videtur eſſe, niſi diſtincto ex natura rei, ideo ponenda eſt diſtinctio ex natura rei, extra intellectum minor diſtinctione formali. Reſpondeo quòd diſtinctio formalis eſt duplex, vna eſt quæ eſt inter duas aliquas quidditates vel realitates ſeu formalitates, quarum vna non cadit in ratione quidditatiua alterius nec econtra, & iſto modo ſubiectum & propria paſſio, puta riſibilitas

litas & humanitas diſtinguuntur formaliter, quia in quidditatiua ratione humanitatis non accipitur vel includitur riſibilitas nec econtra, & iſto modo non dicuntur diſtingui formaliter diffinitum & diffinitio [a] ſuperius & inferius, quia ſemper alterum illorum cadit in ratione quidditatiua alterius ſeu includitur quidditatiuè in alio. Iſto etiam modo non diſtinguuntur formaliter quidditas & ſuus modus intrinſecus, quia non dicunt duas formalitates ſeu realitates, ſed tantum vnam cum modo eius intrinſeco. Modus enim intrinſecus non addit formalitatem aliam vltra quidditatem, cuius eſt modus vt patuit in præfatę opinionis improbatione. Iſto modo poteſt ẽt ſuperius diſtingui à ſuo inferiori, licet nõ econtra. Similiter diffinitio à diffinito, licet non ecõtra, ſimiliter partes eſſentiales à toto eſſentiali, licet non econtra, ſicut patuit in ſecundo elicito nuper dicto. Alia eſt diſtinctio formalis [b] quæ eſt inter aliqua duo extrema, quorum ratio vnius non eſt præciſe neque adæquate ratio alterius ſeu adæquatiua alterius, verbi gratia, ratio animalitatis & ratio humanitatis dicuntur diſtingui formaliter, iſto modo etiam ſecundum viam doctoris ſubtilis, quia ratio humanitatis non dicit adæquate rationem animalitatis, quapropter vnum non prædicatur de alio in abſtracto loquendo de vltimata abſtractione, quia humanitas non eſt animalitas, hoc eſt quia vna non eſt præciſe & adæquate altera, & hoc niſi altera illarum eſſet formaliter munita, uel ambæ illę rationes eſſent formaliter infinitę, vt eſſentia diuina & bonitas, licet enim diſtinguantur formaliter & vna non ſit præciſe alia, prædicantur tamen de ſeinuicem in abſtracto, loquendo etiam de vltimata abſtractione, ſed hoc eſt propter infinitatem formalem incluſam in ipſis. Iſto etiam modo dico quòd omne inferius diſtinguitur formaliter à ſuo ſuperiori, ratio enim inferioris non eſt præciſe & adæquate ratio ſuperioris, nec inferius eſt idem ſuo ſuperiori identitate adæquata ita quòd inferius ſit tantum ſuum ſuperius formaliter, ſimiliter diffinitum iſto modo diſtinguitur formaliter à diffinitione, quia non eſt præciſe & adæquate ſua diffinitio, [c] cum dicat quidditatem aliam à diffinitione ſua cõſtitutam ex partibus diffinitionis. & ſic patet qualiter doctor ſubtilis diuerſimode loquitur de eſſe idem formaliter, & diſtingui

ſtingui formaliter,& iſti formalizantes ſemper capiunt vno modo diſtinctionem formalem,ſcilicet primo modo,& ideo non habent mentem doctoris ſubtilis. Per iſtam etiam diſtinctionem factam de diſtinctione formali, ſi bene notetur ſoluuntur.7.rationes Gregorij de Arimino, [d] quas ipſe adducit contra opinionem doctoris ſubtilis ponendo diſtinctionem formalem, quas rationes cauſa breuitatis omitto, in nullo enim arguit contra doctorem noſtrum, quia ſemper capit diſtinctionem formalem vno modo & non alio modo, & hæc ſufficiant de diſtinctione formali.

Annota. Marginales.

a Superius ❳ *Quod dicit de diffinitione, & diffinito dubium eſt, vt prius notaui.*
b Formalis ❳ *Debet potius dici identitas formalis non adæquata, quàm diſtinctio talis, vel identitas formalis non mutua, vt ſupra dixi, ideo ſecunda pars huius diſt. non currit bene: vbi plura notabit ſagax lector, vt expeidre videbitur.*

A non identitate tali ad diſtinct. talem non valet argumentum.
c Diffinitio ❳ *Hoc videtur expreſſe minus bene dictum, ſed ſi vo'ueris ſaluare eum dic conſequenter. Eſt enim contra Philoſophum.2.poſterio. vbi dicit, quòd ſi qualibet pars diffinitionis ſit in plus, quàm diffinitum, totum tamen in æque &c.*
d Arimino ❳ *Quare eum in primo ſententiarum, ſed aliter ſolue non tenendo hanc eſſe bonam.*

SEcunda autem diſtinctio quæ eſt realis & maior & manifeſta, eſt diſtinctio rerum ſeu diſtinctio rei & rei, quæ autem ſint res & res videatur in opinione præcedente, quia ſatis bene declaratur. [a] Iſta autem diſtinctio realis eſt duplex, quia quædam eſt ſuppoſitorum, & alia eſt naturarum. Prima eſt inter perſonas diuinas quæ ſunt tria ſuppoſita realiter diſtincta, habentia tameo eandem naturam numero indiuiſibilem & indiuiſibiliter. Diſtinctio autem naturarum eſt inter omnes alias res, quarum vna non eſt alia, &

iſta

iſta vocatur diſtinctio eſſentialis, quæcunque enim habent aliam & aliam naturam, habent aliam & aliam eſſentiam, cum natura & eſſentia ſint idem. [b] Diſtinctio igitur realis naturarum eſt diſtinctio eſſentiarum, & per conſequens diſtinctio eſſentialis non condiſtinguitur contra diſtinctionem realem, ſed eſt ipſa diſtinctio realis, licet non præciſe ſuppoſitorum, ſed etiam naturarum, † & quo ad hoc bene dicit præcedens opinio quòd in diuinis inuenitur diſtinctio realis & non diſtinctio eſſentialis, quia ibi inuenitur diſtinctio ſuppoſitorum † & non diſtinctio naturarum. Aliter tamen dicit Canonicus, & aliqui ſcotizantes quòd diſtinctio eſſentialis eſt illa, quæ eſt inter aliqua duo, quorum vnum poteſt exiſtere ſine alio, & ſic ſecundum eum totum eſſentiale non diſtinguitur eſſentialiter à ſuis partibus, licet bene diſtinguatur realiter, quia totum eſſentiale non poteſt exiſtere ſine ſuis partibus. † Sed tenendo iſtum modum huius Canonici diceretur quòd paternitas non diſtinguitur eſſentialiter à filiatione nec econtra, nec quodcunque relatiuum à ſuo correlatiuo, quia neutrum illorum poteſt eſſe ſine alio, & ſic ſecundum iſtum modum non omnes ſpecies eſſentialiter diſtinctę eſſent, quia ſpecies de genere relationis non diſtinguerentur à ſeinuicem, ſcilicet illę quæ opponuntur relatiue, quia vna non poteſt eſſe ſine alia. Similiter ſecundum iſtum modum nulla creatura diſtingueretur eſſentialiter à deo, patet quia nulla creatura poteſt eſſentialiter eſſe ſine deo. [c] Sed omnia iſta ſunt abſurda, quare reputo primam opinionem probabiliorem ſcilicet, quòd diſtinctio eſſentialis eſt diſtinctio realis naturarum, & quæcunque diſtinguuntur diſtinctione reali naturarum, diſtinguuntur etiam diſtinctione eſſentiali, & econtra, quanquam aliqua diſtinguantur diſtinctione reali ſuppoſitorum, quæ non diſtinguuntur eſſentialiter, & hoc ſolum in diuinis vt dictum eſt. Sic igitur patet qualiter diſtinctio eſſentialis non condiſtinguitur contra diſtinctionem realem, ſimiliter patet qualiter diſtinctio ex natura rei non condiſtinguitur contra diſtinctionem formalem.

ANNOTA-

Annota. Marginales.

a Declaratur ʒ *Tange hic plura ex fundamentis docto. noſtri.*
b Sint idem ʒ *Tange hic differentiam naturæ, & eſſentiæ, & rei atque realitatis diuerſas acceptiones.*
† *Naturarum* ʒ *Ad diſtinctionem ſuppoſitorum in creaturis ſequitur diſtinctio naturarum gratia materiæ, ſecus eſt in diuinis.*
† *Suppoſitorum* ʒ *Pondera differentiam ſuppoſiti propriè accepti, & indiuidui in propoſito, & ſimiliter realitatis indiuidualis, & naturæ, & alia plura.*
† *Sed tenendo* ʒ *Qui vellet ſuſtinere opin. Io. canonici poſſet negare ea, quæ hic inferuntur, & conſequenter dicere, quòd intelligit ipſe identitatem eſſentialem aliquorum, quando vnũ non poteſt eſſe ſine alio, & hoc propter incluſionem ipſius eſſentialem in eo, vt patet de toto eſſentiali, & partibus, ſimiliter dicatur de diſtinctione eſſentiali per oppoſitum ſuppoſita eſſentiarum varietate, & in hoc omnes inſtantiæ ceſſant, quia procedunt de impoſsibilitate ſeparationis propter habitunem ad extrinſecum, vt patet.*
c Sine Deo ʒ *Impugnatio op. Ioannis canonici, hic nulla eſt, quia plures conditiones requiruntur ad identitatem realem, quàm inſeparabilitas, vt patuit ſupra. Contra opi. Fran. ſed dic conſequenter.*

Vlterius dico quòd diſtinctio ſe totis ſubiectiue, aut eſt diſtinctio formalis, † aut etiam aliquando eſt diſtinctio realis naturarum ſeu ſuppoſitorum. Vnde illa dicuntur diſtingui ſe totis ſubiectiue, quæ non conueniunt in aliqua realitate potentiali contrahibili ad ipſa per alias realitates contrahentes vt deus & creatura, cum enim deus ſit ſumme ſimplex non eſt in eo ordo realitatum, quarum vna contrahat aliam, de quo magis aliàs videbitur. Iſto modo etiam diſtinguuntur 10. prædicamenta, quia in nulla realitate potentiali contrahibili ad ipſa per alias realitates conueniunt,

ſuppo-

ſuppoſito quòd ens non deſcendit in ipſa per differentias formales,[a] ſed ſolum per modos intrinſecos, qui non dicunt aliquas realitates. † Ex quo patet quòd conuenire in aliqua realitate ſubiectiua non eſt conuenire in aliqua re ſeu in aliquo actu exiſtendi, vt dicebat præcedens opinio. Sed eſt conuenire in aliqua realitate potentiali contrahibili per differentias formales importantes diuerſas realitates, ſicut homo & aſinus conueniunt in animalitate, quæ eſt realitas contrahibilis ad ipſas ſpecies per realitates differentiales. Patet vlterius quòd diſtinctio ſe totis ſubiectiue eſt aliquando diſtinctio realis naturarum, ſicut exemplificatum eſt de deo & creatura, & 10. prædicamentis. Addit .n. duntaxat quòd diſtincta tali diſtinctione non habeant aliquam quidditatē communem potentialem contrahibilem ad ipſa per realitates. Aliquando ſtat etiam diſtinctio ſe totis ſubiectiue, cum diſtinctione formali duntaxat, ſicut ſapientia & eſſentia diuina diſtinguuntur ſe totis ſubiectiue cum in nulla realitate contrahibili conueniant, quia in deo nulla ponitur realitas contrahibilis & contrahens, ideo nulla eſt ibi realitas ſubiectiua, & tamen manifeſtum eſt quòd ſapientia diuina & eſſentia diuina ſolum formaliter diſtinguuntur. Similiter ſtat diſtinctio ſe totis ſubiectiue cum diſtinctione reali ſuppoſitorum, ſicut pater & filius & ſpirituſſanctus in diuinis diſtinguuntur ſe totis ſubiectiue, cum in nulla realitate contrahibili conueniant, & tamen diſtinguuntur diſtinctione reali ſuppoſitorum. Ex omnibus igitur his euidens eſt quòd diſtinctio ſe totis ſubiectiue non condiſtinguitur contra diſtinctionem formalem, ſed aliquando ſtat cum diſtinctione reali ſuppoſitorum, aliquando cum diſtinctione formali ſolum, & quid addat ſeu connotet vltra illas diſtinctiones dictum eſt nuper. † Dicitur finaliter quòd diſtinctio ſe totis obiectiue,[b] aliquando eſt diſtinctio realis naturarum, aliquando diſtinctio formalis ſolum,[c] addit enim ſeu connotat vltra illas diſtinctiones quòd illa quæ ſic diſtinguuntur in nullo conceptu quidditatiuo reali conueniunt, vnde vltimæ duę differentiæ duarum diuerſarum ſpecierum diſtinguuntur realiter, & ſimiliter ſe totis obiectiue cum in nullo conceptu quidditatiuo communi, ſimiliter vnitas & bonitas, vt probatum eſt contra præcedentem opinionem,

nem,& ſic de multis alijs diſtinguuntur ſe totis obiectiue,& tamen ſolum diſtinguuntur formaliter, ſtat ergo diſtinctio ſe totis obiectiue cum diſtinctione formali,& cum diſtinctio ne reali. † Ex his omnibus euidenter notum eſt quòd cum pluralitas non ſit ponenda ſine neceſſitate, & non appareat aliqua neceſſitas multiplicandi diſtinctiones quæ ſunt præcedentes intellectum,niſi in diſtinctionem formalem & diſtinctionem realem, ſequitur quòd non ſunt neceſſario ponendę aliæ diſtinctiones condiſtinctæ proprie & per ſe & aliæ ab iſtis duabus,patet enim manifeſte quomodo aliæ con tinentur ſub iſtis & ad eas reducuntur.

Annota. Marginales.

† Formalis } *Non eſt illa formaliter, ſed bene illatiui, licet non econuerſo. Loquitur ſecundum illum primum modum dicendi Syrecti ſupra, quod tu pondera bene.*

a Formales } *Et hoc modo intelligitur Philoſophus in* 10. *Meta. quòd ens immediatè ſignificat decem figuras prædicamentorum immediatione differentiarum contrahentium, non autem modorum intrinſecorum. De quibus vide* 5. *Meta. t. c.* 14. *& in q. Sco.* 5. *Meta.*

† Realitates } *Si volueris propter aliquas difficultates aliquando euitandas ſuſtinere oppoſitum dic conſequenter, vt Ant. Sirecti ſupra notauit, ſed ſi vtrãque viam ibi poſitam velles tenere oporteret in caſu concedere, quòd diſtincta ſe totis ſubiectiue primo modo eſſent eadem ſe totis ſubiectiuè ſecũdo modo, vt patet de Socrate, & ſua albedine, dic conſequenter plura meditando.*

† Dicitur } *Dic, quòd verum eſt extenſiuè loquendo, ſed cum præciſione ſecus eſt, & per additionem.*

Tange limitationes, & inſtantias, vt ſupra notaui.

b Obiectiue } *Quare non vocatur potius primo diuerſitas, quàm diſtinctio?*

c Solum } *Conſidera ex prænotatis, & quomodo cum præciſione accepta per additionem diſtinguitur ab alijs, & econtra.*

† Reali } *Adde quid concludit, & quid non, ex prælibatis,*

&

& impugna retractationes, & alia plura hyperbolica illius chimerici de quo ſupra feci mentionem, & cuncta finaliter dirige in obſequium Chriſti, in quo omnia diſtinctionum, & identitatum genera poſſunt inueniri, vt patet ſpeculanti, quem formaliſtarum princeps feliciter intuetur. Cui ſit honor, & imperium in æuum æuorum. Amen.

FINIS.

Expliciunt formalitates Doctoris ſubtilis Ioannis Scoti, necnon formalitates Stephani Burlyfer diligentiſſime caſtigatæ, ac nouis Additionibus adiunctis celeberrimi Archiepiſcopi Mauritij, & Excellentiſſimi Doctoris Antonij de Fantis Taruiſini.

MAVRITII

MAVRITII DE PORTV HYBERNATIS

TVANENSIS Archiepiſcopi ac celeberrimi Theologi,

EPITOMATA.

In Scoticas Formalitates.

PRO ampliori declaratione terminorum in Tractatu formalitatum hæc pauca, quę ſequuntur,ad communem vtilitatem legentium,ſtimulo charitatis impulſus cō municare decreui. Omnes enim formalizantes communiter tantum in concreto conſueuerunt notificare identitates,& diſtinctiones, & licet poſſint ex doctrina Ariſto. excuſari, qui etiā plerunque ſic exprimit relationes, & hoc propter earum minimam entitatem, & facilitatem docendi: ingenioſi nihilominus eſt inueſtigare profundius quo poteſt rerū quidditates, & eſſentialem intellectum, quare deſcriptiones notabiles identitatum, & diſtinctionum in abſtracto acceptarum, vt potero explicabo,& multiplicitatem earum breuibus notabo.

Nota igitur primo, quòd diſtinctio eſt duplex,vna cōmunis,& eſt alietas ſeu diuerſitas extremorum ſiue conuenientium in aliquo quidditate ſiue non, & hæc prædicatur de omni diſtinctione. Alia eſt propria de qua lo-

quuntur formaliſtæ communiter, & eſt alietas ſiue non identitas extremorum in aliquo conuenientium ex natura rei, vel per actum collatiuum intellectus, vel alterius potentiæ ſibinuicem comparatorum, & hæc diuiditur in realem, & rationis, extenſiuè accipiendo diſtinctionem realem, quę vlterius diuiditur in diſtinctionem ex natura rei, & formalem, &c. Diſtinctio rationis eſt alietas ſeu diuerſitas extremorum per operationem collatiuam intellectus, vel alterius potentiæ ſibi inuicem comparatorum, & in aliquo conuenientium. Ita, quòd circunſcripto, vel poſito actu tali tollitur, vel ponitur talis diſtinctio.

Identitas rationis eſt duplex, vna quę præſupponitur diſtinctioni rationis, in qua ſcilicet conueniunt extrema diſtincta ſecundum rationem, & eſt non alietas extremorum in aliquo conuenientium per actum collatiuum rationis inuicem comparatorum.

Identitas vero rationis, quę opponitur diſtinctioni rationis, de qua loquuntur formaliſtæ communiter, eſt non alietas alicuius quidditatis aut formalitatis, vel entitatis à ſeipſa concepta per actum rationis, cuius extrema non ſunt duo niſi per conſiderationem rationis. Solet igitur dici, quòd identitas rationis eſt abſolutiſſima, & habet fundamentum proximum, & remotum, & eſt ſimpliciter identitas, & ſecundum quid diuerſitas. quę omnia declarabit ingenioſus Lector, & quomodo ad ipſam requiritur alietas, & ſalua compoſſibilitatem identitatis, & diſtinctionis rationis, vt noſti.

Diſtinctio ex natura rei tantum eſt alietas ſeu diuerſitas extremorum in aliquo conuenientium ex natura rei ſibinuicem comparatorum originata ex proprijs rationibus formalibus extremorum, & non actu collatiuo alicuius potentiæ. Vel aliter poteſt ſic notificari.

Diſtiuctio ex natura rei cum præciſione eſt alietas inter cuius extrema diſtincta poteſt fundari contradictio ſecluſa quacunque operatione intellectus. Vnde aduerte, quòd eſt duplex diſtinctio ex natura rei, vna tanquam genus ad omnes ſequentes, alia tanquam ſpecies ab alijs diſtincta. Ideo in ſua notificatione adiun-

xi

xi ly tantum vel cum præciſione.

Identitas ex natura rei, alia eſt præſuppoſita diſtinctioni tali, in qua ſcilicet conueniunt extrema diſtincta ex natura rei, & eſt alietas extremorum in aliquo conuenientium ex natura rei, de quibus ſub ratione qua conueniunt nullo modo prædicata contradictoria poſſunt formari originata ex proprijs rationibus formalibus extremorum, & non actu collatiuo alicuius potentiæ. Alia eſt oppoſita diſtinctioni ex natura rei, & eſt non alietas alicuius quidditatis, vel entitatis à ſeipſa ex natura rei de qua abſolutè accepta nullo modo poſſunt prædicata contradictoria formari. Conſidera quomodo diſtinguitur ab identitate rationis. Quidam enim dicunt, quòd talis identitas eſt rationis. Sed aduertè tunc quomodo eſſet oppoſita diſtinctioni ex natura rei. Ideo dic altius. Dicunt nanque quidam, & apparenter, quòd omnis identitas eiuſdem ad ſe eſt tantum rationis. Ideo refert dicere aliquid eſſe idem ex natura rei, vel realiter, & dicere identitatem eſſe talem, maximè ad ſeipſum. Quære Sco. notanter ſuper 5. Metaphyſi.c. de relatione. Pro communitate diſtinctionis ex natura rei alijs, & ipſius præciſione ab eis, vide in ſimili Sco. in logicalibus.c de differentia, & eadem qualitate. Alia plura addat hic ingenioſus Lector his breuibus dumtaxat expergefactus.

Diſtinctio modalis eſt alietas, vel diuerſitas, quæ oritur inter quidditatem, & modum intrinſecum, vel inter modum, & alterum modum eiuſdem, vel alterius quidditatis, cum alijs conditionibus additis ſupra in deſcriptione diſtinctionis ex natura rei.

Identitas modalis alia eſt præſuppoſita diſtinctioni tali, & eſt non alietas modorum in aliquo conuenientium ex natura rei ſibinuicem comparatorum. Alia vero oppoſita diſtinctioni modali, & eſt non alietas alicuius modi à ſeipſo, & ſecundum aliquos eſt rationis tantum, ſed tu omnia bene ponderabis. Et dicta debent intelligi de modis realibus, & non intentionalibus, vt patet. Aduertè, quòd licet ab omnibus modis poſſit abſtrahi conceptus qualitatiuus modi in communi, non tamen ſequitur, quòd non ſint primo diuerſi quidditatiuè, quia ſicut

eſt ſtatus in conceptibus quidditatiuis. Ita in qualitatiuis, vt habet Sco. in theorematibus. Vide conſequenter qualiter differunt diſtinctio modalis, & ex natura rei. Quære formaliſtas antiquiores, & ſemper Sco. imitare.

Diſtinctio formalis eſt alietas ſeu diuerſitas quidditatum in aliquo conuenientium ex natura rei ſibiinuicem comparatorum, quarum neutra includit aliam quidditatiuè, & per ſe primo modo. Vnde aduerte, quòd hic deſcribitur diſtinctio formalis dicta à formalitate tertio modo, de qua infra parte ſecunda ſecundi articuli principalis. Si igitur vis accipere ipſam à formalitate ſecundo modo, adde, vt ſcis ad propoſitum. Eſt etiam deſcriptio diſtinctionis formalis mutuæ ſeu adæquatæ, ut patet.

Identitas formalis uno modo ſic deſcribitur. Eſt non alietas alicuius quidditatis ex natura rei à ſeipſa, quæ à quibuſdam dicitur rationis, ſed conſidera, vt prius.

Identitas formalis quam diſtinctio talis præſupponit, eſt non alietas quidditatum ex natura rei conuenientium in aliquo quidditatiue.

Identitas formalis quam diſtinctio talis deſtruit, eſt non alietas quidditatum, quarum vna ex natura rei aliã includit quidditatiue. Vbi patet, quòd formalitas ſemper accipitur in tertia acceptione, infra vbi prius.

Diſtinctio realis eſt alietas, vel diuerſitas entium habentium aliam, & aliam realitatem formaliter poſitiuã actu exiſtentem vnica exiſtentia ſeu diuerſa, vbi ſumitur realitas pro realitate exiſtentiæ, vel ſubſiſtentiæ, non autem eſſentiæ, quod bene conſidera. Dicitur autem in deſcriptione habẽtium aliam, & aliam realitatem propter ſubiectum, & propriam paſſionem: formaliter poſitiuam dicitur propter priuationes, & huiuſmodi: actu exiſtente dicitur propter quidditates diuerſas: vnica exiſtẽtia &c. dicitur propter perſonas in diuinis, quæ diſtinguuntur realiter, quamuis habeant vnicam exiſtentiam. vnde põderabit curioſus Lector diuerſitatem realitatis, & exiſtentiæ, & quomodo poteſt accipi, vt quid, vel vt modus, vel denominatiuè, & quidditatiuè, vt alij modi, & paſſiones, & differentiæ, & huiuſmodi. Et qualiter vno modo

includit

includit ens quidditatiuè, & alio modo nõ,& ita de alijs, vide Sco.ſingulariſſime.4.Meta.& alibi,& applica vbiq;. Inſtantias vero conſequenter adducat,& ſoluat ingenioſus lector. Nota etiam,quòd alia eſt diſtinctio realis mutua,& adæquata,vt inter materiam, & formam,vel duo indiuidua eiuſdem ſpeciei, alia non mutua nec adæquata,vt inter totum eſſentiale,& partes,vt infra tangetur. Sed põderabis inſtãtias pro, & ecõtra de hac mutuitate.

Identitas realis,quàm diſtinctio talis præſupponit, eſt non alietas extremorum exiſtentium in aliquo communi,& hęc eſt realis,& non rationis.

Identiras realis oppoſita diſtinctioni tali vno modo ſic notificatur. Eſt non alietas alicuius entitatis actualiter exiſtentis ad ſeipſam actualiter exiſtentem, & dicitur eſſe rationis. Alio modo ſic deſcribatur. Eſt non alietas extremorum ex natura rei habentium vnam, & eandem realitatem formaliter poſitiuam actu exiſtentem vnica exiſtentia ſeu diuerſis,& iſta eſt realis,vt patet ſpeculãti.

Diſtinctio eſſentialis eſt alietas, vel diuerſitas extremorum ex natura rei actu ſeparatorum, vel ſaltim actu ſeparabilium,& ſeparatim conſeruabilium in aliquo conuenientium. Et eſt duplex, ſcilicet mutua,vt inter ſortẽ, & Platonem, alia non mutua,vt inter totum,& partes ſecundum quoſdam. Sed tu conſidera inſtantias,& adde,& reſtringe, vt noſti.

Identitas eſſentialis præſuppoſita diſtinctioni tali, eſt non alietas extremorum ex natura rei actu non ſeparatorum,nec ſeparabilium,nec ſeparatim conſeruabilium in aliquo conuenientium, vbi pondera differentiam huius à reali. Quære vbique.p.t. & F.& alios quos noſti pro & contra.

Identitas vero eſſentialis oppoſita diſtinctioni tali alia eſt rationis ſecundum quoſdam. Et eſt non alietas alicuius entitatis ad ſeipſam ex natura rei ab alia actu ſeparatæ, vel ſeparabilis, & ſeparatim conſeruabilis. Alia eſt realis, & eſt non alietas extremorum ex natura rei actu non ſeparatorum nec ſeparabilium, nec ſeparatim conſeruabilium.

Diſtinctio ſe totis ſubiectiuè eſt alietas cuius extrema

ex natura rei in nullo indiuiduo, aut ſubiecto aut ſuppoſito reperiuntur, & alia eſt indiuidualis, vt in creaturis, alia perſonalis, vel ſuppoſitalis, vt in diuinis, & in aliquibus creaturis. Hęc deſcriptio eſt intelligenda ſecundum modum aſſignandi diſtinctionem ſe totis ſubiectiue. ſi primum modum ſuſtinere volueris faciliter alio modo deſcribere eam poteris.

Identitas ſe totis ſubiectiue, præſuppoſita diſtinctionĩ tali eſt non alietas cuius extrema, & ſi in aliquo conueniant, in nullo tamen ſubiecto, vel indiuiduo aut ſuppoſito reperiuntur, quæ omnia bene maſticando conſidera.

Identitas vero oppoſita diſtinctioni tali alia eſt rationis ſecundum quoſdam. Et eſt non alietas eiuſdem extremi ad ſe in aliquo indiuiduo aut ſubiecto aut ſuppoſito ex natura rei reperti. Alia eſt realis. Et eſt non alietas extremorum, quæ ex natura rei ſunt in eodem exiſtente, vel ſubſiſtente, quæ omnia, vt dixi intelliguntur ſecundũ communem aſſignationem.

Diſtinctio ſe totis obiectiue eſt alietas extremorum in nullo communi quidditatiuo ex natura rei conuenientium.

Identitas propoſita diſtinctioni tali eſt, non alietas extremorum ex natura rei conuenientium aut quidditatiue aut denominatiue, aut vniuoce aut ſaltē in vniuoco.

Identitas vero oppoſita alia eſt rationis ſecundum aliquos, & eſt non alietas alicuius extremi ad ſeipſum cui nihil eſt ex natura rei commune illi conueniens quidditatiue. Alia eſt realis, & eſt non alietas extremorum conuenientium in aliquo vno conceptu quidditatiuo. Adde tu ad hoc plura caſtigando, & limitādo ad mentem. Sco. omnia dirigēdo. Nam hę deſcriptiones communes ſunt ad plures vias formalizantium, ſicut iuxta litteram formalitatum notaui limitationes, & loca doctrinæ Scoticę.

Ex pliciunt Epitomata.

ANTONII

ANTONII TROMBETAE PATAVINI

THEOLOGI EXIMII, In Scoti Formalitates,

Sententia, vel Diſquiſitio ſubtilis.

CIRCA formalitates Doct. ſubtilis Scoti quæritur &c. Pro declaratione quæſtionis motę qua quæritur. Vtrũ quæ diſtinguuntur formaliter, diſtinguantur etiam realiter? Notandum eſt, quòd eſt vna propoſitio diſputãda inter Thomiſtas, & Scotiſtas. Videlicet. Omnis diſtinctio aut eſt realis, aut eſt rationis. Thomiſtæ concedunt iſtam ſimpliciter, & abſolute. Scotiſtæ negant.

Pro quarrum op. intelligentia primo notandum eſt, quòd res capitur tribus modis. Primo modo pro re ſub-

ſiſtentiæ. Secundo modo pro re exiſtentiæ. Tertio modo pro re quidditatiua & eſſentiæ. Et iſta ſe habent per ordinem. Quoniam omnis res ſubſiſtens eſt exiſtens, & omnis res exiſtens, eſt res eſſentiæ, & non econtra. Res ſubſiſtẽs eſt res incommmunicabiliter exiſtens, vt quo, & vt quod quæ eſt tantum in natura ſubiectali, & tantum competit ſuppoſito in genere ſubſtantiæ, quia tale eſt incommunicabile, vt quo, & vt quod. De communicabili vt quo, & quod videas Doctorem ſubtilem in 7. diſt. 1. de incommunicabili vero in tertio diſt. 1. q. 1. Et in quodlibet. q. 9. Vnde præter ea quæ dicit Scot. poteſt aſſignari diffinitio rei ſubſiſtentis, quòd res ſubſiſtens eſt per ſe ens habens vltimatam actualitatem non ordinabilem ad vlteriorem actum, neque eſt alteri ratio eſſendi. Aqua diffinitione excluditur materia, & forma, quæ nõ dicũtur iſto modo res ſubſiſtentes, quæ diffinitio data colligitur de mente Doct. ſubti in quolibet, q. 9 Res vero exiſtens eſt in quolibet prędicamento, vel poteſt eſſe non ſic intelligendo, quòd illud quòd eſt in prædicamento & in genere, ſit exiſtens actu (quum omne quòd eſt in prædicamento abſtrahat ab exiſtentia actuali). Sed intelligendo ſic, quòd exiſtentia poteſt competere rei cuiuſlibet prædicamenti, ſed non ſubſiſtentia. Tum quia accidens eſt communicabile ſubſtãtię, vt quo. Tum quia ſubſtãtię eſt ratio eſſendi in aliquo eſſe, ſcilicet ſecũdum quid. Similiter res exiſtens eſt res eſſentię, quum eſſentia & exiſtẽtia ſint idem realiter, neque à ſeinuicem ſeparentur. Et non econtra quælibet res eſſentiæ eſt res exiſtens in quocunque eſt, quia res eſſentiæ in eſſe obiectiuo apud intellectum non eſt res exiſtens, pro quanto repręſentatur eſſentia rei ſeu quidditas per ſpeciem intelligibilem, vt abſtrahit ab omni exiſtentia & ſubſiſtentia. Poteſt enim ſpecies intelligibilis repræſentare naturam abſtractam ab omni ſuppoſito, & ab omni ſingulari, & ex conſequenti ab omni exiſtentia.

Sco. in primo ſen. di. 7. q. vnica & in tertio ſen. di. 1. q. 1. & i quol. q. 9. Doct. ſubtilis in quol. quæſt. 9.

Ex quo ſequitur quòd (quum res eſſentiæ & in ſingulari diſtinguatur ab exiſtentia & à ſingulari. Et ſimiliter in eſſe obiectiuo habeat aliquod eſſe abſtractum à ſingulari, quod eſſe eſt ex natura rei tã in ſingulari quàm in

tellectu

telle&u obiectiue)pęnes talē rem eſſentiæ pōt accipi aliqua diſtinctio quę nō erit realis,quia diſtinctio realis ſecundū famoſitatem vocabuli, & ſecūdū oēs eſt diſtinctio inter rem & rem exiſtentiæ,vel ſubſiſtentiæ. Quum igitur eſſentia de ſe non ſit exiſtens, quia exiſtentia non eſt de quidditate eius,& vt dictū eſt,quum in ſuo eſſe habeat aliquod eſſe ex natura rei, diſtinctio accepta pœnes talem rem non erit diſtinctio realis, neque etiam rationis quia natura vt diſtinguitur à ſuppoſito,ſiue accipiatur vt in ipſo,ſiue accipiatur, ut in intellectu obiectiue, habet aliquod eſſe præter actum collatiuum intellectus,immo etiam præter actum intelligendi. Quoniam ipſa natura in eſſe obiectiuo, vt relucet in ſpecie, vel ordine temporis, vel ſaltem naturæ, præcedit actum intelligendi, quoniam eſt cauſa ipſius effectiua, & cauſa,vel natura, vel tempore præcedit effectum.

Vlterius eſt aduertendum circa titulum quæſtionis quòd iſta ſe habent per ordinem. Diuiſio,diſtinctio, non identitas. Omnis diuiſio eſt diſtinctio, & non econtra. Diuiſio enim, quum inſequatur materiam, & quantitatem, reperitur ſolum in materialibus. Diſtinctio autem tam in materialibus,quàm in ſpiritualibus. Similiter omnis diſtinctio eſt non identitas, & non econtra. Diſtinctio enim quum ſit relatio poſitiua, præſupponit extrema poſitiua, ſcilicet fundamentum & terminum. *1. phyſi. t. comm. 15.*

Ex quo ſequitur,quòd inter negationem ſeu priuationem, & habitum, ſeu poſitiuum, non poteſt fundari diſtinctio,ſed ſolum non identitas. Et ſi quandocunque inuenitur quòd habitus diſtinguitur à priuatione,aut affirmatio à negatione, hoc habet ſolum intelligi negatiuè, hoc eſt,non eadem. Et iſto modo concedimus quòd ſortes diſtinguitur à chimera negatiuè ſcilicet, quòd non eſt idem chimeræ, ſed poſitiuè nequaquam. Notandum tertio quòd diſtinctio formalis accipitur pœnes formalitatem,& formalitas quantum ſpectat ad propoſitum nihil aliud eſt quàm ratio conceptibilis ex natura rei,vt illa dicantur habere diſtinctam formalitatem,quę habent diſtinctam conceptibilitatem.

Ex quibus omnibus apparet quod quæritur in quæſtione.

ne. Vtrum illa quæ diſtinguuntur formaliter pęnes formalitates,& eſſentias vel quidditates diſtinĉte conceptibiles,diſtinguantur realiter ſicut res & res, loquendo de re exiſtentiæ vel ſubſiſtentiæ.

Ad vtranque partem arguitur, vt in textu.

Pro intelligentia primæ auĉtoritatis adduĉtæ, eſt aduertendum quòd prima ſecunda & tertia ſpecies qualitatis differunt pęnes iſta, ſcilicet eſſe qualitatem faciliter vel difficulter mobilem à ſuo ſubieĉto, & quo ad ſecundam eſſe principium naturale agendi vel patiendi cum facilitate vel difficultate, & quo ad tertiam eſſe formam immutatiuam ſenſus. Quæ tria vel ſunt modi non oppoſiti eiuſdem qualitatis per quos modos Ariſtote. diſtinguit ſpecies qualitatis (intelligendo per ſpecies non quidem ſpecies diſperatas,& incompoſſibiles, quemadmodum ſunt homo & aſinus, ſed intelligendo per ſpecies modos eiuſdem qualitatis in numero) vel etiam per iſta tria intelligendo quaſdam differentias accidentales inſequentes differentias & formas ipſas per iſtos modos nobis cognitos. Sed intelligendo vel vno modo vel alio modo, ſemper ergo habeo, quòd idem calor numero poteſt reponi in diuerſis ſpeciebus qualitatis, & cum diuerſę ſpecies habeant diuerſas diffinitiones,& diuerſas formalitates, ſequitur quòd cum eadem re numerali & exiſtentiæ ſtabit diſtinĉtio formalitatum.

Pro intelleĉtu ſecundæ auĉtoritatis eſt aduertendum quòd aĉtio aĉta eſt illud de quo dicit Ariſt, quòd eſt aĉtio & paſſio,& nõ intellexit de aĉtione, qua agẽs formaliter agit. Hoc apparet ex tex. comm. 19. & 20. & 21. tertij phyſic. vt declarauimus in quæſtionibus noſtris. An aĉtio ſit formaliter in agente. Aĉtio enim, aĉta per hoc quod eſt eſſe ab agente, dicitur aĉtio, & per hoc quòd recipitur in paſſo dicitur paſſio. Et ita per diuerſas habitudines quarum vna eſt ad ágens alia ad paſſum, ſortitur diuerſas denominationes.

T.c.19.20. 21.3.

Pro intelligentia tertię auĉtoritatis eſt conſiderandũ, quòd ſi ratio formalis virtutis, & ratio formalis iuſtitiæ eſſet vna ratio formalis, quicquid eſſet iuſtitia, eſſet virtus moralis,& econtra. Quod expreſſe eſt falſum, & tamen

men virtus & iuſtitia ſunt vna res, ergo cum eadem re ſtat diſtinctio formalitatum.

Quarta auctoritas patet in textu,& de ſe eſt clara.

Pro intelligentia quintæ auctoritatis notandum,quòd licet eſſentia diuina ſit de eſſentia patris,quia pater conſtituitur in eſſe, paternitate & eſſentia, tum pater vt pater,non eſt de quidditate eſſentiæ diuinæ,quia nullus reſpectus eſt de quidditate entis abſoluti,eſſentia eſt ad ſe, pater ad alterum, ideo paternitas non eſt de quidditate eſſentiæ. Non intelligo tamen quod eſſentia diuina ſit ſic de eſſentia patris quòd prædicetur per ſe & in primo modo de patre, quia nihil prædicatur ſic per ſe de aliquo,niſi illud ſit vnum per ſe, vt declarat Scotus in primo ſententiarum,diſtin.26. pater autem (quum conſtituatur ex abſoluto & reſpectiuo, quæ non faciunt vnum per ſe) de ipſo nihil videtur ſic per ſe prædicari. Dico tamen eſſentiam eſſe de eſſentia partis conſtitutiue, quia conſtituit ipſum in eſſe, & tunc eſſentia ſi prædicatur de patre,prædicatur identice,& non formalite t, quidditatiue,ſeu in primo modo. *Auer. 12. meta. commen. 19. Sco. in. ſen. diſt. 26.*

Deſcendendo ad determinationem quæſtionis, circa primum articulum eſt aduertendum pro intelligentia primæ diuiſionis, quòd non ſolum intellectus eſt potentia collatiua verum etiam voluntas, quod declaratur, quia illa potentia quæ operatur circa aliquod vnum obiectum non tantum in ſe, verum etiam in ordine ad aliud, habet actum circa vtrunque & comparat vnum ad aliud, voluntas eſt huiuſmodi, quia non ſolum amat creaturam in ſe, verum etiam in ordine ad deum, quando amat ipſam propter deum, ergo &c. maior uidetur colligi de mente Ariſt. in ſecundo de anima,tex.comm. 145. vbi probat ſenſum cemmunem appræhendere ſonum & colorem,quia non tantum apprehendit ſonum in ſe ſed vt differentem à colore, & ita comparat vnum ad reliquum.

Ex quo ſequitur quòd illud eſt ens rationis, quod dependet ab actu collatiuo intellectus vel voluntatis vel alterius potentiæ collatiuæ. Et per oppoſitum illud eſt ens reale,quod non ſic dependet.

Et

Et præter iſtam diuiſionem quam ponit iſte auctor po no illam quam etiam dedi in quæſtionibus de vnitate naturæ & de vniuerſali. Ens rōnis pōt capi vel pro ente in anima ſubiectiue, vel obiectiue. Ens in animæ ſubiectiue, ſicut ſpecies intelligibilis, actus & habitus, & iſtud ens dicitur eſſe rationis, quia fundatur in ratione, ſeu in potentia quæ eſt ratio, ſicuti eſt intellectus & appellatur ens rationis ſubiectiue. Quod ens rationis non diſtinguitur contra ens reale. Quia tale ens eſt in prædicamentis qualitatis, & quodlibet quod eſt per ſe in prædicamento, eſt ens reale, immo ens extra animam. Quia Ari. in 5. meta. tex. com. 14. diſtinguit tale ens extra animã, in 10. prædicamēta. Alio modo capitur ens rōnis obiectiue in aīa. Et tale ens rōnis pro tāto appellatur ens rōnis obiectiue quia in tali eſſe eſt obiectū rōnis & intellectus. Tale autem ens poteſt intelligi eſſe in intellectu obiectiue duobus modis, habitualiter vel actualiter. Primo modo dicitur habere eſſe ſic, quando habet eſſe per ſpeciem intelligibilem non actu mouentem intellectum, ſed quæ eſt in proxima diſpoſitione ad mouendum. Et tale ens rationis non diſtinguitur contra ens reale, immo eſt aliquod ens ex natura rei, quia pręcedit actum intelligendi, & omnem actum collatiuum, & non dependet ab actu intellectus in fieri & conſeruari. Secundo modo aliquod habet eſſe in intellectu obiectiue adhuc dupliciter. Vno modo ante actum intelligendi. Alio modo poſt actum intelligendi Primo modo obiectum relucens in ſpecie intelligibili quę actu mouet intellectum vel terminat ipſum dicitur eſſe ſic in intellectu obiectiue, & tale obiectnm ſaltem ordine naturæ præcedit actum intelligendi: quia cauſat effectiue ipſum. Cauſa autem natura præcedit effectum, ergo tale obiectum vt ſic eſt prius actu intelligendi, nullo modo dependens ab ipſo.

Ex quo ſequitur adhuc quòd tale obiectum hēt aliquod eſſe, ex natura rei, & per conſequens non diſtinguitur contra ens reale. Secundo modo iſta vltima diuiſione aliquod habet eſſe obiectiue pœnes actum intelligendi dependens ab ipſo in fieri, & conſeruari, & iſto modo intentiones ſecundæ ſunt entia rationis, quæ non ſunt niſi

per

per actum intelligendi, & per actum collatiuum ipſius intellectus,& tamdiu manent in eſſe quamdiu manet talis actus collatiuus, quo circumſcripto,immediate deſinunt eſſe. Et iſtud ens rationis eſt illud de quo loquitur Scot.in 4.diſt.1.q.2.& eſt comparatio paſſiua qua vnum obiectum conſideratum comparatur ab intellectu ad aliud obiectum conſideratum. Et tunc omnis intentio ſecunda eſt comparatio paſſiua in obiecto, qua vnum conſideratum, vt conſideratum, comparatur ad aliud obiectum,& tale ens rationis eſt illud,quod omnino diſtinguitur contra ens reale. Et ſic ens rationis iſto modo, & ens reale ſeu ex natura rei omnibus alijs modis antedictis ſufficienter diuidunt ipſum ens, quando diuiditur in ens reale & rationis.

Pro intelligentia ſecundæ diuiſionis quæ eſt,quòd ens reale diuiditur per ens quantum & non quantum, ſunt duo notanda,quorum primum eſt, quòd quantitas accipitur vno modo pro quantitate extenſiua ſecundum quā aliquid actu extenditur, ſecundo modo pro quantitate perfectionali,de qua habet Auguſt.6. de trini.c.7.quòd in his quæ mole magna non ſunt idem eſt maius quod melius. Prima quantitas inuenitur in corporalibus ſolum. Secunda in ſpiritualibus. Prima eſt per ſe in prædicamento,ſecunda eſt tranſcendens. Modo quando ens diuiditur per quantum & non quantum, accipitur quantitas ſecūdo modo,& non primo modo. Iſta ſunt primo diuidentia ipſum ens antequam diuidatur per finitum & infinitum. Aut per vnum & multa. *Aug.6. de trinit.c.7.*

Primum declaratur, quia finitū & infinitum quantitati congruunt, vt patet in 1.phiſic.tex. com.15. ergo finitas & infinitas perfectionalis ſuo modo competit quantitati & non niſi enti quanto: ergo quod diuiditur per finitum & infinitum neceſſario eſt quantum, quantitate perfectionali. *1.phyſi.1. comm.15.*

Secundum declaratur, quia ſi homo concipiatur ab intellectu in eſſe quidditatiuo, & circumſcribantur omnes paſſiones quæ competunt homini ſecundum quòd homo,& etiam ſecundum quòd ens,nulla paſſio competit ei neque quæ eſt hominis neque quæ eſt entis.Ergo in

tali præciſione non competit ſibi vnitas aut multitudo,& tamen certum eſt quòd in tali præciſione eſt demónſtrabile de homine, quòd eſt perfectior aſino quidditatiuè. Quia in tali præciſione competit ſibi differentia ſua eſſentialis quæ eſt præſtantior, & nobilior quàm differentia aſini, ex eo quòd genus deſcendens in iſta, diuiditur differentijs oppoſitis, quarum vna eſt nobilior reliqua, ergo relinquitur quòd in iſta præciſione homo erit quantus, & tamen ſibi non competit vnitas. Et confirmatur, quia certum eſt quòd homo in eſſe quidditatiuo habet aliquem ordinem ſaltem fundamentalem ad primum ens quòd eſt deus, ſeu iſte ordo non poteſt eſſe ſine prioritate & poſterioritate ſecundum perfectionem, ergo aliqua perfectio ſeu quantitas perfectionalis ſibi competet.

Sed hic inſurgit vna difficultas. Nam ex quo ens quantum diuiditur in 10. prædicamenta, ergo relatio erit quãta loquendo de relatione prædicamentali, ſed hoc videtur falſum, quia relatio diuina non eſt ſic quanta, quia tunc (cum relatio ſit in vna perſona diuina quæ non eſt in alia) in vna perſona non eſſet omnis perfectio. Et ita perſona diuina non eſſet infinita formaliter, ergo multo magis videtur quòd relatio in creatura includat aliquam perfectionem.

Ad hoc reſpondetur, & pro reſponſione ponitur ſecundum notandum, quòd relatio in creaturis, ideo eſt quanta, quia eſt finita formaliter. Relatio autem diuina quia non eſt finita neque infinita formaliter, ideo non poteſt eſſe quanta. Vnde illi relationi cui non repugnat excedere vel excedi, non repugnat quantitas finitas vel infinitas, ſed relationi createͼ non repugnat excedi, ergo &c. Et per oppoſitum relationi diuinæ repugnat excedi, quia illud quòd eſt idem realiter alicui infinito non poteſt ab aliquo excedi. Relatio diuina eſt idem realiter deitati quæ eſt infinita formaliter, ergo non videtur excedi, & per conſequens non poteſt eſſe finita formaliter, quia omne finitum exceditur ab infinito. Neque poteſt dici, quòd talis relatio excedat, quia exceſſus competit ei quod habet rationem menſurͼ. Relatio autem non

poteſt

poteſt ſic menſurare, quia quod menſurat eſt ens primū & habet rationem totius. Sed relatio in diuinis non poteſt eſſe ens primum, neque eſſe aliquod totum ex cuius plenitudine perfectionis menſuret quodlibet aliud magis per acceſſum ad ipſum, minus per receſſum ab ipſo. Sed talis ratio menſurandi competit ei quod eſt abſolutum & primum, quale non poteſt eſſe relatio: ergo nullo modo poteſt excedere, & per conſequens non poteſt eſſe formaliter infinita, quia illud eſt formaliter infinitum quòd excedit quodlibet aliud & menſurat ipſum vt dictum eſt. Et ſic ſequitur propoſitum quòd relatio in creaturis eſt finita & quanta. Relatio autem in diuinis neque finita, neque infinita.

Pro intelligentia huius quòd dicit attributa in diuinis, eſt aduertendum quòd attributum in diuinis vno modo accipitur communiter pro omni eo quod attribuitur alicui perſonæ diuinæ, ſiue ſit perfectio quidditatiua ſiue qualitatiua. Primo modo ſicut ſubſtãtia, ſpiritus, dicitur prædicata quidditatiua. Secundo modo bonitas, ſapientia, iuſtitia ſunt prædicata qualitatiua, quodlibet iſtorum poteſt dici attributum in diuinis. Secundo modo poteſt accipi attributũ proprie, & eſt perfectio ſecundaria non quidditatiua quæ accipitur à creaturis & attribuitur deo via remotionis & eminentiæ, & ſic attributa ſunt præciſè prædicata quæ adueniunt deo in ſecundo modo, quæ prę dicata reperiuntur, in creaturis, & cum ſint accidentia (quæ accidentalitas dicit imperfectionem in ipſis maximè loquendo de ſapientia, & de iuſtitia) remouemus ab ipſis quòd ſint accidentia & quòd diſtinguantur eſſentialiter à ſubiecto, & ex continenti attribuimus iſtis quòd ſint ſubſtantiã, & quòd ſint idem eſſentialiter, & ſimiliter remouemus ab iſtis in creaturis finitatem, & attribuimus ſummitatem vel infinitatem, & dicimus quòd ſapiẽtia eſt in deo ſubſtantia, non accidens, eadem realiter, non diſtincta infinita & ſumma, & non finita. Et ita quæcunque accipiuntur ex creaturis & attribuuntur ipſi deo via remotionis & eminentię, & non ſunt prædicata quidditatiua, ſunt proprie attributa.

Pro intelligentia quæ ſunt relationes notionales & commu-

communes ſcito, quòd relationes ſunt, quæ competunt vni perſonæ tantũ, aut duabus ſicut paternitas, & ſpiratio actiua, & dicuntur notionales à noſco noſcis, quia per ipſas noſcuntur, & notificantur perſonæ diuinæ, ſicut per paternitatem, pater, per ſpirationem actiuam, pater, & filius. Relationes communes ſunt quæ competunt omnibus perſonis diuinis, ſicut identitas, ſimilitudo, & æqualitas, quarum quælibet reperitur formaliter in omnibus.

Quia vero dicit iſtæ auctor formalitatum, quòd datur relatio extrinſecus aduenien s. Eſt aduertendum, quòd propriè, & rectè loquendo ſecundum viam doctoris ſubtilis, reſpectus qui eſt per ſe in prædicamento relationis propriè appallatur relatio. Reſpectus vero qui ſunt extra genus relationis appellantur habitudines, & reſpectus, & non propriè relationes. Pro quo eſt notandum, quòd iſta ſe habent per ordinem, relatiuum, relatio, reſpectus, & habitudo inter quas rationes, ratio relatiui eſt infima. Vnde omne relatiuum eſt relatio, vel includit relationem, relatiuum enim vltra relationem quam includit etiam includit aliquod abſolutum, quod denominatur referri per ipſam relationem, ſed relatio non includit aliquod abſolutum, ſimiliter omnis relatio eſt reſpectus, & non omnis reſpectus eſt relatio, quia relatio eſt reſpectus intrinſecus aduenien s, qui oritur ex natura fundamenti poſito termino. Reſpectus autem eſt quoddam commune, ad reſpectum intrinſecus aduenientem, & etiam extrinſecus aduenientem. Similiter omnis reſpectus eſt habitudo, nõ omnis habitudo eſt reſpectus, quia inter ſubſtantiam, & propriam paſſionem eſt habitudo, & tamen non eſt reſpectus. Similiter circumſcriptis omnibus relationibus, eſſentiæ diuinæ ad attributa eſt aliqua habitudo (qualis eſt fundamenti ad fundatũ,) & tamen non eſt aliquis reſpectus, quia repugnat eſſentiæ, vt eſſentia eſt, ad aliquid referri. Ex quo ſequitur, quòd loquendo proprie, de relatione, ſolum reſpectus intrinſecus aduenien s eſt relatio ſecundum viam Doct.

Pro intelligentia diuiſionis qua ens diuiditur in ſubſtantiam, & accidens. Eſt aduertendum, quòd ſubſtantia dicitur à ſubſtando, vel ſubſiſtendo, intelligendo ſubſiſtere

ſtere prout importat, idem quod per ſe eſſe. Si accipiatur ſubſtantia à ſubſtando, ſubſtantia non reperitur in Deo, quia Deus nulli ſubſtat, eo modo quo ſubſtantia ſubſtat accidenti, à quo ſubſtare denominetur ſubſtantia principaliter. Si capiatur autem ſubſtantia à ſubſiſtere, ſic Deus eſt ſubſtantia Illud autem, quod ſic ſubſiſtit, vel per ſe exiſtit tribus modis capitur: vno modo poteſt intelligi pro eo, quod per ſe exiſtit, ex ſe, & à ſe. Alio modo pro eo, quod per ſe exiſtit, & ex ſe, ſed non à ſe. Tertio modo pro eo, quod non per ſe exiſtit ex ſe, neque à ſe, ſed in alio exiſtit. Primo modo Deus eſt ſubſtantia, quia per ſe exiſtit, & à ſe. Deus enim eſt de ſe ſuum eſſe, & habet eſſe per eſſentiam, alia autem habent eſſe per participationem, & ſic habent eſſe ab alio, & non à ſe. Quod autem Deus de ſe ſit ſuum eſſe apparet per illud Exo. 3. c. Qui eſt miſit me ad vos, ubi Deus denominatur hoc nomine eſſe, vt denotetur, quòd eſt ipſum eſſe, & infinitum eſſe. Secundo modo ſubſtantia dicitur omne illud, quod eſt propriè in prædicamento ſubſtantiæ incipiendo à genere generaliſſimo vſque ad indiuidua incluſiuè. Aduertendum tamen, quòd per ſe exiſtere accipitur in iſto ſecundo modo pro eo, quod eſt per ſe ens, & non eſt in alio per inhærentiam, & non accipitur per ſe exiſtens pro ipſa exiſtentia actuali, vt intelligatur, quòd quodlibet, quod eſt per ſe in prædicamento ſubſtantiæ ſit per ſe exiſtens tali exiſtentia, quia quæcunq; ſunt per ſe in tali prædicamẽto, & in alijs, abſtrahunt ab exiſtentia actuali, & ratio eſt, quia ens exiſtens eſt vnum per accidens, eo modo quo albedo intenſa eſt vnum per accidens, & ſicut albedo intenſa non reponitur in prædicamento, quia talis albedo intenſa includit aliquid, quod eſt extra quidditatem eius, ſic etiam dicendum eſt de ente exiſtente, vt includit exiſtentiam. Sed per ſe exiſtens, quod eſt per ſe in prędicamento ſubſtantię, eſt per ſe ens, vt per ſe ens diſtinguitur contra ens in alio per inhærentiam, quoniã inhærere alicui eſt dare eſſe ſecundum quid alicui enti priori ſimpliciter. Cum autem nihil, quod eſt per ſe in prædicamento ſubſtantię, det ſic eſſe ſecundum quid, nihil quod eſt in prædicamento ſubſtantiæ eſt inhærens,

Exod. 3. Cap.

quòd autem inhærere ſit ſic dare eſſe ſecundum quid en ti priori, apparet de mente Doct.ſubti. in quolib.q.3.Ex quo ſequitur, quòd quæcunque ſunt in prædicamento ſubſtantiæ dicuntur iſto modo per ſe exiſtere,hoc eſt per ſe eſſe. Subſtantia tertio modo capitur pro eo, quod eſt ens per ſe, vt per ſe ens diſtinguitur contra ens in alio, & hoc non ſolum per inhærentiam,vel informationem,ſed etiam vt pars in toto, & iſto modo ſubſtantia non dicitur de parte ſubſtantiæ integrali, vel eſſentiali,quia pars integralis eſt in alio, & ſimiliter pars eſſentialis. Quando ergo diuiditur ens in ſubſtantiam,& accidēs,capitur ſubſtantia non primo modo, nec tertio modo, ſed ſecundò modo.

Doct. ſubti. quoli. q.3.

Pro intelligentia quid ſit accidens eſt aduertendum, quòd accidens, vel capitur pro extraneo à quidditate alicuius, vel accipitur pro eo, quod perficit accidentaliter aliquid habens eſſe perfectum, ſic quòd aduenit ei in eſſe completo, & perfecto. Primo modo accipitur, vt plurimum à Metaphyſicis. Secundo modo accipitur Phyſice, vel Logice. Primo modo accipitur communiter in fallacia accidentis quæ committitur in his quorum vnum aliquo modo extraneatur ab alio. Secundo modo accipitur à Porphyrio. c. de accidente, quando diffinit accidens cōmune,& eſt illud, quod adeſt, vel abeſt, &c. Applicando ergo ad propoſitum quando diuiditur ens in ſubſtantiã, & accidens, accipitur accidens, ſecundo modo,& non primo modo. Pro intelligentia diſtinctionis rei, quę dicitur à reor reris, eſt aduertendum, quòd res rata dicitur res, quæ habet ratitudinem, & firmitatem, & quæ res eſt res eſſentiæ, vel exiſtentiæ. Et illa res in creaturis non ponitur eſſe ab æterno in tali ratitudine de mente Doct. ſub. vt patet in 1. diſt. 36. habuerunt enim creaturæ præcisè eſſe ſecundum quid ab æterno, quod eſt eſſe cognitum in mente diuina, & non habuerunt aliquod verum eſſe exiſtentiæ aut eſſentiæ, quicquid dicat Franciſcus,& Henricus de Gandauo,& ſequaces iſtorum. Aduertendum tamen, quòd res rata non diſtinguitur à figmentis per aliquod eſſe verum ex natura rei eſſentiæ, aut exiſtentiæ, quod habuerit ab æterno ex natura rei, ſed ſolum per

Doct. ſub. in 1. diſt. 36.

hoc,

hoc, quòd tali rei non repugnat eſſe exiſtere,& produci ad tale eſſe per aliquam potentiam productiuam, exempli gratia, humanitas eſt res rata à chimera diſtincta, per hoc, quòd humanitati non repugnat eſſe exiſtere, ſed bene chimerę. Et ita vera entia quæcunque ſic diſtinguuntur à figmentis, & non per aliquod eſſe ex natura rei, quod habuerunt ab æterno contra Henricum de Gandauo. Et patet hoc à Scoto in primo diſtinctio. 36.q.vnica. *Scot. in 1. diſt. 36.q. vnica.*

Pro intelligentia diuiſionis entis in ens ſimpliciter, & in ens ſecundum quid,eſt aduertendum,quòd ens ſimpliciter eſt ens in actu, ens ſecundum quid eſt ens in potentia. Pro quo eſt notandum, quòd potentia eſt duplex, quædam eſt potentia obiectiua, quædam ſubiectiua. Ens in potentia obiectiua eſt illud, quod non eſt exiſtens, ſed poteſt eſſe,& eſt ens,quod poteſt eſſe obiectum alicuius potentię productiuæ,quod à Commen.9.Meta.com. 7.appellatur res ſecũdum quid:ens in actu eſt illud quod habet actualem exiſtentiam in re, & in effectu,& dicitur tala ens ſimpliciter ens: de ente in potentia obiectiua intelligitur illud. 9 Meta. tex.com. 13. Potentia, & actus ſunt eiuſdem generis, quia illud idem in genere, in ſpecie, & in numero, quod eſt in potentia, poſtmodum eſt in actu.ſor.enim in actu non diſtinguitur à ſeipſo numeraliter, vt eſt in potentia, & ſic potentia,& actus non ſolum ſunt eiuſdem generis, verum etiam ſpeciei, & indiuidui.Ex quo ſequitur, quòd actus correſpondens potentiæ obiectiuæ eſt actus exiſtentię, & non actus formalis, quia illud idem,quo eſt actus formalis,ſcilicet forma ſubſtantialis ignis, poteſt eſſe in potentia,& in actu exiſtentiæ, & ſic actus formalis non diſtinguitur contra actum exiſtentiæ,aut potentiam obiectiuam,ſecundo modo aliquid dicitur eſſe in potentia, quod eſt in potentia ſubiectiua, & in iſto modo omne,quod poteſt recipere aliquẽ actum ſubſtantialem, vel accidentalem, ſic eſt in potentia ſubiectiua.de qua potentia locutus eſt Ariſt. 7.Meta. tex.com.8.quòd materia prima eſt ens in pura potentia. *7. Meta. tex. c. 8.* Iſti potentiæ opponitur actus formalis, quia quod eſt ſic in pura potentia, nullùm actum formalem habet, & iſto

modo capiendo potentiam, intellectus, & quælibet potentia ſenſitiua eſt in potentia ſubiectiua, inquantū ſunt potentiæ, quibus formaliter intelligimus, & ſentimus,& loquendo de iſta potentia, non eſt verum, quòd dicitur in 9. Meta. quòd potentia, & actus ſunt eiuſdem generis, quia potentia poteſt eſſe de genere ſubſtantiæ, actus vero de genere accidentis. Et in hoc deceptus eſt S. Thomas, volens, quòd (quia actus ſentiendi eſt accidens) potentia ſenſitiua ſit accidens, ex illa auctoritate ſupra allegata. Aduertendum tamen, quòd idem ſecundum diuerſam habitudinem, & diuerſum reſpectum poteſt eſſe in potentia obiectiua, & in potentia ſubiectiua. Roſa. enim quæ non eſt, ſed poteſt eſſe, per reſpectum ad potentiam producentem, vel productiuam ipſius, eſt in potentia obiectiua, per reſpectum aūt ad materiam de qua producitur, dicitur eſſe in potentia ſubiectiua. Potentia ergo obiectiua, & actus ſunt differentiæ entis, & diuidunt ipſum ens ſufficienter.

Pro intelligētia huius videlicet, qualiter eſt differētia inter eſſe vniuocum prędicamentum, & vniuoce prædicari. Eſt aduertendum, quòd vniuocum prædicatum eſt illud cuius conceptus eſt in ſe vnus, loquendo de conceptu obiectiuo ex parte obiecti conceptibilis. Pro quo eſt notandum, quòd conceptus, vel capitur ex parte intellectus, & ſic actus intelligendi dicitur quidam conceptus pro quanto eſt illud quo aliquid concipitur, & de illo conceptu non eſt mentio in propoſito, quia iſte conceptus non facit ad hoc, quòd aliquid ſit vniuocum. Alio modo capitur conceptus ex parte obiecti, & talis conceptus appellatur conceptus obiectiuus, & eſt ipſum obiectum conceptibile, vt habet relationem actualem, & ſecundum aliquos aptitudinalem ſub ratione mouentis intellectū aut terminantis actum intelligendi. Dicente Doct. ſubti.

Scot. 9. Theore. 9. Theore. Conceptum dico, quòd actum intelligendi terminat, hoc obiectum dicitur vel intelligibile, vel intellectum, vel intentio, primum communiſſimum eſt ad omnes potentias, ſecundum commune ad obiectum intellectus in potentia, vel in actu, tertium proprium, quartum arabes in vſu habent, vt Auicen. & Auer. Sicut autē intentio

intentio æquiuoce dicitur de obiecto, & actu, ita, & conceptus, hic autem accipitur pro obiecto. Hæc Sco. ibi. Et exponendo iſtud Theorema, dicit inferius, conceptum dico omne actu intellectum, prout ſcilicet eſt in intellectu, non vt forma, ſed vt actu cognitum, hoc autem eſſe in intellectu, non eſt niſi habere relationem actualem ad intellectũ ſiue intellectus ad ipſum, vel vtriuſque ad vtrunque. Hæc Scot. Ex quo concluditur, quòd omne illud, quòd poteſt habere aliquam vnam rationem apud intellectum mouentem ipſum intellectum aut terminantem, habet conceptum per ſe vnum qui conceptus eſt idẽ apud omnes variato vocabulo, & nomine importante talem conceptum, quare primo perihærmenias conceptus idem ſunt apud omnes, quicquid ſit de omnibus impoſitis ad ſignificandos iſtos conceptus, & iſto modo lapis repræſentatus per ſpeciem intelligibilem, vt mouet, aut vt terminat, dicitur eſſe conceptus, & quotieſcunque talis conceptus eſt in ſe vnus, & prædicatur de pluribus ſub vno nomine ſignificante, dicitur eſſe quoddam vniuocũ ad illa, qualitercunque prædicetur ſiue quidditatiuè, ſiue denominatiue, quomodo album eſt vniuocum ad lignum, & ad lapidem. Vniuocum vero vniuocè dictum eſt cuius conceptus eſt in ſe vnus, ſic quod concluditur in ratione ſubiecti de quo dicitur, eo modo quo animal eſt vniuocum ad hominem, & ad aſinum. Vnde non eſt incõueniens, quòd aliquid dicatur vniuocum, & non vniuoce dictum, ſicut denominatiuum non prædicatur vniuoce, licet quandoque ſit vniuocum. Vnde ſicut aliud eſt prædicatũ eſſe quid, aliud in quid prædicari. (In omni enim genere eſt inuenire quid, ex primo Topic. c. 7. Nec tamẽ quodlibet cuiuſcunque generis prædicatur in quid, & de quocunque, ſed tantum de ſuo inferiori, in cuius ratione eſſentiali includitur.) Ita poteſt dici in propoſito, ꝙ aliud eſt eſſe vniuocum, & aliud vniuoce dici. De hoc videas Sco. in 3. diſt. 7. q. 1. in corpore quæſtionis. Et in primo diſtinct. 3. q. 3. Aduertendum vlterius, quòd inter vniuocũ, & æquiuocum non datur medium, & fundamentum huius eſt, quia inter idem, & diuerſum, idem, & non idem, nõ eſt dare mediũ. Idẽ enim, & diuerſum ſunt immedia- *1. Topic. cap. 7.*

10. *Meta.* tè oppoſita circa ens. (10 Metaphyſi.tex.còm.12.)Idem
1. *cap.* 12. & non idem ſunt immediata. Quia contradictoria ex
4. *Meta.t.* quarto Meta.tex.com.9.ſed diffinitiones vniuoci,& ęqui
com.9. uoci dantur per iſta immediata, ergo illa quorum ſunt diffinitiones,ſunt immediata. Notandum vlterius, quòd ſicut intentio prima, vel conceptus primarum intentionum quidam ſunt tranſcendentes,quidam prædicamentales.Ita intentiones ſecundæ, quæ debent applicari intentionibus primis,quædam ſunt tranſcendentes,quædã prædicamentales.De intentionibus ſecundis prædicamẽtalibus quæ ſunt generales, & communes facit mentionem Porphyrius, & rationabiliter quidem. Quia ordinabat librum ſuum ad librum prædicamentorum Ariſt.& ita vniuerſale, & commune de quo loquitur Porphyrius eſt ſolum applicabile ad intentionem primam prædicamentalem. Sed aliud eſt vniuerſale tranſcendens, quod eſt intentio ſecũda. Quod videlicet non eſt applicahbile ad aliquid,quod ſit genus, ſpecies,differentia,ſed ſolum ad illud,quod abſtrahit ab omnibus iſtis, & eſt extra omne prędicamentum. Et de iſto vniuerſali nõ eſt locutus Porphyrius, quod uniuerſale competit enti inquantum ens eſt,& paſſionibus ſuis. Ex quo concludimus,quòd (quum vniuocum, & æquiuocum ſint intentiones ſecundę, quæ poſſunt applicari rebus prędicamentalibus,& etiam trãſcendentibus)ens eſt vniuocum tali vniuocatione. Sed ſi loquamur de vniuocatione applicabili ad genus aut ad rem prædicamentalem, ens non eſt vniuocum tali vniuocatione, ſed æquiuocum. Et ſic intellexit Porphy. in de vniuerſalibus c. de ſpecie, cum dixit. Si quis omnia entia vocet æquiuoce nuncupabit, &c.

Pro intelligentia huius quòd communiter dicitur, quòd conceptus tranſcendens eſt ille qui prædicatur de multis generibus generaliſſimis,vel de vno genere generaliſſimo, vel de aliquo quod non eſt in prædicamento. Eſt aduertendum quòd non de ratione tranſcendentis quòd prædicetur de omnibus,ſed aliquid poteſt eſſe tranſcendens,quod prędicatur ſolum de vno genere generaliſſimo, & aliud eſt tranſcendens, quod non prædicatur de aliquo genere. Exemplum primi. Sapientia ſecundum

dum ſuam rationem formalem prædicatur de ſapientia creata quę eſt per ſe in genere, & de ſapientia diuina, quæ eſt extra genus. Exemplum ſecundi. Infinitas neceſſitas, ſunt tranſcendentia & non prædicantur niſi de deo: quòd autem iſta dicantur eſſe tranſcendentia apparet per illud commune dictum, videlicet ꝙ illud quod cõpetit alicui extra genus eſt tranſcendens. Vnde eſt regula Scot. in 8. diſtinct. q. 3. primi ſententiarum, quòd illud quod eſt indifferens ad finitum & infinitum, dicitur eſſe tranſcendens, quia quicquid eſt in genere ſiue ſit genus, ſiue differentia, ſiue ſpecies, quodlibet tale eſt finitum. Genus enim eſt finitum, quia eſt in potentia ad differentiam, & natum perfici per ipſam. Differentia eſt finita, quia caret actualitate generis, cum non includat ipſum genus in ſuo conceptu formali, vt habet videri in tertio metaphyſi. Species eſt conſtituta, & ſic etiam finita, quia conſtituta ex realitatibus finitis. Ex quo ſequitur quòd (quũ quodlibet quod eſt in genere ſit de ſe finitũ) quod eſt indifferens ad finitum & infinitum, eſt tranſcendens. Et ita ſapientia & quodlibet conſimile dicetur eſſe tranſcendens. Ex hoc apparet quod illud quod competit infinito non poteſt eſſe in genere, & ſic infinitas vel quantitas perfectionalis infinita non eſt in genere. Probatur etiam quod tranſcendens poſſit eſſe illud quod dicitur tantum de uno, & non de pluribus.

Sco. i 8. di. q. 3. primi ſent.

Luc. 10.

Pro quo eſt notandum, quod ſicut de ratione generis generaliſſimi eſt, quod non habeat aliquod ſupra veniẽs genus, quod autem de multis ſpeciebus dicatur hoc accidit ei, quia ſtat genus eſſe, ſine multis ſpeciebus ſicut dicit Doct. in 8. di. 1. q. 3. Vt hoc prædicamentum, quando, eſt genus generaliſſimum, & tamen paucas habet ſpecies ſub ſe, uel forte nullas, vt inquit ipſe. Ita dicendum eſt quod de ratione tranſcendentis eſt, quod non ſit per ſe in genere, quod autem dicatur de multis hoc accidit ſibi. Hoc etiam probatur, quia entis non tantum ſunt paſſiones ſimplices quæ ſunt tranſcendentes, ſicut vnum verum, bonum. Sed etiam ſunt paſſiones diſiunctę, quarum quælibet pars paſſionis diſiunctiuè eſt tranſcendens, ſicut tota eſt tranſcendens, & tamen aliqua pars tantum vni

Doc. ſub in 8. di. 1. q. 3

competit, & non pluribus ſicut eſt de iſta, neceſſarium, vel contingens, finitum vel infinitum. Neceſſitas enim & infinitas tantum competunt deo.

Sed quia dictum eſt ꝙ aliquod eſt genus quod tamen nullas ſpecies habet, inſurgit difficultas quomodo hoc poſſit eſſe verum, quia genus diuiditur per differentias oppoſitas, ergo ad minus genus habebit duas ſpecies.

Ad hoc reſpondetur quod genus eſt illud quod de ſe eſt aptum natum diuidi in differentias oppoſitas, quod genus habet aptitudinem ad ſic diuidi, licet non habeat potentiam ad ſic diuidi, vel actum. Differt autem aptitudo à potentia. Nam aptitudo eſt inclinatio alicuius, ſecundum ſe ad aliquid, vel magis non repugnantia ad illud. Potentia autem eſt ordo ad actum, ſic quod illud quod eſt ſic potens, poſſit attingere actum. Poteſt enim potẽtia eſſe ſine aptitudine, vt poſſibile eſt graui eſſe ſurſum, non tamen aptum eſt ibi eſſe, quia repugnat ei ſecundum ſe, & aptitudo eſt ſine potentia, vt cæcus eſt aptus natus ad videndum, nil enim dicitur priuatum, niſi cum eſt aptum natum habere habitum ſecundum Ari. in poſt prædicamentis ca. de oppoſitione. & 5. meta. c. de priuatione. t. c. 27. Non eſt autem poſſibile cæcum videre, quia à priuatione ad habitum nõ eſt naturalis regreſſus. Sic nulli vniuerſali quantum eſt ex ſua forma, repugnat dici de multis, hæc tamen aptitudo impediri poteſt, vt quia non ſunt multa de quibus dicatur. hæc Scotus in de vniuerſalibus, q. 18.

Ariſ. c. de oppoſitione in poſt prædicamen. & 5. met. c. de priuatione text. comm. 27. Scot. in de vtilibus, queſt. 18.

Quod ſi tu dicas, impoſſibile eſt aliquid eſſe aptum natum dici de pluribus differentibus ſpecie, niſi cum plura differentia ſpecie ſint apta recipere prædicationem illius. Igitur ſi iſta aptitudo ſufficit ad genus, conſilijs aptitudo recipiendi ſufficit ex parte ſpeciei, igitur ſi aliquid ſit genus actu, propter talem aptitudinem, iſta multa quę participiant ipſum aptitudinaliter, erunt actu ſpecies, ergo omne genus multas habet actu ſpecies. Ad hoc reſpondetur, negando iſtam conſequentiam, Genus eſt aptum natum dici de pluribus, ergo plura differentia ſpecie ſunt apta recipere prædicationem eius, quia ſtat aptitudinem eſſe in vno extremorum, dico quòd aptitudo nõ

ſit in

ſit in alio. Exemplum:forma ſolis nata eſt eſſe in alia materia quàm ſit illa in qua eſt quantum eſt de ſe, nec tamen eſt aliqua materia nata recipere talem formã, quia ſi talis argumentatio teneret in aptitudine ſemper eſſet aptitudo in vtroque extremorum, & ita potentia, quia aptitudo in vno extremo non impeditur à potentia, niſi propter defectum aptitudinis in alio extremo.

Pro intelligẽtia qũo ens diuiditur in ens ſimplex & cõpoſitũ, eſt aduertẽdũ quòd inter cõceptus ſimpliciter ſimplices eſt conceptus entis,paſſionũ entis, differentiarũ vltimarũ & modorũ intrinſecorũ,quia cõceptus talis ſimpliciter ſimplex non reſoluitur in aliquem conceptum priorem, qui includatur quidditatiuè in conceptu reſolubili, & ſic conceptus prædicti dicuntur eſſe ſimpliciter ſimplices,de quibus habetur in 9. meta.t. c.vltimi, quod circa quidditatem ſimplicem non habetur error aut deceptio, quia aut totaliter ſcitur,aut totaliter ignoratur, quod intelligendum eſt quo ad conceptum formalem & proprium ipſius, ſed non quo ad aliquos conceptus ſecundarum intentionum, aut primarum intentionum qui prædicantur de iſtis à poſteriori denominatiue,ſeu in ſecundo modo. Vnde licet dubitem vtrum ſorteitas ſit modus,vel differentia per ſe ſor. Dubito quo ad iſta prædicata quæ ſunt differentia & modus quæ ſolum habent prædicari denominatiuè & per accidens de talibus conceptibus.

Aduertendum tamen quòd ſimpliciter ſimplex poteſt accipi duobus modis, vno modo vt opponitur compoſitioni & compoſſibilitati, alio modo vt opponitur multiplicitati rationum,formalium:primo modo deus eſt ſimpliciter ſimplex,quia non compoſitus,neque componibilis,neque ſecum aliquo componibile, ſecundo modo ſolum ens & conceptus prædicti ſunt ſimpliciter ſimplices, & non deus,quia includit multiplices rationes, quarum vna non eſt formaliter alia.

Quod ſi tu dicas vbi eſt multiplicitas ſeu pluralitas aliquorum,ibi eſt compoſitio.

Reſpondetur negando hoc aſſumptum, quoniam compoſitum eſt ex actu & potentia.8.metaph. iſtæ formalitates,

Tex.cō.15 tes,in deo ſunt actualiſſimè, & in ſumma actualitate, & nulla eſt potentialis ad aliam, ergo ibi non poteſt eſſe compoſitio.

Quòd ſi tu dicas. Saltem iſta multitudo formalitatum faciet vnum vnitate cumuli vel acerui.

Reſpondeo quòd vnum vnitate aggregationis vel cumuli vel acerui habet in ſe componentia,ſeu partes quæ diſtinguuntur eſſentialiter. Quarum vna non eſt eadem realiter alteri,ſed eſſentialiter diſtincta. Sed iſtę formalitates ſic ſe habent, quod vna eſt perfecte eadem alteri identitate reali & eſſentiali, ergo non faciunt talem vnitatem.

Pro intelligentia quomodo ſimplex dicatur opponi compoſitioni ex re & re.Eſt aduertendũ,quod quædā cōpoſitio eſt ex re & re, ſicut eſt compoſitio ex materia & forma in compoſito ſubſtantiali. Quædam eſt compoſitio ex realitate & realitate ſicut in quolibet accidente, quoniam accidens eſt forma ſimplex ſimplicitate oppoſita cōpoſitioni ex re & re,ſed non ſimplex ſimplicitate oppoſita cōpoſitioni ex realitate & realitate, quia oē quod eſt per ſe in genere tanquam ſpecies, ſic componitur ex realitate & realitate. Quarum vna eſt importata per genus,& alia per differentiam propriam ſpecificam, & illa quæ eſt generis eſt potentialis ad illam quæ imponatur per differentiam: loquendo de tali compoſitione conceditur quòd angelus eſt compoſitus tali compoſitione.

Et quod dicũt aliqui quod angelus & anima ſunt compoſita ex materia & forma, non eſt verum. Si enim ponenda eſſet in eis materia,aut hoc eſſet ratione ſuſceptiuitatis & potētiæ paſſiuæ, quam habet ad intelligere & velle & propter hoc non oportet ponere talem materiā, qa huiuſmodi ſuſceptiuitas ē alteri⁹ rationis à ſuſceptione materiæ ſicut habet videri ex tertio de anima. Ani-
T.c.14. ma,enim ex propria ſui rōne perficitur per iſtos actus nō ex ratione materiæ. Aut poneretur in eis materia propter potentiam ad vbi, quia tranſmutari poſſunt de loco ad locum, & hæc potentia non arguit materiam de ge-
8.metaph. nere ſubſtātiæ, vt patet per philoſophum 7. meta. t.com.
t.com.12. 12. Et ideo in cęlo non eſt materia, ſecundum eundem,

& ſe-

& ſecundum Commen.in de ſubſtantia orbis, & in pleriſque alijs locis. Aut poneretur materia propter potentiam ad non eſſe, quia angeli annihilabiles ſunt & propter hoc non oportet ponere materiam quoniam pure formæ, immo & totum compoſitum,tam materia quàm forma, & vniuerſaliter oẽ ens creatum eſt in potẽtia ad non eſſe, cum ſit annihilabile, ergo ſicut materia non habet materiam propter iſtam annihilationem,ſic & angelus non habebit talem materiam.

Quod ſi dicas Boe. in fine libelli ſui de vnitate & vno, c.2. dicit quod Angelus & anima ſunt vnum coniunctione materiæ, & Auguſt. de mirabilibus ſacræ ſcripturæ,dicit quòd Deus omnipotens ex informi materia cũctorum viſibilium & inuiſibilium, ſenſibilium & inſenſibilium intellectualium & intellectu carentium ſpecies multiformes diuiſit. *Boe.in lib. de vnitate & vno, c. 2. et Aug. in li. de mirabilib. ſacra ſcriptura.*

Dicendum quòd hoc non cogit ad ponendam in talibus ſubſtantijs materiã. Pro eo quod Aug. aliquando loquitur vt philoſophus,& tunc ſequitur vt in pluribus opinionẽ Platonis,fuit enim platonicus in philoſophia. Vnde poſuit viſionem fieri per extramiſſionem radiorum, & angelos habere corpora ut patet ſupra Gen.lib.3.c.4. Ait enim quod dæmones dicuntur animalia aerea, quia corporum aereorum natura vigent, neque per mortẽ, diſſoluuntur, quia præualet in eis elementum aptius ad faciendũ quàm ad patiendum, aer ſcilicet & ignis. Et in pluribus alijs locis ponit opinionem Platonis. Sed vt Magiſter ſententiarum dicit lib. 2. diſt. 8. Aug. non ita ſentit, ſed recitando forſan dixit. Vnde de his locis in quibus platonice locutus eſt, hic eſt vnus, cum ait, ſpiritualia & immaterialia ex informi materia fore producta. *Aug.ſupr. geneſim.* *Magiſter ſen. lib. 2. diſt. 8.*

Ad Boetium autem dicendum quòd illa fuit ſua opinio. Neque oportet omnes opiniones eorum tenere vbi locuti ſunt,vt philoſophi, licet tenendi ſint vbi tractant ea quæ ſunt fidei, quia tibi loquuntur vt ſancti. Alioquin teneas quod viſio fit per extramiſſionem radiorum,quod eſt contra Ariſtot.ſecundo de anima,& quod angeli ſunt corporei,& quod cœli ſunt igneę naturæ, ſicut Aug. ali-

quando

quando loquens platone dixit. Igitur quum nec actiones aut operationes ſpirituales, neque tranſmutationes quę ſunt in eis, neque potentiæ ad vbi, neque potentia ad non eſſe per annihilationem. Nec propter hoc quod non ſunt puri actus, nec propter receptionem accidentium, nec propter verba ſanctorum loquentium iuxta ſententiam Platonis neceſſe ſit ponere materiam in talibus ſubſtantijs ſeparatis. Et vniuerſaliter quum nulla vis ſit efficax & demonſtratiua ad concludendum materiam niſi tranſmutatio in ſubſtantia, immo omnis alia via, & omnis alius proceſſus eſt ſermo imaginabilis, & via dialectica non neceſſaria & eſſentialis vt patet per Comm. primo phyſic. circa finem vlt. commento, & colligi poteſt ex dictis philoſophi ibidem, & in 8. met. Comm. commen. 12. ſuperfluum videtur & mere voluntarium ponere materiam in talibus ſubſtantijs, multitudo autem non eſt ponenda ſine neceſſitate cum natura nihil agat fruſtra, vt primo cœli tex. comm. 32. & 3. de anima text comm. 45. & ſemper paucioribus eſt contenta, vt patet per philoſophum in primo phyſic. text. commen. 41. & in primo politico.

1. phyſ. vltio cō. Commē. cō. 12. 1. cœli. t. cō. 32. et 3. de aīa t. c. 45 in 1. phyſi. t. c. 41. & primo politicorum.

Pro intelligētia quid ſit compoſitio cum his eſt aduertendum quòd eſt multiplex differentia inter compoſitionem ex his, & compoſitionem cum his. Prima quoniam compoſitio ex his eſt poſterior & præſupponens compoſitionem cum his. Secunda quia in compoſitione cum his idem eſt componens & compoſitum. In compoſitione autem ex his aliud eſt componens, & aliud compoſitum. Tertia differentia eſt quia in compoſitione cum his quot ſunt componentia, tot ſunt compoſita, in compoſitione autem ex his plura ſunt componentia quàm compoſita. Quarta differentia eſt, quòd compoſitio cum his reperitur in quolibet genere cum alio genere. Compoſitio vero ex his non niſi in eodem genere. Ex quibus omnibus ſequitur quòd omne ens creatum eſt componibile compoſitione cum his, & poteſt denominari compoſitum.

Pro intelligentia eorum quæ dicta ſunt de compoſitione & de ſimplicitate eſt aduertendum quòd loquendo

de

de compoſitione cum his omne ens citra deum eſt compoſitum ex re & re compoſitione cum his, quæ compoſitio accipitur pro componibilitate. Vnde quum dico, quòd omne ens eſt compoſitum ex re & re, compoſitione cum his intelligo quòd ipſum quod eſt aliqua res, eſt cum alia re componibile.

Sed inſurgit difficultas, vtrum quælibet natura, componibilis ſit cum accidente, & vtrũ pars affirmatiua iſtius difficultatis poſſit phyſice probari.

Ad quod reſpondetur, quod ſic. Pro cuius probatione prima ratio eſt talis. Si enim aliqua ſubſtãtia eſſet non receptiua accidentis, maxime eſſet ſubſtantia perfectiſſima citra deum, ſed conſequens eſt falſum, igitur & antecedens, conſequentia eſt euidens, & falſitas conſequentis probatur. Quia ſi ſic, talis ſubſtantia eſſet formaliter beata ſeipſa, quod probatur. Nam vnaquæque intelligentia ſecundum Ariſtot. formaliter eſt beata ſua intellectione qua intelligit obiectum perfectiſſimum intelligibile. Ergo ſi intellectio ſua ſit ſubſtantia ſua ſeipſa beatificabitur, & non aliquo extra ipſam.

Secundo arguitur quælibet intelligentia poteſt intelligere infinita, quia intellectus eſt totius entis, & ſecundum totum ambitum entis, ſed intelligibilia poſſunt eſſe infinita, ergo ſua intellectio (ſi ſit ſubſtãtia ſua) erit vnica intellectio reſpectu infinitorum intelligibilium. Sed intellectio infinitorum intelligibilium quæ eſt vnica, eſt infinita, quod probatur, quia duæ intellectiones reſpectu duorum intelligibilium diſtinctę & perfectę, ſunt duę perfectiones, ergo ſi vnica intellectio eſt iſtorum duorum intelligibilium æque perfectè & diſtinctè, ac ſi duæ diſtinctę eſſent de illis duobus intelligibilibus, illa vnica intellectio continet duas perfectiones, ergo vna alia quę continet tres intellectiones, adhuc continet tres perfectiones, ergo vna quæ continet infinitas intellectiones, continet vnitiuè infinitas perfectiones, conſequentia iſta vltima probatur. Vbi pluralitas argui, maiorem perfectionem quam paucitas, ibi infinitas arguit infinitatem. Sed ſic eſt in propoſito, ergo &c.

Tertiò arguitur qa data iſta poſitione ſequitur, quòd intelle-

intellectio intelligentiæ non dependet ab aliquo obiecto,niſi à quo dependet ſuum eſſe, & ita nihil inferius ſe, nec etiam ſe poſſet intelligere in genere proprio,ſed tantum in obiecto ſuperiori motiuè, immo nihil poſſet alia intelligentia intelligere,niſi in deo.

Sed vlterius inſurgit alia difficultas. Vtrum loquendo de compoſito compoſitione ex his ſit verum, quod quælibet creatura dicatur eſſe compoſita ex re & re.

Ad quam difficultatem reſpondetur, aliter eſt loquendum ſecundum ſcilicet Thomam,aliter ſecundum viam Scoti, ſecundum opinionem Tho. Omnis creatura eſt compoſita compoſitione ex re & re,tanquam ex poſitiuo & poſitiuo.

Pro qua opinione arguitur. Omne quod eſt,aut eſt purus actus aut pura potentia. Aut compoſitum ex actu & potentia. Creatura non eſt purus actus, quia eſſet deus nec pura potentia,quia tunc nihil eſſet,ergo relinquitur, quod eſt ex actu & potentia.

Sed contra iſtam opinionem inſtatur, quia ſi quodlibet ens eſt compoſitum ex actu & potentia, tanquam ex re & re,accipio componentia quæ ſint.A.&.B. & quæro. Vtrum.A.&.B. ſint compoſita, ex re & re, vel non. Si dicas,quod non,habetur intentum. Si dicas quòd ſic,proceditur vt prius, & tunc aut erit proceſſus in infinitum, aut oportet deuenire ad componentia quæ ſunt ſimplicia ſimplicitate oppoſita compoſitioni ex re & re.

Sco. i 1. di. 8. q. 2. Dicitur ergo ſecundum Doct. ſubti. quòd omnis creatura eſt compoſita ex actu & potentia ſicut ex habitu & priuatione,quia quęlibet creatura habet entitatem cum priuatione alicuius gradus entitatis. Nulla enim creatura habet entitatem ſecundum totam perfectionem quæ nata eſt eſſe entitatis in ſe,& ideo caret aliqua perfectione quæ nata eſt competere entitati in ſe, & ideo priuatur,ſicut talpa dicitur eſſe cæca,quia nata eſt habere viſum ſecundum rationem animalis, non ſecundum rationem talpę,ſecundum Philoſophum. 5. metap. c. de priuatione,componitur,enim cratura non ex re & re poſitiuis,ſed ex re poſitiua & priuatione, ideſt ex entitate aliqua quam habet, & ex carentia alicuius gradus perfectio-

5. met. ca. de priuatione. t. c. 25.

fectionis entitatis cuius ipſa non eſt capax, tamen ipſum ens in ſe eſt capax, ſicut talpa ſecundum ſe non eſt nata uidere, ſed ſecundum, quòd animal, nec tamen iſta compoſitio ex priuatiuo, & poſitiuo eſt in eſſentia rei, quia priuatio non eſt de eſſe alicuius entis poſitiui.

Pro intelligentia diuiſionis qua ens diuiditur in ens neceſſarium & in ens cõtingens, eſt aduertendum, quòd neceſſarium incomplexum ſecundum eſſe ſimpliciter. Quoddam eſt neceſſarium ex ſe, & à ſe, & hoc tam ſecundum viam Philoſophorum, quàm etiam Theo. Quoddã eſt neceſſarium ex ſe, & ab alio, ex ſe formaliter, ab alio effectiue. Neceſſarium primo modo ſecundum Theologos eſt pater diuinus, qui habet naturam in ſe ſimpliciter neceſſariam, & non habet ipſam ab aliquo producente ſeu principatiue, ſed ipſe eſt principium omnium producibilium tam in diuina natura, quàm in creaturis. Dicente Aug. 4. de Trini. ca. 20. pater eſt principium totius deitatis. Neceſſarium ab alio, & ex ſe formaliter ſecundum Theologos eſt filius diuinus, & etiã Spirituſſanctus qui habent naturam ſimpliciter neceſſariam indefectibilem, illam enim habẽt à patre producente. Similiter ſecundum Philoſophum datur neceſſarium à ſe, & ex ſe, quod eſt Deus, & prima intelligentia. Similiter neceſſarium ex ſe, ab alio eſt intelligentia ſecunda, & quælibet alia intelligentia. Intelligentia enim ſcecunda habet entitatem intrinſecam ſimpliciter neceſſariam. Sed quia habet illam effectiue, & productiue à prima, ideo iſta intelligentia non eſt neceſſaria à ſe, licet ex ſe ſit neceſſaria. Neque iſta duo contradicunt ex ſe formaliter, & ab alio effectiuè, quoniam important iſta duas diſtinctas habitudines, & ad diuerſa in diuerſis generibus cauſarum. Sed hic inſurgunt duæ difficultates. Prima eſt, ſi intelligentia ſecunda habet eſſe effectiuè à Deo. Secunda eſt, ſi intelligentia ſecunda eſt neceſſaria tanta neceſſitate quanta eſt filius Dei. ad primam negatur ſic, ſi intelligentia ſecunda habet eſſe effectiuè à Deo, videtur, quòd producatur de non eſſe ad eſſe, vt ly, de, ſaltem importat ordinem naturæ, ſed quodlibet tale eſt poſſibile, eſſe, vt diſtinguitur contra neceſſarium, ergo intelligentia ſecunda

Aug. 4. de Tri. c. 20.

da

da erit ens poſſibile non neceſſarium, maior eſt nota, quia quod producitur de non eſſe ad eſſe, reducitur de *Commen.* potentia ad actum, & quodlibet tale eſt poſſibile eſſe. Secundo arguitur, quia Ariſto. 12. Metaph. & Commen. *Com. 30. 41. & 44* ibidem Commen. 30. 41. & 44. vult, quod nullo modo potentia ſit in ſempiternis & neceſſarijs, ergo ſi ſempiternum, & neceſſarium produceretur ad eſſe, potentia ad eſſe de neceſſitate eſſet in ipſis, & tunc ſequeretur iſtud ad *Commen. in primo cœli Com. 121. & 124.* quod deducit Commentator in primo cœli. Commen. 121. & Com. 124. quòd ſi ſempiternum haberet potentiam ad eſſe præcedentem actum, quæ potentia reduceretur ad actum, in ſempiterno eſſent duæ potentiæ contrariæ, quarum vna eſſet ad ſemper eſſe, & altera ad non eſſe. Et confirmatur, quia neceſſarium eſt illud, quod non poteſt non eſſe, ſed ſi produceretur ad eſſe, circunſcripto producente, poſſe non eſſe, ergo non eſſet neceſſarium. Ad hanc difficultatem reſpondetur, quòd potentiam præcedere actum, aut nõ eſſe, ipſum eſſe, poteſt intelligi duobus modis, vno modo ordine temporis. Alio modo ordine naturæ. Si loquamur de ordine temporis, potentia, & nõ eſſe, non poteſt competere ſempiternis, & neceſſarijs ſecundum viam Ariſto. Si loquamur de ordine naturæ, hoc adhuc contingit duobus modis. Vno modo prout ordo naturæ accipitur poſitiue, alio modo tantum priuatiue. Ordo naturæ accipitur poſitiue inter aliqua quorum *Require Scot. in 2. diſt. 1. q. 2 & in quoli. q. 7. & circa ſi.* vnum actu, & poſitiue præcedit reliquum ſicut in homine ſenſitiuum præcedit intelligentiam. Alio modo ordo naturæ accipitur priuatiue. & iſto modo accipitur quando eſt inter aliqua, quorum vnum natura non præcedit reliquum actu, & poſitiue reſpectu tertij, ſed tãtum aptũ natum eſt in eſſe, niſi oppoſitum inducatur per aliquod agens extrinſecum. Exemplum huius eſt, ſi ſit aliquod perſpicuum, quod poſita æternitate mundi nunquam fuerit ſub vmbra alicuius corporis opaci, ſed ſit perpetuo illuminatum à ſole, ſi comparetur tale corpus perſpicuum ad lumen in ſe receptum, & ad vmbram, ſeu priuationem luminis, dicimus, quòd priuatio illa reſpectu talis corporis ordine naturæ præcedit illuminationem non quidem quantum ad ineſſe, quod vnquam infuerit, ſed

ſolum

ſolum quantum ad aptitudinem, quia talis priuatio nata eſt ineſſe prius natura quantum eſt ex natura iſtius corporis perſpicui, niſi per agens extrinſecum illuminatio in ipſo cauſaretur. Conſimile exemplum eſt de materia comparata ad formam, & ad priuationem formæ, quæ materia nunquam eſt ſub priuatione, ſed derelicta ſuæ propriç naturæ prius nata eſt eſſe ſub priuatione, quàm ſub forma, & hoc loquendo de forma in communi, & de priuatione ſibi correſpondente. Applicando ad propoſitum loquendo de ordine naturæ poſitiue, potentia & nõ eſſe, non pręcedit actum in ſempiternis, & neceſſarijs, ſed ſolum ordine naturæ priuatiuæ. Et hoc eſt, quòd habet Commen. 12. meta. Commen. 41. quòd ſi potentia eſt in ſtellis, & ſempiternis, non eſt modo potentiali. volens, quòd potentia in ipſis ad totum motum non præcedit actum poſitiue, ſed tantum priuatiue, quia talis motus eſt ab agente extrinſeco, modo ſic produci de non eſſe ad eſſe, & de potentia ad actum iſto modo non repugnat neceſſario ex ſe, licet bene repugnet neceſſario à ſe. Ex quo apparet, quòd poſſibile, quod diſtinguitur contra neceſſarium eſt poſſibile dictum à potentia præcedẽte actũ, vel ordine temporis, vel naturæ poſitiuç, ſed poſſibile dictum à potentia præcedente actum tantum natura priuatiuæ non diſtinguitur contra neceſſarium, ſed diſtinguitur contra impoſſibile. Per hoc reſpondetur ad illud quod dicitur, quòd illud, quod producitur ad eſſe habebit potentiam ad eſſe, & ad non eſſe, verum eſt capiendo eſſe, & non eſſe eo ordine quo dictum eſt, & quum infertur, quòd in eodem erunt duæ potentiæ contrariæ, quarum vna eſſet ad ſemper eſſe, altera ad non eſſe, circunſcripto efficiente. Reſpondetur, quòd intelligentia ſecũda producta ab intelligentia prima habet naturam neceſſariam, per quam intrinſecè, & formaliter poteſt ſemper eſſe, & per ipſam naturam quantum eſt ex ſe non poteſt non eſſe. Sed tamen, quia talis natura eſt ab efficiente, ipſum circunſcripto per impoſſibile, poterit non eſſe, ſed iſta potentia per quam poteſt non eſſe eſt extrinſece, & nõ eſt ex parte naturæ. Modo, quòd aliquod vnum poſſit ſemper eſſe potentia intrinſeca, & non eſſe potentia

Com. 12. Met. com. 41.

extrinſeca, & accidentaliter, hoc non eſt inconueniens, neque iſtę potentiæ ſunt contrariæ, quia non ſunt reſpectu eiuſdem, & ſecundum idem. Et per hoc vult Com. q̃ natura ſimpliciter poſſibilis nõ poteſt conuerti in neceſſarium, aut fieri neceſſaria, quia poſſibile habet ex ſe vñ de poſſit non eſſe, & neceſſarium habet ex ſe vnde non poſſit non eſſe, ergo ſi aliquod poſſibile fieret neceſſariũ, in ipſo eſſent duæ potentiæ contrariæ, ex quo habetur ſecundum ipſum, quòd quum motus ſit de ſe poſſibilis, non poteſt eſſe natura neceſſaria. Ad vltimum cum dicitur neceſſarium eſt illud, quod non poteſt non eſſe. Iſta propoſitio habet veritatem de neceſſario ex ſe, & à ſe, ſed non de neceſſario ex ſe, & ab alio. Vel poteſt dici, quòd neceſſarium quantum eſt ex natura intrinſeca, & ex ſe non poteſt non eſſe, circunſcripto quolibet alio, cuius circunſcriptio non implicat contradictionem, ponendo illud eſſe, vt habet Sco. in primo ſententiarum, diſt. 2. q. 6. Reſpondendo ad primum argumentum principale. Nam ponendo intelligentiam ſecundam eſſe circunſcripta prima. Iſta circunſcriptio eſt per impoſſibile, & implicat contradictionem, quia effectus etiam ſimpliciter neceſſarius non poteſt eſſe, circunſcripto eo à quo eſſentialiter depédet, ſed bene poteſt non eſſe per circunſcriptionem incompoſſibilem. Intelligentia ſecunda ſic dependet à prima, ergo &c. Ad ſecundam difficultatem dico, quod (ſecũdum viam Philoſophorum ponentium intelligentiam ſecundam eſſe neceſſariam, data iſta poſitione) intelligẽtia ſecunda non eſt neceſſaria tanta neceſſitate quanta eſt filius diuinus ſecundum viam Theo. Intelligentia. n. ſecunda ſi eſt neceſſaria eſt ſic neceſſaria in natura diſtincta à prima, filius autem diuinus habet eandẽ naturam, & ex conſequenti eandem neceſſitatem cum patre, & ita filius diuinus non poteſt non eſſe, circunſcripto quocunque alio ſecundum entitatem, & naturam. Vnde licet poſſit non eſſe circunſcripto patre producente, pater tamen diuinus non eſt alius ſecundum entitatem ſeu naturam. Sed non eſt ſic de intelligentia ſecunda, quia poterit non eſſe, circunſcripto aliquo alio ſecundum entitatem, quia circunſcripta prima intelligentia, quæ eſt alia à ſecun-

In primo ca. de ſubſtantia or.

à ſecunda ſecundum entitatem, poterit non eſſe. Modò ex hoc arguitur ſic illud, quod non poteſt non eſſe circūſcripto quocunque alio ſecundum entitatem eſt ens magis neceſſarium eo, quod poteſt non eſſe, circunſcripto alio ſecundum entitatem, ſed filius diuinus eſt hmōi, & non intelligentia ſecunda, ergo filius diuinus eſt ens magis neceſſarium, quàm intelligentia ſecunda. Quod ſi tu dicas, filius diuinus per te eſt neceſſarius ex ſe, & non à ſe. Pater diuinus eſt neceſſarius ex ſe, & à ſe. Ego pater diuinus dicitur eſſe magis neceſſarius, quàm filius. Ad hoc reſpondetur, quòd neceſſarium ex ſe, & à ſe, eſt magis neceſſarium eo, quod eſt ex ſe, & non à ſe, vbi habeat diſtinctam naturam, & non eandem, ſed vbi neceſſarium ex ſe & à ſe ſic ſit neceſſarium in eadem natura, quum ad eandem naturam ſequatur eadem neceſſitas, ſequitur, quòd iſta duo ſunt æque neceſſaria.

Pro intelligentia quomodo aliquid ſit neceſſarium ſecundum quid, ſicut creatura eſt neceſſaria ab æterno. Eſt aduertendum, quòd Deus ab æterno producit quamlibet creaturam in eſſe cognito, & intellecto, quia quamlibet creaturam intelligit ab æterno, & tale eſſe cognitū eſt eſſe ſecundum quid, & non eſt aliquod verum eſſe eſſentiæ, aut exiſtentię, vt habet Scot. in 1. di. 36. q. 1. Contra Henricum de Gandauo, qui voluit res habere eſſe eſſentiæ ab æterno. Quod ſi tu dicas, quòd Deus intelligit quamlibet creaturam ab æterno, quum neceſſario ſic intelligat, ergo nō poterit eſſe ſine iſta intellectione, & ex conſequenti ſine obiecto cognito, ſed Deus eſt ens maxime neceſſarium, creatura in eſſe cognito, vel non eſt neceſſaria, vel ſi eſt neceſſaria, non tanta neceſſitate quanta eſt Deus, ergo maximè neceſſarium in ſuo eſſe dependebit à minus neceſſario. Ad hoc reſpondetur, quòd neceſſarium à ſe, quod eſt maximè neceſſarium, poteſt eſſe abſque repugnantia quantum eſt ex parte ſui ſine eſſe reali cuiuſcunque non neceſſarij à ſe, quia non eſt contradictio, quantum eſt ex parte prioris abſoluti, quòd ipſum ſit ſine poſteriori. Tamen illud neceſſarium nō poteſt eſſe ſine eſſe cognito cuiuſcunque alterius, quia eſſe eius neceſſario requirit cognitionem alterius; & per conſequens

quens alterum in eſſe cognito.

Vel poteſt dici, quòd aliud eſt aliquod neceſſarium re quirere, vel coexigere aliquid ad ſui eſſe. Aliud eſt, quòd ad eſſe neceſſarium alicuius, aliud neceſſarium conſequatur. Dico ergo, quòd Deus non dependet ab eſſe cognito creaturæ, neque præexigit tale eſſe cognitum, ſed bene tale eſſe cognitum ad eſſe ipſius neceſſario conſequitur. Modo non eſt inconueniens, quòd ad eſſe alicuius magis neceſſarij, aliquid minus neceſſarium conſequatur.

Pro intelligentia quomodo ens diuiditur in dependẽs & in independens eſt aduertendum, quòd Ariſt. 12. Met. t.com.52. Ponit ex intentione ſua omnia habere ordinẽ eſſentialem iter ſe, & magis ordinem eſſentialem ad vnũ primũ. Ex quo vult habere, quòd (quum iſte ordo eſſentialis ſit ordo eſſentialis dependentiæ) omnia eſſentialiter dependent à primo ente, &(quum nihil ſit eſſentialiter dependens ab aliquo in eſſendo, à quo non habet eſſe in aliquo genere cauſæ) vult, quòd omnia dependent à Deo tanquàm à cauſa finali, & efficiente.

Quod ſi tu dicas, quemadmodum tenet via communis, quòd omnia dependent à Deo, vt à fine.

Contra hoc eſt tex. eius 12. Met. tex.com.36. vbi loquitur de primo mouente dicens, quòd mouet ſicut appetibile, & intelligibile, huiuſmodi autem mouent non mota, ſic autem Deus mouet intelligentiam ſibi proximam. Igitur cauſat intelligere ipſius intelligentiæ. Sed illud intelligere, vt communiter dicitur ſecundum Ariſto. eſt idem, quod ſubſtantia intelligentiæ ergo &c.

Si dicatur, quòd illud mouere eſt Metaphoricum, & non propriè aliquid cauſare. Contra omnis intellectio, quę non eſt eadem obiecto, cauſatur ab obiecto, & videtur, quòd effectiuè ſecundum Commen. ibidem dicentem, quòd balneum in mente mouet, vt efficiens, & vt extra mouet, vt finis, ergo intellectio intelligentiæ cauſabitur effectiuè à primo ente.

Quod ſi tu dicas. Intellectio intelligentiæ ſecundæ, & eius ſubſtantia dependet à prima, vt cauſa finali, propterea quia prima intelligentia terminat dependentiam ſecundæ,

cundæ, & finit ipſam, & ſic præciſè, vt à fine, & non vt ab efficiente.

Contra hoc dicit Philoſophus, quòd intelligentia prima non ſolum mouet, vt terminans dependentiam intelligentię ſecundæ, imo, vt mouens ad actum amandi, quia mouet, vt amatum, & deſideratum, ergo eſt cauſa amoris intelligentiæ, & intellectionis & non niſi effectiue, vt argutum eſt, ergo &c.

Præterea ſi Deus ſit finis entium ſolum terminans dependentiam eorum in ratione finis, illud terminare dependentiam iſto modo non eſt niſi præexigentia entitatis diuinæ, quia vnumquodque ad ſuum eſſe requirit entitatem Dei, ſed hoc non poteſt eſſe ſecundum mentem Philoſophi, quia nedum de entitate diuina, immo de entitate omnis ſpeciei, Philoſophus habuit pro impoſſibili, quòd vniuerſum poſſet ea carere. Vnde ſi Deus non eſſet aliter cauſa finalis niſi quia eius entitas requiritur ad entitatem aliorum, ſpecies humana eſſet cauſa finalis, quia neceſſario requiritur ad entitatem aliarum ſpecierum ſecundum Philoſophum, & non eſſet differentia niſi in hoc, quia Deus eſſet maius ens, quàm ſpecies humana ſed quoad præexigentiam neceſſariam ita requiritur ſpecies humana ſicut Deus ad eſſe aliorum. Alia quæ faciũt pro iſta concluſione dimittantur vſque aliàs.

Pro intelligentia quomodo relatio creaturæ ad Deũ ſit eadem realiter fundamento, & vniuerſaliter quæcunque ſine qua fundamentum eſſe implicat contradictionem, videas Scot. in 2. diſt. 1. q. 5. vbi diffuse pertractat iſtam materiam.

Pro intelligentia quomodo vnum dicitur multipliciter eſt aduertendum ſecundum Philoſophum 4. Meta. t. com 3. (quam ſententiam inſequitur Doctor ſubtilis, in ſecundo ſententiarum diſt. 3. q. 6. & in eodem lib. diſt. 12. q. 1.) quòd ens, & vnum conuertuntur, & quot modis dicitur ens tot modis, & vnum. Ens autem dicitur vno modo tranſcendenter, ſecundo modo ens dicitur generice, hoc aut ſecundum genus generaliſſimum, aut ſecundum genus ſubalternum. Ens etiam dicitur ſpecificè ſecundũ ſpeciem ſpecialiſſimam. Et vltimo modo ens dicitur ſin-

gulariter ſicut quodlibet indiuiduum dicitur eſſe ens ſingulariter, vel indiuidualiter, ſicut ens dicitur tot modis, ita, & vnum, quia vnitas eſt paſſio adæquata enti. Vnde quot ſunt rationes formales conceptibiles ex natura rei in aliquo vno, tot ſunt vnitates ex natura rei in eodem. Quum autem in iſto dicuntur eſſe plures rationes formales ſic conceptibiles, ſcilicet entitas, ſubſtantia, corpus viuens, animal, homo, & hic homo, tot in homine ſunt vnitates ex natura rei, ita, quòd ſicut iſtę rationes formales ſunt plures, & diſtinctę ex natura rei, ſic etiam, & ipſę vnitates ſunt diſtinctè.

Nec valet dicere, quòd intellectus facit iſtas rationes formales conceptibiles, quia intellectus per actum ſuum intelligendi ſiue ſit ſimplex apprehenſio, ſiue ſit compoſitio, & diuiſio, non facit rationem talem eſſe conceptibilem, ſed per prius ipſa eſt conceptibilis ex natura rei, & diſtinctio actu intelligibilis, quàm intelligatur actus intelligendi poni in eſſe. Vnde ideo ipſam rationem conceptibilem intellectus noſter intelligit (loquendo de iſtis rõnibus formalibus obiectiuis repertis in re) quia in ſe, & ex natura ſui eſt intelligibilis, & non ideo eſt intelligibilis, quia eam intellectus noſter intelligat.

Præterea actus intelligendi dependet ab iſta ratione conceptibili, ſicut à cauſa, ſed cauſa natura præcedit effectum, & non ponitur in eſſe per ſuum effectum: ergo iſta ratio eſt conceptibilis in ſe. Tunc ſic. Multiplicato aliquo ſubiecto ex natura rei, cui adæquatur aliqua paſſio multiplicatur & ipſa paſſio, ſed multiplicatur ens ſecundum diſtinctas rationes conceptibiles in aliquo vno indiuiduo, & ſingulari, ergo multiplicatur eius paſſio ſibi adęquata quæ eſt eius vnitas.

Secundo notandum eſt, quòd vnum, & multa ſunt oppoſita.ex.10.Meta.quod eſt intelligendum, quòd iſta sũt oppoſita vbi accipiantur ſecũdum idem & reſpectu eiuſ-

T.com. 10 dem, ſed vbi difformiter accipiantur vnitas, & multitudo, non opponuntur. Exemplum ſi enim aliquid eſt vnũ numero, impoſſibile eſt, quòd ſit plura pluralitate numeri, quæ opponitur vnitati numerali, ſed vbi vnum accipiatur ſecundum genus, aut ſecundum ſpeciem, tale vnum

ſtat

ſtat cum pluralitate numerali, & hoc quia pluralitas numeralis ſeu multitudo, licet ſit diſparata reſpectu vnitatis ſpecificæ aut genericę, non tamen opponitur ei, & quandiu aliqua multitudo non opponitur vnitati, non tollit, & deſtruit illam vnitatem, ſed eſt ei compoſſibilis, quia vnitas non tollitur aut deſtruitur niſi per eius oppoſitum, & incompoſſibile. Ex quo apparet quomodo ſit verum, quòd aliqua dicantur eſſe vnum tranſcendenter, & tamen plura generice, & ſecundum genus, & ſic deſcendendo vſque ad indiuidua. Et hęc dicta ſint de primo articulo.

ARTICVLVS SECVNDVS PRINCIPALIS.

QVANTVM ad ſecundum Articulum principalem &c. Pro declaratione diſtinctionis qua diſtinguitur intellectus in agentem, & poſſibilem, eſt aduertedum, quòd intellectum agens ſecundum Sco. dicitur actiuus, & productiuus. Actiuus, pro quanto reſpicit paſſum, quod eſt intellectus poſſibilis. Productiuus pro quanto reſpicit actum intelligendi, & aliquam formam productam in ipſo intellectu poſſibili, vnde intellectus agens non dicitur productiuus, quia producat intellectũ poſſibilem, ſed ſolum ex ratione prædicta, quia producit aut actum intelligendi, aut ſpeciem intelligibilem in intellectu poſſibili. Et non dicitur actiuus, quia agat in actum intelligendi aut in ſpeciem, ſed quia agit in intellectum poſſibilem.

Intellectus etiam poſſibilis dicitur tripliciter ſecundum Doc. dicitur vno modo paſſiuus, ſecũdo modo receptiuus, & tertio modo operatiuus. Dicitur paſſiuus in ordine ad intellectum agentem, inquantum eſt actiuus. Dicitur receptiuus in ordine ad actum intelligendi & ad ſpeciem quam recipit. Non enim intellectuus poſſibilis recipit intellectum agentem, ſed ſpeciem intelligibilem aut actum intelligendi, ergo in ordine ad iſta dicitur re-

ceptiuus. Intellectus poſſibilis vltimo modo dicitur operatiuus, pro quanto formaliter intelligit componit & diuidit & diſcurrit. Vnde formaliter operari in ipſo eſt ſuũ proprium intelligere. Iſtę tres rationes in intellectu poſſibili ſic ſe habent quòd duæ primæ, ſcilicet ratio paſſiui & ratio receptiui dicunt imperfectionem, quòd enim aliquid patiatur ab aliquo recipiendo aliquam perfectionem, hoc arguit imperfectionem in ipſo, quòd etiam aliquòd paſſum recipiat in ſe aliquod receptibile, hoc etiam dicit imperfectionem, quia receptiuum & receptibile ſemper diſtinguuntur eſſentialiter, & vnum non includit reliquum per identitatem, quæ diſtinctio eſſentialis arguit maximam imperfectionem, & propterea non ponitur in diuinis. Sed tertia ratio intellectus poſſibilis quæ eſt eſſe operatiuum ſeu formaliter operari, non ponit aliquam imperfectionem, immo perfectionem, & ita ponitur in diuinis intellectus ſub ratione operatiui, & nõ ſub ratione paſſiui aut receptiui. Conſimiliter quantum ad rationes competentes intellectui agenti, eſſe productiuum dicit perfectionem in tali intellectu, ſed eſſe actiuum dicit imperfectionem. Primum patet ex ſententia philoſophorum ponentium nobiliſſima entia habere aliquam cauſalitatem productiuam reſpectu iſtorum inferiorum, ergo eſſe productiuum non ponit imperfectionem in eo cui competit talis ratio productiuitatis, ſed eſſe actiuum in intellectu & in aliquo cuicunque competit, ponit imperfectionem ex parte acti & ex parte paſſi, quia paſſum inquantum paſſum, vt dictum eſt, dicit imperfectionem. Similiter actum inquantum actum ponit diſtinctionem eſſentialem, & propter hoc remouetur à deo, quòd habeat intellectum actiuum ad intra, tũ quia ibi non eſt paſſum, tum quia ibi non eſt diſtinctio eſſentialis, ſed bene in deo ad intra ponitur intellectus agens ſub ratione productiui.

Secundo notandum eſt pro intelligentia propoſitionis Ariſt. 3. de anima, text. comm. 18. vbi habet, quòd intellectus agens eſt omnia facere, quòd duæ ſunt rationes competentes intellectui agenti, vt colligitur de mente Comm. ibidem, quarum vna eſt facere potentia intelligibilia,

gibilia, actu intelligibilia, alia eſt facere potentia intellecta actu intellecta. Illud obiectũ dicitur eſſe potẽtia intelligibile quod habet eſſe in phantaſmate repræſentatũ, quia phantaſma eſt improportionatũ mouens reſpectu intellectus poſſibilis quum ſit materiale & extenſum, & intellectus poſſibilis immaterialis & inextenſus, & ideo tale obiectum relucens in phantaſmate non eſt actu intelligibile, quod poſſit potentia propinqua mouere intellectum poſſibilem, ſed ſolum in potentia remota. Obiectum repręſentatum per ſpeciem intelligibilem dicitur eſſe actu intelligibile, quia ſpecies repræſentans eſt proportionatum mouens reſpectu intellectus poſſibilis, & hoc eſt quòd inquit ibi Comment. 3. de anima, comment. 18. quòd officium intellectus agentis eſt transferre obiectum de ordine in ordine, hoc eſt de ordine materialium & corporalium ad ordinem ſpiritualiũ & immaterialium. Quoniam tale eſſe habet obiectum in repræſentatiuo & in ſpecie, quale eſſe habet ipſum repræſentatiuum. Sed phantaſma quod eſt ſpecies repræſentans habet eſſe materiale & extenſum, ergo & obiectum repræſentatiuum per ipſum habet ſic eſſe materiale & extenſum. Et ſimiliter dicendum eſt de ſpecie intelligibili & obiecto repræſentato per talem ſpeciem, ita quòd ſicut ſpecies intelligibilis habet eſſe immateriale, ſic obiectum repræſentatum per ipſum habet conſimile eſſe.

Ex quo ſequitur quòd ibi eſt duplex tranſlatio quarum vna eſt realis, & altera metaphorica. Prima eſt, qua intellectus agens de phantaſmate producit ſpeciem intelligibilem, & iſta eſt tranſlatio ſeu productio realis, alia eſt metaphorica qua obiectum transfertur metaphorice & ſimilitudinarie ad talem eſſe, quale habet ipſum repræſentatiuum, vt dictum eſt. Ex quo apparet quid ſit intellectus agens, & qualis ſit eius operatio.

Aduertendum vlterius, quod intellectum agentem eſſe omnia facere, poteſt intelligi vel quantum ad primam operationem quæ eſt facere potentia intelligibilia actu intelligibilia, vel quantum ad ſecundam, quæ eſt facere potentia intellecta actu intellecta. Si primo modo,

hoc

hoc poteſt intelligi, quod de quocunque intelligibili poſſit abſtrahere ſpeciem intelligibilem ipſum formaliter repręſentantem. Et ſi ſic, hoc dictum eſt falſum, & apud philoſophos, & apud theologos, quia à relationibus & reſpectibus non poteſt intellectus agens abſtrahere ſpeciem intelligibilem, ſed ſolum ab abſolutis. Si vero tu intelligas quod reſpectu cuiuſcunque obiecti intelligibilis poſſit abſtrahere ſpeciem ipſum formaliter vel virtualiter repræſentantem, ſic intellectus agens eſt omnia facere, propterea, quia nihil intellectus poſſibilis pōt intelligere, niſi per a iquā ſpeciem quæ ſit formaliter vel virtualiter repræſentatiua, & iſto modo ſpecies abſoluti virtualiter repræſentat reſpectum & relationem, ſecūdum Theologos intellectus agens non eſt omnia facere quod poſſit de quocunque obiecto abſtrahere ſpeciem intelligibilem etiam ſi ſit abſolutum quia ſecundum San. Tho. in prima parte, q. 12. artic. ſecundo, non poteſt abſtrahi ſpecies intelligibilis quæ ſit formaliter repræſentatiua eſſentiæ diuinæ immo etiam de ſubſtantijs immaterialibus ſecundum Sco. & etiam de ſubſtātia materiali non poteſt abſtrahi ſpecies aliqua formaliter repræſentans talia obiecta. Ratio primi dicti eſt, quia ſpecies adæquatur obiecto, nulla autem creatura poteſt adęquari eſſentiæ diuinæ, ergo nulla ſpecies intelligibilis in nobis poteſt haberi de eſſentia diuina. Ratio ſecundi dicti eſt, quia intellectus agens non abſtrahit niſi à phantaſiabilibus, & ex conſequenti à ſenſibilibus. Sed tales ſubſtātiæ prædictę non ſunt phantaſiabiles, neque ſenſibiles, ergo non poſſunt habere propriā ſpeciem in intellectu. aſſumptum autem quod intellectus abſtrahat à phantaſiabilibus & ſenſibilibus apparet per hoc, quod nihil abſtrahit intellectus niſi à phātaſiabilibus, ſed phātaſmata ſunt à ſenſibilibus, dicente Ariſt: 2. de anima circa finem. Eſt autem phantaſia motus factus à ſēſu ſecūdū actū: ergo phātaſia non mouetur niſi à ſenſibilibus, ſubſtantia autem ſiue ſit materialis ſiue immaterialis non eſt ſenſibilis, quia eſt ſententia Commen. 2. de anima. Senſus non ſe profundat vſque ad ſubſtantiam rei, ergo ſubſtantia non eſt phantaſiabilis, quare ſequitur propoſitum, quod non habet

bet propriam ſpeciem in intellectu.

Pro intelligentia huius quod eſt intellectum poſſibilem omnia fieri poteſt intelligi quod poſſit recipere omnem actum intelligendi de quocumque intelligibili, & ſic eſt uerum ſecundum mentem philoſophi, quia intellectus eſt totius entis,& ſecundum omnem ambitum entis vel poteſt intelligi quod intellectus poſſibilis ſit omnia fieri quod de quocunque poſſit habere aliqué actum intelligendi, ſed non omnem. Et illo modo conceditur à theologis intellectũ poſſibilem eſſe omnia fieri, quia licet de quocũque intelligibili poſſit recipere actum intelligendi ex naturalibus quantum ad rationes generales & communes, vel quantum ad illas rationes quæ ſunt abſtrahibiles à ſenſibilibus,non tamen quantum ad rationes proprias & ſpecificas, & quantum ad reſpectum qui terminatur ad deum ſub propria ratione deitatis.

Vlterius pro intelligentia huius quod ponitur in littera, quod intellectus agens, & intellectus poſſibilis ſunt duæ formalitates. Aduertendum eſt quod intellectus agens poteſt capi duobus modis, vno modo pro intellectu: cuius eſt abſtrahere ſpeciem intelligibilem, alio modo poteſt accipi intellectus agens, pro intellectu cuius eſt cauſare effectiuè intellectionem ſiue actum intelligendi. Si primo modo capiatur intellectus agens,ſic talis intellectus, & intellectus poſſibilis ſunt duæ potentiæ formaliter diſtinctæ ex natura rei, & habent diſtinctas formalitates. Si vero capiatur intellectus agens pro illo intellectu cuius eſt cauſare actum intelligendi,& dicatur quòd intellectus poſſibilis concurrat actiue ad actum intelligendi,vt ſuſtentat Scot.in quolibetis, q. 15. & in primo ſententiarum diſt.3.q.7.de notitia genita, tunc intellectus agens & poſſibilis non ſunt duæ potentiæ formaliter diſtinctæ ex natura rei, neque habent duas formalitates vt declarat Sco.in quolib.q.dicta.

Notandum tamen quòd potentia poteſt capi vel pro reſpectu potentialis, vel pro fundamento reſpectus. Si primo modo, tunc intellectus agens & poſſibilis (dato quòd idem intellectus cauſet in ſeipſo actum intelligendi) diſtinguuntur formaliter & ſunt duæ potentiæ reſpe-

ctiuæ

ctiue intellectus agens & poſſibilis, & hoc quia alius eſt reſpectus potentialitatis paſſiuæ. Qui duo reſpectus appellantur duæ potentiæ reſpectiuę, qui reſpectus vlterius fundantur in vno & eodem reſpectu abſoluto, quod eſt ſubſtantia intellectus poſſibilis ſeu ipſa potentia fundamentalis. Si vero capiatur potentia pro fundamento proximo potentialitatis, intellectus agens & poſſibilis. (Cum ſint vnum & idem abſolutum ex natura rei ſimpliciter indiſtinctum) ſic non ſunt duæ potentia formaliter diſtinctæ: & hoc ſecundum Scot. in præfata quæſt. quolibet.

Pro intelligentia quomodo eſt duplex actus intellectus eſt aduertendum quòd triplex eſt actus in intellectu, quidam eſt actus rectus, quidam reflexus, quidam collatiuus. Actus rectus eſt ille qui directe terminatur ad obiectum extra, & habet tendentiam in obiectum ipſum vt in terminum. Actus reflexus eſt actus qui terminatur ad actum præexiſtentem in potentia & habet relationem tendentiæ, vel tendentiam in ipſum. Quæcunque vero talis actus reflexus habet tendentiam in potentiam cognoſcentem, inquantum cognoſcens eſt, quandoque vero habet tendentiam in obiectum inquantum eſt cognitum. Exemplum primi, ſi intelligo me intelligere iſte actus quo intelligo me intelligere terminatur ad ipſum intelligere tanquam ad terminum. Exemplum ſecundi: Si intelligo me intelligentem, tunc iſte terminatur ad me ſub ea ratione ſub qua intelligo. Exemplum tertij, ſi intelligo me intelligere lapidem, iſte actus terminatur ad lapidem vt intellectum, ita quòd actus poteſt eſſe conuerſiuus & reflexus, & ſuper ſeipſum intelligentem & ſuper actum intelligendi, & ſuper obiectum intellectum, inquantum eſt intellectum. Actus autem collatiuus eſt actus quo comparatur vnum obiectum ad aliud, & hoc eſt ſatis manifeſtum.

Notandum vlterius pro intelligẽtia tertij notati quod ratio capitur duobus modis, vno modo capitur ratio pro ratione obiectiua, alio modo pro eo quod eſt formaliter ratio. Primo modo dicimus quòd diffinitio eſt ratio obiectiua, de qua ratione facit mentionem Ariſt. in diffinitione

nitione vniuocorum & æquiuocorum quando inquit. vniuoca ſunt illa quorum ratio &c. Similiter in 7. metaph. cap. de partibus diffinitionis, tex. comment. 33. habet Ariſt. quod ſicut ratio ad rem, ita partes rationis ad partes rei. Similiter omnis conceptus obiectiuus qui poteſt terminare actum intelligendi ex natura rei, appellatur ratio apud Ari. Et iſto nomine vtitur 5. meta. c. de fal. tex. comm. 34. vbi habet quòd ratio in ſe falſa, eſt de omni falſa, & ratio in ſe vera eſt conceptus qui non includit partes ad ſeinuicē repugnātes. Alio mō capitur ratio & ſecūdo modo principaliter pro ratione formali, ſeu ꝑ eo ꝙ eſt formaliter ratio, & hoc duobus modis, vel pro ratione quæ eſt actus primus vel pro ratione ꝙ̄ eſt actus ſecūdus. Si ratio capiatur pro actu primo, ſic accipitur ꝑ potētia ratiocinatiua, ꝙ̄ eſt formaliter potētia rationalis, & talis ratio, quędā eſt vniuerſalis, quędā particularis. Ratio vniuerſalis eſt intellectus qui diſcurrit & ratiocinatur circa vniuerſalia. Iſta autem potentia rationalis capitur ab Ariſt. duobus modis, uno modo pro potentia cuius eſt rationabiliter diſcurrere etiam circa vniuerſalia. Alio modo pro potentia, cuius eſt rationabiliter eligere & determinare de agibili, primo ſic eſt intellectus potentia rationalis per eſſentiam, quia eius ſic eſt diſcurrere circa vniuerſalia, ſecundo modo voluntas dicitur rationalis per eſſentiam, quia eius eſt eligere, quum ſit potentia electiua, quia eius eſt determinare ad alterum oppoſitorum, vt eſt de mente Ariſtot. 9. metaphyſic. text. commen. 10. Quam ſententiam habet ipſe Commen. in præfato commen. volens, quod potentia quæ eſt oppoſitorum ſicut eſt intellectus, determinatur ab appetitu. Si vero ratio capiatur pro ratione particulari, ſic vel capitur pro potentia ratiocinante circa particularia, & talis eſt ipſa cogitatiua, vt habet videri in 2. de anima à Commen. & etiam in tertio. Vel capitur tatio particularia pro potentia collatiua, & iſto modo non ſolum cogitatiua, verum etiam imaginatiua & ſenſus communis poſſunt appellari ratio, quia quælibet iſtarum poteſt operari circa obiectum, non ſolum in ſe, verum etiam in ordine ad aliud, referendo vnum ad reliquum, quod apparet

de

de ſenſu communi, qui ponit differentiam inter extrema ſenſibilia, inquantum ſenſibilia ſunt, & præacceptat vnum ſenſibile magis quam reliquum, quod non eſt ſine actu collatiuo, quo comparat vnum obiectum ad reliquum. Ratio ſi capitur pro ratione formali, quæ eſt actus ſecundus, ſic accipitur pro diſcurſu, quo potentia diſcurſiua formaliter diſcurrit à præmiſſis ad concluſioné, capitur ét pro ipſo actu collatiuo quo vnum obiectum refertur ad reliquum. Quòd autem iſte actus collatiuus dicatur eſſe ratio aut actus rationis, apparet de mente Sco. in primo ſententiarum, diſt. 45.q. vnica. vbi vult quod potentia volitiua, & quæcunque alia quæ ſit collatiua, poſſit cauſare rationem & diſtinctionem rationis. Vltimo modo ratio capitur pro forma vt eſt de mente Ariſto. 3. meta. text. commén. tertij vbi appellat ſpeciē & formam domus, rationem. Et forma dicitur eſſe ratio, quia omne illud, quod eſt principium agendi actione reali vel actione intentionali, dicitur ratio agendi, ſed forma ſic eſt principium reſpectu vtriuſque actionis, & maxime eſt principium cognoſcendi rem cuius eſt forma. Igitur forma ſic poteſt dici ratio.

Pro intelligentia primæ concluſionis in qua ponitur quid ſit idētitas rationis. Eſt aduertendum, quòd duplex eſt conceptus, vnus ex parte rei, quæ concipitur alius ex parte intellectus. Ex parte intellectus duobus modis pōt accipi cōceptus iſte. Vno modo ipſa intellectio appellat conceptus, quæ intellectio eſt illud, quo intellectus intelligit, & concipit obiectum. Secundo modo cognitio paſſiua, qua obiectum concipitur, & cognoſcitur appellatur conceptus, & ipſa intellectio, qua intellectus intelligit dicitur conceptus. quia per ipſam intellectus concipit obiectum, & ipſa cognitio paſſiua etiam appellatur conceptus, quia per ipſam obiectum concipitur ab intellectu. Primus conceptus, qui eſt intellectio, eſt ens reale, & abſolutum de prædicamento qualitatis. Secundus conceptus, quæ eſt ipſa cognitio paſſiua, eſt ens rationis reſpectiuum, & non abſolutū, & non eſt niſi reſpectus rationis derelictus in obiecto, ex applicatione intellectus ad ipſum obiectum.

Secundo

Secundo notandum eſt, quòd quando intellectus intelligit aliquod obiectum puta lapidem intelligētia ſimplici eſt conſiderare duo in lapide intellecto, ſcilicet naturam lapidis, quæ intelligitur, & ipſum eſſe cognitum, quod acquirit lapis ab intellectu: natura lapidis, quæ intelligitur eſt ens reale, ſed eſſe cognitum eſt ens rationis, vt dictum eſt, & quia vnumquodque ens conſequitur ſua propria vnitas, naturam lapidis, quæ intelligitur, conſequitur vnitas realis. Ipſum eſſe cognitum conſequitur vnitas rationis, quoniam quale eſt ipſum eſſe, talis eſt vnitas conſequens eſſe. Vnitas autem quum ſit proximum fundamentum identitatis ex 5. Meta. cap. de ad aliquid. Vnitas conſequens eſſe cognitum eſt fundamentum idētitatis rationis. Vnitas autem conſequens naturam lapidis quæ intelligitur eſt fundamentum identitatis ex natura rei. Ex quo ſequitur propoſitum, quòd quando intellectus aliquid intelligit intelligentia ſimplici, non cōparando, aut referendo illud, quod intelligit ad aliud (cum habeat conceptum indiſtinctum omnino ex parte rei, & ex parte ipſius intellectus non diſtinguentis ipſum obiectum ab alio) obiectum, vt habet eſſe cognitum per vnitatem conſequentem tale eſſe cognitum, fundat identitatem rationis. Et hoc eſt, quod dicitur, quòd omnia iſta, quæ concipiuntur, per ſe, perſeitate tertij modi, hoc eſt in ſe, & ſolitare cognoſcendo ipſa, & non referendo ad alia, dicuntur fundare identitatem rationis. *5. Met. t. com. 20.*

Et ex hoc apparet qualiter ſit verum illud, quod dicunt Scotiſtæ, quòd identitas rationis eſt abſolutiſſima, hoc eſt non dependens ab actu collatiuo intellectus aut alterius potentiæ collatiuæ. Vnde abſolutum poteſt intelligi duobus modis, vno modo vt diſtinguitur contra reſpectiuum, alio modo, vt diſtinguitur contra dependens. Si primo modo capiatur abſolutum, identitas rationis non eſt abſolutiſſima, quia eſt reſpectus rationis. Si uero capiatur abſolutum ſecundo modo, ſic eſt abſolutiſſima, hoc eſt independens independentia oppoſita dependentiæ qua dependet eius oppoſitum, quod eſt diſtinctio rationis, quæ dependet

ab

ab actu collatiuo, & conſtituitur in eſſe per talem actum, ſed identitas rationis eſt abſoluta ab omni tali dependentia.

Sed hic inſurgit vna difficultas. Nam certum eſt quòd identitas rationis eſt relatio, & relatio eſt inter extrema quæ ſunt fundamentum & terminus identitas autem rationis eſt eiuſdem ad ſe, ſed nulla relatio eſt eiuſdem ad ſe niſi ſit per actum collatiuum intellectus, ergo identitas rationis dependebit ab actu collatiuo intellectus, vel alterius potentiæ collatiuæ.

Et confirmatur per Ariſt. 5. meta. cap. de eodem, & eſt tex. non habens commen. immediate ſequens tex. Comment. 15. Identitas eſt vno modo quando intellectus, vtitur vno vt duobus. Ex quo ſequitur quòd ſecundum Ariſto. identitas quæcumque eſt inter aliqua duo, & ideo ſi eſt eiuſdem ad ſe, hoc erit per actum collatiuum intellectus.

Ad hoc reſpondetur, quòd duplex eſt relatio, quędam eſt relatio actualis, quædam aptitudinalis ſeu fundamẽtalis. Relatio actualis ſiue ſit realis, ſiue rationis, ſemper eſt inter aliqua duo extrema in actu, aut ſecundum rem, aut ſecundum conſiderationem intellectus. Si ſit relatio aptitudinalis eſt inter aliqua duo extrema in actu ſolum in aptitudine & in potentia, ita, quòd non requirit extrema actualiter, exiſtentia, ſed ſolum potentia liter. Si loquamur de relatione actuali, dicimus, quòd identitas rationis actualis non poteſt fundari in obiecto cognito cognitione ſimplici, propterea, quia obiectum appræhenſum ſimplici appræhenſione, vt ſic cognitum, non eſt aliqua duo in actu per conſiderationem intellectus, ſed identitas quæ fundatur, in tali obiecto, ſic cognito (quæ eſt identitas rationis) eſt identitas aptitudinalis, & fundamentalis, pro quanto fundatur ſuper vnitatem eius. quod poteſt eſſe aliqua duo in actu per conſiderationem intellectus, quia intellectus poteſt vti vno & eodem, vt fundamento & termino identitatis, & tunc vtitur vno vt duobus eo modo quo loquitur Ariſt. 5. meta. loco prællegato.

Ex quo nos concludimus, ꝙ licet in tali obiecto ſic ap-

præhenſo

præhenſo fundetur identitas rationis aptitudinalis, non tamen actualis, quia iſta ſolum eſt in illo, quod conſideratur ab intellectu inquantum conſideratum eſt, & per conſiderationem alteri comparatur, ex quo apparet quid ſit identitas rationis &c.

Ex quo infertur vnum corollarium, quòd non datur identitas rationis actualis ſine actu collatiuo intellectus, hoc patet ex dictis, quia quum talis identitas ſit relatio rationis, eſt inter aliqua extrema comparata adinuicem per actum collatiuum intellectus.

Pro intelligentia ſecundæ concluſionis notandum eſt quòd prima via & maxima ad demonſtrandum diſtinctionem inter aliqua, eſt via contradictionis. Et hoc ſupponendo quòd contradictio ſit maxima oppoſitio & ſimpliciter prima, quòd ſit, prima patet quia præſupponitur ab omnibus alijs, quòd ſit maxima, de hoc eſt difficultas. Tamen pars affirmatiua tenetur à Franciſco de mayro. in conflatu, diſt. 38. quæſt. vlt. & Landulpho in 4. ſen. diſt. 1. quæſt. 1. licet Burleus teneat oppoſitum. Et hic concluditur quòd diſtinctio rationis eſt inter illa quæ ſecũdum aliquod eſſe rationis ſunt fundamenta contradictionis, ſicut in propoſitione in qua idem prædicatur de ſeipſo, vbi idem ſecundum rem & ex natura rei fundat duas intentiones ſecundas oppoſitas, vel ſaltem diſparatas, ſicut ſunt intentio ſubiecti & intentio prædicati, in iſta propoſitione homo eſt homo, vbi idem eſt ſubiectum & non ſubiectum, vt à parte prædicati, & ſimiliter idem eſt prædicatum, vt eſt à parte prædicati, & non prædicatum, vt à parte ſubiecti.

Pro intelligentia quomodo inter entia realia & rationis eſt diſtinctio rationis, eſt aduertendum quòd (quum diſtinctio ſit relatio mutua) in vtroque extremo poteſt fundari ſuper ente reali, & terminari ad ens rationis, & econtra. Si fundetur in ente reali ad ens rationis, poteſt probari talem diſtinctionem eſſe diſtinctionem rationis duplici via, vna eſt dependentia ad ens rationis quoniam quo modo relatio dependet ab extremis, quæcumque dependet ab ente rationis de neceſſitate eſt ens rationis quia dependentia ſemper eſt ad prius & ad perfectius.

Ex qua via probatur non tantum diſtinctionem fundatam in ente reali, & terminatam ad ens rationis eſſe ens rationis, verum etiam relationem fundatam in ente rationis, & terminatam ad ens reale. Quia quum æque bene relatio dependeat à fundamento ſicut à termino ſi dependebit à fundamento rationis, neceſſario ſequitur ipſam eſſe ens rationis. Et ita iſta via eſt generalis omnibus diſtinctionibus rationis. Sed alia via ſpecialis ad probandum diſtinctionem rationis eſt ex habitudine ad terminum, quia quum relatio includat habitudinem ad fundamentum tanquam aliquid quod eſt paſſio eius & competit per ſe ei in ſecundo modo, & habitudinem ad terminum tanquam aliquid quod competit ei per ſe in primo modo, eſſentialius poteſt probari diſtinctionem rationis eſſe ens rationis per habitudinem ad terminum. Aſſumptum autem de habitudine ad terminum quòd competat per ſe in primo modo relationi, apparet per Ariſto. in prædi. ca. de ad aliquid, & vbicunque diffinit reſpectum per habitudinem ad terminum & non ad fundamentum, ergo illa diſtinctio quæ fundabitur in ente reali & terminabitur ad ens rationis, neceſſario erit ens rationis ex habitudine ad talem terminum.

Sed hic inſurgit difficultas vtrum diſtinctio fundata in ente rationis & terminata ad ens reale (ſcilicet diſtinctio quæ fundatur in iſta intentione quæ eſt genus, & terminata ad animal quod eſt intentio prima) poſſit probari eſſe ens rationis ex habitudine ad terminum.

Et reſpondetur quòd ſic, præſupponendo primo, quòd diſtinctio habet inhærentiam ad ſuum fundamentum quæ eſt eadem realiter ſibi ſicut per ſe paſſio eſt eadem ſubiecto cuius eſt paſſio. Præſupponitur ſecundo quòd inhærentia ſi ſit ens rationis, & identificantur ſuo fundamento de neceſſitate fundamentũ erit ens rationis, quia quodcunque eſt ens rationis non poteſt identificari enti reali. Iſto ſtante arguitur ſic, inhærentia diſtinctionis quę eſt fundata in ente rationis, eſt eadem ſibi realiter, ſed iſta inhærentia eſt ens rationis, ergo & diſtinctio erit ens rationis. Aſſumptum probatur, quia inhærentia talis di-

ſtinctionis fundatur in diſtinctione, & terminatur ad ipſũ ens rationis, ergo habet habitudinẽ ad terminum rõnis ſed omnis relatio quæ habet habitudinem ad terminum rationis eſt ens rationis, ergo iſta inherentia quæ talem habet habitudinem ad ens rationis, erit ens rationis, conſequentia patet propterea quia inhærentia diſtinctionis fundatur in diſtinctione, & terminatur ad illud in quo fundatur diſtinctio, & tale eſt ens rationis, vt dictum eſt, ergo propoſitum. Et ſic patet iſta via.

Pro intelligentia quæ ſit diſtinctio rationis naturę ratiocinabilis. Notandum eſt quòd diſtinctio quæ eſt à natura ratiocinabili, eſt diſtinctio naturæ circa quam poteſt intellectus ratiocinari de qua intellectus poteſt venari multos conceptus, vt illo natura dicatur eſſe ratiocinabilis quæ poteſt cauſare de ſe multos conceptus, in intellectu poſſibili ſiuę reales ſiue rationis. Modo idem ſimplex in re omnino non poteſt cauſare multos conceptus in intellectu, niſi per actum collatiuum intellectus. Probatur aſſumptum quia vnum obiectum naturaliter agens in intellectum poſſibilem diſpoſitum ad eius intellectionem, non cauſat, niſi vnicum cõceptum, quia quum agat ſecundum vltimum virtutis ſuæ cauſat omnem conceptum, quem poteſt cauſare, ergo cum ſit vnicum in re cauſabit vnum conceptum de ſe. Probatur hoc, quia vna res nata eſt facere vnum conceptum adæquatum, quia aliàs non eſſet vnum cognoſcibile, ſed iſtum conceptum ſibi adæquatum formando, videtur immutare intellectum quantum natum eſt ipſum immutare, ergo non formabit niſi vnum conceptum, & ita non alium & aliũ. Ex quo ſequitur quòd ſi formabit alium & alium conceptum, hoc erit præciſe per actum collatiuum intellectus. Quod ſi detur quod facit alium & alium conceptum, obiectum non erit vnum & ſimplex in re, ſed de neceſſitate oportet dare quòd in ipſo ſit aliqua diſtinctio ex natura rei, præcedens omnem actum intellectus. Et ita quod tu dicis eſſe diſtinctionem rationis à natura ratiocinabili dico eam diſtinctionem eſſe à natura ex parte rei.

Pro declaratione quomodo intellectus ſit falſus qui intelligit rem aliter quam ſit, dicendum eſt quod ille in-

tellectus qui ſic intelligit intellectione compoſitiua aut diuiſiua eſt falſus.

Pro quo eſt notatum quod operatio intellectus eſt duplex,quædam eſt incomplexa.vt eſt de mente Ariſto. 3. de anima, text.c.21. Operationi incomplexę non opponitur falſitas ſed ſolum priuatiue ei opponitur ignorantia.Sed operationi complexę opponitur ignorantia priuatiue,& falſitas poſitiue & contrarie.

Aduertendum tamen quòd operatio incomplexa,quędam eſt circa quidditatem ſimpliciter ſimplicem intelligendo per talem quidditatem illam,ſcilicet quæ non habet conceptum reſolubilem in aliquem priorem conceptum quidditatiuum, ſicut conceptus entis ſuarum paſſionum differentiarum vltimarum,& ſuorum modorum per quos contrahitur ipſum ens. Alia eſt quidditas non ſimpliciter ſimplex,ſed conſtituta,& eſt ipſa quidditas reſolubilis in aliquos conceptus ſeorſum conceptibiles. Si loquamur de intelligentia quæ eſt circa quidditatem primo modo,intellectus intelligens talem quidditatem ſemper eſt verus, & in ipſo non cadit deceptio & error,& ſecundum hoc poteſt intelligi illud Ariſt.9. metaph. text. comm. 22. quod intellectus circa quod quid eſt,ſemper eſt verus. Et hanc eandem ſententiam hăbet. 3. de anima,tex. comm. 26. vbi vult quòd intellectus circa quod quid eſt ſic eſt verus, quemadmodum ſenſus circa propria ſenſibilia. Si loquamur de quidditate compoſita,licet intellectus ſimplici intellectione appręhendens ipſam quidditatem,non ſit formaliter falſus,tamen poteſt bene eſſe falſus virtualiter, & eſt quando intellectus appræhendit quidditatem ſub ratione aliqua ſibi repugnāte & contradicente, ſicut quando intellectus intelligit ſimplici appræhenſione hominem irrationabilem. Et hoc modo locutus eſt Ariſt.5. metaph. ca. de falſo, vbi vult quòd ratio in ſe falſa eſt de omni falſa. Modo falſitas iſtius rationis in intellectu non eſt falſitas formalis, ſed eſt falſitas virtualis. Sicut exempli gratia, homo irrationalis non eſt complexio formalis, quemadmodum eſt illa quæ exprimitur per hoc verbum ſubſtantiuum,eſt ſcilicet,dicendo homo eſt irrationalis,ſed ſolum eſt com-

plexio

plexio virtualis,ita quòd qualis eſt complexio falſa, talis eſt falſitas conſequens talem complexionem. Ad propoſitum applicando, quum intelligentiæ ſimplici & incomplexę non opponatur falſitas eo modo quo dictum eſt intelligere rē aliter quàm ſit intellectione ſimplici, nulla eſt falſitas, quæ intellectio eſt ſolum præciſiua & abſtractiua, conſiderando aliquod vnum abſtractum ab alio, non conſiderando illud à quo ſit abſtractio, quemadmodum mathematicus abſtrahit lineam à materia ſenſibili. Sed intelligere rem aliter quàm eſt, intelligentia compoſitiua aut diuiſiua. (& hoc intelligendo aliquam complexionem formalem vel virtualem.) iſte intellectus eſt falſus formaliter vel virtualiter. Nec ſequitur intelligo rationem abſtractam ab aliquo (puta lineam à materia ſenſibili) non intellecta materia ſenſibili, igitur intelligo lineam eſſe ſine materia ſenſibili, conſequentia non valet permutas enim abſtractionem ſimplicem veram,& nō mendacem in abſtractionem diuiſiuā & mēdacem,de quarum prima habetur.2.phy. tex.cō. 18. quod abſtrahentiū non ſit mendacium,& ſic patet ad articulū.

Pro declaratione ſecundi articuli partialis ſecundi articuli principalis, præter diſtinctionem entis quam dant auctores formalitatum, eſt aduertendum quòd res & ens capitur tribus modis. Vno modo pro omni ente quod habet eſſe,vel poteſt habere eſſe extra animam,& iſto modo loquitur Auic.primo metaph.c. 5. quod ens & res ſunt communia omnibus decem generibus, quòd non eſt intelligendum quòd ens præciſe quantum ad vocem ſic ſit commune, quia certum eſt quòd apud omnes eſt vnus conceptus rei & entis indifferens ad omnia decem prædicamenta, qui conceptus non variatur, quamuis voces & nomina (ſignificantia in diuerſis linguis talem conceptū) variētur, quia primo perihermenias conceptus ſunt idem apud omnes, ſed non voces ſignificantes conceptus. Secundo poteſt accipi ens & res vt diſtinguitur contra modum & circunſtantiam rei,& iſto modo nos dicimus ꝙ illa quę important habitudines & reſpectus non ſunt ens & res, ſed iſto modo ſumptum ens conuertitur cum abſoluto,& ſic ſubſtātia,quantitas & quali-

tas tantum dicuntur res & ens. Cætera autem dicuntur aliquid rei. Iſto modo accepit Boetius in li. de trini. patet inquit quæ ſint differentiæ prædicationum, aliæ quidem quaſi rem monſtrant, aliæ quidem quaſi circunſtantiam rei, quia iſta prædicantur ſic quòd ſecundum ſe rem aliquam monſtrant. Iſta vero non eſſe, ſed extrinſecus aliquid apponunt. Vult enim quòd illa quæ importãt habitudines, & reſpectus nõ prædicant eſſe iſto modo ſumendo eſſe, ſed ſolum circunſtantiam & modum entis. Vnde vocat circunſtantias entis ipſas habitudines. Tertio modo poterũt capi ens & res pro eo cui per ſe primo competit eſſe, eo modo quo loquitur Ariſtot. de ente. 7. metaph. text. comment. 2. vbi vult quod accidentia non ſunt entia niſi quia entis cui per ſe primo competit eſſe, quod quidem ens eſt ſubſtantia, ſic etiam loquitur in eodem. 7. ipſe Ariſtot. tex. commen. 14. vbi vult quod qualitas & cætera accidentia non ſunt entis, niſi eo modo quo logici dicunt, non ens eſſe ens, logici enim dicunt quòd non ens eſt non quidem ſimpliciter, ſed non ens, ſic etiam accidentia non ſunt entis cui per ſe primo competit eſſe, ſed ſunt huius entis. Ex quo concludimus quod ens acceptum iſto tertio modo eſt ens reale, & ex natura rei, quia eſt ens extra animam non dependens ab operatione animæ in fieri & in conſeruari. Sed in primo membro accipitur ens communiſſime & res. In ſecundo accipitur ſtrictius. In tertio membro ſtrictiſſime. Ex quo apparet quomodo accipiatur illud quod eſt res, & quomodo accipiatur aliquid rei.

Pro intelligentia quomodo ens dicatur quidditatiue de abſoluto & reſpectiuo eſt aduertendum quod ens prius diuiditur in abſolutum & reſpectiuum, quàm diuidatur in 10. genera generaliſſima. Ex quo ſequitur quòd quum ens prædicetur de primis partibus ſuis ſubiectiuis quæ non ſunt ſimpliciter ſimplices, ſic prædicatur quidditatiue de abſoluto & reſpectiuo, quæ mediant inter ens, & 10. genera.

Sed hic oritur difficultas, quia ſi ens prædicatur in quid de abſoluto & reſpectiuo quæ mediant inter ens & decem prædicamenta, igitur prædicamenta non

erunt

erunt genera generaliſſima,conſequens eſt falſum, ergo antecedens,conſequentia probatur quia abſolutum & reſpectiuum prædicantur in quid de differentibus ſpecie, ergo quodlibet prædicamentum habebit genus ſupraueniens.

Ad hanc difficultatem eſt reſponſio communis quod quodlibet iſtorum, abſolutum & reſpectiuum eſt tranſcendens,quia nullum contrahitur ad prædicamenta per differentias eſſentiales ſed tantum per modos.

Sed contra quia Scot. ponit in 7. meta. quod ſi inhærentia accidentis eſſet de eſſentia accidentis, quantitas, qualitas, & relatio non eſſent generaliſsima & conſequentiam probat,quia inhærentia videtur eſſe eiuſdem rationis in omnibus accidentibus,igitur ſi eſt de eſſentia ipſorum, ab ipſis poterit abſtrahi vnus conceptus communis dictus in quid de ipſis, qui eſſet inferior conceptu entis,& ſuperior eis,omnis talis inquit ipſe eſt conceptus generis,igitur &c.

Ad hoc reſpondetur quod abſolutum quod eſt commune ſubſtantiæ qualitati & quantitati non poteſt eſſe genus quia eſt indifferens ad finitum & infinitum, & nullum tale poteſt eſſe genus, vt eſt de intentione Doctoris ſubti.in 8.diſt.1.q.3.nec obſtat quod ens finitum contrahitur ad decem genera,quia quodlibet quod eſt in genere ſit finitum, non tamen quodlibet dictum de generibus eſt finitum, vt patet: abſolutum,ergo quod dicitur de ſubſtantia quantitate & qualitate eſt tranſcendens.

Sed dubium eſt de reſpectiuo vtrum poſſit ſaluari quod non ſit genus,poteſt probabiliter dici quod reſpectus communis qui dicitur de reſpectu creato & increato neceſſario eſt tranſcendens,quia ſicut quod eſt indifferens ad finitum & infinitum formaliter non poteſt eſſe genus, ita quod eſt indifferens ad finitum & infinitum identice non videtur poſſe eſſe genus,quia de neceſsitate ſi eſt genus,eſt actualiter finitum cum ſit contrahibile per differentias eſſentiales, & quodlibet tale eſt finitum, quod eſt huiuſmodi non poteſt identificari realiter infinito.

Et ad rationem Scoti dicitur quod poſita iſta hypothe

ſi quod inhærentia eſſet de eſſentia accidentis ſiue abſoluti ſiue reſpectiui,tunc hoc,quod dico inhærens eſſet genus ad accidentia, quia diceretur in quid de omnibus iſtis, vt quoddam commune ad omnia iſta, & neceſſario importaret naturam limitatam, & finitam, quia inhærens neceſſario eſt dependens, & per conſequens finitū, igitur nihil prohiberet ipſum eſſe genus.

Sed contra, quia hoc idem ſequitur ad poſitionem Doctoris, quia inhærentia aptitudinalis eſt paſſio accidentis denominatiue ſumpti, vt vult ipſe in quarta diſt. 12. quia omnis paſſio inſequitur aliquod ſubiectum, cui competit per ſe prius quando talis paſſio eſt eiuſdem rationis in multis, ſicut eſt in propoſito (vt patet) tale ſubiectum in propoſito non eſt niſi aliqua natura communis omnibus accidentibus,quare &c.

Ad hoc dicit Scotus, quòd inhærentia eſt in aliquo determinato genere tanquam ſpecies,cum ſit reſpectus extrinſecus adueniens, vt declarat ipſe in prællegata.q. Et tunc reſpondetur ad argumentum, quòd ſi inhærens eſt commune ad 9. genera, eſt tantum commune per denominationem, & non eſt inconueniens, quòd aliquid vnius generis denominet aliquid alterius,& tunc euaditur hoc, quòd ſit genus ad nouem genera.

Sed contra, quia ponitur, quòd inhærentia eſt paſſio accidentis, & paſſio non poteſt eſſe ſpecies, quia talis paſſio non eſt per ſe directè in genere.

Ad hoc reſpondetur, quòd oporteret probare, quòd paſſio, vt formaliter diſtinguitur à ſubiecto, non poſſet eſſe ſpecies alicuius generis, licet vt paſſio vt identicè eadem non poſſit eſſe directè ſpecies in genere, & ſic fortè intellexit Scotus vbi ſupra. Dimittendo tamen iſtam difficultatem breuiter reſpondeo, quòd inhærentia ſiue ponatur pertinere ad genus actionis ſiue paſſionis,vt determinat Sco. loco prællegato eſt paſſio. Et cum tu dicis, conſequitur aliquam naturam communem, concedo, & dico,quòd eſt natura actionis aut paſſionis.Et cum tu infers, ergo iſta natura erit communis nouem generibus, concedo, quòd eſt communis denominatiuè non quidditatiuè, & tale commune eſt actio aut paſſio, & ſic nihil

mali

mali ſequitur. Aduertendum tamen, quòd illa propoſitio, quod conuenit pluribus,& non vni per alterum competit per aliquam naturam cui per ſe primo competit, non habet veritatem niſi in paſſionibus limitatis, & ſpecificis,non in tranſcendentibus,vt dicit Franciſcus in cõflatu, & in prologo.q.3.inhærentia ſecundum ipſum poneretur paſſio tranſcẽdens,quare,&c.Conſimiliter prædicatur ens de materia,& de forma quidditatiue, vt habet Sco.in 3.diſt.1.q.3.

Aduertendum tamen,quòd materia,& forma poſſunt capi pro ſuis realitatibus vltimatis, hoc eſt pro ſuis eſſentijs ſimplicibus, ſcilicet materia prima, vt eſt pura,& nuda materia ſeu potentia,& nullo modo compoſita,ex aliqua forma ſibi adueniente. Similiter forma pro ſua ſimplici actualitate, vt non eſt aliquo modo forma compoſita eo modo quo loquitur Commen. 1.Phyſicorum.Commen.primo. Quæ enim ſunt præter materiam primam, & vltimam formam, ſunt materiæ compoſitæ, & formæ compoſitæ. Vel poſſent capi iſta duo pro eſſentijs compoſitis ex vtriuſque realitate. Si primo modo ens non prædicatur de iſtis,vt tenet Scot.in 2.diſt. 12.q.1. Qui vult, quòd iſta duo,ſcilicet materia,& forma ſunt omnino alterius rationis, & primo diuerſa. Sed primo diuerſa(ſecundum Ariſto.5. Meta.ca. de eodem,vel diuerſo,& 10. Met. tex. Commen. 12.ſunt nihil idem includentia. Ita, quòd nihil vnius eſt aliquid alterius,ergo materia,& forma ſic accepta non includunt aliquid idem quidditatiuè. Si vero accipiuntur, vt ſunt materiæ,& formæ compoſitæ, ſic eis non repugnat habere aliquod vnum commune quidditatiue,quod eſt ens.

Pro declaratione quomodo aliquid dicatur ens quidditatiue eſt aduertendum, quòd illud eſt ens quidditatiue, in cuius conceptu formali includitur ratio entis. Illud autem eſt ens denominatiue,& in cuius conceptu formali non includitur ens, ſed ipſum includit per modum adiacentis,& denominantis,licet ipſum includat identice,& realiter.

Primum probatur, quia prædicari quidditatiue de aliquo eſt ipſum prædicare eſſentiam per modum eſſentiæ,

ſic

ſic quòd ratio prædicati includatur in ratione ſubiecti eo modo quo animal dicitur prædicari quidditatiue de homine.

Secundum declaratur, quia animal prædicatur de rationali ſolum per modum adiacentis, & denominantis, non tamen, quòd ratio animalis includatur in conceptu rationalis, quia ſemper genus eſt extra conceptum formalem differentiæ, vt habet Ariſto.3. meta.t.Com.10. Animal tamen ſic prædicatur de rationali, quod eſt idē realiter ſibi, & eſt eadem res, licet diſtinguatur formaliter. Modo ens non prædicatur quidditatiue de modis intrinſecis, per quos immediatè contrahitur, quia ſicut genus eſt extra conceptū formalem differentię, & econtra, ita contrahibile eſt extra contrahens, & econtra. Similiter ens non prædicatur quidditatiue de ſuis paſſionibus, propterea, quia ſubiectum (ex 7.Met.tex.Commen.17. & 19.) cadit in diffinitione paſſionis, vt additum, ita, ꝙ diffinitur per ipſum per additamentum, quod autem diffinit aliquid iſto modo non eſt de quidditate ipſius.

Item primo poſteriorum de ſtatu principiorum. Propoſitiones per ſe non conuertuntur, videlicet, in eodem modo perſeitatis, neque in aliquo alio modo, quia tunc non daretur ſtatus in principijs. Ex quo cōcluditur, quòd ens non poteſt includi in paſſionibus quidditatiue. Neque etiam poteſt includi in differentijs vltimis, quia omnes differentiæ differentium habent reduci ad aliqua primo diuerſa, ex ſententia Ariſt.5. meta. vt allegatum eſt ſupra. Igitur differentiæ vltimæ ſunt primo diuerſæ, & ſi ſic ſequitur, quòd nihil includunt quidditatiue, & ita non includunt ens vltimæ differentiæ. conſequentia probatur ex differentia, quæ eſt inter differentia, & diuerſa poſita ab Ariſto. loco præallegato. Differentia enim ſunt illa, quæ ſunt alicui idem entia, & quæ in aliquo conueniunt, & in aliquo differunt. Sed diuerſa ſunt quæ in nullo conueniunt, & hoc eſt, quod dicit ipſe in textu, quòd diuerſa ſunt nihil idem ens includentia. Differentia vero ſunt aliquod idem ens. Iſta tamen de quibus ens non prædicatur quidditatiue ſunt ens realiter identicè, & denominatiue, vt dictum eſt.

Vlterius

Vlterius pro intellectione non identitatis inter eſſentiam, & modos intrinſecos eſt aduertendum, quòd modi intrinſeci eſſentiæ in diuinis ſunt iſti. Infinitas intenſiua, neceſſitas, exiſtentia, æternitas, qui modi quomodo ſint modi intrinſeci inferius declarabitur. Diſtinctio, quę eſt, inter iſtos eſt minima, non ſolum in ordine ad eſſentiam verum etiam comparando vnum ad alium. Eſt inquam minima, quia iſti modi ſunt idem realiter, & etiam formaliter cum eſſentia diuina ſaltem negatiue, quia nullam diſtinctam formalitatem habent ab eſſentia, quod inferius declarabitur, quomodo modus ſit idem formaliter rei cuius eſt modus.

Pro declaratione quomodo eſt diſtinctio inter eſſentiam, & attributum videndum eſt ſecundum Theolog. quid ſit attributum. Attributum in diuinis vno modo capitur large pro eo quod deo attribuitur ſiue ſit prædicatum quidditatiuum ſiue denominatiuum. Et iſto modo ſubſtantia, ſpiritus, ens dicuntur attributa in deo. Secundo modo capitur ſtricte pro eo quod appropriatur alicui perſonæ diuinæ, eo modo quo potentia attribuitur patri, ſapientia filio, bonitas ſpiritui ſancto, & iſto modo omnia appropriata diuinis perſonis quomodocunque approprientur dicuntur attributa. Tertio modo ſumitur ſtrictiſſimè quod deſcribitur ſic. Attributum eſt perfectio ſecundaria, non quidditatiua, quæ accipitur ex creaturis & attribuitur deo, via remotionis & eminentiæ. Per hoc quod dicitur perfectio ſecundaria non quidditatiua, excluduntur omnia prædicata quæ prædicantur quidditatiuè de deo, & in primo modo dicendi per ſe ſicuti ſunt. Ens, ſubſtantia, ſpiritus. Et iſto modo tantum illa quæ prædicantur in quale & denominatiue dicuntur attributa in deo, ſicuti ſunt bonitas, veritas, ſapientia, iuſtitia, de quibus habet Aug. 15. de trinitate cap. 5. & 8. Si dixeris bonum, ſapientem, humilem, ſpiritum, horum nouiſſimum quod poſui, ſubſtantiam ſignificare videtur, cętera vero ſubſtantiæ qualitates. Et breuiter illa prædicata quæ ſe habent vt paſſiones eſſentiæ diuinæ dicuntur à theologis attributa. Et additur in deſcriptione, quod accipitur ex creaturis, & attribuitur deo, via remotio-

motionis, quia iſta attributa reperiuntur in creaturis cũ aliquibus imperfectionibus à quibus remouentur per intellectum & attribuuntur deo cum ſummitate & eminẽtia. Exempli gratia. Sapientia eſt in homine & habet iſtã imperfectionem, quia eſt accidens eius, & vlterius quòd diſtinguitur eſſentialiter à natura hominis, iſta important imperfectionem tam in natura hominis quam in natura ſapiẽtiæ, videlicet accidẽtalitas, & diſtinctio eſſentialis, quod enim aliquid ſit in ſe accidens, hoc dicit imperfectionem, quia dependentiam ad illud cui inhæret, quòd etiam diſtinguatur, vt habeat diſtinctam naturam ab alia natura, hoc arguit imperfectionem, quia plurificatio naturarum non ſtat ſine potentialitate & carentia actualitatis, quia illud quod diuiditur & numeratur in plura, habet aliquam actualitatem à diuidentibus ſicut (quia natura generis diuiditur per differentias,) expectat aliquam actualitatem & perfectionem a differentijs diuidentibus. Et ſic diſtinctio eſſentialis & diuiſio arguit imperfectionem. Intellectus ergo conſiderans accidentalitatem & diſtinctionem eſſentialem in ſapientia remouet ab ipſa quòd ſit accidens, & quod ſit diſtincta eſſentia ab eo in quo eſt, & ſic ponit ſapientiam in deo non eſſe accidens, ſed ſubſtantiam non diſtinctam eſſentialiter, ſed eãdem, intelligendo eandem eſſentialiter hoc eſt realiter, non tamen quidditatiuè & in primo modo. Et non ſolum remouet à ſapientia iſtas imperfectiones antedictas verum etiam attribuit ſibi ſummitatem & & eminentiam, dicendo quòd in deo eſt ſapientia, ſubſtantialis ſubſiſtens eadem realiter deo, ſumma & eminentiſſima, & ita apparet deſcriptio attributi.

Pro declaratione quæ ſunt notiones in deo eſt aduertendum quòd notio dicitur à noſco noſcis. Illę relationes dicuntur notiones in deo quæ competunt aut vni perſonæ tantum, aut duabus. Exemplum primi, paternitas eſt notio patris, & non competit alij à patre. Exemplum ſecundi, ſpiratio actiua eſt notio patris & filij, quia pater & filius ſpirant actiue ſpiritum ſanctum & dicuntur notiones, quia notificant diuerſas perſonas vel ducunt in notitiam ipſarum. Paternitas notificat patrem, ſpiratio

actiua patrem & filium. Similiter ſpiratio paſſiua & filiatio ſunt notiones filij & ſpirituſſancti.

Et eſt aduertendum quòd ſpirare eſt producere per modum voluntatis, ita quòd productio ſeu actio proueniens à voluntate appellatur ſpiratio actiua. Dicere, autem (vt eſt notio in diuinis competens patri) eſt producere per modum intellectus, ita quod actio ſeu productio proueniens ex intellectu ſiue in deo, ſiue in creaturis appellatur dictio actiua, & reſpectus paſſiuus in actu intelligendi correſpondens dictioni actiuæ, appellatur dictio paſſiua, & conſimiliter dicatur de ſpiratione actiua, & de reſpectu paſſiuo ſibi correſpondente, qui eſt reſpectus fundatus in actu volendi. Ex quo ſequitur quòd cum pater in diuinis producat filium per intellectum, dicit filium, quum pater & filius producant ſpiritum ſanctnm per voluntatem, ambo dicuntur ſpirare ſpiritum ſanctum. Ex quo apparet, quomodo eſt diſtinctio inter notiones iſtas, & eſſentiam, & notiones, & eſſentiam, & ſimiliter inter eſſentiam & attributa.

Pro declaratione quomodo ſubſtantia, natura & eſſentia diſtinguantur. Eſt aduertendum quòd iſta ſe habent per ordinem, ſubſiſtentia, ſubſtantia, natura eſſentia, quidditas, & formalitas, inter quæ vltima ratio & infima eſt ſubſiſtentia. Subſiſtentia, enim eſt incommunicabilis exiſtentia incommunicabilitate oppoſita duplici communicabilitati, quarum vna eſt, qua uniuerſale communicatur ſuis inferioribus. Alia eſt qua forma cõmunicatur materiæ, de quibus pertractat Doctor ſubti. in primo ſententiarum, diſtinct. 7. quæſt. vnica. Subſiſtentia enim eſt ſuppoſitum in genere ſubſtantiæ, vel (Si trãſfertur ad diuinam) eſt ſuppoſitũ in natura diuina. Vnde breuiter ſubſiſtẽtia eſt incõmunicabilis exiſtẽtia in natura ſubſtantiali. Iſta eſt eius deſcriptio. Ex quo ſequitur ꝙ omnis ſubſiſtentia eſt ſubſtantia, & non econtra. Quia certum eſt quòd ſubſtantialis forma eſt ſubſtantia, & tamen non eſt ſubſiſtentia, aut ſubſiſtens, quia non incommunicabiliter exiſtens, ſed materiæ communicatur, vt quo in ratione formæ informantis quod communicari vt quo eſt eſſe illud quo tanquam principio formali aliquid ha-

bet eſſe. Vnde ſi quæratur quo(iſto modo) ignis eſt ignis. conuenienter reſpondebitur, quòd ſua forma ſubſtantiali eſt ignis. Similiter omnis ſubſtantia eſt natura, & non econtra. Primum apparet,quia natura ſecundo phyſic. eſt dicta tam de forma quam de materia. Secundum etiam probatur,quia certum eſt quod qualitas aliqua eſt natura. Quum ſit natura(vt diffiniunt Theologi) vis inſita rebus ex ſimilibus ſimilia procreans. Vnde omnis forma actiua iſto modo eſt natura.

Similiter omnis natura eſt eſſentia,& non econtra. Primum apparet, tum quia quod eſt principium,& cauſa alicuius entis eſt ens, & habet eſſentiam, tum etiam quia certum eſt, quòd omne, quod diffinitur importat aliquã eſſentiam,& quæcunque ſpecies exiſtens in prædicaméto. Relatio eſt ſpecies per ſe in prædicamento. Igitur eſt aliqua eſſentia, ſed relatio non eſt natura, quia non eſt forma actiua. Nam ſi non poteſt per ſe terminare actionem realem propter minimam eius entitatem, multominus poterit per ſe principiare actionem realem.

Similiter omnis eſſentia eſt quidditas,& non econtra, tum quia quidditas eſt magis abſtracta, quàm eſſentia, tum etiam quia ſi eſſent idem conuertibiliter, multiplicato vno multiplicaretur & reliquum,& nõ poſſent multiplicari quidditates in aliquo, niſi multiplicarentur eſſentiæ,cuius oppoſitum patet in diuinis,quia in Deo ſunt multæ quidditates videlicet entis, ſubſtantiæ, ſpiritus,& oĩum attributorũ, & tamen ibi eſt tantum vna eſſentia.

Similiter omnis quidditas eſt formalitas,& non econtra, & hoc capiendo iſta ſtrictè, & propriè, quia ſi large, & extenſiuè, ſecus eſt. Primum probatur, quia omne illud eſt formalitas, quod eſt diſtinctè, & ſeorſum conceptibile ab alio, omnis quidditas eſt huiuſmodi quum ſit obiectum intellectus per ſe. 3. de anima tex. Commen. 9. ergo &c. Secũda pars probatur, quia certum eſt, quòd differentia eſſentialis eſt quædam formalitas, & tamen non eſt quidditas quantum ad modum prædicandi, quia non prædicatur in quid, ſed in quale, non prædicatur per modum potentiæ, ſed per modum actus, quod eſt prædicari in quale. Et ſic habetur ordo iſtorum.

Pro

Pro declaratione deſcriptionis formalitatis. Notandum eſt, quòd ratio capitur duobus modis. Vno modo pro ratione formali, vel pro eo, quòd eſt formaliter ratio. Alio modo pro ratione obiectiua ſeu obiectali quod idem eſt. Ratio formaliter ſumpta, quædam eſt actus primus, quædam actus ſecundus. Actus primus ſicuti eſt intellectus, qui eſt potentia ratiocinatiua circa vniuerſalia. Similiter cogitatiua quæ eſt quædam ratio formalis, & actus primus ratiocinatiuus circa ſingularia, vt eſt de mente Commẽ. & aliorum. Ratio formalis pro actu ſecũdo eſt ipſe diſcurſus, & operatio intellectus ſeu alterius potentiæ ratiocinatiuę. Ratio vero obiectalis non eſt niſi ipſum obiectum, quod obijcitur potentiæ ratiocinatiuæ, & attingitur per actum ipſius, quia ergo formalitas eſt obiectum intellectus, quod attingitur per actum ipſius, appellatur ratio obiectalis, ſeu obiectiua. Et breuiter omne conceptibile ab intellectu poteſt dici ratio obiectiua.

Secundo ponitur in diffinitione formalitatis comprehenſa in re & ex natura rei. Notandum eſt quòd aliquid eſt compræhenſibile ſeu intelligibile ex ſe & ex natura ſui, aliquid vero eſt intelligibile cauſaliter & effectiue ab actu intelligendi intellectus. Illud eſt comprehenſibile ex ſe & ex natura ſui quod habet eſſe reale non dependens ab actu intelligendi in eſſe, & in conſeruari, ſicut ſunt omnia entia realia extrà animam. Sed aliquid eſt compræhenſibile cauſaliter ab intellectu, quia producitur in eſſe ab actu intelligendi & depẽdet ab ipſo in eſſe, & in conſeruari. Et ſicut habet entitatem, & eſſe per actum intelligendi, ita habet ſuam comprehenſibilitatem, & non dicuntur ex ſe comprehenſibilia, ſed ex alio, ſcilicet ab intellectu, hic deſcribitur formalitas reſpectu eorum quæ habent eſſe, & intelligibilitatem ex natura rei, & non eorum, quæ ſic dependent ab intellectu, vt dictum eſt, ſicut ſunt intentiones ſecundæ, & entia rationis, quæ tandiu habẽt eſſe, & intelligibilitatem quam diu intelliguntur ab intellectu in intentionibus primis, quo actu intelligendi ceſſante, ceſſat eſſe iſtarum intentionum ſecundarum.

Tertio

Tertio additur in deſcriptione formalitatis, quàm nõ oportet. Pro euidentia huius eſt notandum, quòd duæ ſunt rationes obiectales concurrentes in obiecto alicuius potentiæ, quarum vna eſt ratio mouendi, alia eſt ratio terminandi actum ipſius potentiæ. Et hoc poteſt colligi de mente Ariſt. 3. de Anima, vbi habetur, quòd obiectum ad potentiam ſe habet, vt motiuum ad mobile, vel vt terminatiuum ad terminabile. Ratio mouendi competit obiecto pro quanto mouet ipſam, & ei imprimit aliquam formam, vnde quodcunque obiectum cauſat in potentia aliquam ſpeciem ipſius aut aliquem actum, illud obiectum mouet potentiam. Ratio terminandi competit obiecto pro quanto eſt illud, circa quod verſetur operatio potentiæ, vel ſub alijs verbis, pro quanto potentia tédit in ipſum obiectum, & habet ad ipſum reſpectum tendentiæ, & attingentiæ, vt in terminum. Prima ratio non eſt eſſentialis obiecto. Tum quia non competit omnibus obiectis, ſunt enim multæ potentiæ ſimpliciter actiuæ reſpectu obiectorum à quibus nullo modo ipſæ potentiæ patiunt, aut aliquod recipiunt, ſicut nutritiua, & augmentatiua reſpectu alimenti. Tum etiam quia relationes ſunt obiecta, & tamen nihil cauſant in intellectu, neque ſpeciem intelligibilem, neque actum intelligendi, & hoc propter minimam entitatem ipſarum. Tum etiam quia ratio mouendi poteſt competere alij ab eo, quod eſt obiectum potentiæ. Vt ſi Deus infunderet alicui intellectui geometriam, & habitum eius, Deus moueret intellectũ recipientem talem habitum, & tamen Deus non eſſet obiectum geometricum cognitum, & intellectum per talem habitum infuſum. Ex quo ſequitur, quòd ratio mouendi eſt accidentalis obiecto. Ratio vero terminandi eſt ſibi eſſentialis, quia nihil eſt obiectum potentiæ, circa quod non verſatur operatio potentię, & in quod potentia non tendat, vt in terminum, ex quibus omnibus concluditur, quòd formalitas eſt illud, quod poteſt per ſe terminare actum intelligẽdi, & non oportet, quòd moueat intellectum. Apparet ergo deſcriptio formalitatis &c.

Vlterius eſt aduertendum, quòd nonnulli Scotiſtæ ponunt modos intrinſecos habere formalitatem, vt dicit

Auctor iſtarum formalitatum, quod non eſt bene dictũ, neque ad mentem Doct ſub. Quia formalitas etiam large accepta eſt ratio per ſe conceptibilis ab intellectu ſic, quòd ex ſe poteſt terminare actum intelligendi. Modo gradus intrinſecus quidditatis non eſt per ſe conceptibilis ſine quidditate cuius eſt gradus, ergo vt ſic non habet formalitatem. Exemplum huius, non poteſt intellectus ferri, & terminari ad intẽſionem albedinis, quin terminetur ad ipſam albedinem, & hoc eſt, quod dicunt nõnulli diffiniẽtes modum intrinſecum dicentes, quòd modus intrinſecus eſt qui non habet conceptum præciſim, à formalitate cuius eſt modus, & eſt inconceptibilis per ſe. Dicamus igitur, quòd formalitas competit omnibus entibus per ſe, & diſtincte conceptibilibus, & non illis, quæ ſunt cum alio conceptibilia.

Pro declaratione quomodo formalitas ſecundum aliquos Scotiſtas ſit communis ad realitatem, & ad quidditatem eſt aduertendum, quòd eo modo, quo diſtinguitur res, eo modo diſtinguitur realitas, & hoc de mente Doct. ſubtilis in 4. diſt. 46. q. 3. vbi habet, quòd non oportet exponere res per realitates, vel formalitates, quia eadẽm eſt diſtinctio rei, & rei, realitatis, vel realitatis formalitatis, vel formalitatis. hoc ipſe. Res igitur quædam eſt eſſentiæ quædam exiſtentiæ: ſic realitas. Quædam eſt realitas eſſentiæ, quædam exiſtentiæ. Prima realitas appellatur obiectiua, ſecunda appellatur ſubiectiua. Prima ideo dicitur obiectiua, quia poteſt eſſe obiectum intellectus, & ideo eo modo quo aliqua res poteſt eſſe obiectum intellectus, & intelligi, eo modo importat realitatẽ obiectiuam, ita, quòd ſi eſt per ſe obiectum intellectus, & per ſe intelligitur, & non per accidens, & cum alio, ſeu ſaltẽ poteſt ſic intelligi, ſic per ſe importat realitatem obiectiuam. Sed realitas ſubiectiua ideo dicitur ſubiectiua, quia ſubijcitur quidditati, & naturæ quidditatiuç, & quũ ſingulare, vt ſingulare eſt, ſit ſubiectum quidditatis, ideo appellatur res, vel realitas ſubiectiua. Ex hoc concludimus ſecundum iſtos Scotizantes (cum quibus ego non conuenio,) quòd formalitas eſt communis ad realitatem obiectiuam, & quidditatem, volentes ipſi, quòd realitas

obiectiua eſt, quicquid poteſt diſtincte concipi, & intelligi ſine alio cui competit aliqua vnitas ex natura rei. Formalitas autem competit cuicunque, quod habet eſſe ex natura rei extra nihil, ſiue ſit conceptibile per ſe, ſiue cum alio, & iſto modo dicerent, quòd modus intrinſecus haberet formalitatem, quia eſt conceptibilis cum alio, ſed non importaret realitatem, quia non poſſet per ſe ſine alio mouere intellectum, aut terminare actum intelligendi. Ego autem tenendo cum Doct. ſubtili dico, modos intrinſecos non habere aliquam formalitatem, ſed coincidunt in eundem conceptum formalem rei cuius ſunt modi intrinſeci, ita, quòd ſicut non habet realitatē, & quidditatem præter realitatem, & quidditatem rei, quam inſequuntur, ſic etiam non habet formalitatē aliā à formalitate rei, & ita dico, quòd illud habet propriam formalitatem, quod eſt per ſe conceptibile ſine alio, vel quod idem eſt, quod poteſt per ſe terminare actum intelligendi abſque hoc, quòd aliud terminet. Aduertendum ſecundo, quòd formalitas eſt communior realitate obiectiua. Pro quo eſt notandum, quòd realitas obiectiua capitur duobus modis, vno modo, pro omni ente poſitiuo, quod habet eſſe ex natura rei, ſic, quòd non dependet ab actu intelligendi in fieri, & in conſeruari, neque ab aliquo actu collatiuo ipſius intellectus, & iſto modo non ſolum res extra intellectum omnino in effectu, & in re dicuntur eſſe realitates obiectiuę, verum etiam omnes quidditates prædicamentorum quæ ſunt abſtractæ à ſingularibus in intellectu obiectiue repræſentatæ per aliquam vnam ſpeciem repræſentantem, dicuntur ſic realitates obiectiuæ, quia iſtæ quidditates in tali eſſe ſunt ante actum intelligendi, vt repræſentantur per ſpecies, & non dependent ab ipſo actu intelligendi in tali eſſe in fieri aut in conſeruari, imo cauſant actum intelligendi, iſtæ quidditates in tali eſſe, quia obiectum intelligibile præſens in ſpecie intelligibili cauſat actum intelligendi, & hoc eſt, quod dicit Ariſt. 2. de Anima, quòd obiectum in anima obiectiue, & repræſentatiue reducit intellectum de potentia eſſentiali ad potentiam accidentalem, vnde tex. Commen. 60. inquit hæc ſcilicet vniuerſalia in ipſa

quo-

quodammodo ſunt anima, vnde in ipſa eſt intelligere cũ velit. Quod autem ſic reducit eſt cauſa actus, & operatio nis prouenientis à tali potentia. Ex quo nos habemus, quòd iſtæ quidditates ſunt cauſæ actus intelligendi in tali eſſe, & præcedũt ipſum actum ordine naturæ in iſto eſſe, & hoc eſt, quod habet Sco. in prima ꝓpoſitione Theorematum, intelligibile natura præcedit intellectionem. Alio modo realitas obiectiua capitur propriè, & ſtrictè pro omni ente poſitiuo, quod eſt extra intellectum omnino in effectu, & in re. Cui correſpondet ad extra aliqua vnitas ex natura rei circunſcripto omni actu intellectus, & abſtractiuo, & intellectiuo, quòd ſic eſt extra, quòd poteſt per ſe terminare actum intelligendi, circunſcripto quocunque alio, & iſto modo nos dicimus, quòd decem genera generaliſſima, & quæcunque ſunt in recta linea prædicamenti, differentiæ vltimæ, vel etiam non vltimæ ſiue ſpecificę, ſiue indiuiduales important aliquam realitatem obiectiuam. Similiter propriæ paſſiones ſpecificę, ſeu prædicamẽtales, ſic importãt talem realitatem obiectiuam, quia omnibus iſtis correſpondet aliqua vnitas ex natura rei extra intellectum omnino, & iſto modo capiendo realitatem, formalitas, quæ dicitur ratio per ſe cõceptibilis ab intellectu, eſt communior realitate obiectiua, quia illa dicitur tam de eis, quæ ſunt in prædicamento, quàm de his, quæ ſunt extra genus, & ſunt tranſcendentia, ſicuti ens, vnum, bonum &c. de quibus tamẽ non dicitur realitas obiectiua, quia nulli enti, quod eſt indifferens ad finitum, & infinitum, ſeu (quod idem eſt) quod reperitur in Deo, & creatura, correſpondet vnitas ex natura rei ratione ſua conceptibili extra intellectum omnino. Igitur ſi ratio conceptibilis entis, vt eſt indifferens ad Deum, & creaturam ad finitum, & infinitum, habet aliquam vnitatem ex natura rei, illa non eſt extra intellectum omnino, ſed ſolum competit enti per actum intellectus abſtrahentis talem rationem à ſuis inferioribus, quæ ratio (quum prius abſtrahatur ab intellectu agẽte per aliquod repræſentatiuum ipſius, quàm intelligatur ab intellectu poſſibili) habet vnitatem aliquam ex natura rei, quia ante actum intelligendi. Sed tamen non

N 2 extra

extra intellectum omnino, quia habet eſſe talis ratio in intellectu obiectiue, & repræſentatiue.

Ex hoc cõcluduntur duo correlaria. Primum, ꝙ capiẽdo realitatem obiectiuã large omnis formalitas eſt realitas obiectiua ad intentionem iſtam quam poſui. Secundum correlarium eſt, quòd capiendo realitatem obiectiuam ſtrictè, non omnis formalitas eſt realitas obiectiua, etiam dato, quòd talis formalitas ſit ratio per ſe conceptibilis ſine quocunque alio. hoc vltimum correlarium probatur, quia certum eſt, quòd ens, & omnia tranſcendentia habent talem formalitatem præter modos intrinſecos, & tamen non habent aliquam realitatem obiectiuam iſto modo ſumptam.

Pro euidentia quomodo realitas obiectiua ſit communior quidditate. Eſt aduertendum, quòd illud propriè eſt quidditas, quod pertinet ad quidditatem aliquam, vel de quo aliquid prædicatur quidditatiue, & ita quum paſſiones ſpecificæ neque pertineat ad quidditatem, neque includant aliquid quidditatiue non important quidditatem, & tamen important realitatem obiectiuam, vt eſt euidens ex dictis.

Pro euidentia tamen huius, quomodo aliquid pertineat ad quidditatem eſt aduertendum quod aliquid pertinet ad quidditatem conſtitutiue quod non pertinet ad quidditatem prædicatiuè. Exempli gratia. Differentia ſpecifica conſtituit quidditatem, & tamen non prædicatur in quid. Nam prædicari in quid eſt prædicari eſſentiam per modum eſſentiæ, aut per modum per ſe ſtantis ſed differentia ſpecifica non prædicatur per modum per ſe ſtantis, ſed per modum formæ informantis, & denominantis, ergo non prædicatur in quid. Et quia actus eſſentialis rei, dicitur eſſe quędam qualitas ad modum loquẽdi Ariſto. 5. meta. c. de quali, ideo differentia ſpecifica prædicatur in quale, & ita licet conſtituat quidditatem non tamen prædicatur per modum quidditatis. Vnde poſſumus dicere quod prædicat quidditatem quantum ad rem prædicatam & importatam per ipſam, non autem quantum ad modum prædicandi, tum quia non prædicatur per modum potentiæ ſeu determinabilis, tum

quia

quia non prædicatur per modum per ſe ſtantis, ſed per modum actus & formæ informantis ſeu alteri adiacentis. Ex quo apparet quòd aliquid eſt quidditatiunm conſtitutiue quod non eſt prædicatiue quidditatiuum.

Pro intelligentia quomodo ſpecies ſpecialiſſima dicit totam eſſentiam indiuiduorum. Eſt aduertendum quòd eſſentia vno modo capitur pro eſſe quidditatiuo, alio modo pro eo quo aliquid habet per ſe eſſe, & vnum eſſe per ſe, ſi capiatur eſſentia primo modo, ſic ſpecies ſpecialiſſima dicit totum eſſe quidditatiuum indiuiduorum, quia tale eſſe quidditatiuum eſt illud cui non repugnat pluribus communicari, quicquid autem addit indiuiduum ſupra ſpeciem, ei repugnat pluribus communicari, ergo non importat aliquam quidditatem ſupra ſpeciem. Si vero capiatur eſſentia ſecundo modo (quum indiuiduum addat ſupra ſpeciem differentiam indiuidualem quæ facit vnum per ſe cum natura ſpecifica) ſequitur quod tota eſſentia reſultans ex natura ſpecifica à tali differentia non importatur per ipſam ſpeciem ſpecialiſſimam.

Pro intelligentia identitatis ex natura rei eſt aduertendum quòd extrema iſtius propoſitionis homo eſt homo nullam diſtinctionem poſſunt habere ſecluſo omni actu collatiuo intellectus, quia ſi quam diſtinctionem habent, habent pręciſe in ratione ſubiecti & prædicati, quia homo, vt ſubiectum differt ab homine vt prędicatum. Ratio autem ſubiecti & prædicati (quum ſint intentiones ſecundæ quæ cauſantur per actum collatiuum intellectus comparantis vnam primam intentionem vt conſideratam & intellectam ad aliam primam intentionem vt intellectam) diſtinguuntur ſecundum rationem. Ex quo ſequitur quòd nulla diſtinctio fundabitur in iſtis extremis, niſi virtute intellectus conſiderantis, & comparantis unum ad reliquum & ita erit tantum diſtinctio rationis &c.

Pro declaratione quomodo diffinitio & diffinitum diſtinguantur ex natura rei eſt aduertendum quòd diffinitio & diffinitum poſſunt capi vel pro eo quod ſignificant, vel pro eo quod denominant. Si primo modo ſic diffini-

tio & diffinitũ important tantum intentiones ſecundas; & inter iſta vt ſic non poteſt fundari aliqua diſtinctio niſi rationis. Si capiantur ſecundo modo, important conceptus ſignificantes vel ſignificatos qui ſunt primæ intentiones.

Et inter iſtos conceptus de neceſſitate fundatur diſtinctio aliqua ex natura rei, quod declaratur ex primo poſte. quod quid eſt alterius extremi eſt medium in demonſtratione potiſſima. Igitur altera præmiſſarum non differt à concluſione, niſi ſicut diffinitio à diffinito vt patet diſcurrendo in multis. Sed præmiſſa eſt per ſe nota, ergo aliqua non identitas & diſtinctio eſt inter illud quod importatur per diffinitionem, & illud quod importatur per diffinitum. Alioquin idem omnino & ex natura rei eſſet per ſe notum & euidens & etiam non per ſe notum, ſed demonſtratum, quod eſt contradictio.

Et confirmatur hoc, quia tunc in demonſtratione eſſet petitio principij, quia æque notum per æque notum, aut incognitum per æque incognitum demonſtratur.

Item ſequitur quòd in demonſtratione eſſent tantum duo termini, videlicet, terminus ſubiecti, & termin⁹ paſſionis, ex quo diffinitio, & diffinitum eſſent omnino idem ex natura rei.

Confirmatur hoc per Ariſtot. primo phyſic. in proœmio, ſuſtinent hoc idem nomina, ad diffinitionem, quod totum ad partes, quia ſicut partes important diſtincte, quicquid importat totum confuſe, ſic diffinitio importat eandem quidditatem diſtincte, quam diffinitum importat confuſe. Igitur conceptus diffiniti & diffinitionis non ſunt omnino idem, & intelligo per conceptus, conceptus obiectiuos hoc eſt ipſa vniuerſalia conceptibilia &c.

Pro intelligentia quomodo totum compoſitum diſtinguitur ex natura rei à ſuis partibus. Eſt aduertendum quod triplex eſt compoſitum, quoddam eſt compoſitum compoſitione logica, quoddam compoſitione phyſica, & quoddam compoſitione metaphyſica. Primo modo ſpecies, ſumendo ſpeciem formaliter & logice, ſcilicet pro intentione prima, vt habet habitudinem ad iſtam

nten-

intentionem ſecundam quæ eſt ſpecies, eſt compoſita ex genere & differentia. Secundo modo homo & quodlibet compoſitum eſſentiale componitur phyſice ex materia & forma, vt iſta ſunt partes eſſentiales intrinſecę. Tertio modo totum compoſitum compoſitione ex actu & potentia, ſeu ex realitate actuali & realitate potentiali.

Primo modo inter totum & partes componentes eſt diſtinctio rationis, quia homo non habet rationem ſpeciei quantum ad intentionem ſecundam ipſius, niſi per conſiderationem intellectus. Et ſimiliter partes non componunt in ratione generis & differentiæ, niſi per conſiderationem, ergo omnis diſtinctio quæ fundabitur inter iſta, erit diſtinctio rationis.

Loquendo de ſecundo compoſito, non tantum inter totum & partes componentes fundatur diſtinctio ex natura rei, quæ dicitur media, inter diſtinctionem rationis & realem, verum etiam fundatur diſtinctio realis.

Pro quo eſt notandum quòd ex alio eſt quod inter aliqua ſit diſtinctio ex natura rei, & ex alio quod inter illa ſit diſtinctio realis. Diſtinctio ex natura rei præciſe attenditur pęnes hoc, quòd extrema diſtinctionis ſunt fundamenta contradictionis, aut quòd de ipſis poſſunt verificari duo contradictoria, circumſcripto omni opere intellectus. Sed diſtinctio realis attenditur pœnes hoc, quòd extrema ſe habent ſicut res & res exiſtentiæ vel ſubſiſtentiæ, vt declarabitur inferius. Et quia totum eſſentiale, & partes eſſentiales quæ ſunt materia & forma poſſunt eſſe fundamenta contradictionis, & de ipſis nata ſunt verificari contradictoria, circumſcripto omni opere intellectus (hoc eſt quòd tali opere circumſcripto habent talem aptitudinem vt de ipſis poſſint talis contradictoria verificari) ex hoc præciſe habent iſta extrema quod diſtinguantur ex natura rei. Pro quanto vero iſta eadem extrema ſe habent ſicut res & res modo prædicto, diſtinguuntur realiter. Quod melius inferius declarabitur.

Sed capiendo tertium compoſitum quod eſt metaph. totum & partes componentes diſtinguuntur ſolum ex natura rei, & hoc ſecundum viam Doct. ſubtilis. (Quie-

quid dicat Burleus quòd homo diſtinguatur realiter à ſorte.

Hoc aſſumptum probatur, quia certum eſt quòd animal & rationale componunt hominem, compoſitione metaphyſica, & animal & rationale ſunt idem realiter homini, ergo hic non poteſt fundari diſtinctio realis. Similiter ſi capiatur animal pro realitate potentiali & contrahibili & rationale pro realitate contrahente, quę ambę realitates ſunt rationalitas & animalitatæ, quum iſtę quidditatiuè & in primo modo includantur in homine, non diſtinguuntur realiter ab ipſo, quamuis forte illa à quibus accipiuntur iſtæ quidditates ſeu realitates, quidditatiuè, ſcilicet anima ſenſitiua & anima intellectiua diſtinguantur realiter ab homine. Animalitas, enim ſumitur ab anima ſenſitiua & rationalitas ab anima intellectiua. Stat enim, quod ipſæ res à quibus accipiuntur iſti cõceptus formales & obiectiui, videlicet animalitatis & rationalitatis, diſtinguantur realiter à toto, & cõceptus obiectiui non ſic diſtinguantur realiter, ſed ſolum ex natura rei &c.

Sed hic inſurgit vna difficultas, quam habet Auer. in 7. metaphy. comm. 20. vbi habet, quod ſor. nihil aliud eſt quam animalitas & rationalitas, ergo nulla diſtinctio poterit fundari inter totum metaphyſicum & partes eius componentes.

Ad hoc reſpondetur, quòd habet intelligi dictum ſuũ, quod ſortes nihil aliud eſt &c. integratiue & conſtitutiue; quia quum partes conſtituant adæquate ipſum totum, & integrent, ipſum totum non eſt aliud à partibus conſtitutiue, hoc eſt ab ipſis adæquate conſtituetur. Sed propter hoc non vult quod Sor. non ſit aliquid aliud formaliter & ex natura rei à partibus conſtituentibus, & iſta reſponſio eſt ſi ipſe teneat totum dicere tertiam entitatem diſtinctam à ſuis partibus. Sed tenendo oppoſitum (vt videtur eſſe de mente ipſius primo phyſicorum, comm. 17. quod licet totum ſit aliud à parte ſeorſum ſumpta non tamen ab omnibus ſimul ſumptis, quamuis ibi exponatur quod intelligit de toto integrali & quantitatiuo,) tunc dicendum eſt quod in 7. metaphyſicæ loquitur,

quitur, conformiter ad principia ſua, ſed quia nos tenemus oppoſitum, ſcilicet quod totum dicit tertiam entitatem diſtinctam à partibus ſimul ſumptis, ideo in hoc eſt negandus, quia ex principijs oppoſitis ſequuntur oppoſitæ concluſiones & diuerſæ &c.

Pro declaratione diffinitionis quæ datur de modo intrinſeco, eſt aduertendum quod (ut teneo de mente aliquorum Scotiſtarum) Modus intrinſecus eſt primo diuerſus ab omni quidditate, ita quod non eſt quidditas neque pertinens ad quidditatem alicuius. Quod declaratur, quia dato oppoſito huius, ſequeretur quod quicquid conſtitueretur in aliquo eſſe per ipſum modum conſtitueretur in eſſe formali & quidditatiuo, & ita quum in eadem albedine indiuiduali ſint plures gradus intrinſeci, qui ſunt modi intrinſeci eius, quot eſſent gradus, tot eſſent formalia conſtituta per ipſos gradus. Et quum ſecundum veritatem inter quoſcunque gradus aſſignatos poſſint eſſe infiniti gradus (quum gradus ſit perfectio quanta, & diuiſibilis, quia acquiſibilis per motũ.) Sequeretur, quòd inter quoſcunque duos gradus poſſent eſſe infinita eſſe formalia, & quidditatiua, quod eſt euidenter falſum.

Et confirmatur, quia certum eſt, quòd albedo, vt tria, & albedo, vt quatuor habent eandem diffinitionem, & ſunt eiuſdem rationis formalis, ergo gradus ipſi non conſtituunt in aliquo eſſe quidditatiuo diuerſo.

Secundum eſt notandum, quòd quidditas, & formalitas cuius eſt modus intrinſecus non eſt de quidditate ipſius modi, neque econtra. Primum patet ex dictis, quia ſi quidditas eſſet de ratione formali, & eſſentia gradus, cuicunque aduenirent iſte gradus conſtitueret in eſſe quidditatiuo, & ita non poſſet alicui aduenire, vel diſcedere ab illo ſine deperditione eſſe quidditatiui, ex quo in ſuo cõceptu includeret quidditatem, quod eſt euidenter falſum in exemplo de albedine, quia albedo vt tria, & albedo, vt quatuor non diſtinguuntur quidditatiue.

Secundum probatur, quia nullum poſterius eſt de eſſentia prioris, ſed gradus intrinſecus eſt poſterius quidditate, ſicut intenſio albedinis eſt poſterior albedine.

Igitur

Igitur gradus non eſt de eſſentia rei.

Confirmatur hoc, quia res diffinitur ſecundum ſe diffinitione quidditatiua, vt abſtrahit ab omni gradu, ſicut albedo abſtrahit ab omni gradu, igitur gradus non eſt de conceptu formali rei cuius eſt gradus, &c.

Tertio eſt notandum, quòd (quando diffinitur gradus intrinſecus, quòd eſt ille qui adueniens, vel diſcedens à re, non variat rationem eius formalem) non habet intelligi, quòd non variat rationem formalem illius cui aduenit, ſed conſtituti per ipſum gradum, & per illud cui aduenit, quod probatur, quia ſi intelligeretur tantum de ratione formali illius cui aduenit, ſequeretur, quòd gradus intrinſecus, & differentia eſſentialis non differrent, quia certum eſt, quòd differentia eſſentialis adueniens generi non variat rationem formalem eius, ſicut rationalitas non variat rationem formalem animalis. Ex quo ſequitur (quum differentia eſſentialis variat rationem formalem eius, quod conſtituitur ex ipſa, & ex eo cui aduenit, vt patet inductiuè in omnibus, & gradus non ſic variat tale conſtitutum per ipſum, quia quodlibet tale eſt eiuſdem rationis formalis cum alio, quod conſtituitur per ipſum,) quòd differentia eſſentialis eſt alia à modo intrinſeco.

Quarto notandum eſt, quòd modus intrinſecus pro tanto dicitur intrinſecus, quia non ingreditur quidditatem eius cuius eſt modus, & non diſtinguitur ab ipſa formaliter, poſitiue ſic, quòd habeat diſtinctam formalitatem ab eo. Non tamen conceditur, quòd ſit idem formaliter ſibi.

Pro quo eſt notandum, quòd aliquid eſſe idem formaliter alicui contingit dupliciter. Vno modo poſitiue, alio modo negatiue. Poſitiue illud eſt idem formaliter alicui, quod eſt de eſſentia eius, & de intrinſeca formalitate ipſius eo modo, quo animal eſt de eſſentia hominis. Alio modo aliquid eſt idem formaliter alicui negatiue, quia videlicet non habet diſtinctam formalitatem. Vnde ad hoc, vt aliquid ſit idem formaliter alicui, iſta duo quę nunc poſita ſunt concurrunt de ſe, & hoc ſi illud, quod eſt idem formaliter ſit idem completa identitate formali.

li. Exemplum, dicimus enim, quòd animal rationale eſt idem formaliter homini. Primo, quia eſt de eſſentia ſui. Secundo, quia non habet diſtinctam formalitatem ab homine. Ex quo ſequitur, quòd illud cui competit aliqua iſtarum conditionum, poteſt dici eſſe idem formaliter, & cui deficit, poteſt dici non eſſe idem formaliter perfecta identitate formali. Conſimiliter dicimus aliqua diſtingui formaliter poſſe eſſe duobus modis. Vno modo negatiue. Alio modo poſitiue. Negatiue, quia non eſt de eſſentia illius à quo diſtinguitur. Poſitiue, quia habet diſtinctam formalitatem ab illa. Vnde iſta duo concurrunt in perfecta, & completa diſtinctione formali, quia bene ſequitur. A. diſtinguitur formaliter. à B. ergo. A. non eſt de eſſentia. B. & habet diſtinctã formalitatem. à B. & hoc ſi perfecta diſtinctione formali diſtinguitur. Ex quo ſequitur, quòd cui competit aliqua illarum conditionum, poteſt dici diſtingui formaliter, ſimiliter cui deficit, poteſt dici non diſtingui formaliter. Ex his concluditur, quòd modus intrinſecus eſt idem formaliter ei cuius eſt modus, vno modo ſic, alio modo non eſt. Eſt enim formaliter idem, quia non habet diſtinctam formalitatem, & non eſt idem formaliter, quia non eſt de eſſentia eius. Et ideo dicitur modus eſſe idem formaliter ei cuius eſt modus negatiue, videlicet, quia non habet diſtinctam formalitatem, non tamen poſitiue, quòd ſit de intrinſeca ratione eius. Conſimiliter dicitur non diſtingui formaliter poſitiue, quia habeat diſtinctam formalitatem, ſed tantum negatiue, quia non eſt de eſſentia eius.

Sed contra iſtam determinationem adducuntur plura ſophiſmata. Primum eſt, quia modus eſt idem formaliter negatiue ei cuius eſt modus, & vlterius diſtinguitur formaliter negatiue, ergo idem erit diſtinctum formaliter negatiuè ab aliquo, & idem formaliter negatiue eidem, quod videtur contradictio, & maxime, quia idem & diuerſum ſunt oppoſita immediata circa ens, ſi iſta vniformiter accipiantur, ſicuti eſt in propoſito.

Ad hoc reſpondetur, quòd eſſe idem formaliter negatiue, & diſtingui formaliter negatiue ſunt oppoſita, ſi ſumantur reſpectu eiuſdem, & ſecundum idem, ſed ſi re-

ſpectu

ſpectu diuerſorum non inconuenit, ſic eſt in propoſito. Concedo modum intrinſecum eſſe idem formaliter negatiue, per hoc quod eſt non habere diſtinctam formalitatem, & diſtingui formaliter negatiue, per hoc, quod eſt, non eſſe de eſſentia eius. Sed iſtæ duæ rationes diuerſæ ſunt, vt de ſe patet, ergo idem, & diuerſum ſic ſumpta in ordine ad iſta antedicta non opponuntur. Vnde non eſt verum, quòd idem dicatur eſſe idem formaliter alicui, quia ſit de eſſentia, & diſtingui, quia non ſit de eſſentia. Et ſimiliter, quòd aliquid ſit idem alicui formaliter, quia non habet diſtinctam formalitatem, & diſtingui formaliter, quia habet diſtinctam formalitatem, quare, &c. Aliud ſophiſma eſt, tu dicis quòd modus intrinſecus eſt idem formaliter negatiue ei cuius eſt modus, & non poſitiue. Contra hoc arguitur. Sit modus a. res cuius eſt modus ſit. b. Arguo ſic. a. non eſt idem formaliter poſitiue ipſi. b. & eſt ergo, diſtinguitur formaliter poſitiue, conſequentia tenet à negatione oppoſiti immediati ad poſitionem alterius cum conſtantia ſubiecti reſpectu illius cui oppoſita nata ſunt conuenire.

Ad hoc reſpondetur negando conſequentiam, quia licet idem & diſtinctum ſint immediate oppoſita circa ens vt ſimpliciter ſumuntur & abſolute, non tamen vt ſumũtur cum determinatione, ſcilicet cum ly, formaliter, aut poſitiue, ſed ſunt mediata, & inter ipſa eſt dare medium. Exemplum in contradictorijs de quibus minus videtur quòd habeant medium album, & non album ſunt immediate oppoſita, & tamen album formaliter ſeu quidditatiuè non album, non ſunt immediata, quia quælibet iſtarum eſt falſa. ſor. eſt formaliter albus. Et iſta ſimiliter ſor. eſt formaliter non albus, quia dato oppoſito ſequitur, quod negatio albedinis competeret ſor. quidditatiue, & in primo modo. Similiter in contrarijs immediatis, ſanum & ægrum abſolutè ſumpta ſunt immediata circa ſubiectum aptum natum, & tamen cum ly formaliter, ſunt mediata, quia animal neque formaliter eſt ſanum neque formaliter eſt ægrum.

Applicando ad propoſitum, idem & diſtinctum abſolute ſumpta ſunt immediata circa ens, non tamen deter-

minata

minata per ly formaliter poſitiue, ſed habent medium. Quod declaratur præmittendo hanc regulam. Quod quandocunque ſunt aliqua duo æquipollentia aliquibus duobus, ſi inter illa æquipollentia datur medium. igitur & inter illa quibus ſunt æquipollentia, ſed eſſe de eſſentia alicuius, & habere diſtinctam formalitatem ſunt equipollentia identitati formali poſitiue, & etiam diſtinctioni ſibi correſpondenti, & datur aliquod medium inter hoc quod eſt eſſe de eſſentia, & habere diſtinctā formalitatem, quia illud quod inſequitur aliud, & non eſt quid aut formale niſi quidditate, aut formalitate eius quod inſequitur. Tale inquam non eſt de eſſentia illius quod inſequitur, quum illud poſſit diffiniri ſine iſto conſequente, neque habet diſtinctam formalitatem ab illo, quia nō eſſet quid & formale formalitate illius. Ergo ſequitur, quòd dabitur etiam medium inter hoc quod eſt eſſe idem formaliter alicui poſitiue & diſtingui formaliter poſitiue, neque iſta ſunt oppoſita neque immediata circa idem &cæt.

Sed eſt aliud ſophiſma. Tu dicis quòd a. non eſt formaliter idem poſitiue ipſi. b. intelligendo per. a. ipſum modum intrinſecum, ergo eſt formaliter non idem poſitiuè ipſi. b. Iſta conſequentia tenet. ex ſecundo perihermenias cum debito medio, & tunc vltra a. eſt formaliter non idem poſitiue ipſi b. ergo diſtinguitur formaliter poſitiue, vltima conſequentia patet, quia non idem & diſtinctum videntur eſſe æquipollentia.

Ad hoc reſpondetur negando primam cōſequentiam. Et ad probationem dicitur, quòd illud ſecundi perihermenias habet intelligi in prædicatis ſimplicibus & non cōpoſitis, videlicet in negatiua de pręrdicato finito ad affirmatiuam de prædicato infinito valet conſequentia, vnde non ſequitur. a. non eſt album lignum, igitur. a. eſt non album lignum, ſic in propoſito, licet ſequeretur. a. non eſt idem & eſt, ergo eſt non idem. Non tamen ſequitur. a. non eſt formaliter idem poſitiue, ergo eſt formaliter non idem poſitiue, tum ex dictis, tum etiam quia in affirmatione non infinitatur totum quod eſt à parte prædicati, quia ly formaliter affirmatur.

Tamen

Tamen gratia diſputationis admitto iſtam primam conſequentiam. Sed nego ſecundam. a. eſt formaliter non idem poſitiue, ergo diſtinguitur &c. Quia hic arguitur à ſuperiori ad ſuum inferius. Vnde omne diſtinctum eſt non idem, ſed econtra. Chimera enim eſt non idem ſor. & tamen non diſtinguitur à ſor. vt patet exponendo ly differt.

Item etiam quia pro aliquo priori competit alicui nō identitas, pro quo non competit diſtinctio, quia certum eſt, quòd homini in eſſe quidditatiuo competit hoc, vel ſaltem intellectus poteſt vere enunciare de homine in tali eſſe, quod eſt non idem aſino, & tamen non poteſt enunciari uere, quod homo in primo modo ſit diſtinctus ab aſino, quia (quum diſtinctio ſit paſſio entis, & paſſio ſuperioris eſt per ſe paſſio inferioris) ſequitur, quòd diſtinctio non poteſt competere homini conſiderato in eſſe quidditatiuo, aut in primo modo. Et confirmatur, quia oppoſita contradictoria ſunt priora oppoſitis contrarijs, & etiam relatiuis, ſed idem & non idem ſunt oppoſita contradictoria, idem, & diſtinctum opponuntur, vt contraria, vel relatiue, ergo in aliquo priori competit alicui eſſe idem, vel non idem, quàm competat ſibi eſſe idem vel diuerſum.

Pro intelligentia quomodo modus intrinſecus non ſit per ſe conceptibilis ſine re, cuius eſt modus, eſt aduertēdum, quòd quidam modus inſequitur naturam ſpecificā, & quidditatem, quidam vero inſequitur eſſe indiuiduale. Exemplum primi quantitas perfectionalis, quæ inſequitur naturam ſpecificā albedinis, vt albedo eſt, eſt modus intrinſecus eius demonſtrabilis de ipſa natura albedinis, vt abſtrahit ab omni eſſe indiuiduali, quia conſiderando naturam albedinis ſecundum ſe, & in eſſe quidditatiuo, albedo eſt perfectior nigredine. Eſt, & alius modus, qui inſequitur eſſe indiuiduale, & ſingulare, & iſto modo nos dicimus, quòd intenſio, & remiſſio in forma intenſibili, & remiſſibili eſt modus intrinſecus eius quantum ad eſſe indiuiduale. Vnde nigredo, vt quatuor ſecū dum gradum indiuidualem (hoc eſt, qui inſequitur, ipſam in eſſe in diuiduali) eſt perfectior, & intēſior albedine,

ne, vt duo, licet albedo, vt duo dicatur eſſe perfectior, & intenſior gradu intrinſeco eſſentiali inſequête naturam albedinis, vt albedo eſt. Quia, quod eſt per ſe primo demonſtrabile de aliqua natura in communi, per ſe non primo competit cuilibet indiuiduo illius naturæ.

Ex quibus infertur, quòd modus intrinſecus non eſt per ſe, & diſtinctè conceptibilis ſine illo eſſe, quod conſequitur. Iſta propoſitio declaratur, illud quod non habet formalitatem diſtinctam ab alio, non habet diſtinctam conceptibilitatem, vt declaratum eſt ſuperius, ſed modus intrinſecus eſt huiuſmodi, vt dictum eſt in præcedentibus, ergo &c.

Et confirmatur, & redit in idem. Quodcunque eſt idem formaliter alicui eo modo, quo dictum eſt ſuperius, non poteſt diſtinctè intelligi, ſeu concipi ſine illo, ſed modus intrinſecus eſt huiuſmodi, igitur &c. Maior probatur, quia cognitio perfecta, & diſtincta non videtur poſſe terminari ad aliquod vnum, quod eſt idem alteri ſecundum conceptum ſuum formalem, niſi etiam ad illud alterum terminetur.

Et iterum confirmatur, quia ſi illa quæ ſunt idem realiter, non poſſunt perfectè, & diſtinctè concipi abſolute, & ſimpliciter vnum ſine alio, quanto magis hoc erit verum de his, quæ coincidunt in eundem conceptum formalem, ſicuti eſt modus, & eſſe quod cõſequitur modus?

Pro declaratione quomodo infinitas, neceſſitas, & exiſtentia ſunt modi intrinſeci in Deo, inſurgit vna difficultas. Dictum eſt enim, quòd modus intrinſecus non uariat rationem formalem eius cuius eſt modus. Ex hoc infertur, quòd quum neceſſitas, & infinitas varient rationẽ formalem entis, ſequitur, quòd iſta non ſint modi intrinſeci. Aſſumptum probatur, quia certum eſt, quòd ens infinitum, & ens finitum diſtinguũtur eſſentialiter, & quidditatiue. Sed iſta diſtinctio non eſt, niſi penes finitatem, & infinitatem tanquam per principia diſtinctiua. Igitur finitum & infinitum non ſunt modi, & quod dixi de iſtis duobus, ſcilicet finito, & infinito dico etiã de iſtis neceſſario, & contingente.

Ad hoc reſpondetur, quòd ens finitum, & infinitum

poſſunt

poſſunt capi duobus modis . Vno modo formaliter, alio modo fundamentaliter . Ens infinitum formaliter acceptum capitur pro conceptu obiectiuo exiſtente in anima obiectiue per aliquod repræſentatiuũ ipſius, ſcilicet per ſpeciem intelligibilem vnam aut plures, quia quod habet eſſe obiectiuum in anima repræſentatur per aliquod repræſentans in ratione obiecti, & vt obiectum ipſi animæ. Ens infinitum fundamentaliter acceptum eſt ipſa eſſentia infinita, vt habet eſſe in re extra animam omnino, cui correſpondet omnino vnitas realis in re extra intellectum. Et iſto modo ens infinitum eſt ipſe Deus à quo accipitur conceptus realis obiectiuus in intellectu, & ab ipſo abſtrahitur ſeu ab aliquibus abſtrahuntur ſpecies ex quibus intellectus poteſt abſtrahere conceptum entis infiniti obiectiue. Si loquamur de conceptibus obiectiuis abſtractis, iſti conceptus, vt relucẽt in intellectu obiectiue non diſtinguuntur quidditatiue, neque ſunt alterius rationis formalis, quia tantum diſtinguuntur penes finitatem, & infinitatem, qui ſunt modi, vt dictum eſt, & non diſtinguuntur in ratione formali entis abſtracta ab aliquibus ſenſibilibus, in qua fertur intellectus abſque hoc, quòd feratur in illa à quibus abſtraxit, quia (quum intellectus ſit abſtractiuus, & præciſiuus ex tertio de anima) poteſt abſtrahere, & præſcindere vnum conceptum ab aliquo ſeu rationem aliquam incluſam in aliquo, & illam conſiderare, non conſiderando obiectum à quo abſtraxit, tunc illa, quæ ſunt coniuncta in re, & inſeparabiliter vnita ſecundum eſſe poteſt ſeparare, & diuidere ſecũdum conſiderationem, vt patet per Commen. 12. Metaphy. tex. Com. 39. poteſt etiam intellectus illam rationem determinare per aliqua quæ ſunt vnita ſecundum eſſe, & cum illis conſiderare. Ex quo ſequitur, quòd ſi determinat ipſam rationem per modos intrinſecos, illa ratio ſic determinata diſtinguetur modaliter, non obſtante, quòd res, quæ ſubſunt, vel ſubſternuntur iſti rationi, diſtinguantur eſſentialiter, & quidditatiue. Capiendo ens infinitum fundamentaliter nihil aliud eſt niſi eſſentia, & natura, cui competit eſſe de ſe, & à ſe, hoc eſt eſſe ens per eſſentiam habens omnẽ conditionem requiſitam

ad

ad eſſe,quod eſt eſſe per ſe, & (cum infinitas ſit conditio requiſita ad perfectiſſimum eſſe) ad tale eſſe de ſe, quod eſt eſſe per eſſentiam,immediatè ſequitur infinitas intenſiua. Nam (quum infinitas non repugnet enti,& non poſſit aliquod eſſe ens ſumme perfectum ſine infinitate intenſiua, vt declarat Sco. in 1.ſent.diſt.2.q.1. & in quoli. q.7.)ſequitur,quòd poſita iſta natura quæ habet eſſe per eſſentiã, ad ipſam immediatè ſequitur infinitas intenſiua. Ens autem finitum in re, & in effectu (quum non ſit eſſe de ſe, ſed ſit ens per participationem) non habebit omnem conditionem requiſitam ad eſſe, aut quæ poſſit competere enti,& ita non habebit infinitatem:ex quo ſequitur, quòd de neceſſitate habebit finitatem, & limitationem in ſuo eſſe.Ex quibus omnibus concluditur,quòd ens infinitum in effectu, & in re eſt natura talis ad quam imediatè ſequitur infinitas intenſiua, hoc eſt habens omnem perfectionem entis, quantum poſſibile eſt ad talem perfectionem cõtineri in aliquo vno. Ens autem finitum eſt talis natura in ſe formaliter,ad quã immediatè ſequitur finitas intẽſiua, quæ duæ naturæ in re ſeipſis eſſentialiter diſtinguuntur,& non præciſè per finitatem,& infinitatem;à quibus quantuncunque diuerſis poteſt intellectus abſtrahere aliquam vnam rationem communem entis,vt declaratum fuit in quæſtione noſtra de vniuocatione entis.

Pro declaratione quomodo exiſtentia dicatur eſſe modus intrinſecus eſſentiæ diuinæ, vel de eſſe ipſius,eſt aduertendum,quòd Doctor ſubti. in 2.diſt.1.quæſt. de probatione per ſe nota,quæ in principio diſtinctionis pertractatur ab ipſo,videtur dicere quòd eſſe exiſtere ſit de eſſe, & ratione formali naturæ diuinæ. Vnde habet quòd iſta propoſitio deus eſt,vt cognoſcitur à beatis in patria eſt prima & immediata,& eſt per ſe in primo modo. Cui ſententiæ adhærent adeo nonnulli Scotiſtæ,vt velint exiſtentiam eſſe de quidditate naturæ diuinæ cum quibus minimè conuenio, & aliquid declaraui in quæſtione noſtra de eſſe, & eſſentia, quòd ad mentem Doctoris ſubtilis non poteſt exiſtentia eſſe de intrinſeca ratione formali eſſentiæ diuinæ,& repeto breuiter vnam rationem po

ſitam ibi. Quæcunque duo in ſuis conceptibus ſimpliciſſimis, & abſtractiſſimis non ſe formaliter includunt, ſic, quòd vnum non ſit de eſſentia alterius, in nullo vno ſic vniunt formaliter. Sed ita eſt, quòd ens, & exiſtentia in ſuis conceptibus ſimpliciſſimis, & abſtractiſſimis non ſeinuicem formaliter includunt:igitur, &c. Maior eſt manifeſta, quia ſi conceptus non includit formaliter conceptum vbicunque iſti conceptus manent ſecundum proprias rationes, vnus non includit formaliter alium, quia manente propria ratione formali alicuius,manet eadem identitas, vel diuerſitas ad alium conceptum, minor autem probatur per Boetium ſuper prædicamenta, qui vult, quòd in tantum differt eſſentia ab exiſtentia, quòd prædicamenta ſiunt de eſſe eſſentiæ, & non de eſſe exiſtentiæ. Alioquin in hyeme roſa non eſſet per ſe in prædicamento.

Et confirmatur propoſitum principale. Certum eſt, quòd illa quæ ſunt cōmunia Deo, & creaturæ ſunt eiuſdem rationis ſecundum Doctorem ſubti. in primo diſt. 3.& 8.& alibi, ſed ita eſt,quòd exiſtentia eſt in creaturis,& in Deo, igitur &c.Et tunc vltra.Exiſtentia in creaturis eſt modus intrinſecus ipſarum, & non de conceptu formali earum, vt patet in omnibus ſuis libris. Igitur,& in Deo exiſtentia erit modus.

Nec obſtat, quod dicit in primo ſententiarum. diſt. 2. q. 1. quā determinat ibi, quòd eſſe exiſtere immediatiſſime conueniat eſſentię diuinę,& quòd propoſitio in qua prædicatur eſſe de Deo,non eſt per ſe ſecundi modi,ſed primi modi, & eſt immediatiſſima ad quam omnes aliæ propoſitiones reſoluuntur enunciantes aliquid de Deo qualitercunque concepto.Hæc Scotus ibi.

Reſpondetur,quòd iſta propoſitio Deus eſt,vt cognoſcitur à beatis in patria,non eſt per ſe ſecundi modi,quia in tali propoſitione ſecundi modi prædicatum, eſt extra rationem formalem ſui ſubiecti,& habet diſtinctam formalitatem ab ipſo ſubiecto,ita quòd non tantum diſtinguitur formaliter negatiue verum etiam poſitiue, de qua diſtinctione formali habitum eſt ſuperius. Sed hoc non poteſt dici de exiſtentia, & reſpectu eſſentię diuinę,

quia

quia talis exiſtentia non habet diſtinctam formalitatem ab eſſentia, ſed coincidit cum eſſentia in eundem conceptum formalem, ſic quòd licet non ſit de eſſentia naturæ diuinæ, & de intellectu eius, tamen (quia eſt modus intrinſecus eius) non habet aliquem conceptum formalem diſtinctum ab ipſa, & propter hoc propoſitio in qua enunciatur eſſe de deo, dicitur eſſe per ſe primi modi, ſic quòd non egreditur primum modum.

Et ad illud quod dicitur, quòd eſt immediatiſſima, verum eſt, quo ad omnes propoſitiones quæ enunciant proprietates & paſſiones, vel quaſi paſſiones de deo, quia prædicata iſtarum propoſitionum egrediuntur primum modum, & diſtinguuntur formaliter à deo. Sed non eſt verum quòd dicatur eſſe immediatiſſima propoſitio data reſpectu propoſitionum in quibus enunciantur prædicata quidditatiua ſicuti eſt ens, ſubſtantia, ſpiritus. Iſta ſunt intimiora eſſentię quàm exiſtentia.

Vel (tenendo quòd exiſtentia præcedat infinitatem.) dicetur quòd propoſitio data, non ſolum eſt immediatiſſima reſpectu propoſitionum dictarum, verum etiam reſpectu propoſitionum in quibus enunciantur modi intrinſeci de eſſentia diuina, ita quòd prius deus eſt exiſtẽs quàm ſit infinitus, & neceſſe eſſe, & ſic de alijs modis intrinſecis, & ita ad ipſam omnia prędicata modalia reſoluuntur. Vtrum autem exiſtentia præcedat infinitatem in Deo vel non? De hoc aliàs. Tamen Doct. ſub. in 8. diſt. 1. q. 3. videlicet. Vtrum deus ſit in genere? Reſpondendo ad primum argumentum dicere videtur quod infinitas præcedat eſſe exiſtere in deo. Ex quo poteſt haberi probabiliter, quòd ipſe voluerit exiſtentiam eſſe modum intrinſecum: quia certum eſt ſecundum ipſum, quod infinitàs eſt modus eſſentię, igitur ſecundũ ipſum erit exiſtẽtia modus eius, conſequentia probatur, quia ſi illud quod eſt intimius exiſtentia ipſi eſſentiæ, multo magis illud quod eſt remotius ab eſſentia, & quemadmodum eſt exiſtentia, vt ipſe dicit.

Pro declaratione quomodo infinitas eſt de ratione formali eſſentiæ diuinę ſecundum Landulphum eſt aduertendum, quod ipſe non ſenſit infinitatem eſſe de con-

ceptu quidditatiuo & formali eſſentiæ, immo videtur ſenſiſſe oppoſitum quia probat in 1. ſenten. in prologo. q. 1. quòd ſicut relationes fundatę ſuper eſſentiam & infinitatem diſtinguuntur formaliter, & ex natura rei, ita infinitas & eſſentia, in diuinis. Vnde arguit ipſe ſic. Quæcunque relationes adæquant ſua fundamenta, ſi vna non includit alteram ex natura rei & formaliter, nec fundamentum formaliter includit fundamentum. Sed ita eſt, ꝙ iſtę relationes in diuinis, videlicet identitas, & æqualitas adæquant ſua fundamenta, quia identitas adæquate fundatur in eſſentia diuina, æqualitas adęquate in infinitate igitur &c. Sed certum eſt quòd identitas non eſt formaliter ęqualitas, neq; de intrinſeca ratione eius Igitur nec eſſentia erit de ratione infinitatis nec econuerſo.

Et confirmatur, quia ſi eſſentia & infinitas eſſent idem formaliter ſicut concederet quòd pater per eſſentiam eſt idem filio, ita concederetur, quod per infinitatem ſic eſſet idem. Quod non conceditur ab aliquo Theol. Dicamus igitur quòd eſſentia quidditatiuè non includit infinitatem, & hæc poteſt eſſe vna bona probabilitas, quia nullum prius includit tanquam aliquid de eſſentia ſui ipſum poſterius, quia ſemper quod eſt de ratione alicuius eſt prius illo, ſed ita eſt quòd infinitas eſt poſterior eſſentia, quia infinitas eſt quantitas virtualis & perfectionalis eſſentiæ diuinæ, quantitas autem perfectionis ſemper eſt poſterior re cuius eſt perfectio, igitur &c. Eſt ergo eſſentia q̃dã realitas in re ad quã immediate nata eſt ſeq infinitas inteſiua. Sicut creatura eſt quædã res & eſſentia qua poſita in eſſe, ad ipſum ſeqtur finitas & ꝑfectio finita.

Et ad illud quod tu dicis, quod Scot. in q̃olib. dicit quod infinitas eſt de ratione formali naturæ diuinæ, hoc negatur ipſum dixiſſe. Et ſi dicat quod ideo ſit eſſentia diuina, quia eſt infinita, ly, quia poteſt importare vel notam cauſalitatis formalis alicuius pertinentis ad primũ modum dicendi per ſe, vel alicuius quod concomitanter ſeu reductiuæ pertinet ad primum modum dicendi per ſe, uel alicuius quod concomitanter ſeu reductiuæ pertinet ad primum modum. Et breuiter hoc, eſt verum quod eſſentia ideo ſit eſſentia loquen-

do de eſſentia diuina, quia eſt infinita, vel quidditatiuè vel concomitanter. Primum negatur, ſecundum conceditur, quia infinitas vt dictum eſt, non habet diſtinctam formalitatem ab eſſentia, ſed reductiue pertinet ad rationem formalem eius, quia coincidit in eundem conceptum formalem cum eſſentia.

Pro declaratione quomodo differentia importat realitatem diſtinctam a genere, declaratum eſt ſuperius, quid ſit realitas, & quid formalitas. Realitas tamen pro nunc accipitur à re quia eſt abſtractum ipſius. Res autem vt dictum eſt quædam eſt res eſſentiæ & quidditatis quædam res exiſtentiæ, vt in primo artic. declarauimus in principio. Sic duplex eſt realitas, quædam eſt realitas eſſentiæ, quædam exiſtentiæ. Genus & differentia (quum abſtrahant ab eſſe exiſtentiæ in recta linea prædicementali) non important aliquam realitatem exiſtentiæ & ſubiectiuam, ſed tantum realitatem eſſentiæ & obiectiuam, & realitas generis ſe habet vt potentia reſpectu realitatis differentiæ, quæ ſe habet vt actus reſpectu generis, & appellantur illę realitates obiectiuę, quia quælibet ipſarum poteſt eſſe obiectum proprium & formale intellectus, ſic quòd quælibet ipſarum poteſt per ſe & ſeorſum ab alia terminare actum intelligendi. Quod autem realitas vna iſtarum ſit realitas potentialis, & alia actualis, vna ſe habeat vt actus, altera vt potentia, declaratur per ſimilitudinem ad compoſitum eſſentiale quod eſt per ſe vnum. Vnde ſicut eſt in compoſito reali, ita eſt in compoſito rationis. Sed ſic eſt quod in compoſito reali tale compoſitum non eſt per ſe unum, niſi realitates componentes ſic, ſe habeant quod vna ſit actus & altera, potentia, vt vult Ariſt. 8. met. text. cō. 15. vbi non aſſignāt aliam rationem quare compoſitū ſit per ſe vnum, niſi qđ hoc eſt vt actus, & hoc potentia, ſic erit in compoſito rationis, quia conceptus per ſe vnus apud intellectum eſt propterea, quia realitates componentes, vna eſt actus & altera vt potentia. Igitur (quum conceptus ſpeciei ſit per ſe vnus & conſtituatur ex realitate generis, & ex realitate differentiæ) neceſſario vna erit actus, & altera vt potentia. Sed certum eſt quod realitas à qua accipitur dif-

ferentia non poteſt habere rationem potentiæ reſpectu realitatis a qua accipitur genus, quia realitas differentię non eſt indeterminata,ſed eſt actus determinans realitatem generis. Et (quum determinare ſit conditio & proprietas actus,quia actus determinat & diſtinguit, ex 7.metaph.text.comm.49. & determinari actuari & perfici ſint conditiones, & proprietates materiæ ſeu potentiæ) ſequitur quòd realitas generis ſe habebit vt materia,& vt potentia. Realitas vero differentiæ ſe habebat vt actus. Ex his nos concludimus, quod (quum ens non poſſit habere rationem potentię reſpectu modorum intrinſecorum,qui contrahunt ipſum ad inferiora) non poteſt conceptus entis eſſe conceptus generis,& nõ importat aliquam realitatem potentialem & perfectibilem ab ipſo modo contrahente, quia illud quod eſt indifferẽs ad finitum & infinitum, ſic quòd eſt indeterminatum ad quodlibet iſtorum non poteſt eſſe aliquod potentiale & perfectibile per aliud, quia ſtatim quod de ſe includit aliquam potentialitatem reſpectu contrahentis non poſſet ſtare cum infinitate intenſiua, quia quod eſt de ſe potentiale, & perfectibile per aliud, eſt de ſe finitum & limitatum. Sed quod eſt tale non poteſt eſſe infinitum intenſiue,quia tunc ſtarẽt duo opppoſita in eodem, igitur ens indifferens ad finitum & infinitum intenſiue, non poteſt eſſe potentiale & perfectibile per modum qui contrahit ipſum.

Sed contra arguitur, quia conceptus qui determinatur & cõtrahitur, videtur eſſe potentialis ad conceptum determinantem & contrahentem. Conceptus entis eſt huiuſmodi quia contrahitur per modos intrinſecos, qui conceptus, vt dicit Sco.ſunt qualitatiui, & prædicantur in quale: igitur conceptus entis erit in potentia ad iſtos modos, vt ad actus perficientes ipſum.

Et confirmatur, quia omne diuiſibile eſt ſic in potentia ad diuidentia quòd actuatur & perficitur per ipſa ens ſed ſic diuiditur per modos intrinſecos,ergo &c.

Pręterea,ſi diuiditur & per diuiſionẽ deſcendit in deũ & creaturam,aut totũ ens eſt in deo aut pars entis.Si primo modo (cum totum ſit illud extra quod nihil eſt ex ſententia

tentia Ariſt. tertio phyſi. tractatu de infinito qui eſt tex. com.63.) ergo nihil erit ens extra Deum. Si vero dicas quòd pars entis erit in deo, ſequitur quòd deus non erit ens ſimpliciter, ſed ſecũdum quid, quia ſecundũ partem.

Ad iſta reſpõſum eſt in quęſtione noſtra de vniuocatione entis, & pro nunc tamẽ perſtringẽdo quę dicta ſunt ibi. Reſpõdetur ꝙ vbicunq; eſt contractio realitatis proprię per aliam realitatẽ diſtinctam, ibi de neceſſitate eſt potentia in contrahibili reſpectu realitatis contrahẽtis, ſed vbi eſt tantum contractio conceptus realis per modos intrinſecos, ibi non oportet eſſe potentiã reſpectu contrahentis.

Primũ declaratur, qa ſi realitas ſiue eſſentiæ ſiue exiſtentiæ cõtrahatur per aliã realitatẽ neceſſario vna realitas ꝑficitur per aliã & actuatur & ſic vna eſt potẽtia, altera eſt actus, quẽadmodũ eſt in oĩbus vniuerſalibus cõtrahibilibus in prędicamẽtis, & in 10. generibus. Eſt etiã ibi potẽtia in talibus cõtrahibilibus, quia quod libet tale eſt finitũ & limitatũ, quũ ens finitũ diuidatur in 10. prædicamenta, quodlibet autẽ quod eſt finitũ caret aliquo gradu perfectionis qui natus eſt competere ſibi ſub ratione entis, cui enti nõ repugnat infinitas quã excludebat ens finitũ, & ita dicitur ens finitũ priuari infinitate, eo modo quo talpa priuatĩ viſu, non inquantum talpa, ſed in quantũ animal, vt habet Ariſt. 5. meta. ca. de priuatione. Ex quo ſequitur quod (quũ ens finitũ in ratione entis careat infinitate intẽſiua) dicitur eſſe priuatũ & in potẽtia ad actualitatẽ, & perfectionẽ quám importat infinitas. Itẽ ex alio. Quodlibet genus quòd cõtrahitur per differentiam, eſt in potentia ad ipſam differentiam, & ad actualitatẽ quã ipſa importat, quia non habet ex ſe ipſum genus vt includat realitatem differentiæ contrahentis formaliter & quidditatiuè, quia genus eſt primo diuerſum à differentia. ex ſententia Ariſt. 3. meta tex. commen. 10. quia ſicut materiale eſt extra formale omnino & non includit ipſum, ſimiliter genus ex ſe non includit ipſam differentiam contrahentem etiam identicæ & realiter, quia ſi genus & differentia ſunt idem realiter, ſicuti eſt animal & rationale, ſunt idem ſolum ratione tertij, ſcilicet, ho-

minis, in quo conueniunt, ita, quòd ratio identificationis realis vnius alterius eſt homo, in quo ambo vniũtur.

Secundum, videlicet, quòd contractio conceptus realis per modos intrinſecos non includat potentialitatem in ipſo contrahibili, declaratur. Quia contractio conceptus realis per modos intrinſecos eſt in omnibus tranſcendentibus, quorum quodlibet eſt indifferens ad finitum, & infinitum, quæ in differentia tollit omnem potentialitatem à contrahibili. Non enim ſtat, quòd aliquid de ſe ſit in potentia, & perfectibile per aliud, & de ſe poſſit eſſe infinitum. Quoniam ſtatim ſequeretur contradictio, quòd ſcilicet eſſet finitum, & infinitum.

Hoc idem probatur, videlicet, quòd tale indifferens non ſit potentiale ad aliquam actualitatem ex parte modorum contrahentium. Nam modi intrinſeci ſunt idem realiter, & formaliter ipſi contrahibili, vt aliqualiter declaratum eſt ſuperius. Modi enim intrinſeci non diſtinguuntur formaliter ſic, quòd habeant diſtinctam formalitatem, quamuis nõ ſint de eſſentia ipſius, vt dictum eſt. Ex quo ſequitur, quòd multomagis ſunt idem realiter, & conceptus, qui contrahitur per tales modos habet ex ſe vnde includat realiter, & formaliter ipſos modos intrinſecos, & non habet ratione tertij, in quo contrahens, & contrahibile conueniant, vt contrahibile includat realiter, & formaliter modos contrahentes, quod non reperitur in his, quæ contrahuntur per ea, quæ habent diſtinctas realitates, & formalitates à contrahibili.

Sed adhuc inſtatur, quia certum eſt, quòd licet ens cõtrahatur per modos tamen conceptus entis eſt prior ex natura rei, quàm ſit modus contrahens, qui exempli gratia ſit a. in illo priori in quo ens præcedit ipſum. a. & diſtinguitur ex natura rei, ens non includit. a. & poteſt determinari per. a. ergo eſt in potentia ad a.

Ad hoc reſpondetur, quòd eſt prioritas ex natura rei entis ad a. & ſimiliter diſtinctio ex natura rei, & quòd in illo priori ipſum ens non determinatur per. a. ſed quum tu infers, ergo eſt in potentia ad a. Reſpondeo negando conſequentiam. Pro quo eſt notandum, vt diximus in qõne prȩallegata de ente, quòd triplex eſt potentia, videlicet

tet Phyſica,& realis, alia Metaphyſica, alia eſt Logica, q̃ diſtinctio ſumitur in ordine ad propoſitiones, quę poſſunt eſſe, vel Phyſicę, vel Metaphyſicę, vel Logicę. Prima potentia eſt qua aliquid caret aliquo realiter, & eſt capax ipſius quemadmodum ſuperficies carens albedine, eſt in potentia ad albedinem, cuius eſt capax. Alia potentia, ſ. Metaphyſica eſt ſecũ dũ quam aliquid non includit aliud quidditatiue, & in ſuo conceptu formali, ſic ꝙ illud non ſit de eſſentia ipſius. Tertia eſt, qua aliquid, in conceptu non includit repugnantiã, & contradictionem ad aliquid de qua potentia Logica ac etiam Phyſica facit mentionẽ Ariſt.in 5.Meta.c.de potẽtia. De potentia vero Metaphyſica facit mentionem Ari.9.meta. quando comparat potentiã ad actũ Quibus pręmiſſis. Reſpondetur negãdo, ꝙ in illo priori ipſum ens ſit in potentia Phyſica reſpectu cõ trahentis,& conceditur, ꝙ eſt in potentia metaphyſica, ꝙ nihil aliud eſt dicere, niſi ꝙ ens non includit tanq̃ aliquid de eſſentia ſui ipſum contrahens. Et conceditur ſimiliter de potentia logica, ꝙ ens ſic ſumptum eſt in potentia ad contrahens, quia ex contrahente, & contrahibili ſit vnũ poſſibile logicum, qđ in ſuo conceptu, vel in eſſe non includit repugnantiam,& contradictionem. Potentia phyſica repugnat neceſſario ex ſe,& cuicunque, quod eſt formaliter in natura neceſſaria, & ſic ẽt repugnat enti. Sed potentia metaphyſica, & logica neceſſario ex ſe nõ repugnat neque ẽt alicui, qđ eſt formaliter in natura neceſſaria, vt patet diſcurrendo per multa. Nam certum eſt, ꝙ hoc eſt poſſibile logicũ, videlicet Deum eſſe,& tñ Deum eſſe eſt ſimpliciter neceſſarium, & ſic de multis alijs. Naturæ tñ neceſſarię repugnat potentia phyſica, quæ eſt receptiua alicu ius actus, ita ꝙ (quum natura neceſſaria ſit actualiſſima) nõ põt eſſe in potẽtia receptiua reſpectu alicuius actus. Sed contra i nſtatur, quia certum eſt, ꝙ cõceptus entis prædicatur in quid, & modi intrinſeci prædicã tur in quale: prædicari in quid eſt prædicari per modũ potentię, prædicari in quale eſt prædicari per modũ actus, igitur in ente eſt aliqua potentia perfectibi lis per actũ. Rñdetur, ꝙ prædicari in quid qñq; ſumitur à potentia ſic ꝙ illud qđ prædicatur, ꝑdicatur ꝑ modũ potẽtię, qñq; iſte

modus

modus pdicandi ſumit ab eſſentia ſic, ꝙ illud qđ prædicatur, prædicatur per modum eſſentiæ, vel ſubſiſtentis vel per ſe ſtantis. Sic etiam prædicari in quale eſt prædicari per modum actus, vel per modum adiacentis & inhærentis, ſicut apparet in multis differentijs eſſentialibus, vel etiam in qualitatibus. Ex hoc reſpondetur quòd ens non prædicatur per modum potentiæ, ſed per modum eſſentiæ, & per ſe ſtantis, quia primum quod eſt habitum in re eſt eſſentia rei Dicente auctore de cauſis, propoſitione. 4. Prima rerum creatarum eſt eſſe, & ita ens prædicatur per modum ſubſiſtētis aut per ſe ſtantis, & nō per modum potentiæ, quę omnia repugnant ei quod eſt ex ſe formaliter neceſſarium vel permiſſiue. Similiter modi intrinſeci ſi prædicantur in quale, non prædicantur per modum actus, ſed per modum adiacentis & inhærentis quia nullus ipſorum includitur quidditatiu e in ente ſic quòd ſit de eſsentia ipſius, vt dictum eſt ſupra.

Ex his reſpondetur ad ſecūdam inſtantiam principalē adductā ſuperius quæ erat, ꝙ omne quod diuiditur eſt in potentia ad diuidētia concedendo maiorē vbi fiat diuiſio per aliqua diuidētia, quę ſunt diſtincta realiter vel formaliter ſic quod habeāt diſtinctas formalitates à diuiſo, aliter negatur maior. In propoſito autem modi intrinſeci non habent diſtinctam formalitatem ab ente, neque dicunt diſtinctam realitatem, quare &c.

Ad tertiā difficultatem reſpondetur, quòd totum ens contrahitur ad deum, ſic intelligendo ꝙ in deo nihil deficit de natura entis. Et quū tu dicis ergo extra deū nihil erit entis. Negatur cōſequentia. Ad probationē reſpondeo, ꝙ iſta eſt diffinitio totius. Totū eſt illud extra, quod nihil eſt. i. cui nihil deeſt requiſitum ad ipſum totum. Et ſic concedo quòd in deo nihil deeſt requiſitum ad naturam entis, ſed cū hoc ſtat, ꝙ ipſum ens non ſit in deo &c.

Pro declaratione quomodo differentiæ important diſtinctam realitatem. Eſt notandum quod ipſę in ſe ſunt quædam realitates obiectiuę & formales. Tum quia eis competit vnitas ex natura rei extra intellectum omnino Tum quia ſunt obiecta formalia, quæ poſſunt per ſe & ex natura rei terminare actum intelligentię de quibus realita-

litatibus obiectiuis ſatis eſt dictum ſuperius, declarando diffinitionem formalitatis. Ex quo ſequitur, quod (quum modi intrinſeci non poſſunt per ſe & diſtincte terminare actum intelligendi vt habitum eſt ſupra) ſic non important diſtinctas realitates obiectiuas.

Ex hoc apparet declaratio huius, quòd rationalitas vel irrationalitas non eſt modus intrinſecus animalis, quia intellecto animali inquantum animal eſt, in quocũque gradu qui cõpetit ſibi ſub ratione animalis aut ſub ratione ſenſitiui non propter hoc intelligitur eſſe rationale vel irrationale.

Quod ſi tu dicas videtur quòd rationalitas ſit quædam perfectio & gradus animalis, quum conſtituat animal in gradu ſublimiori.

Reſpõdetur, quòd rationalitas non conſtituit aliquid in eſſe ſenſitiuo, ſed in eſſe intellectiuo, quod eſſe eſt diuerſum ab eſſe animalis & ſenſitiui, & ſic de omnibus alijs differentijs. Vnde intelligendo animal in ratione perfectiſſima ſenſitiui, quod eſſe competit ſibi in eo ꝙ animal eſt, nunquã intelligitur eſſe ſub rationalitate vel irrationalitate, quod non eſt verũ de re cõparata ad ſuos modos intrinſecos, quia intellecta albedine ſub perfecto gradu ſibi poſſibili competere, vt albedo eſt (non excedendo cõſideratioñe albedinis ſub rõne qua tali) intelligitur neceſsario ſub hoc gradu intẽſionis aut ſub illo &c.

Pro declaratione quomodo ens importat vnum conceptum realem & non realitatem, eſt notandũ quòd nõ omnis conceptus realis eſt realitas proprie ſumpta, quam differentiã poſuimus ſuperius in primo art. principali, declarãdo, quę differentia eſſet inter vniuocum & vniuoce dictum. Pro nunc tamen dicendum eſt quod conceptus entis eſt conceptus realis obiectiuus. Tum quia abſtrahitur immediate à re. Tũ quia non habet eſſe in intellectu obiectiue per actum intelligendi à quo dependeat in eſſe & in conſeruari. Neque etiam dependet ab actu collatiuo intellectus, vt dictum eſt loco prærallegato. Non eſt tamen conceptus entis realis realitate ſubiectiua, propterea quia talis cõceptus entis abſtrahit ab omni tali realitate ſubiectiua & exiſtentiæ & ab omnibus ſuis infe-

inferioribus in quibus habet eſſe ſubiectiuum.

Quomodo autem iſte conceptus poſſit abſtrahi ab aliqua re aliquo modo, vt conceptus communis, & vniuerſalis, eſt notādum, quòd illa, quæ ſunt vnita, & coniuncta in re, & inſeparabilia ſecundum eſſe poteſt intellectus abſtrahere, & diuidere vnum à reliquo. Vnaqueque.n. res habet gradum intrinſecum inſeparabilem ab ipſa, quam rē intellectus poteſt abſtrahere, & conſiderare, nō cōſiderando illud à quo abſtraxit, & ita quum in re in effectu ſit aliqua eſſentia infinita habens gradum infinitatis ſibi inſeparabiliter coniunctum ſecundum eſſe, poteſt intellectus diuidere eſſentiam abſtrahēdo ab infinitate, & tunc concipere eſſentiam non concepta infinitate, & & ſic concipiendo eſſentiam, vt eſſentia eſt, habet intellectus conceptum obiectiuum, nō tantum communem eſſentię infinitę, verumetiam cuilibet eſſentię. Conſimiliter dicendum eſt de quacunque alia eſſentia finita, quæ (quum habeat gradum intrinſecum inſeparabilem ab ipſa ſecundum eſſe) erit tamen ſeparabilis ab illo gradu ſecundum conceptum.

Aduertendū tamen eſt, quòd ſi realitas obiectiua capiatur pro ratione formali conceptibili, quæ habet eſſe in intellectu obiectiue ante actum intelligendi per intellectum abſtrahentem, & non tantū capiatur realitas pro re extra intellectum omnino, concedimus conceptū entis eſſe quandam realitatem obiectiuam, & conceptum communem entis ſumi ab aliqua realitate, vt conceptus adæquatus illi. Sed capiendo realitatem alio modo, non eſt verum, quòd talis conceptus ſumatur ab aliqua realitate, vt conceptus ſibi adæquatus, ſed præciſe, vt conceptus inadæquatus, quia enti (vt dictum eſt) non correſpōdet vna natura, aut vna res extra intellectum omnino. Et ſecundum hunc modum dicendi locutus eſt Scot. in primo ſen. di. 8. q 3. Vtrum Deus ſit in genere reſpondēdo ad primum argumentum principale.

Aduertendum eſt autem quomodo conceptus entis dicatur eſſe finitus, vel infinitus negatiue, q̄ infinitum negatiue eſt illud, quod excludit finitatem, & non ponit aliquid repugnans finitati. Infinitum vero contrarie, & poſitiue

tiue eſt illud, quod nõ tantum excludit finitatem, verum etiam ponit aliquid repugnans finitati. Primo modo conceptus entis eſt infinitus negatiue, quia licet non ponat finitatem, non ponit tamen ſeu in ſe non includit aliquid repugnans finitati. Secundo modo Deus eſt infinitus contrarie, & poſitiue per excluſionem finitatis, & poſitionẽ contrarij, ſeu repugnantis ad finitatem. Quod dixi de infinito dico ẽt de finito, ponendo conſimilem diſtinctionẽ.

Pro declaratione quomodo realitas, & modus intrinſecus eius non poſſit vt duo obiecta formalia terminare cognitionem intuitiuam intellectus. Videndum eſt quid ſit cognitio intuitiua, & quid ſit cognitio abſtractiua. Cognitio intuitiua intellectus eſt rei exiſtentis, vt exiſtens eſt in propria natura, & exiſtentia. Cognitio abſtractiua eſt rei non exiſtentis in ſe, ſed in aliquo repræſentatiuo. Prima cauſatur ab obiecto in propria exiſtentia, & natura ſicut viſio immediate cauſatur ab obiecto viſibili extra in re, & non cauſatur ſecundũ Doct. ſubti. à ſpẽ viſibile immediate. Licet ipſa neceſſario pręexigatur, ita ꝙ ordo actus vidẽdi ad ſpẽm viſibilẽ non eſt ordo effectus ad cauſam, ſed tñ ordo duorũ effectuũ ordine quodã prouenientium ab eadem cã, quæ eſt obiectum extra. Ita ꝙ prius cauſatur ſpecies in ſenſu, quam actus videndi, quæ ſpecies quaſi diſponit ſenſum, & excitat ad actum ſentiẽdi. Cognitio aũt abſtractiua fit ab obiecto pñte in aliqua ſpecie, quemadmodũ actus imaginãdi fit ab obiecto imaginabili non pñte in ſe, ſed præſente in aliqua ſpecie exiſtente in virtute imaginatiua, qui actus ſic cauſatur à ſpecie, ꝙ non ab obiecto extra, immo nullo modo exiſtente in rerum natura, cauſatur à ſpecie actus imaginãdi, ſicut imaginor patrẽ meum, aut aliũ qui non eſt. Cognitio abſtractiua eſt imperfectior, & obſcurior, q̃ cognitio intuitiua, quia actus cognoſcẽdi natus eſt eſſe diſtinctior in potẽtia cognoſcente, quanto obiectũ fuerit ei perfectius pñs, ſed obiectum perfectius eſt pñs potentię cognoſcenti qñ eſt pñs in ſe, q̃ ſit pñs in aliqua ſpẽ repñtãte. Igiť actus cognoſcẽdi intuitiuꝰ q eſt ab obiecto pñte ĩ ſe ẽ diſtinctior quã actus cognoſcẽdi abſtractiuus. Iſta duplex cognitio. ſ. intuitiua, & abſtractiua, nõ dẽt negari ab intellectu qa

perfe-

perfectio quę competit potentię inferiori, non debet negari à potentia ſuperiori, nam quæ ſparſa ſunt in inferiorioribus collecta ſunt in ſuperioribus. Et Ariſt. ſecundo de generatione, text. commen. 58. Dicimus naturam deſiderare quod melius eſt, vbi non apparet impoſſibilitas. Ex quo infertur quod vtraque cognitio intuitiua & abſtractiua poteſt reperiri in intellectu, vel ſaltem ſibi non repugnat. Ariſt. tamen nullam fecit mentionem de cognitione intuitiua intellectus, ſed tantum de abſtractiua, ponens intellectum agentem eſſe neceſſario requiſitum ad abſtrahendas ſpecies intelligibiles à phantaſmatibus ad hoc, vt intellectus intelligat.

Quod tamen cognitio intuitiua competat intellectui probatur ex hoc quia proprium actum intelligendi & propriam operationem intellectus cognoſcit intuitiue qui ab ipſa mouetur vt præſens eſt in propria natura & exiſtentia.

Applicando ad propoſitum, cognitio intuitiua (quum ſit diſtincta ex parte ſui & ex parte obiecti) non poteſt ad aliquid terminari per ſe, niſi ſit diſtinctum conceptibile & habeat diſtinctam conceptibilitatem. Et ita (quum res & modus intrinſecus eius non ſint diſtincta conceptibilia, neque diſtincta obiecta formalia) intuens iſta duo (hoc eſt cognoſcens intuitiue) non intelliget vnum ſine reliquo. Si tamen cognoſcantur iſta cognitione abſtractiua quæ eſt cognitio imperfecta & indiſtincta, & quæ non eſt ipſius rei, vt habet eſſe in re, poterit terminari talis cognitio ad rem ipſam, abſque hoc quòd terminetur ad modum eius intrinſecum.

Pro declaratione quid ſit ratio quidditatiua tantum, & ratio quidditatiua & formalis, eſt notandum, quod ratio quidditatiua ſolum, eſt illa quæ prædicatur de aliquo in quid, ſeu in aliquo includitur quidditatiue. Dato quod non includat aliquem vnum conceptum qualitatiuum qui, ſcilicet prędicatur in quale. Et iſto modo conceptus entis communis ſic eſt conceptus quidditatiuus, qui nullum conceptum qualitatiuum in ſe includit. Sed ratio quidditatiua & formalis eſt ratio conſtituta ex conceptu qui prędicatur in quid, & conceptu qui prędicatur in quale, vt

le,vt eſt ratio conſtituta ex genere & differentia,quæ ratio eſt tantum ſpeciei ſiue ſpecialiſſimę ſiue ſubalternę. Ex qua diffinitione nõnulli Scotiſtę dicunt, quod modus intrinſecus variat rationem quidditatiuam tantum, & rationem quidditatiuam & formalem,quæ,videlicet eſt conſtituta,vt dictum eſt, ex quid & quale,quam opinionem,vt dictum eſt,ego non teneo, quia dico modum nullam rationem quidditatiuam variare.

Et ſi dicatur quod finitas & infinitas variant rationem entis, quia ens finitum & infinitum diſtinguũtur eſſentialiter & quidditatiuè.

Reſponſum eſt ſuperius,quod capiendo ens finitum & ſubſtratiue & fundamentaliter, illa duo diſtinguuntur eſſentialiter & non præciſe ratione finitatis & infinitatis ſed eſſentiæ ipſę ad quarum vnam ſequitur infinitas, & ad alteram finitas,in re extra intellectum ſeipſis eſſentialiter diſtinguuntur,ſicut eſſentiæ 10. prædicamentorum non ſolum per modos diſtinguuntur extra intellectum, verumetiam ſeipſis eſſentialiter diſtinguuntur. Si vero capiatur ens infinitũ & finitum formaliter, & in intellectu obiectiue,ſic illa duo dicuntur eſſe eiuſdem rationis & in intellectu tantum diſtingui modaliter. Neque inconuenit res ſubſtratas in ſe diſtingui eſſentialiter,& tamen quòd conceptus abſtractus ab ipſis per intellectum ſit vnius rationis in ipſis, qui poſtmodum determinatus per modos ab intellectu ſit alius & alius ſolum modaliter &c.

Pro declaratione diſtinctionis ex natura rei, & pro complemento eorum quæ dicenda ſunt ad diſtinctionem realem eſt notandum,quod talis diſtinctio ex natura rei ſolum & præciſe eſt ex hoc,quod aliqua poſſunt eſſe fundamenta contradictionis,ita quod quæcunque ſunt talia quòd de ipſis poſſunt verificari duo contradictoria ex natura rei circumſcripto omni opere intellectus, illa diſtinguuntur ex natura rei Non dico tamen quod contradictoria poſſint actualiter verificari de aliquibus duobus ſine actu intellectus verificantis & enunciantis contradictoria de illis quibus applicantur,quia affirmatio & negatio ſiunt ex opere intellectus.Sed dico quod de aliquibus

duobus

duobus contradictoria ſunt verificabilia ex natura rei,ſic quod ex natura eorum circumſcripto omni opere intellectus,nata ſunt eſſe fundamenta contradictionis,& quæcunque ſunt talia tali diſtinctione diſtinguuntur.

Notandum tamen quòd in eodem poſſunt plures ſpecies diſtinctionum concurrere,quæ ab eodẽ ſub diſtinctis rõnibus ſumuntur. Exẽpli gratia.ſi.a.&.b. diſtinguuntur põt eſſe qđ.a.&.b. poſſint eſſe fundamẽta cõtradictionis.

Põt ẽt eſſe, quod.a.& b. ſint plures quidditates ſeu formalitates. Similiter poteſt eſſe quod.a.&.b.ſint diſtinctæ res exiſtentiæ vel ſubſiſtentiæ,& quòd habeant diſtinctas naturas & eſſentias. Pœnes,hoc quod a. & b. ſunt fundamenta contradictionis ſecluſo opere intellectus, inter iſta fundatur diſtinctio ex natura rei.Pęnes hoc,quod.a.&.b.ſunt duę formalitates, fundatur diſtinctio formalis. Pœnes hoc, quòd ſunt res & res fundatur diſtinctio realis. Pœnes hoc, quod ſunt plures naturæ & eſſentiæ, fundatur diſtinctio eſſentialis. Illud ergo quòd eſt ratio & cauſa vnius diſtinctionis, non eſt ratio alterius.

Notandum etiam quod diſtinctio ex natura rei poteſt accipi vt quoddam genus ad omnes ſpecies diſtinctionũ quæ ſunt præter opus intellectus, & ſic accipiendo,vnaquęque diſtinctio ſiue ſit formalis, ſiue realis ſiue eſſentialis, eſt diſtinctio ex natura rei, quia genus conuenit ſuis ſpeciebus,& prædicatur de illis. Alio modo capitur diſtinctio ex natura rei,vt eſt ſpecies diſtinctionis in communi,quæ eſt pręter opus intellectus,& iſto modo eſt ſpecies condiſtincta & diſparata contra omnes alias ſpecies, ſic quòd diſtinctio formalis vt formalis eſt,non eſt diſtinctio ex natura rei inquantum talis,quia vt dictum eſt,ab alia ratione accipitur vna diſtinctio,& ab alia alia. Et ita diſtinctio quæ eſt penes hoc quòd a.& b. poſſunt eſſe fundamenta contradictionis, non eſt diſtinctio accepta pœnes hoc, quod a. & b.ſunt plures quidditates & formalitates, quoniã eſt ratio vnius, videlicet eſſe fundamẽtum contradictionis,& alia eſt rõ,qđ aliquid ſit in ſe formale, ſeu formalitas in ſe.Et ꝑ hoc ſoluunt multę difficultates.

Inſurgunt,enim tres paruę difficultates. Prima eſt vtrum diſtinctio ex natura rei poſita ſit ab Ariſt.

Ad

Ad quam difficultaté breuiter rñdeo ꝙ ſic,& hoc apparet ex ſentétia eius in tertio de aĩa tex.cõ 9.vbi habet ꝙ aliud eſt magnitudo & magnitudinis eſſe,caro, & carnis eſſe,& vult, ꝙ magnitudinis eſſe alia virtute apphẽdatur & cognoſcat & alia virtute magnitudo. Eſſe enim magnitudinis apphẽdit ꝑ intellectũ,& magnitudo ꝑ ſenſũ.Sed certũ eſt, ꝙ magnitudinis eſſe nõ diſtinguit realiter neq; formaliter à magnitudine,qa qdditas & eſſentia & illud cuiꝰ eſt quidditas ſunt idẽ realiter & formaliter, vt patet de ſe,& eſt de mẽte ipſius.in 7.met.t.cõ.20.vbi hẽt ꝙ ſingulum quod quid eſt, non eſt aliud à ſuimet ſubſtãtia igitur nulla eſt diſtinctio realis & formalis inter magnitudinis eſſe,& magnitudinem.Et tamen cõcedit ipſe,quod inter ipſa eſt aliqua alietas & diſtinctio & iſta diſtinctio non poteſt eſſe præciſe rationis.Tũ quia extrema,ſcilicet magnitudinis eſſe, & magnitudo, non ſunt entia rationis quod neceſſario requiritur ad diſtinctioné rationis.Tũ ẽt quia dicit,ꝙ iſta duo prędicta per aliã & aliam virtuté appræhenduntur,obiecta auté appręhẽſa ab vtraq; potẽtia, ſcilicet ſenſitiua & intellectiua, pręcedunt actum ſentiẽdi & intelligendi ſicut cauſa pręcedit effectum, ergo non ſunt aliqua conſtituta in eſſe per tales actus & ita nõ poſſunt eſſe entia rationis.Hoc idem Ariſt. in 7.met.1.com. 41.vbi,hẽt ꝙ in conceptis cum materia non eſt idẽ quod quid eſt cum eo cuius eſt. Non diſputando de qua materia intelligat Ariſt.certum eſt quòd quod quid eſt ſor. nõ eſt idẽ ſor.omnino ſecundum omnes.Sed iſta non identitas ſeu diſtinctio nõ poteſt eſſe,niſi ex natura rei, quia nõ realis neq; formalis. Nõ etiam rationis,quod probatur, qa poſito ſor. & quidditate ſor. in eſſe neceſſario inſurgit habitudo diuerſitatis unius ad alterũ ante omné actũ intelligendi, quæ habitudo inſurgit ex natura ipſorum extremorũ nullo intellectu conſiderante, ergo iſta habitudo diuerſitatis erit relatio ex natura rei. Inſurgit alia & ſecunda difficultas. Vtrum Ariſtot. fecerit mentionem de modis intrinſecis quos tu ponis eſſe diſtinctos ex natura rei à quidditate.Ad quod reſpondetur quod Ariſto. de iſtis prædicatis modalibus non fecit mentionem, propterea,quia iſta prædicata non ſunt neceſſaria ad demõ-

ſtrationem,tantummodo, enim curauit de illis quæ formaliter ingrediuntur demonſtrationem ,ſicut ſunt prædicata primi & ſecundi modi , quũ igitur modi intrinſeci non prædicentur per ſe in primo modo de quidditate, quũ non ſint de eſſe ipſius,vt dictum eſt ſupra,neq; etiam in ſecundo modo, quum non habeant diſtinctam formalitatem ab ea,propterea iſtos modos Ariſto. prætermiſit. Sed non poſuit iſtos modos, ergo negauit ipſos. Negatúr conſequentia, quia locus ab auctoritate negatiue non tenet. De iſtis tamen fecit mentionem Boetius in li.de tri.cum dixit aliqua prædicata rem monſtrant, aliquã non,ſed extrinſecus aliquid apponunt.

Inſurgit alia difficultas, & vltimo. Vtrum diſtinctio quæ eſt inter quidditatem & modum quæ dicitur eſſe ex natura rei ſit modalis,vel quidditatiua. Ad quod reſpondetur,quòd diſtinctio quæ fundatur in quidditate & terminatur ad modum, poteſt dici quidditatiue ex parte fundaméti, & modalis & ex parte termini,& illa quę fundatur in mõ, & terminaẽ ad quidditaté p̃t dici ecõuerſo.

Aduertẽdum tamen,quod videtur talis diſtinctio magis denominanda eſſe à termino,quã à fundamento,quia reſpectus videtur magis eſſe talis per illud quod eſt de eſſentia ſui,quam per illud quod eſt extrinſecum & accidẽtale:habitudo ad terminum eſt de eſſentia reſpectus,quũ diffiniatur per ipſam,vt patet in prædicamento de ad aliquid,& habitudo ad fundamentum eſt ei extrinſeca & accidentalis,quia non eſt de eſſentia ipſius quamuis ſit eius paſſio: Igitur magis denominatur ab habitudine ad terminum, quam ab habitudine ad fundamentum. Si tamen teneretur via aliquorum,quod reſpectus diſtinguitur pœnes fundamenta,vt uidetur ponere Ariſt.in ca.de ad aliquid. 5. met. tunc dicatur conſequenter, quod diſtinctio quę fundatur in quidditate,eſt quidditatiua,non obſtante quod terminatur ad modum. Vel poteſt dari tertia reſponſio,quod denominatio reſpectus habet fieri ab ignobiliori, ignobilior autem eſt modus quidditate. Igitur quęcunq; diſtinctio quæ eſt inter modum & quidditatem, erit modalis.

Articulus

Articulus tertius.

QVantum ad tertium articulum in quo videndum eſt de identitate & diſtinctione formali &c.

Pro intelligentia quomodo quidditas ſit forma. Notandum eſt quod quicquid eſt ratio agendi uel actione reali in materiam, vel intentionali in ſenſum aut intellectum, de neceſſitate eſt actus & forma. Quod declaratur de actione reali per Ariſt. 3. phy. tex. comm. 17. Sẽper inquit ipſe exiſtimabitur aliqua ſpecies mouens. De actione intentionali probatur illud per 9. metaph. & eſt tex. comm. 20. Omne ſcitum & cognitum cognoſcimus ſecundum quod eſt in actu incipit hic tex. inueniuntur diagrammata actu &c. Quum igitur quidditas & natura ſit ratio agendi & principium formale totale quo agens agit, ſequitur, quod vt ſic habeat rationem formæ. Quod autem ſit principium formale agendi apparet, quia ſecundum omnes illud eſt principium ſic formale, in quo agens aſſimilat ſibi paſſum, ſed tale in quo aſſimilat eſt ipſa natura, quia ignis generans aſſimilat ſibi ignem genitum in natura qua agit, ita quod licet aſſimilet in forma partiali tanquam in principio partiali quo, aſſimilat tamen in ſua natura tanquam in principio totali quo, & ita ſequitur quod recte appellabitur forma tale principium.

Per idem poteſt probari hoc ex parte termini generationis, quia terminus formalis quo, eſt natura totius compoſiti, quæ natura eſt ratio terminandi ipſam generationem. Sed quicquid eſt terminus formalis generationis, habet rationem formæ igitur &c.

Ad hoc facit quod Ariſt. vbicunque loquitur de forma appellat ipſam quod quid erat eſſe, ut in 5. metaph. capitulo de cauſa, & in 7. capitulo de partibus diffinitionis, quare &c.

Pro declaratione eorum quæ prædicantur per ſe perſeitate primi modi, aut ſecundi modi, & etiã quantũ ad alios modos de quibus loquitur Ariſtot. primo poſter.

Notandum eſt quòd omne prædicatum pro tanto per ſe competit ſubiecto, pro quãto in ipſo habet cauſam ſeu rationem formalẽ inhęrentiæ prędicati ad ipſum ſubiectũ.

Pro quo eſt notandum quod prędicatũ aut eſt intra cõceptum formalem ſubiecti, aut extra, ſi primo modo ſic eſt prædicatum pertinens ad primum modũ dicendi per ſe, quia in tali modo prædicatũ eſt de intellectu ſubiecti. Si vero prædicatũ eſt extra ſubiectum, aut habet cauſam intrinſecã in ſubiecto aut nõ. Si primo modo. Aut illa cauſa enunciatur expreſſe & diſtincte, ſeu explicite, aut non. Si primo modo, ſic habetur quartus modus dicẽdi per ſe, quia in iſto exprimitur cauſa prædicati, vt dicẽdo interẽptus interijt per interemptionẽ. Si vero cauſa nõ enũciatur expreſſe ſic habetur ſecũdus modus, vt dicẽdo. Homo eſt riſibilis, vbi reſpectu riſibilitatis non exprimitur cauſa, quæ eſt animal rationale. Si vero prædicatum non habet cauſam in ſubiecto intrinſece, dũmodo ſubijciatur illud ꝙ ſecundũ ſui naturã natũ eſt ſubijci, & eſt vltimatũ ſubiectũ, ſic habetur tertius modus, qui proprie pertinet ad ſubſiſtentiã primam & ſingularem, quamuis iſte modus magis dicatur modus eſſendi per ſe, quam modus dicendi & prędicandi. Aliter poteſt declarari differẽtia inter ſecundũ modum dicendi per ſe, & quartum modum. In ſecũdo enim modo, in ſubiecto, non tantum includitur proxima ratio inhęrẽtię formalis prędicati ad ſubiectum verũ etiã illa rõ inhęrẽtię eſt ſimpliciter neceſſaria reſpectu prædicati. Sed in quarto mõ licet includatur in ſubiecto proxima rõ inhærentię, illa tamẽ propoſitio nõ eſt neceſſaria ſed cõtingens, & iſto mõ dicimus ꝙ iſtæ propoſines. Calidũ calefacit, voluntas vult, ſunt per ſe in quarto mõ, vbi prædicatũ nõ neceſſario cõpetit ſubiecto ſed cõtingẽter. Vnde licet calidũ neceſſario caleat, quod calere eſt operatio eius immanẽs & intrinſeca, nõ tamẽ calefacit neceſſario, qa calefactio eſt operatio trãſiens in materiã exteriorẽ, quę eſt ipſum paſſum, quod põt nõ caleſieri ab ipſo calido, vel ex immoderata diſtãtia vel ex indiſpoſitione paſſi. Sed dato ꝙ calidũ, ſcilicet ignis nullum haberet paſſum ſibi approximatũ, adhuc verũ eſt dicere, quod ignis calet. Aduertendũ vlterius ꝙ perſeitas propo-

ſitionis

ſitionis eſt ex hoc quod prędicatum habet cauſam intrin ſecã in ſubiecto, vel quantũ ad eſſe ṗdicati, vel quantũ ad inhærẽtiã eius formalẽ. Perſeitas primi modi eſt ex hoc ſolũ ꝙ in ſubiecto eſt cauſa inhærẽtię formalis prędicati, qa ſi animal cõpetit homini, cõpetit ei ꝑ humanitatẽ, qa iſta eſt vera. Homo inquantũ hõ eſt aĩal. Sed ſubiectũ nõ eſt cã ṗdicati quãtũ ad eſſe, in tali propoſitione ꝑ ſe primi modi, ſed magis ecõtra, & hoc eſt ꝙ dicit Cõ. 2. de aĩa cõ. 67. Sed in ſecũdo mõ aut quarto in ſubiecto nõ tantũ eſt cauſa inhærẽtiæ formalis, verũ etiam cauſa prędicati quantũ ad eſſe, vt habet etiam ibidẽ Cõ. Vlterius eſt notãdũ quod ꝑſeitas propoſitionis eſt ex hoc, quod prędicatũ ineſt ſubiecto nõ per aliud ita ꝙ quãto ſubiectũ eſt minus aliud à prędicato, tãto propoſitio eſt magis per ſe. Et ſecundũ hoc poteſt dari latitudo & gradus in propoſitionibus ꝑ ſe primi modi. Nã propoſitio in qua prædicatur pars diffinitionis de diffinito eſt minus per ſe, quã propoſitio in qua prædicatur tota diffinitio de diffinito. Nã certũ eſt, quod ſi dico. Hõ eſt animal, ly animal eſt prædicatũ magis diſtinctũ ab homine, quam hoc prædicatum animal rationale, quoniam in prima propoſitione ſi prædicatum eſt idem formaliter ſubiecto, non eſt idem identitate adæquata & mutua, ſicut eſt in iſta, homo eſt animal rationale, vbi eſt omnimoda identitas formalis, licet non ſit identitas ex natura rei, vt ſupra diximus, & vlterius propoſitio in qũa idem prædicatur de ſeipſo, ut dicendo. Homo eſt homo (quum prędicatum ſit idem formaliter ſubiecto identitate mutua & adæquata, & vlterius ſit idem identitate ex natura rei, diſtinctum tantum diſtinctione rationis.) talis propoſitio maxime dicetur eſſe in primo modo. Notãdum tamen quod ſi loquamur de propoſitionibus realibus quæ habent complexionem realẽ, & ex natura rei inter extrema, ſcilicet inter ſubiectum & prædicatũ, propoſitio in qua idem prædicatur de ſeipſo nõ eſt propoſitio realis, quia nulla cõplexio ſeu cõpoſitio realis põt eſſe inter iſta extrema quę nullã diſtinctionem habẽt realẽ, & ex natura rei, ſed ſi diſtinguũtur, tantũ diſtinguũtur diſtinctione rõnis. Sed extrema propoſitionis in qua idẽ prędicať de ſeipſo, ſunt hmõi, vt patet

de ſe, quia idem non diſtinguitur à ſeipſo niſi diſtinctione rationis, quæ eſt per actum collatiuum intellectus, ergo &c.

Ex quo ſequitur, quòd Ariſto. faciens mentionem de propoſitionibus, & complexionibus realibus, quæ ſunt ꝑ ſe non facit mentionem de propoſitione per ſe in qua idem prædicatur de ſeipſo. Vel dicendum, quòd ordinat propoſitiones per ſe ad demonſtrationem, & de iſtis facit mentionem quæ ad ipſam neceſſario requiruntur. Propoſitio autem prædicta non eſt neceſſaria ad demonſtrationem, igitur &c.

Pro declaratione quomodo in propoſitionibus per ſe detur ſtatus, declaratur (præter ea, quæ ponit Sco. 3. diſt. primi, quæ recitat iſte auctor formalitatum.) Præſupponendo, quòd ſicut non datur circulus in dependentia eſſentiali quantum ad eſſe rei, ita non datur circulus in dependentiæ prædicatorum à ſubiecto quantum ad inhærentiam formalem prædicati ad ſubiectum. Nam quum perſeitas propoſitionis ſit ex hoc, quòd ſubiectum eſt cauſa prædicati, vel includit cauſam ipſius, vel quantum ad eſſe, vt in propoſitionibus per ſe ſecundi modi, vel quantum ad inhærentiam formalem, & non quantum ad eſſe, vt in propoſitionibus per ſe primi modi, ſequitur, ꝙ (quum in omnibus iſtis in ſubiecto ſit ratio formalis inhærentiæ prædicati ad ipſum ſubiectum) non poterit ipſum ſubiectum dependere à prædicato quantum ad talem inhærentiam formalem. Quia ſi. a. eſt ratio propter quam. b. ſibi ineſt formaliter, & ſecundum ſe, non poterit b. econtra habere rationem in ſe propter quam. a. ſibi inſit. Alioquin daretur circulus in iſtis dependentijs formalibus, ſeu quantum ad inhærentiam formalem eorum quæ prædicantur. Nec valet dicere, quòd propoſitio per ſe ſecundi modi conuertitur in per ſe primi modi, ſicut iſta. Homo eſt riſibilis, conuertitur in iſtam. riſibile eſt homo, vbi conuerſa eſt per ſe ſecundi modi, & conuertens eſt primi modi, quia ſubiectum accidentis proprij, vel communis non cadit in diffinitione accidentis niſi ex additione, vt habet Ariſt. 7. meta. diffuſe. Ergo non poterit ſubiectum, quod eſt homo diffinire per ſe, ipſum accidens

cidens quodcunque ſit, & per conſequens iſta nullo modo erit per ſe, riſibile eſt homo.

Et confirmatur ſicut datur ſtatus in cauſis materialibus, & efficientibus realibus, ita datur ſtatus in principijs formalibus per quæ vnum alteri formaliter ineſt. Sed ita eſt, quòd ſubiectum, quod eſt homo, eſt ratio formalis, per quam riſibilitas ſibi ineſt. ergo non poterit ipſa riſibilitas eſſe ratio formalis per quam homo ſibi inſit. Et per hoc vult habere Ariſto. quòd datur ſtatus in principijs cõcurrentibus ad ipſam demoſtrationem. Ita quòd in iſtis deueniendum eſt ad aliquod vnum primum immediatum, quo non eſt alterum prius, & immediatius, quum in iſtis ſit ordo eſſentialis, qui de neceſſitate præſupponit aliquod vnum primum &c.

Pro intelligentia quomodo ratio in ſe falſa ſit de omni falſa, & de quocunque falſa, eſt notandum, quòd ratio in ſe falſa eſt illa cuius partes ad ſeinuicem formaliter repugnant, vt vult Ariſt. in 5. meta. c. de falſo. Vnde nihil aliud eſt talis ratio niſi conceptus habens in ſe formalem repugnantiam partium in ſe. Ex hoc arguitur, quòd (quum illud, quod eſt ex ſe, & intrinſece formaliter repugnans, cuicunque alteri eſt repugnans, & incompoſſibile, quia quod eſt tale in ſe reſpectu cuiuſcunque ſemper eſt tale, quia habitudo, & comparatio rei ad aliquid extrinſecum, non tollit illud, quod competit rei ex ſe, & intrinſece, quia quicunque reſpectus ſiue rei, ſiue rationis adueniens alicui fundamento non tollit rationem, & naturam fundamenti, ergo ratio in ſe falſa (ſi habet in ſe formalem repugnantiam, & incompoſſibilitatem) reſpectu cuiuſcunque ſic erit incompoſſibilis.

Et confirmantur, quia formaliter repugnantia ſunt illa, quæ ſuis rationibus formalibus repugnant, ergo manentibus iſtis ſemper erit repugnantia formaliter, non ſolum eorum in ſe, verum etiam in reſpectu ad quodcunque aliud.

Pro declaratione quomodo valeat argumẽtum à parte in modo ad totum in modo conſtructiue. Eſt notandum, quòd totum in modo eſt terminus per ſe ſumptus ſine determinatione diminuente, vel diſtrahente, ſed cũ

determinatione dimiſſiua , ſicut dicimus, ꝙ ſi homo de-terminatur per ly mortuus determinatur per dictionem diſtrahentem. Et iſto modo non valet argumentum a parte ad totum, ſed ſi determinatur ly homo per hoc, qđ eſt albũ aut nigrũ (quum tales determinationes ſint dimiſſiuę, & non diſtractiuę de rõne hominis) valet à parte in modo ad ipſum totum. Vnde pro tanto terminus ſumptus abſolute ſine determinatione accipitur, vt totum, quia accipitur, vt vniuerſale cõe ad omnia ſua ſuppoſita, & propter hoc appellatur totum. Sed qñ accipitur cũ determinatione cum reſtringatur ſolũmodo ad aliqua ſuppoſita, dicetur eſſe pars reſpectu ſuipſius ſine determinatione, & à parte ad totum in modo, valet argumẽtum affirmatiue, ſed à toto ad partem, deſtructiue, & negatiue.

Pro declaratione prædicationis denominatiuę eſt notandum, ꝙ prædicatio denominatiua extendendo nomen prędicationis denominatiuę eſt duplex. Quædam eſt per ſe, quædam eſt per accidens. Per ſe, quædam à priori, quædam à poſteriori, prædicatio per ſe à poſteriori eſt per ſe in ſecundo modo, quãdo videlicet paſſio prædicatur de ſubiecto, & iſta appellatur a poſteriori, quia ſumitur ab aliquo, qđ eſt poſterius, & extrinſecum formaliter à ſubiecto. Prædicatio per ſe à priori quædã eſt per ſe, & directe in primo modo, & quędam indirecte, directe eſt quando prędicatum eſt pars eſſentialis, & intrinſeca ſubiecti, vel diffinitio ipſius, ſicut dicendo. Homo eſt animal, vel homo eſt animatus. Vnde quodlibet prędicatum iſtorum eſt concretum denominatiuũ denominans ipſum ſubiectum, vel ſi nõ vis accipere iſtã, homo eſt animal. ꝙ ipſa ſit denominatiua, ſaltem iſta erit denominatiua, homo eſt rationalis. Propoſitio per ſe denominatiua à priori indirecte, & reductiue per ſe in primo modo eſt quando forma in concreto prędicatur de ſuſceptiuo formę, & non de compoſito ex ſuſceptiuo, & forma, vt eſt iſta. Corpus eſt animatum, vel animal eſt rationale, quæ propoſitiones reducuntur ad alias propoſitiones directe in primo modo. Propoſitio denominatiua per accidens eſt ſicut iſta. Homo eſt albus, cuius prędicatum nullam habet reductionem neque ad ſubiectum neque

ad aliquid quod ſubiectum includat cum quo poſſit face re vnum per ſe, quemadmodum eſt in alijs prædictis.

Poteſt aliter declarari ſufficientia prædicationis denominatiuę ſic. Omnis prædicatio denominatiua, aut eſt à priori, aut eſt à poſteriori. Si à priori, ſic eſt in primo modo directe vel indirecte. Directe, vt iſta, homo eſt rationalis. Indirecte, vt iſta, animal eſt rationale. Si vero ſumatur prædicatio denominata à poſteriori, quædam eſt per ſe, quędam per accidens. Si per ſe aut ſubiectum denominatum includit rationem formalem inhærentiæ prædicati ad ipſum ſubiectum neceſſariam, aut non Si primo modo, ſic eſt propoſitio per ſe ſecundi modi, in cuius ſubiecto non tantum includitur ratio inhęrentiæ prædicati ad ſubiectum, verum etiam ratio ſimpliciter neceſſaria, quia in ſubiecto eſt cauſa neceſſaria prędicati, & quantũ ad eſſe, & quantũ ad inhęrentiam formalem, quod ſi ratio talis inhærentię nõ ſit neceſſaria ſic habetur quartus modus, vt dicendo. Voluntas vult. Calidum calefacit, in quarum ſubiectis non includitur rõ neceſſaria talis inhærentię. Si vero ſumatur prædicatio denominatiua à poſteriori, & per accidens, iſta eſt duplex. Quædã eſt intrinſeca, quædã extrinſeca. Intrinſeca, quãdo prædicatum denominatiuum vel illud quod importatur per ipſum, inhæret ſubiecto ſicut dicendo. Homo eſt albus. Extrinſeca vero & denominatiua eſt, quãdo illud quod importatur per prędicatũ non inhæret ſubiecto formaliter, ſed alicui extra ſubiectũ, vt dicendo. Lapis eſt uiſus. Et eſt notãdum quod hic extenſiue loquimur de prędicatione denominatiua, vt videlicet ipſa non diſtinguitur cõtra prædicationẽ denominatiuam eſſentialẽ quam ſententiã habet Sco. in quol. q. 3. vnde illa eſt proprie denominatiua, qñ prędicatũ nõ includitur in cõceptu formali ſubiecti, vt exẽplificat ipſe dicẽdo. Corpus eſt aĩatum. Aĩa enim importata per ꝑdicatũ nõ eſt de intellectu ſubiecti, & ideo notat ipſe aliqua quæ ibi ſunt videnda &c.

Pro declaratione ꝑdicationis identicę, eſt aduertendũ ꝙ prædicatio idẽtica propria habet duas cõditiones, quarũ vna eſt quod cõiter fit in abſtracto, ſic quod abſtractũ prędicatur de abſtracto, & hoc loquẽdo de prædicatione

identica

identica, vt diſtinguitur contra formalem prædicationẽ ſiue ſit formalis, quidditatiua, ſiue denominatiua, vt dictum eſt. Alia conditio identicę prædicationis eſt, quòd quodlibet extremum ipſius, vel alterum tantum eſt infinitum permiſſiue, vel actualiter, & poſitiue, & ita iſta prędicatio identica non fit niſi in tranſcendentibus quibus poteſt competere infinitas intenſiua, vel in diuinis vbi ſunt prædicata actualiter infinita. Exemplum primi. vt dicendo, entitas eſt veritas, vel humanitas eſt entitas. In prima vtrunque extremum eſt tranſcendens, & infinitum permiſſiue. In ſecunda alterum tantum, & quælibet iſtarum verificatur per identitatem realem extremorum præciſe, ſic quod prædicatum eſt idem realiter ſubiecto. Et (quum omnis propoſitio affirmatiua ſit vera propter identitatem prædicati ad ſubiectum) pro tanto illæ dictæ propoſitiones erunt veræ. Exemplum ſecũdi de prædicationibus diuinis. Eſſentia diuina eſt bonitas, vel eſſentia diuina eſt paternitas. In prima vtrunque extremum eſt infinitum actu. In ſecunda alterum tantum, quia nulla relatio in diuinis eſt formaliter infinita, ſed ſolum identice, id eſt propter identitatem relationis realem ad eſſentiam diuinam, tanquàm ad fundamentum.

Vnde eſt aduertendum, quòd in his, quæ ſunt infinita ſic, ſit prædicatio identica, quia ratio identificationis realis eſt. Vel tertium aliquod in quo illa, quæ ſunt idem realiter conueniunt, (quemadmodum animal, & rationale dicuntur eſſe idem realiter, quia conueniunt in homine in quo ambo ſunt inſeparabilia, quę ſi abſtrahantur ab iſto tertio, non remanent eadem, quia ab eis tollitur ratio identificationis realis, ſcilicet ipſum tertium. Et propter hoc negatur iſta, animalitas eſt rationalitas, quia iſta duo in abſtracto non amplius concernunt aut connotant ipſum tertium, in quo conuenit, ſed abſtrahuntur ab omni connotatione ipſius, & propter hoc remanẽt diſtincta, & propoſitio conſtituta ex iſtis eſt falſa.) Alia ratio idẽtificationis realis eſt infinitas, utriuſque extremi propoſitionis, vel alterius tantum, & hoc vel permiſſiua, vel actualis, quia infinitas intenſiua ex ſe, & ex natura ſui habet quod identificet ſibi, vel extremo cuius eſt infinitas,

id cui ſit compoſſibile, vel poteſt ſibi ineſſe formaliter, ideſt actualiter. Et ratio eſt, quia non poſſunt eſſe duo in finita realiter diuerſa, vt declaratur à Doct. ſubti. primo ſententiarum. di. 2. q. 3 Et in quolib. q. 5 Vnde (quum infinitum dicatur eſſe ens ſimpliciſſimum) quicquid competit ſibi tranſit in eius perfectam identitatem, quæ eſt realis identitas. Ex quo ſequitur, ꝙ quantuncunque duo extrema infinita, vel actu, vel permiſſiue abſtrahantur à tertio, (dummodo abſtractio fiat in intentionibus primis & non ſecundis) ſemper extrema abſtracta includũt ſeu concernunt ipſam infinitatem ex qua infinitate remanet ratio identificationis realis alterius extremi ad ipſum.

Et hic declaratur per hoc quoniam licet ens, & bonũ ſint idem realiter in homine, ſi tamen abſtrahantur ab ipſo per nomina primarum intentionum, quæ ſunt entitas, & bonitas, & formetur iſta propoſitio, entitas eſt bonitas iſta adhuc eſt vera per identitatem, quia adhuc extrema ſunt infinita. Licet ſi abſtraherentur per nomina ſecundarum intentionum in qua abſtractione ſignificatur rationem, & quidditatem eſſe abſtractam ab omnibus ſuis poſterioribus, & ex conſequenti à modis intrinſecis, qui ſunt finitas, & infinitas, in iſta abſtractione propoſitio affirmatiua non eſt vera. Vt dicendo ratio formalis entis eſt ratio bonitatis. Nam ly ratio formalis eſt nomen ſecũdæ intentionis quemadmodum eſt diffinitio. Et propter hoc iſta eſt falſa, quia non remanet in extremis ratio idẽtificationis vnius ad alterum, ſed præſcinduntur extrema ab ipſa. Et iſta abſtractio, quæ fit per nomina ſecundarũ intentionum eſt vltima quæ fieri poſſit.

Circa hoc, quod dicitur, quòd de ſubiecto vltimate abſtracto non poteſt prædicari aliquod prædicatum niſi includatur per ſe primo modo in ſubiecto. Eſt aduertendũ, quòd ſubiectum vltimate abſtractum abſtrahitur ab omnibus ſuis inferioribus, & ab omni habitudine ad ipſa inferiora. Ita, quòd ſicut in concreto concernebat ipſa, & connotabat, in abſtracto abſtrahitur ab omni tali concernentia, & connotatione, & vt ſic non poteſt verificari pro ipſis, neque ſupponere, ſed tantum pro his, quæ includuntur in ipſo ſubiecto in primo modo dicendi per

ſe

ſe, quod tam en eſt intelligendum de mente Doƈto. ſub. quòd ſubieƈtum reſpeƈtu illius prædicati primi modi nõ ſe habeat, vt totum reſpeƈtu ipſius, vel per additionem ad ipſum prædicatum propter primum negatur iſta à Doƈto. ſubti. in 3. metaphy. & in alijs locis, quàm pluribus, humanitas eſt animalitas, quia ſubieƈtum ſe habet vt totum, & prædicatum, vt pars. Similiter negatur iſta, humanitas eſt animalitas, & rationalitas, quia ſubieƈtum ſe habet per additionem ad prædicatum, quia vltra animalitatem, & rationalitatem, humanitas addit quoddam tertium conſtitutum ex vtroque, quia humanitas eſt tertia entitas totius diſtinƈta à partibus conſtituentibus. Et propter hoc quia prędicatum, & ſubieƈtum in his abſtraƈtis non ſunt omnino idem, ideo remanet propoſitio falſa. Et ita ſequitur, quòd humanitas vltimate abſtraƈta eſt tantum ipſa, & tantum verificatur de ſeipſa eo modo quo loquitur Auicen. 5. Męta. Equinitas eſt tantum equinitas.

Quod ſi dicatur Com. 7. metaph. concedit iſtam (vt aliàs diƈtum eſt) ſor. eſt animalitas, & rationalitas.

Reſponſum eſt ſuperius in 2. arti partiali, ſcilicet præcedenti, traƈtando quomodo totum compoſitum diſtinguatur à partibus ſuis ex natura rei.

Pro declaratione quomodo adieƈtiuum, & verbũ prædicantur formaliter, eſt aduertendum, quòd prædicari formaliter eſt prędicari per modum formę informantis, & inhærentis in quadam adiacentia, & inhærentia formali, & per modum qualificantis, vel quaſi qualificantis, & ita (quum aƈtus, & qualitas ſint idem, vt eſt de mente Ariſt. 5. met. c. de quali. vbi vult, quòd differentia in ſubſtãtia vno modo eſt qualitas, quæ eſt aƈtus eſſentialis cõſtituti per ipſam.) Secundum hoc poteſt poni duplex prædicatio formalis, vna eſt formalis denominatiua, quæ eſt reſpeƈtu prædicati, quod prædicatur per modum aƈtus accidentalis ſeu accidentaliter qualificantis. Alia eſt formalis quidditatiua, quæ eſt reſpeƈtu eius, quod prædicatur per modum aƈtus eſſentialis eſſentialiter qualificantis. Exemplum primi, vt homo eſt albus, vel homo eſt riſibilis, vel homo generat. Exemplũ ſecun-

di homo eſt rationalis. Ex hoc concluditur, quòd quando terminus prædicati ex modo prædicandi non pôt prædicari niſi formaliter, ſi prædicatur de ſubiecto vltimate abſtracto (quum tale ſubiectum tantum accipiatur in eſſe quidditatiuo, & quoad illa tantum quæ in ſei pſo includuntur quidditatiue, quia in iſta abſtractione circunſcribitur ab oibus poſterioribus, & ab oībus his, quæ ſibi inſunt per accidens) propoſitio talis formalis non erit vera niſi ſit per ſe primi modi. Aduertendum tñ, ꝙ iſta regula Doc. ſubti. quæ habetur in 1. ſen. diſt. 5. q. 1. hēt multas inſtantias, quas oēs excludit, & ſoluit Franc. de Mayronis in 1. ſent. diſt. prædicta, & ideo ibi videas. Aduertendum, ꝙ per ſyllogiſmum expoſitorium vr̃ poſſe concludi oppoſitum huius regulæ de ſubiecto vltimate abſtracto ſic arguendo. Hic pater generat. hæc eſſentia diuina eſt hic pater, ergo hæc eſſentia generat: concluſio vr̃ ſequi ex præmiſſis. Ad hoc rñdendum eſt, quod ſicut ex duabus præmiſſis, quarum vna eſt de neceſſario, & altera de contingenti non ſequitur niſi concluſio de contingenti, vel quæ habeat exponi per cõtingens, ita ex vna præmiſſa formali, & ex altera identica non ſequitur niſi concluſio identica, vel quæ habeat exponi per identicam, ita hęc concluſio non habet cõcedi, quę infertur niſi ſecundũ hunc ſenſum, ꝙ hæc eſſentia eſt id, qđ generat, quæ propoſitio eſt tm̃ identica. Vel dicendum eſt, ꝙ ſyllogiſmus expoſitorius habet reduci ad ſyllogiſmũ qui regulatur ꝑ dici de omni. Aut dici de nullo. Sic, ꝙ præmiſſe in ſyllogiſmo expoſitorio habent reduci ad vniuerſalem affirmatiuam, vel negatiuam, & ſic reducendo, altera præmiſſarũ erit falſa, ſic arguendo, quicquid eſt hic pater generat, eſſentia eſt hic pater, igitur eſſentia generat, maior eſt falſa, quia quamuis concedatur, ꝙ eſſentia ſit hic pater identice, non tñ conceditur, ꝙ eſſentia generat, quia iſta eſt tm̃ formalis. Quid ſit aũt ſyllogiſmum regulari per dici de omni, vel dici de nullo videndum eſt in primo priorum.

Pro declaratione ꝓdicationis eſſentialis eſt aduertẽdũ ꝙ predicatio eſſentialis eſt illa in qua denotatur conſubſtãtialitas, & origo extremorũ ipſius, q̃ cõſubſtãtialitas nõ eſt niſi idẽtitas numeralis naturę, & eſsẽtię, & cũ ĩ duobus

ſuppo-

ſuppoſitis non poſſit eſſe aliqua vna ſubſtantia numero ſiue eſſentia niſi in diuinis ſupppoſitis,quorum vnum originatur ab alio,ideo iſta prædicatio eſſentialis reperitur tantummodo in diuinis, & ita iſta prædicatio eſt eſſentialis,dicendo filius eſt de eſſentia patris. Cuius ſenſus eſt filius originatur a patre,vt conſubſtantialis.

Et quia ly de,non tantum importat habitudinem principij originantis,verum etiam conſubſtantialitatem principij ad principiatum, aduertendum quod ly, de diſtinguitur ab iſta propoſitione,ex ſecundum Aug. vt recitat magiſter in 1.ſenten. diſt. 36. Vnde ly ex importat tantum habitudinem cauſę efficientis,& non importat conſubſtantialitatem cauſæ ad cauſatũ ſeu principij ad principiatum,ly de importat vtrunque vt dictum eſt. Et propterea conceditur quòd creatura eſt ex deo,& non conceditur quod ſit de deo ſecundum eundem Aug. ibidem. Vnde ſecundum ipſum omne quod eſt de aliquo eſt ex illo, & non econtra, & hoc capiendo iſtas propoſitiones ſecundum earum propriam ſignificationem, ſed capiendo large & extenſiuę iſtas,vna quandoque pro alia accipitur, quæ duæ propoſitiones extenſiue acceptæ non tantum important habitudinem cauſæ efficientis, ſeu principij originantis, verum etiam habitudinem cauſæ materialis, & quum in diuinis non ponatur materia nec quaſi materia, tantummodo ibi importabunt habitudinem principij originantis, ſed vltra hoc ly de important conſubſtantialitatem quam non importat ly ex.

Aduertendum quod conceditur iſta propoſitio, filius eſt filius eſſentiæ in conſtructione intranſitiua,vt ly filius, conſtruitur cum ſuo caſuali intranſitiue, ſic quòd non denotetur aliud per ly filius,& ſuum caſuale cum quo conſtruitur,& tunc eſt ſenſus,filius eſt filius eſſentiæ, hoc eſt filius eſt filius qui eſt eſſentia, & non conceditur quod ſit eſſentiæ filius abſolute, quia tunc notaretur quòd eſſentia eſſet correlatiuum filij,quod eſt falſum, quia eſſentia ſecundum Auguſt. 7.de trini.ca.3.ad nihil refertur,quia habet ipſe quod ſi eſſentia diceretur relatiuæ ad aliud, iam non eſſet eſſentia. Probatur etiam ratione quod eſſentia non poſſit referri, quia omne quod refertur ad

aliud

aliud diſtinguitur realiter ab illo (quum ad relationem talẽ tria requirantur, videlicet extrema realia, realis diſtinctio extremorum, & quod poſito vno extremorum, ex natura ipſius inſurgat habitudo ad reliquum neceſſario, vt habet Sco. in 1. ſenten. diſt. 31. q. 1.) Sed eſſentia non diſtinguitur realiter a filio neque ab aliqua diuinarum perſonarum, igitur non poteſt eſſe correlatiuũ filij.

Vlterius cum generare non poſſit competere eſſentię abſtractę à ſuppoſitis ſequitur quod non poterit eſſe correlatiuum filij.

Pro declaratione vnitatis aduertendum quod gradus vnitatis per aggregationem & totius compoſiti per accidens, differunt, quoniam vnum per aggregationem non ponit ordinem eſſentialem inter partes ipſius. Nam ordo inter partes cumuli vel aceruí eſt ordo ſitualis, a ut ſecundum ſitum, qui ordo eſt ſimpliciter accidentalis, & non eſt ordo inſurgens de neceſſitate ex natura partium ordinatarum, quia illa pars quæ eſt prior ſecundum ſitum poterit eſſe poſterior. Et vlterius quælibet pars eſt ſimpliciter in actu, & vna non eſt potentia reſpectu alterius, aut etiam actus. Vnum autem per accidens importat duo, videlicet ordinem eſſentialem inter partes, qui ordo eſt ex natura ipſarum partium, quia ſubſtantia ex natura ſui, & neceſſario eſt prior accidente, ex. 7. metaphy. tex. comm. 4. importat etiam informationem vnius partis ad aliam, ſic quod vna eſt actus informans aliam, vt potentiam, ſed tamen (quia talis actus eſt accidentalis reſpectu illius quod eſt potentia, quod non reſpicit talem actum per ſe) ideo actus & potentia in iſtis faciunt vnum per accidens, & hoc eſt quod inquit Ariſto. 7. meteph. tex. commen 42. Vbi habet quod homo albus, ideo eſt vnum, quia homini ineſt albedo

Differentia etiam eſt inter vnum per accidens, & vnũ quod eſt compoſitũ per ſe & eſſentiale. Nam tale vnum, vltra ordinem eſſentialem ipſarum partium, & vltra hoc quod vnum eſt actus & reliquum potentia, addit perſeitatem actus & perſeitatem potentiæ, ſic quod potentia ipſius compoſiti per ſe & eſſentialiter reſpicit ſuum actũ per ſe, qui eſt actus ſubſtantialis. Et vltra hoc tale unum

per

per ſe compoſitum addit tertiam entitatem realiter di-ſtinctam à partibus componentibus ſimul ſumptis, vt eſt de mente Ari.7. meta.tex.com.15.

Eſt etiam differentia inter vnum per ſe,& vnum vnitate identitatis ſeu ſimplicitatis, quoniam tale vnum includit ſecundum perfectam identitatem, & realitatem, quicquid ſibi competit, & in tali vno nihil habet rationem potentię reſpectu alterius, ſed omnia tranſeunt in perfectam identitatem alterius, cum qua tamen vnitate ſimplicitatis ſtat diſtinctio formalis,ſic,quòd licet illa, quæ ſunt vnum vnitate ſimplicitatis ſint vnum realiter, non tamen formaliter. Et ratio eſt, quia identitas realis in tali vno vnitate ſimplicitatis, non concludit repugnantiam ex terminis, & contradictionem, quemadmodum identitas formalis in tali vno, quod declaratur. Nam relatio tranſit in perfectam identitatem fundamenti, & idem poteſt realiter eſſe ad ſe, & ad alterum,& ita ad ſe, & non ad ſe. Ad alterum,& non ad alterum.Neque iſta ſunt formaliter contradictoria, (quia non ſunt ſecundũ idem, & ſecundum eandem formalitatem,ſed quantum ad formalitatem fundamenti,compoſitum ex relatione, & fundamento eſt ad ſe, ſecundum formalitatem relationis eſt ad alterum,quia cum iſta identitate reali ſaluatur ratio formalis vtriuſque, & diſtinctio vnius ab altera, ſic quòd ratio relationis non eſt ratio fundamenti.) Sed q; idem formaliter, & quidditatiue ſit ad ſe, & ad alterum hoc implicat contradictionem, quia ſecundum eandem formalitatem,& rationem formalem idem eſſet ad ſe, & non ad ſe. Et ſecundum hoc dixit Ariſt 4.meta.tex.com. 26.quòd illi qui dicebant omnia apparentia eſſe vera faciebant omnia ad alterum, non ſolum identice,& realiter ſeu denominatiue, verum etiam formaliter,& ſecundum ſuam quidditatem, quia vnumquodque ens ſecundum ſuam quidditatem, & naturam habuiſſet relationem ad ſenſum,& opinionem, quia fuiſſet tale formaliter in ſe quale apparebat ſenſui,& opinioni.

Vlterius eſt differentia inter vnitatem vnionis,& vnitatem identitatis, quoniam vnitas vnionis ſemper præſupponit diſtinctionem actualem extremorum. ſiue for-

malem

malem ſiue realem. Nam quum vnio ſit relatio actualis præſupponit extrema in actu, & quum ſit relatio realis, vel ex natura rei, præſupponit extrema ſic eſſe diſtincta, quoniam realitas, & actualitas relationis eſt ex actualitate, & realitate extremorum. Ex quo ſequitur, quòd vbi eſt tantum vnitas vnionis excludens vnitatem identitatis, vnum extremorum non eſt idem alteri, neque realiter, neque formaliter, quæ vnitas vnionis eſt in vno per aggregationem, & in vno compoſito per ſe, aut per accidens.

Vltima vnitas quæ videtur eſſe maxima ſupra omnes vnitates prædictas eſt vnitas ſeu identitas formalis, quæ ſic deſcribitur à Doct. ſubti. in 1. ſenten. diſt. 2. circa finem. Identitas formalis eſt eorum, quorum vnum includit aliud in ſua ratione formali, & in primo modo dicendi per ſe, & iſto modo ſecundum Doct. ſubti. inferius eſt idem formaliter ſuo ſuperiori, & non econtra. Quia ſi bene notetur dictum Doct. diffinientis identitatem formalem apparet hoc eſſe verum, quod dictum eſt, quia dicit, voco autem idẽtitatem formalem vbi illud, quod eſt idem includit illud, cui ſic eſt idem in ratione ſua formali, & per ſe primo modo, & ita (quum inferius includat ſuum ſuperius, & non econtra) ſequitur propoſitum.

Et in rei veritate male ſenſerunt ſic opinantes, & attribuentes hanc dementiam Doct. ſubti.

Quod autem ſit falſum, quòd inferius ſit idem ſuperiori declaratur, quia certum eſt, quòd inferius accidit ſuo ſuperiori ſecundum, quòd communiter dicitur, ſed illud, quod accidit alicui extraneatur à ſua ratione formali, & eſt extra illam. Igitur inferius non eſt idem ſuo ſuperiori.

Et confirmatur hoc, quia illud non eſt idem ſic formaliter alicui, quod non eſt de ratione illius, quia ſecundum Scot. in 4. diſtinct. 12. q. 1. & in 7. metaphy. q. 1. eſſe idem formaliter alicui eſt eſſe de eſſentia eius. Inferius non eſt de eſſentia ſuperioris, ſed econtra igitur &c.

Quod ſi tu dicas, quòd inferius eſt de eſſentia ſuperioris, quia includit ipſum ſuperius.

Contra quia certum eſt, quòd inferius addit aliquid

Q quid

quid ad ſuperius quod extraneatur à ratione formali ipſius. Igitur inferius ſaltem quantum ad illud, nõ eſt de ratione formali. Et confirmatur, quia quando aliquid eſt quoddam conſtitutum ex aliquibus, quorum vnum eſt extra aliud formaliter, illud totum non eſt de eſſentia alterius partis, infertur, eſt huiuſmodi reſpectu ſuperioris, igitur &c. Propterea dicendum eſt quod identitas formalis eſt duplex, quædam eſt mutua, quædam non mutua. Primo modo eſt inter illa, quorum vnum identificatur alteri formaliter & econtra. Sicut eſt inter hominem & animal rationale, quia ſicut animal rationale eſt idem formaliter homini, ſic econtra, & quodlibet illorum identificatur alteri per propriam idẽtitatem formalem ſibi formaliter inexiſtentem. Alio modo capitur identitas formalis non mutua, & eſt inter illa, quorum vnum eſt idem formaliter alteri, quia alterum eſt idem ſibi tali identitate, eo modo quo loquitur Ariſto. 5. metaph. cap. de ad aliquid, quod ſcibile refertur ad ſcientiam, quia ſcientia refertur ad ſcibile. Vnde habet Ariſt. hæc verba. Secundum numerum quidem igitur & potentiã dicta ad aliquid, omnia ſunt ad aliquid, eo quod ipſũ quod eſt alterius, dicitur ipſum quidem, ſed non eo quod aliud ad id: menſurabile vero & ſcibile & intellectuale, eo quod aliud ad ipſum dicitur, ad aliquid dicuntur, nam intellectuale aliquid ſignificat quod ipſius intellectus eſt In qua ſententia vult Ariſto. quod quæcunque referuntur ſecundum numerum, ideſt modo, vnius, & multitudinis, & quæcunque referuntur ſecundum potentiam, hoc eſt modo potentię actiuę aut paſſiuę omnia ſunt ad aliquid eo quod quodlibet tale, inquantum tale, eſt alterius, hoc eſt dicitur ad alterum. Ita quod per ſuam relationem ſibi formaliter inexiſtentem eſt alterius, hoc eſt ad alterum dicitur, ſed nou eſt alterius, eo quod aliud ad id, hoc eſt non dicitur ad alterum, quia aliud dicatur ad ipſum, ſed ſecundum ſe eſt alterius, & ad alterum. Oppoſitum autem eſt in menſurabili & ſcibili, quæ ſecundũ ipſum dicuntur ad aliud, quia aliud ad quodlibet iſtorum dicitur, & eſt text. 20. commen. 5. metaph. Ex quo poſſumus elicere iſtam concluſionem, quod eorum quæ

referun-

referuntur, quædam referuntur formaliter, hoc eſt per relationem formalem ſibi formaliter inexiſtentem, quædam referuntur tantum terminatiue, quæ ſcilicet terminant relationem aut dependentiam in alio. Quomodo dicit Ariſto. quod ſcibile refertur ad ſcientiam, quia terminat relationem & dependentiam ipſius ſcientiæ, Hoc modo etiam dicit Scotus quod deus refertur ad creaturam tantum terminatiue, quia terminat dependentiam creaturæ ſine omni reſpectu rei & rationis in ipſo, vt habet ipſe in 1. ſent. diſtinct. 30. quæſt. 1. Applicando ad propoſitum aliquid eſt idem formaliter alicui tantum terminatiue, & aliquid eſt idem formaliter alicui identitate formali ſibi formaliter inexiſtente. Primo modo inferius eſt idem formaliter inferiori. Secundo modo ſuperius eſt idem formaliter inferiori. Scotus autem quando deſcribit identitatem formalem dicendo voco autem identitatem formalem &cæt. dicit quod id eſt formaliter alicui, ſcilicet terminatiue tantum, quando includit illud cui eſt idem terminatiue in ſua ratione formali, & in primo modo dicendi per ſe. Cum qua identitate formali non mutuatur diſtinctio formalis ex parte illius quoniam tantum dicitur eſſe idem terminatiue, & non ex parte illius quod eſt idem formaliter & actualiter ex ſe & per relationem eius formalem.

Ex quo ſequitur quod differentiæ eſſentiales & quæcunque prædicata quidditatiua proprie dicuntur eſſe idem formaliter ipſis conſtitutis, & non econtra. Cuius oppoſitum dicit compoſitor formalitatum.

Aduertendum tamen quod identitas formalis capitur duobus modis. Vno modo proprie, alio modo improprie, identitas formalis proprie ſumpta eſt inter illa quorum vnum eſt de conceptu formali alterius, & in ipſo includitur per ſe in primo modo. Identitas formalis large & improprie ſumpta eſt inter illa quæ conueniunt in aliqua quidditate & formalitate, quæ identitas potius dicitur in formalitate & quidditate, quam denominetur formalis aut quidditatiua. Primo modo ſumendo identitatem ſor. & plato non ſunt idem formaliter,

quia vnum non eſt de conceptu formali alterius, ſecundo modo poſſunt dici eſſe idem formaliter quia ſunt idem in formalitate & quidditate ſpecifica.

Vlterius notandum eſt pro intellectu quomodo ſubſtantia non includitur quidditatiue in accidente, ſubſtantia non eſt idem formaliter accidenti, quia accidens diffinitur per ſubſtantiam ex additione, vt vult Ariſto. 7. meta. tex. com. 17. & 19. Vnde pro tanto aliquid dicitur additum alteri, pro quanto extraneatur à ratione eius formali, & ita quum ſubſtantia ſit extra rationem formalem accidentis, cadit in diffinitionem eius, vt additum, & ita dupliciter ſubſtantia dr̃ addi ſi accidenti. Tũ quia non eſt in tellectu eius. Tum quia non facit vnum per ſe cum illo, ſed vnum per accidens, & hoc quia ſubſtantia non eſt per ſe potentia reſpectu accidentis, nec accidens eſt per ſe actus reſpectu ſubſtantiæ ſed ſolum actus ſubſtantialis determinatur ad ſubſtantiam, ſicut ad per ſe potentiam.

Quod ſi tu dicas quòd accidentia non ſunt entia, niſi quia entis, ex. 7. metaph. text. commen. 2. Ex quo inferatur quod ſubſtantia ſit cauſa formalis quidditatiua ipſius accidentis.

Reſpondetur quòd ly quia, eſt nota cauſalitatis efficientis & non alicuius cauſæ formalis. Vnde vniuerſaliter quodlibet cauſatum eſt illud quod eſt, quia eſt a ſua cauſa, non tamen ſequitur quòd illa cauſa dicatur eſſe ratio formalis intrinſeca eſſendi ipſi cauſato, aut etiam ordo & habitudo ad talem cauſam.

Pro intelligentia quomodo intellectus & voluntas non ſunt attributa eſt aduertendum quod ſicut rationalitas & intellectualitas eſt de ratione quidditatiua hominis, vel ſaltem non eſt extra rationem formalem eius quidditatiuam, ſic intellectualitas non eſt extra rationem formalẽ eſſentiæ diuinę, ita quòd ſi ipſa diffiniretur intellectus caderet in diffinitione eius, & hoc vult Doct. ſubt. in quol. q. 1. & in primo ſententiarum diſt. 26. Quod dictum eſt de intellectu ſeu de ratione intellectuali dicendũ eſt de ratione volitiui, quæ rationes ad ſeinuicem ſequuntur, & ita intellectus & voluntas non dicuntur proprie attributa

tributa in diuinis, quia non ſic diſtinguntur formaliter ab eſſentia diuina, quemadmodum vnitas, veritas, & bonitas, ſapientia & huiuſmodi, quæ proprie videntur eſſe prædicata qualitatiua eſſentiæ diuinæ, & in nobis prædicantur vt paſſiones.

Pro declaratione quomodo formalitas dicatur à forma, licet ſuperius aliqualiter dictum ſit, eſt aduertẽdum quod formalitas ſi dicatur à forma, non dicitur à forma partis, ſed à forma totius,, qua aliquid habet eſſe quidditatiue, talis autem forma quędam eſt ratio & principium formale quo aliquid eſt adæquate, ſeu habet eſſe quidditatiuum totale, quædã vero eſt principium formale partiale quo res habet eſſe quidditatiuum partialiter. Exẽplum primi conceptus fomalis diffinitionis, ſicut gratia exempli, animal rationale reſpectu hominis eſt principium quo adæquate homo eſt homo, pars tamen diffinitionis, ſicuti eſt animal, aut rationale eſt illud quo partialiter homo eſt homo, ſeu habet eſſe quidditatiuum partiale, hoc declaratur ex ſententia Ariſtot. 7. metaphy. text. comment. 33. Vbi uult quod ratio, ideſt diſtinctio habet partes, & ſicut tota ratio ſe habet ad totam rem, ſic partes rationis ad partes rei. Diffinitio autem eſt quidditas adæquata diffinito vel importat talem quidditatem adæquate. Formalitas igitur ſumitur vel à forma declarante totam quidditatem rei adæquate, vel partialiter.

Pro declaratione quomodo iſta conſequentia nou valet. a. & . b. ſunt plura eſſentialia, igitur. a. &. b. ſunt plures eſſentiæ, adducit auctor formalitatum, quod ad plurificationem conſequentis in aliqua conſequentia bona & formali, non ſequitur plurificatio antecedentis & adducit exemplum. Videlicet iſta conſequentia eſt bona, ſor. eſt ſciens, ergo habet ſcientiam, non tamen ſequitur, ſort. habet plures ſcientias, ergo eſt plures ſcientes. A ſimili iſta conſequentia eſt bona, hoc habet eſſentiam, ergo eſt eſſentiale. Sed non valet à plurificatione conſequentis ad plurificationem antecedentis. Videlicet a. & b. ſunt plura eſſentialia, igitur plures eſſentiæ.

Sed contra iſtam declarationem inſtatur, quoniam arguitur à ſimili in conſequentia ſecunda, videlicet in iſta, ſor. eſt ſciens, ergo habet ſciētiam, quia in iſta arguitur à concreto ad abſtractũ, & ab effectu formali ad cauſam formalem. Et in prima videlicet in iſta. a. habet eſſentiam, ergo eſt eſſentiale, arguitur ab abſtracto ad concretum, & à cauſa formali ad effectum formalem. Similiter in ſecunda arguitur à poſteriori ad prius, & in prima econuerſo. Vnde in ſecunda arguitur ab hoc concreto quod eſt ſciens ad ipſam ſcientiam. Concretum autem ſignificans formam ſe habet vt poſterius reſpectu formæ. In prima autem conſequentia arguitur ab eſſentia ad eſſentiale, quod eſt poſterius eſſentia.

Ideo aliter dicendum eſt ad primam conſequentiam, quod ipſa non tenet videlicet à plurificatione conſequentis ad plurificationem antecedentis per hoc medium, quia conſequens eſt poſterius antecedente, modo plurificato poſteriori non plurificatur prius, ſeu non eſt neceſſe ipſum plurificari, quia ſtante vnitate in priori poteſt eſſe pluralitas in poſteriori, ſicut apparet in multis, ſcilicet in ſubſtantia in accidente, in cauſa & cauſato, in vniuerſali & particulari, vbi ſtante vnitate communis & vniuerſalis, plurificantur ſpecies & particularia. Quum igitur eſſentia ſit prior eo, quod dicitur eſſentiale non ſolum in inferendo, verumetiam in eſſendo. (Intelligendo eſſentiale in diuinis eſſe illud quod immitatur eſſentiam diuinam in modo eſſendi & prædicandi, vt declarat Scot. in quolib. quæſt. 1.) Sequitur quòd ſi plurificentur eſſentiatia in diuinis cum tali pluralitate ſtabit vnitas eſſentiæ diuinæ. Et ita non valet plura eſſentialia, ergo plures eſſentiæ.

Pro ſecunda conſequentia notandum eſt quod concretum denominatiuum ſignificans formam accidentalem ſignificat ipſam formam connotando ſuppoſitum quod habet ipſam formam, quod ſuppoſitum eſt prius forma. & tale concretum denominatiuum nunquam dicitur plurificari ad plurificationem formæ accidentalis. niſi ratio ſuppoſiti plurificetur, ſicut in exemplo de habente plures ſcientias, non dicitur plures ſcientes li-

cet

eet habeat plures ſcientias, & hoc quia cum tali pluralitate formarum accidentalium ſtat vnitas ſuppoſiti habentis formas, & ita conſequentia non valet à plurificatione formæ ad plurificationem concreti importantis formam, & connotantis ſuppoſitum. Vnde arguendo à concreto denominatiuo ad ipſam formam denominantem, licet arguatur a poſteriori ad prius quantum ad formale ſignificatum concreti denominatiui. tamen quantum ad connotatum ipſius concreti, arguitur à priori ad poſterius, & ita ex duplici medio negatur ſecunda conſequentia. Tum ex ratione dicta quod concretum importans formam, & ſuppoſitum non plurificatur ad plurificationem formæ, niſi ratio ſuppoſiti plurificetur. Tum etiam quia plurificato poſteriori, non eſt neceſſe ipſum prius plurificari. Prima regula habetur à doct. ſubtil in quolib. q. 2. Secunda regula habetur in tertio ſententiarum, diſt. 8. q. vnica, & pro parte, quæſt. 2. &c.

Aduertendum pro declaratione diſtinctionis inter eſſentiam & relationes, quod quum oppoſitio contradictoria ſit prima & maxima oppoſitio, vt nunc ſuppono. Ex tali oppoſitione habetur potiſſime via ad concludendum non identitatem & diſtinctionem inter aliqua. Et propter hoc docet Ariſtot. 7. topicor. quod propoſitio & problema faciliter deſtruitur per contradictionem inuentam in ipſo, ſed difficulter conſtruitur. Quum autem ita ſit, quod eſſentiæ diuinæ & relationibus perſonalibus competant oppoſita priuatiue, ſcilicet eſſe communicabile & incommunicabile, & hoc nullo intellectu conſiderante, & oppoſita priuatiue ſunt contradictoria circa ſubiectum aptum natum. Tum quia ſunt immediata circa tale ſubiectum. Tum etiam quia alterum eorum dicit formaliter puram negationem. Igitur fundamenta quibus hæc applicantur; habent aliquam diſtinctionem inter ſe. Vnde quæcunque aliæ oppoſitiones diſtinctæ contra oppoſitionem contradictoriam, addunt aliquid diſtrahens & diminuens de ratione oppoſitionis & repugnantiæ, patet de priuatione & habitu quæ addunt poſitionem ſubiecti determinati,

cet inter paternitatem, & eſſentiam, quia illud; quod eſt principium quo formale in ſuppoſito reſpectu eſſe eſſentialis, diſtinguitur ab eo formaliter, quod non eſt ſic principium quo. Sed eſſentia, & paternitas ſunt huiuſmodi, quia reſpectu alicuius eſſe eſſentia eſt quo, reſpectu cuius non eſt paternitas, & econtra, ergo &c.

Vlterius aduertendum, quòd genus, & differentia diſtinguuntur plusquam genere, quia genus, & differentia in nullo genere conueniunt, ſiue ſit differentia vltima ſiue non vltima, quælibet differentia eſt primo diuerſa à genere, vt eſt de mente Ariſto.3. meta. vt ſupra allegatum eſt, & 6 Topica.8.

Probatur etiam ratione, quia in diffinitione eſſet nugatio, quia genus ſemel diceretur ratione ſui, & ſemel ratione differentiæ in qua includeretur quidditatiue. Igitur bis diceretur genus. Et vlterius non poſſet tolli iſta nugatio penes diuerſum modum concipiendi, aut prædicandi eo modo quo dicitur, quòd in iſta. A. eſt color albus euitatur nugatio, quia albedo ratione coloris dicitur ſemel quidditatiue, & ratione ſui denominatiue, & ita penes diuerſum modum dicendi, & prædicandi tollitur nugatio. In propoſito autem non poſſet euitari huiuſmodi nugatio, quoniam idem diceretur quidditatiue, quia ſi exempli gratia rationale includat quidditatiue animal, ſi dicatur, homo eſt animal rationale, animal dicetur quidditatiue de homine, ſemel in ſe, & iterum quidditatiue ratione rationalis, igitur bis dicetur quidditatiue.

Pro intelligentia quomodo aliquid eſt neceſſarium, quod tamen eſt per accidens. Notandum eſt, quod dicit Commen. primo Phiſicor. Commen. 66. vbi habet, quòd priuatio per accidens concurrit ad eſſe compoſiti, & tamen ipſa priuatio eſt neceſſario requiſita ad generationem eius, & ita eſt principium per accidens compoſiti, licet neceſſario requiſitum, ſicut eſt in compoſitione in re, quòd ex aliquo per accidens neceſſario tamen requiſito, fit, & generatur illud, quod eſt per ſe, ita (in compoſitione intellectuali, & in complexis apud intellectum) per oppoſitum

ex his,quæ ſunt per ſe, poteſt ſequi illud quod eſt per accidens. Quia non eſt maior ratio, quòd ex per accidens ſequatur per ſe (dummodo per accidens ſit neceſſarium) quàm quod ex per ſe ſequatur per accidens neceſſarium.

Pro quo eſt notandum, quòd perſeitas propoſitionis eſt ex eo, quòd prædicatum habet cauſam intrinſecam ſubiecto quantum ad inhærentiam huius formalem, vt dictum eſt ſuperius, modo vbi propoſitio cõuertatur ſimpliciter per ſe non conuertitur in ſe, quia daretur circulus quantum ad cauſalitatem, & dependentiam iſtius inhærentię formalis, quia ſicut ſubiectum eſſet cauſa prædicati iſto modo, ita prædicatum eſſet cauſa ſubiecti eodem modo, & ita circulus in dependentia eſſentiali.

Pro intelligentia quomodo in iſta propoſitione nulla eſſentia diuina diſtinguitur formaliter ab eſſentia diuina, eſt aduertendum, quòd hic nulla ſit diſtributio in termino, vel extra terminum dicendo nulla eſſentia diuina, propterea quia eſſentia diuina eſt terminus diſcretus & ſingularis, & magis ſingularis, quam hic homo, vel ſortes, quia ſor. habet naturam, quæ indiuiduatur per aliquod ſibi accidentale, quod eſt proprietas indiuidualis ſibi adueniens, ſicut actus potentiæ. Eſſentia autem diuina eſt de ſe hæc, & per nihil ſibi adueniens eſt ſingularis immo eſt ſingularitas quędam quæ eſt actus purus, & ſimpliciſſimus includens in ſe vltimatam actualitatem. Ex quo ſequitur, quòd non poteſt indiuiduari per aliud, non ergo diſtribuitur talis terminus pro ſuo formali ſignificato. Neque pro aliquo connotato, quia terminus talis non eſt capax diſtributionis, quum nihil diſtribuatur niſi ſit vniuerſale, quod opponitur ſumme ſingulari, ſicuti eſt eſſentia diuina, & ita non ſit diſtributio in termino in ſe, neque etiam extra terminum, quia talis terminus, ſcilicet eſſentia diuina eſt ſumme ſingularis. Terminus autem diſtribuitur in ſe quando diuiditur, & numeratur in pluribus quantum ad ſuum ſignificatum formale, quæ diuiſio, & numeratio repugnat eſſentię diuinæ. Diſtributio etiam ſit extra terminum, quando terminus diſtributus non ſolum diſtribuitur quantum ad ſignificatum formalem,

malem, verumetiam quantum ad ſuppoſita quæ connotat, & concernit, quæ ſunt extra ſignificatum formalem, & proprium termini communis diſtributi.

Ex quibus omnibus ſequitur, quòd ſyllogiſmus in quo accipitur iſta propoſitio. Nulla eſſentia diuina diſtinguitur formaliter ab eſſentia, non regulatur per dici de nullo. Sed vbi fieret ſyllogiſmus qui ſic regularetur quemadmodum eſſet iſte Nihil, quod eſt eſſentia diuina diſtinguitur formaliter ab eſſentia diuina. Paternitas eſt eſſentia, igitur &c. Propoſitio maior aſſumpta eſt neganda.

Pro intelligentia quomodo omnia abſoluta communia in diuinis habent propriam infinitatem, eſt aduertendum, quòd ſicut eſſentia diuina eſt radix, & fundamentũ omnium perfectionum diuinarum quum ab ipſa emanent, & pullulent omnes perfectiones diuinę, vt habet Sco. in quolib. q. 5. circa finem, ita infinitas, quæ inſequitur immediate eſſentiam diuinam eſt radix, & fundamẽtum omnis infinitatis, & ita infinitas fundamentalis, & radicalis eſt tantum vna, infinitates autem formales plurificantur ad plurificationem perfectionum attributalium, & ſicut perfectiones attributales tranſeunt in eſſentiam identice, & realiter, & manent ſecundum ſuas quidditates, & formalitates, ſic, quòd non tranſeunt in ipſam ſecundum identitatem formalem, ita omnes infinitates attibutorum tranſeunt in perfectam identitatem realem infinitatis eſſentię, & manent diſtincte modaliter, & ex natura rei.

Sed hic inſurgit vna difficultas. Iſte infinitates formales multiplicatę aut ſunt eiuſdem rationis, aut alterius, non eiuſdem rationis, quia nihil vnius rationis videtur poſſe plurificari in diuinis, vt patet diſcurrendo per ſingula. Neque dicendum eſt quòd ſunt alterius rationis, quia tales infinitates ſunt perfectiones, & gradus perfectionales qui inſequuntur diuerſas quidditates, modo ſicut plures quantitates molis, & extenſiuę ſunt eiuſdem rationis, ita plures quantitates intenſiuæ videntur eſſe eiuſdem rationis.

Et confirmatur, quia intenſio inſequens albedinem, & intenſio inſequens nigredinem non videntur eſſe alterius

rius rationis, licet illa ad quæ ſequuntur iſtę intenſiones ſint alterius rationis.

Ad hoc reſpondetur ſecundum aliquos, quod infinitates iſtę de quibus dictū eſt ſunt eiuſdem rationis. Et quū dicitur. Nihil vnius rationis multiplicatur in diuinis. Reſpondetur, ꝙ verum eſt, ꝙ nullum tale multiplicatur realiter aut formaliter, tamen modaliter, & ex natura rei non inconuenit. Et datur exemplum in diuiſis ſunt plures ſimilitudines ſicut plures qualitates, quæ ſunt eiuſdem rationis, non obſtante, ꝙ illa in quibus fundatur ſimilitudines ſint alterius rationis, ſicut plures albedines ſunt eiuſdem rationis, dato ꝙ homo, & aſinus non ſiut eiuſdem rationis, ſimiliter paternitas in homine, & in aſino ſunt eiuſdem rationis, nō obſtante, ꝙ homo, & aſinus ſint alterius rationis. Ex quo concluditur, ꝙ nihil vnum, & idem vnius rationis multiplicatur realiter in diuinis, cū hoc tamen ſtat, ꝙ multiplicetur ex natura rei, aut modaliter, vt dictum eſt. Poteſt etiam dici, ꝙ tales infinitates ſunt alterius rationis, quemadmodū, & quidditates quas inſequūtur tales infinitates. Diſtinctio enim rationis formalis non ſumitur niſi à diuerſis formalitatibus, & quidditatibus. Quum autem iſtę infinitates non ſint quidditates formales niſi quidditate, & formalitate eorum, quæ inſequuntur, ſequitur, ꝙ talis diſtinctio erit inter ipſas infinitates qualis eſt inter ſuas formalitates quas inſequuntur. Ex quo ſequitur, ꝙ quum attributa ſint alterius rationis formalis etiam infinitates formales ipſorum erūt alterius rationis, quæ tamen infinitates formales ſunt vna infinitas radicalis, & fundamentalis.

Eſt & aliud dubium, videtur ſecundum hoc, ꝙ vnum infinitum poſſit excedi ab alio. Quia certum eſt, quod eſſentia diuina, quæ eſt radicaliter infinita ſeorſum accepta ſine perfectionibus attributalibus non eſt ita perfecta, ſicut eſt ſimul cum ipſis. Ex quo ſequitur, quòd in finito poſſit fieri additio.

Ad quod reſponſum eſt aliis, & dictum eſt, quòd eſſentię diuinę infinitę nulla fit additio intenſiue ex additione perfectionum attributalium, quia in primo ſigno naturæ, quo eſſentia eſt eſſentia, continet omnes tales perfectiones

fectiones virtualiter,& eminenter (quum iſtę perfectio nes fluant ab eſſentia tanquam radice, & ſundamento, & ab ipſa recipiant omnem ſuam perfectionem, cuius ſunt capaces) propter quod eſſentia diuina ſine iſtis perfectionibus attributalibus eſt quodlibet iſtorum virtualiter,& eminenter

Vltimum dubium eſt, quia videtur, quòd in diuinis poſſint eſſe infinitæ infinitates ſecundum illam poſitionem, ſi quælibet perfectio attributalis eſt formaliter infinita.

Ad quod reſpon.ſecundum Sco.in 4.ſententiarum di. 13.q.1.Dicendo,quòd perfectiones attributales ſunt finitæ numero ſeu multitudine,licet quælibet in ſe ſit formaliter intenſiue infinita, & ſic patet quid dicendum ſit ad hunc articulum.

Articulus Quartus.

QVantum ad Quartum articulum in quo videndum eſt de identitate & diſtinctione reali &c.

Pro declaratione Quarti Articuli, in quo declaratur, quid ſit identitas realis,ponitur multiplex prioritas, quarum vna eſt perfectionis.Alia naturæ,alia durationis, & alia originis.

Prima prioritas declaranda eſt prioritas perfectionis. De qua loquitur Ariſto. in 10 Met. tex. Commenta.7. In vnoquoque genere eſt vnum, quod eſt metrum, & menſura omnium aliorum in illo genere &c. & per receſſum ,& acceſſum ad iſtud primum, omnia alia menſurantur.

Aduertendum,quòd primum pęnes,quod alia menſurantur in perfectione, quoddam eſt in genere, quoddam eſt extra genus. Primum in genere eſt aliquod perfectiſſimum illius generis. Primum extra genus eſt Deus glorioſus,de quo habet Com. Commen præallegato,quod eſt menſura generis ſubſtãtię, extrinſeca tamen.Sed hic inſurgit vna difficultas, quomodo Deus poſſit ſic eſſe menſura aliorum,quum omnia æqualiter diſtent ab ipſo,

quia

quia omnia diſtant diſtantia infinita, & diſtantia talis nõ poteſt eſſe maior alia diſtantia infinita, vt primo cœli cõ. 35. & 8. Phyſi.

Ad hoc reſpondetur, quòd licet quælibet perfectio in Deo ſit formaliter infinita aut ſaltem radicaliter, perfectio tamẽ diuina, vt imitabilis à creatura non eſt infinita, quia quælibet creatura imitatur perfectionem Dei ſecũdum gradum ſibi competentem. Et ex hoc ſequitur, ꝙ quælibet creatura habeat ſuam propriam ideam in mente diuina, quæ eſt menſura realis eius & ei proportionata. Et propter hoc dicit Aug 83. q. q. 46. Alia ratione conditus eſt homo, & alia ratione conditus eſt equus, qđ eſt intelligendum quòd ſecundum aliam rationem perfectionis imitabilis in Deo conditus eſt homo, & ſecundum aliam perfectionem, & in alio gradu imitabili conditus eſt equus. Ex quo concluditur, quòd illa creatura magis diſtat, quæ in minori gradu imitatur aliquam perfectionem in Deo, & illa magis appropinquat quæ in maiori gradu perfectionali imitatur perfectionem diuinã. Et quum tu dicis, quælibet creatura habet diſtantiam infinitam ad Deum. Verum eſt accipiendo perfectionem diuinam in ſe, ſed non vt imitabilem à creatura, quæ licet in ſe ſit infinita, tamen creatura non imitatur eam in gradu infinito, ſed finito. Et accipiendo illam perfectionem ſecundum illum gradum repertum in creatura, illa eſt tantum finita, & ſic diſtat à Deo diſtantia finita penes talem gradum quem imitatur. Et quia alia creatura imitatur in maiori gradu minus diſtat diſtantia finita accepta proportionabiliter ad gradum quem imitatur, & ſic apparet reſponſio ad difficultatem.

Poteſt etiam aliter dici, quòd perfectiones in Deo correſpondent perfectionibus ſpecificis creaturarum, quæ licet in ſe ſint infinitæ, tamen vna ex ſua ratione formali etiam circunſcripta infinitate eſt perfectior alia ſicut forte actualitas in Deo eſt perfectior ſimplicitate aut neceſſitate, & ratio volitiue. vel voluntatis eſt perfectior ex ſe ratione intellectiui. Quo ſtante poteſt dici, quòd licet quælibet creatura diſtet in infinitum à Deo, accipiendo perfectionem ſibi correſpondentem formaliter infinitã,

non

non tamen diſtat in infinitum quælibet creatura, accipiendo perfectionem talem ſimpliciter circumſcribendo per intellectum propriam infinitatem, & tũ illa creatura eſt perfectior, quę [illegible] perfectionem in Deo, quàm illa, quæ [illegible], quæ licet infinite ſint æquales, non tamen [illegible] in ſuis rationibus formalibus.

Alia eſt prioritas generationis [illegible] habet Ariſt. 9. meta. quòd priora [illegible] ſunt [illegible] ſecundũ ſubſtantiam, & perfectionem, & [illegible], poſteriora ſunt perfectione, & [illegible] verũ, vbi prius concurrit intrinſece ad [illegible], aliter non eſt verum, quòd poſterius [illegible] exem[illegible] de eſſentia diuina & attributis [illegible] ſapientia bonitate &c. Certum [illegible] quòd eſſentia diuina eſt prima entitas in Deo via [illegible] in q[illegible] 1. q. 1. & tamen [illegible] perfectione attributis, [illegible] radix, & fundamentum omnis perfectionis diuinæ.

Dicendum eſt aliter, quòd [illegible] Ariſto. habet intelligi in natura tantum [illegible] genere, ratio primi eſt, quia natura [illegible] ex [illegible] imperfectione ſemper procedit de imperfecto ad perfectum, & de potentia ad actum [illegible] ab agente [illegible] ris, ſed ubi agens ſit perfectum [illegible] mo producit, & [illegible] & [illegible] cipalius, & perfectius [illegible] tur à tali agente.

Et confirmatur hoc, [illegible] intendit finem [illegible] principalitatis, & [illegible] perfectio his, quæ ſunt ad finem [illegible] primo attingere [illegible].

Ratio ſecunda pro [illegible] lis, quicquid poſterius [illegible] ab agente limitato, [illegible] niſi vt perfectius [illegible] in illo genere, igitur forma poſterior ad [illegible] per generationem,

quam

quum conſtituat in eſſe perfectiori [illegible] et perfectius eſſe quàm prius.

Ratio ſecundi membri eſt, quia certum eſt, quod ad formam ſubſtantialem [illegible] qualitas, & aliquod accidens faciens ad formæ ſubſtantialis conſeruationem, quod a [illegible] eſt imperfectius forma [illegible] aliquid in eſſe perfe[illegible], quàm [illegible], quod [illegible] compoſitum à [illegible].

Al[illegible] Ariſt[illegible] ra[illegible] [illegible] pu gnat [illegible] licet quaſi[illegible] idé [illegible] non poteſt eſſe ſine propria paſſione, quæ eſt ſibi [illegible], & creatura [illegible] ad Deum propter [illegible] cauſam, tamen ex [illegible] rationis [illegible] re pugnat [illegible] eſſe ſine poſteriori, [illegible] gnantiam [illegible], quod [illegible], & concipi quidditatiue, ſiue poſteriori. [illegible] prius non poteſt ſiue poſteriori, [illegible] ſui, aut ex cauſa intrinſeca, ſed ſolum ex cauſa [illegible] ca, ſicut cœlum, quod eſt [illegible] eſſe ſine motu, non obſtante, quod ex natura [illegible] non repugnat. Sed [illegible] ex intelligentia [illegible] neceſſario determinatur ad motum, quia [illegible] Ariſt. 12. meta. tex. Com 48. Subſtantiam [illegible] optimum finem [illegible] oportet æ[illegible] Igitur intelligentia ſortita eſt omnem illum finem [illegible] tere ſubſtantiæ perfectæ in eo, quod [illegible], [illegible] ne autem ſubſtantiæ perfectæ [illegible] in ſe, verum etiam per [illegible] perfectionem alijs [illegible]ndo, [illegible] maxime [illegible] petit ſubſtantijs [illegible], ſed iſta ſubſtantia [illegible] teſt producere aliquid [illegible] illis inferioribus [illegible], ergo iſta ſubſtantiæ ex eo, quòd perfecta eſt determinatur ad motum. Mobile ergo non ſeparatur a motu propter

cauſam

cauſam extrinſecam, non quia ſibi ab intrinſeco ſic ſeparari repugnet. Aduertendum tamen quod (ſecundũ aliquos) prioritas naturæ non eſt inter extrema quorum vnum ſit in aliquo ſigno naturæ in quo non ſit aliud, ſed tantum eſt præſuppoſitio huius ab hoc, ita quòd ordo naturę eſt inter illa quorum vnum præſupponit aliud.

Contra quam opinionem videtur eſſe Ariſt. loco præallegato ſuperius in 5. metaph. cap. de priori, vbi vult, quod prius eſt ſeparabile à poſteriori, ergo priori (quod vocat ipſe ſecundum ſubſtantiam & naturam) non repugnabit eſſe in aliquo ſigno in quo non eſt poſterius.

Habet eandem ſententiam ipſe in 7. metaph. in principio text. commen. 3. &. 4. vbi probat primitatem temporis hoc eſt naturę de ipſa ſubſtantia per hoc quod contingit ipſam ſeparari ab alijs, & alia non ab ipſa, ergo non tantum eſt præſuppoſitio, verumetiam in aliquo ſigno poteſt eſſe prius in quo non erit poſterius.

Et confirmatur, quia animal & rationale habent ordinem naturę, inter quæ non tantum eſt præſuppoſitio, ſed ordo naturæ poſitiuus.

Hoc etiam arguitur ratione, quia mutatio inſtantanea non eſt ſine ſuis terminis, quum ſit habitudo inter terminum à quo & terminum ad quem, & habitudo ſeu relatio non eſt ſine extremis, ergo in eodem inſtanti temporis erit terminus à quo ipſius mutationis & terminus ad quem eiuſdem, ſed iſta non poſſunt eſſe in eodem ſigno naturæ, quia tunc eſſet contradictio ſecundum idem indiuiſibile temporis & naturæ, ergo pro diuerſis ſignis naturæ erit terminus à quo & terminus ad quem.

Quod ſi tu dicas, terminus à quo eſt in toto tempore præcedente mutationem inſtantaneam ſeu generationẽ & terminus ad quẽ in inſtanti vltimo totius temporis menſurantis alterationem præcedentem. Contra certum eſt quod alteratio quæ eſt mutatio ſucceſſiua & in tempore ſe habet per accidens ad mutationem inſtantaneam, ergo remoto eo quod eſt per accidens, remanente eo quod eſt per ſe, non repugnabit mutationi inſtantaneæ eſſe ſine mutatione ſucceſſiua, quæ eſt in tẽpore.

Et confirmatur hoc, quia ſi deus cauſaret vnum ſubie-ctum vltimate diſpoſitum, quod immediate applicaretur igni, certum eſt quod ignis in inſtanti produceret formam ſubſtantialem in tali ſubiecto vltimate diſpoſito, & iſta generatio eſſet inſtantanea, ſine quacunque mutatione ſucceſſiua concomitante.

Hoc videtur poſſe confirmari per illud Comm. in. 4. phy. in Comm. 129. ubi habet quod ſunt aliquæ mutationes quæ fiunt in inſtanti, vt illuminatio totius orizontis à ſole & totius domus à candela, & vniuerſaliter quæcunque factio rei generatę. Et poſtmodum quærit, quomodo ſe habeant mutationes in tempore ad iſtas mutationes. Et dicit quod tranſmutatio dicitur æquiuoce de tranſmutatione per ſe, ſicuti eſt alteratio, & de generatione quæ eſt finis tranſmutationis. Ex quo vult concludere quòd generatio, licet ſit finis tranſmutationis ſucceſſiuę & in tempore, non tamen eſt per ſe talis tranſmutatio, ſed ei quaſi accidentaliter coniungitur. De hac mutatione in non tempore etiam loquitur Commen. in primo cœli, com. 111. vbi habet quod eſt aliqua talis mutatio in non tempore ſine alteratione. Ex quibus concludimus quòd (cum generatio non poſſit eſſe ſine terminis per rationem antedictam) ſequitur propoſitum quod terminus à quo, & terminus ad quem erũt in diuerſis ſignis naturæ. Teneo igitur iſtam concluſionem quam inducunt rationes adductæ.

Pro cuius intelligentia notandum eſt primo quod poſitum eſt ſuperius in diuiſionibus entis, videlicet, quod ordo naturæ quidam eſt ordo poſitiuus inter extrema, quidam eſt ordo priuatiuus.

Notandum eſt ſecundo quod ordo naturæ quidam eſt ordo eſſentialis, & iſte ſupereſt inter diſtinctas eſſentias & naturas, qui ordo vt dicit Scot. in quolib. quæſt. 4. ſuper ponit imperfectionem ex parte vnius extremi, videlicet, poſterioris, quia ſuper tale poſterius dependet eſſentialiter à priori. Dependentia autem eſt præexigentia huius ab hoc in alteritate naturę, quæ depẽdentia ex parte dependentis arguit imperfectionẽ. Et hoc eſt quod dicunt nonnulli Scotiſtæ, quod ordo naturæ dicit duo,

quorum

quorum vnum eſt proceſſus poſterioris à priori, aliud eſt præſuppoſitio huius ab hoc.& quantum ad primum, ordo naturæ importat imperfectionem in altero extremo, ſcilicet in poſteriori. Dicendum tamen quod ordo naturæ non ſemper eſt ordo eſſentialis non dependētiæ, ſic quod poſterius eſſentialiter dependeat à priori, quia ordo eſſentialis naturæ eſt inter ſpecies poſitas ſub eodem genere, & tamen vna ſpecies non dependet ab alia eſſentialiter, quia quod dependet ab alio in eſſe, in aliquo genere cauſæ dependet. Ex quo ſequitur quod vna ſpecies eſſet cauſa alterius ſpeciei, ſub eodem genere. Neque poteſt dici quod ſpecies perfectior dicatur eſſe cauſa finalis reſpectu alterius quia cauſa finalis eſt illud gratia cuius agens agit, ſed agens producens aſinum non producit propter equum, aut propter hominem, igitur &c. Sed contra hoc arguitur, quia Ariſt. ſecundo phy. dicit quod nos ſumus quodammodo finis omnium, ergo homo eſt finis aſini, & per conſequens vna ſpecies perfectior, eſt finis alterius, cuius oppoſitum tu dicis.

Poſſet probabiliter dici quod duplex eſt finis, vnus eſt qui eſt cauſa finalis. Alius eſt finis attingendus per operationem, Ariſtot. loquitur quod ſumus finis attingendus, non autem finis, qui eſt cauſa finalis. Quia vt dictum eſt, aſinus non eſt productus ab agente propter hominem, licet operatio eius ſit propter hominem & hoc non eſt contra determinata.

Alius eſt ordo naturæ eſſentialis dependentiæ, & de iſto eſt verum quod poſterius dependet in eſſe à priori & progreditur à priori, vt à cauſa, quia non eſt imaginabile quod poſterius in eſſe dependeat à priori & in nullo genere ecauſæ ſic dependeat. Diſtinguit tamen Franciſcus quod eſt ordo naturæ, qui eſt inter naturam, vt dictum eſt prius, & iſte poteſt eſſe vel eſſentialis dependentię, vt dictum eſt vel eſſentialis eminentiæ & perfectionis, ſic quod prius excedit in aliqua perfectione ipſum poſterius. Alius eſt ordo ſecundum ipſum qui eſt inter naturales perfectiones, ſicuti eſt inter ſenſum & intellectum, & inter intellectum & voluntatem. Qui ordo eſt quod poſterius præſupponit prius in eſſendo vel in

operando. Primus ordo qui eſt inter naturam & naturã ſemper eſt cum imperfectione alterius extremi, quia ſi ſit ordo eſſentialis eminentię, vnũ eſt eminentius reliquo. Si ſit eſſentialis dependentię, patet idem quod prius. Ex quo ſequitur quòd non eſt ordo naturæ in diuinis qui eſt inter naturam & naturam. Sed bene ordo ſecundo modo acceptus, qui eſt inter eſſentiam & perfectiones naturales.

Alia prioritas eſt prioritas durationis. Triplex autem eſſe duratio vna eſt reſpectu Dei; altera reſpectum entium permanentium; & tertia eſt entium ſucceſſiuorum. Prima duratio eſt æternitas; quæ eſt conditio ſeu modus intrinſecus exiſtentiæ diuinæ, vt habet Sco. in quol. q. 6. quæ æternitas deſcribitur ſic a Boetio. 5. de conſol. proſa ſecunda. Aeternitas eſt interminabilis vitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio. Vnde ſicut infinitas eſt modus intrinſecus eſſentiæ diuinæ, inquantum eſſentia eſt. ita æternitas eſt modus intrinſecus exiſtentiæ, vt exiſtentia eſt. Et eſt quædam quantitas uirtualis quaſi extenſiua per quam Deus poteſt coexiſtere cuicumque tempori, & cuilibet parti eius, etiam ſimul ſi partes temporis poſſent eſſe ſimul, uel ſaltem per intellectum ubi intellectus conciperet illas partes ſimul. Alia duratio quæ eſt entium permanentium, appellatur æuum. Aeuum enim eſt menſura intrinſeca entium permanentium, ſiue ſit accidens ſiue ſubſtantia, ut præſcindũt a motu, & mobilitate ac etiam quiete, & æuum ponitur menſura ſic entium permanentium, quia menſura & menſuratum debent eſſe vnigenea. teſtante Com. in 4. phſicorum com. 119. vbi habet quòd menſuratum ſemper menſuratur per aliquid eiuſdem generis aut rationis cum ipſo. ſicut linea menſuratur per lineã. ſuperficies per ſuperficiem, & corpus per corpus. Quoniam autem omnium entium permanentium ſit ponenda talis menſura quæ eſt æuũ, declaratur. Quia quęcunq; ſunt eiuſdem rationis, ut ſic habent menſuram eiuſdem rationis, iſta patet per Commen. ſed ita eſt, quòd omnia entia permanentia, ut permanentia ſunt, habent totum ſuum eſſe ſimliter & non per partem poſt partem. ergo

eis correſponderet una menſura eiuſdem rationis quæ ſit eorum ſimultaneę permanentię, talis aũt menſura non poteſt eſſe tempus, quia menſurat ea quæ ſunt in fluxu, & in motu. igitur &c. Alia eſt entium ſucceſſiuorum & iſta eſt temporis, de quo loquitur Ari. in 4. phyſicorũ. Secundum igitur hanc triplicem durationem poſſumus imaginari triplicẽ prioritatem, quarum prima non eſt dabilis, ꝙ videlicet aliquid ſit prius ęternitate quia ſicut nihil eſt prius deo & eſſentia diuina, ita nihil eſt prius ęternitate, quæ eſt modus exiſtentiæ diuinę. Secunda prioritas quæ eſt æui. ſeu æuiternitatis, iſta eſt inter entia permanentia, quia ſicut vnum ens permanens in eſſe præcedit aliud, ita ſecundum ſuum æuum quod menſurat ſuam propriam permanentiam præcedit ęuum alterius. De prioritate tẽporis nõ oportet immorari, quia illa eſt de ſe euidens. Alia prioritas principalis & quarta eſt prioritas originis, quæ prioritas eſt originantis ad originatũ, quia ordo originis ſẽper eſt inter diſtincta realiter quia nulla res eſt quæ ſeipſam gignat, vt ſit, ex primo de tri. ca. 1. 2. ſecundo de anima. tex. c. 47. ratio huius eſt ſecũdũ Aug quia idẽ præhaberet naturã & non pręhaberet. Aduertendum tamen ꝙ primũ ſignum originis ſecũdũ aliquos Scotiſtas. eſt eſſe a ſe, Secũdũ eſt eſſe ab alio, & quia pater eſt a ſe in diuinis, filius ab alio, ideo pater eſt in primo ſigno originis & filius in ſecundo. Sed iſta declaratio deficit in aliquo, quia licet primũ ſignũ originis, ſit eſſe a ſe, hoc tamen non cõſtituit adęquate primũ ſignum originis, quia ſi per imaginationẽ eſſet tãtum vna perſona in diuinis ut poſuerũt philoſophi, quæ nihil ꝓduceret neq; ad intra neq; ad extra iſta non eſſet in aliquo priori originis, & tñ eſſet à ſe. Dicendum eſt ergo, quòd iſta duo conſtituunt primum ſignum originis adęquate. videlicet eſſe a ſe, a quo alius uel aliud habet eſſe. Et ita (quum pater diuinus ſit à ſe, & ab ipſo filius) pater dicitur eſſe in primo ſigno originis. Aduertendum tñ quòd prius & poſterius origine a Doc. ſub. in primo ſententiarũ frequẽter accipit pro priori & poſteriori natura, ut ibi in prima diſt. q. 2. utrum ultimus finis habeat plures rationes fruibilitatis habet hæc uerba. Pater prius origine

quod generet filium, eſt perfecte beatus, quod non eſt intelligendum, quod prius origine ſit beatus & poſterius origine generet, quia tunc eſſet ſenſus, quod eſſet beatus à ſe, & generaret ab alio, quod eſt falſum. Sed habet intelligi quod prius natura intelligit intellectione beatifica eſſentiam diuinam quæ eſt obiectum perfecte beatificans, quam generet filium, quia eſſentialia in diuinis ordine naturę pręcedunt notionalia, ut oſtendit Scṑ. in quo li. q. 1. Secundo notandum principaliter quod realitas dicitur à reali, & reale deriuatur à re. Res autem accipitur dupliciter, vno modo pro re opinabili, & iſta deriuatur à reor reris. Alio modo capitur res prout dicitur à ratus rata ratum, & iſta res eſt eſſentiæ vel exiſtentiæ, aut ſubſiſtentiæ. Vt declaratum eſt ſuperius in princip. A re exiſtentiæ, vel ſubſiſtétię deriuatur diſtinctio realis, prout eſt ſpecies diſtincta contra alias ſpecies diſtinctionum & non a re opinabili, vel à re eſſentiæ.

Tertio notandum eſt, quod res in diuinis ſumitur vno modo eſſentialiter, alio modo ſumitur perſonaliter. Si ſumatur eſſentialiter eſt tantum vna res in diuinis ſingularis & exiſtens. Si autem ſumatur notionaliter & perſonaliter ſi ſunt ibi tres res ſuppoſitales & perſonales ita quod ſit ibi vna res exiſtens vnica exiſtentia abſoluta, tamen cum tali exiſtentia abſoluta multiplicantur tres ſubſiſtentiæ relatiuæ, quæ ſunt tres rationes ſuppoſitales, in quibus eſſentia diuina ſubſiſtit, licet è ſe exiſtat, & de iſta duplici acceptione rei fecit mentionem Aug. in primo de doct. chriſtiana, Pater & filius & ſpiritus ſanctus ſunt res quibus fruendum eſt, hoc eſt res quæ ſunt diligendæ propter ſe, & irreferibiliter, ſunt pater & filius & ſpiritus ſanctus, & hę tres res ſunt vna ſumma res, & per ly, tres denotat tres res ſuppoſitales, per hoc quod dicit. Vna ſumma res denotat rem eſſentialiter acceptam,

His præſuppoſitis ponitur prima concluſio, illa ſunt idē realiter quæ ſic ſe habent, quod vnum non poteſt eſſe ſine alio abſque contradictione, quæ concluſio ſic habet intelligi, quod quotienſcũq; eſt aliquod vnum quod ex natura intrinſeca non poteſt ſeparari ab alio, & in nullo dependet ab ipſo, illa ſunt idem realiter. Per hoc quod dici

tur

tur ex natura intrinſeca inſeparabile, excluditur inſtātia quæ ſit de eſſentia diuina & de reſpectu eſſentiæ diuinæ qui cauſatur in ipſa per actum collatiuum intellectus diuini in cõparatione ad ea quæ ſunt ad extra, eſsentia diuina non poteſt eſſe ſine iſto reſpectu, quia intellectus diuinus non poteſt non intelligere eſſentiam diuinā, vt imitabilē à leone, à capra & ab alijs, non tamen ſequitur quod iſte reſpectus qui cõpetit eſsentiæ ſic intellectæ idētificetur realiter eſſentię, qa reſpectus rationis non poteſt idētificari enti reali. Sed iſta impoſſibilitas ſeparationis eſt ex intellectu neceſsario intelligēte eſſentiam per cõparationem ad extra. Et etiam excluditur inſtantia quæ ſit de cœlo & motu ſibi correſpondente, ſecundum viam philoſophi, quia cœlum ſi eſt inſeparabile à motu, hoc ideo eſt, quia intelligentia mouens neceſſario cauſat motum in tali mobili & non eſt ex natura mobilis. Per hoc quod dicitur. in nullo dependens ab alio, excluditur inſtantia de accidente & ſubſtantia ſecundum viam philoſophi qui vult paſſiones eſſe inſaparabiles à ſubiecto, loquendo de paſſionibus quæ etiam ſunt qualitates & accidentia, ut in primo phyſi. tex. com. 39. inquit, intellectus quærens ſeparationem paſſionum à ſubiecto, quærit impoſſibilia. Eandē ſenteniam habet in eodem primo tex. com. 14. & in primo perigeneſeos, tex. com. 11. & in 7. meta. tex. com. 4. Excluditur etiā inſtātia de toto, & partibus quia totū diſtinguitur realiter à partibus non obſtante q nō poſſit eſſe ſine partibus, & hoc propter dependantiā totius ad partes. Excluditur etiā inſtantia de relatiuis, quæ realiter differunt, quia a ſeinuicem mutuo dependent.

Iſta concluſio probatur, quia ſicut contradictio dicta de aliquibus concludit diſtinctionem inter illa (ſicut ſi. a. eſt album. b. eſt non album, neceſsario. a. & b. diſtinguuntur in eſse albo) ita impoſſibilitas recipiendi prædicationem contradictoriorū pertinentium ad eſse concludit identitatem extremorum ineſse: hanc rationem videas in Doct. ſub. in ſecundo ſen. diſt. 1. q. 5.

Ex hac concluſione ſequuntur multa corollaria, Quorum primum eſt quod omnia eſsentialia & notionalia eſſentiæ diuinæ vnica realitate reantur hoc eſt vnica exiſtentia

ſtentia abſoluta exiſtunt, & ex conſequenti omnia quæ ſunt in diuinis quum habeant vnicam exiſtentiam, ſunt vnica res ſingularis exiſtens. Secundum corollariũ. Omnes differentiæ eſſentiales, & modi intrinſeci in eodem ſuppoſito, vnica realitate reantur & ſunt vnica res ab vnica exiſtentia.

Aduertendum tamen quod quæcunq; ſunt in eodem ſuppoſito ſic quod poſſint per ſe ſeparari, ab illo ſuppoſito, & exiſtere propria exiſtētia aut ſuppoſitum exiſtere ſine illis, illa diſtinguuntur realiter. Differētię eſſentiales & modi intrinſeci non habent talem exiſtentiã ſecũdum quam poſſint per ſe exiſtere ſine illis, illa diſtinguuntur realiter. Differentiæ eſſentiales & modi intrinſeci non habent talem exiſtentiam ſecundum quam poſſint per ſe exiſtere à ſuppoſito, aut ſuppoſitum ſine ipſis, igitur omnia dicuntur eſſe vnica res. Tertium corollarium. Omne ſuperius eſt idem realiter cum ſuo inferiori.

Quod ſi arguatur contra hoc, quia ſuperius ſeparatur ab inferiori, ergo diſtinguitur realiter. Reſpondetur quod ſi ſeparatur ſecundum propriam exiſtentiam ab inferiori diſtinguitur ab ipſo, ſed quia ſuperius non exiſtit, niſi in inferiori & nullam habet exiſtentiã de ſe, nõ diſtinguitur ab inferiori realiter. Vnde propoſitio iſta. Quęcũque ſunt ſeparabilia ſeinuicem diſtinguũtur realiter, habet intelligi de ſeparabilitate illorum quorũ quodlibet, aut ſaltem alterũ poteſt per ſe exiſtere exiſtentia propria quare &c. Sed arguitur, quia homo exiſtit in platone ſor. corrupto, ergo homo realiter diſtinguiturr à ſor. Dicendum eſt, quod iſtę duæ propoſitiones indefinitę & ſubcontrariæ ſunt verę Homo diſtinguitur realiter à platone, & homo non diſtinguitur realiter à platone Prima propoſitio eſt vera, prout exiſtit in ſor. & in ſecunda prout exiſtit in platone, & ſimiliter ſi arguatur ſyllogiſtice ſor. diſtinguitur realiter à platone, ſor. realiter eſt homo, ergo homo realiter diſtinguitur à platone. Concluſio poteſt concedi, vt ly, homo in concluſione ſupponitur particulariter & indefinite. Tamen poſſet dici quod modus arguendi committit fallaciam accidentis, ſicut in iſta, ſor. per ſe ſanatur, ſor. per ſe eſt homo, ergo homo

per

per ſe ſanatur, quia ſicut accidit ſor. quod ſit homo, inquantum ſanatur, vt habetur in primo metaph. ita accidit ſor. inquantum diſtinguitur à platone quod ſit homo, quia diſtinguitur à platone realiter, per formam & proprietatem induidualem, & non per naturam & per formam ſpecificam. Aduertendum quod illa quæ ſunt in potentia obiectiua non diſtinguuntur realiter, propterea quia nullam realitatem exiſtentiæ aut ſubſiſtentiæ habent. Nam quum diſtinctio realis fundetur ſuper talem realitatem exiſtentiæ, quæ non habent iſtam realitatem, non ſic diſtinguuntur. Et vlterius conceditur, quod iſta in potentia obiectiua non ſunt idem realiter, propter carentiam talis realitatis. Similiter quidditates non diſtinguuntur realiter neque ſunt idem realiter de ſe, quum non habeant de ſe vllam realitatem exiſtentiæ aut ſubſiſtentiæ.

Pro maiori euidentia iſtius articuli quantum ad identatem realem notandum, quod diffinitio data de iſta identitate fundatur ſuper dicto Ariſt. in 4. metaphyſic. text. commen. 3. vbi vult quòd ideo ens homo & vnus homo ſunt realiter, quia non ſeparantur in generatione & corruptione. Vnde iſta conſequentia valet apud ipſum. Ens homo & vnus homo non ſeparantur in generatione & corruptione, ergo ſunt idem. Ex quo loco accipitur quòd illud quod generatur alio genito & corrumpitur alio corrupto, non diſtinguitur ab eo ſine quo non poteſt generari & corrumpi, & hoc quando iſta inſeparabilitas eſt ex natura intrinſeca inſeparabilis, ſine omni dependentia eſſentiali ad aliud. Sed ad hoc fundamentum reſpondent Thomiſtæ quòd quæcunque non ſeparantur vel ſunt inſeparabilia ſecundum eſſe, aut ſecundum generationem & corruptionem ſunt eadem, ſed tamen non ſequitur, quod quæcunque ſunt eadem & non diſtincta, ſint inſeparabilia. Vnde bene valet iſta conſequentia. a. & b. ſunt inſeparabilia, vt dictum eſt, ergo. a. & b. ſunt eadem. Sed non valet, ſunt eadem. a. &. b. ergo ſunt inſeparabilia, quia eſſe idem videtur eſſe communius & ſuperius ad inſeparabile. Modo non valet à poſitione

ſuperioris

ſuperioris, vel communis, ad poſitionem inferioris, vel minus communis, ſed committitur fallacia conſequentis. Exemplum dant de relatione, & ſuo fundamento, quæ licet ſint idem realiter, tamen ſeparantur abinuicem, quia fundamentum poteſt eſſe ſine relatione. Licet non econtra, quare &c.

Sed contra iſtam reſponſionem inſtatur, quia ſi aliqua ſunt eadem, & ſint inſeparabilia ſecundum eſſe, ſequitur, quòd in aliquo inſtanti eſſe ineſt vni, pro quo inſtanti non ineſt ipſum eſſe alteri, ſed pro quocunque inſtanti duo contradictoria inſunt aliquibus illa neceſſario diſtinguuntur quantum ad eſſe illorum contradictoriorum (ſicut ſi album in eſt. a. & non ineſt b. a. & b. diſtinguuntur in eſſe albo) ſic ſi eſſe ſimpliciter ineſt vni, & non ineſt alteri, illa neceſſario diſtinguuntur abſolute, & ſimpliciter. Vnde negata iſta propoſitione, quòd videlicet contradictoria, pertinentia ad eſſe non concludant diſtinctionem entium in eſſẽ, tollitur omnis via ad probandam diſtinctionem in entibus, qua via vtitur Ariſt. ad probandam materiam eſſe diſtinctam à forma in primo Phyſi. com. 60. per hoc quòd materia manet in aliquo inſtanti in quo non manet forma. Hac via etiam vtitur Auguſt. 7. de Trin. c. 5. & 6. c. 5. vbi Augu. ex intentione vult probare creaturam non eſſe omnino ſimplicem, & hoc, quia manens eadem poteſt in ſe ſuſcipere diuerſa eſſe realia. Vnde dicit eadem indiſtincta magnitudo manens poteſt habere hunc colorem, & alium colorem, & per hoc aliud eſt color, & aliud eſt magnitudo inquit ipſe. Iſta conſequentia ſecundum ipſum bona eſt magnitudo manet color non, ergo magnitudo, & color non ſunt idẽ realiter. Et ita non haberetur argumentum ad probandum hominem non eſſe aſinum, niſi per hoc, quòd eſſe poteſt ineſſe homini, & non ineſſe aſino, ideo non ſunt vnum ineſſe.

Ad hoc reſpondetur, quòd quando ſunt aliqua idem realiter, manente vno manet realitas alterius, & eadem res, quæ eſt alterum, tamen non manet, ſub eadem ratione.

Contra quæro de illa ratione ſub qua non manet res aut

aut fuit aliquid prius, aut nihil,ſi nihil,ergo res iſta proprie nihil eſt, quia illa ratio per te in re eſt completa ratio iſtius rei, quæ nihil eſt, & nihil fuit, ſi illa ratio ſit aliquid,quæro vtrum ſit idem aliquid quod illa res, quæ manet,cum qua per te eſt eadem, aut non eſt idem aliquid cum ipſa,ſi ſit idem aliquid,quod ipſa res,& iſta ratio nunc non eſt,ergo idem aliquid quod eſt ipſa res non eſt,& per conſequens res ipſa ſimul eſt, & non eſt, ſi iſta ratio ſit aliud aliquid à re ipſa, habetur propoſitum, quia iſta res, quæ non manet, eſt aliquid aliud à remanente.

Dant aliam reſponſionem,concedendo,quòd quæcunque vna generatione generãtur,& vna corruptione corrumpũtur, ſunt eadem realiter.tamẽ negatur hoc, ꝙ quæcunque ſic ſe habent, quòd vnum non poteſt manere ſine alio, quòd illa ſint eadem realiter,quia inſtantia eſt de ſubiecto,& propria paſſione, quæ diſtinguitur realiter,& tamen ſubiectum non poteſt eſſe ſine propria paſſione,dicentes,quòd alia mutatione,& generatione generatur homo,& riſibile,ſeu riſibilitas,quia vna generatio terminatur ad hominem, quę eſt generatio ſimpliciter,alia terminatur ad riſibilitatem, quæ eſt generatio ſecundum quid.

Cõtra quam poſitionẽ arguitur.Aut enim ſubiectũ,& propria paſſio ſunt ab eodem generante, & producente, ſic quòd producens ſubiectnm producat propriam paſſionem,aut ſubiectum eſt à generante, & paſſio à ſubiecto effectiue,& productiue,ſi primo modo,ergo ſubiectũ ſe habet tantum in potentia paſſiua, & materiali reſpectu paſſionis. Sed omnis potentia talis eſt contradictionis,ex 9.meta.tex. com. 17. ergo ſubiectum poterit eſſe ſine propria paſſione.Si detur ſecundum membrum,igitur ſubiectum erit prius ordine generationis,& naturæ, quàm propria paſſio, & ita in aliquo priori præhabet totum ſuum eſſe, in quo non intelligitur eſſe poſterius, ſed quæcunque ſunt ſic priora non repugnat eis eſſe ſine poſteriori,vt allegatum eſt ſuperius, ergo nen repugnabit ſubiecto eſſe ſine propria paſſione.

Secunda concluſio huius articuli eſt iſta, quòd illa

diſtin-

diſtinguuntur realiter, quæ ſic ſe habent, quòd vnum poteſt eſſe ſine alio. Iſta concluſio patet ex dictis, & fundatur in primo principio, quoniam dato oppoſito iſtius, ſequeretur, quòd idem ſimul eſſet, & non eſſet, vt deductũ eſt ſuperius.

Ex hac concluſione ſequuntur duo correlaria, quorũ primum eſt, quòd totum diſtinguitur realiter à ſuis partibus, loquendo de toto eſſentiali, & non integrali ſeu quãtitatiuo, hoc correlarium habet intelligi, quòd totum eſſentiale diſtinguitur à ſuis partibus realiter diſtinctione non mutua, quia licet partes diſtinguãtur eſſentialiter à toto, quum poſſint per ſe, & ſeorſum exiſtere, ſiue entitate totius, non tamen totum diſtinguitur à partibus, niſi terminatiue, hoc eſt pro quanto terminat totam diſtinctionem realem in partibus, quod quomodo habeat intelligi dictum eſt in articulo de identitate, & diſtinctione formali.

Habet autem hoc dubitationem magnam, quoniã ſic dicere, videlicet, quòd partes diſtinguantur, & ſint aliud à toto, eſt dimittere Commen. Auerroym in multis locis & primo in primo Phyſi. Com.17. circa finem Commen. vbi habet, quòd totum nihil aliud eſt, quàm congregatio partium, & paucis interpoſitis ſubdit, quoniã vnaquæque partium dicitur eſſe aliud à toto, ſed omnes inſimul non poſſunt dici eſſe aliud à toto. Hæc. Commen. ſi ergo partes ſimul ſumptę nõ ſunt aliud à toto, ergo partes nõ diſtinguuntur realiter à toto, cuius oppoſitum tu dicis in primo tuo correlario.

Item ſic dicere ſicut tu dicis eſt contradicere eidem Commen. in 7. Meta. Commen. 20. Vbi loquitur ſpecialiter de toto eſſentiali, & de partibus, quia in primo Phyſico. Com. iã dicto loquitur in vniuerſali de toto, & partibus, ſicut ars, & liber ille requirit, ibi enim de omni toto eſt ſpeculatio. In 7. vero Metaph Comm. 20. loquitur de toto eſſentiali, & de partibus eſſentialibus, vbi dicit hæc verba.

Verbi gratia ſor. eſt animal rationale: ſor. enim nihil aliud eſt, quàm animalitas, & rationalitas, hæc ipſe. Tunc ſi ſor. eſt quoddam totum eſſentiale, animalitas, &

& rationalitas ſunt eius partes eſſentiales, & ſor.non eſt aliud ab iſtis partibus, ergo totum non eſt aliud à partibus,& per conſequens partes non diſtinguuntur realiter à toto,ſicut tu dicis.

Diſſolutio autem huius difficultatis etſi difficilis eſt, non tamen impoſſibilis. Fertur nanque ab aliquibus, quòd Commentator vbi ponit identitatem inter totum, & partes, non loquitur de toto eſſentiali, & de partibus eſſentialibus, ſed ſolum comparat totum integrale ad partes integrãtes ipſum totum,& de iſtis partibus eſt verum,quòd non diſtinguuntur realiter à toto.

Sed hæc reſponſio nulla eſt, quia quid diceremus ad ſecundam auctoritatem vbi loquitur de toto eſſentiali, & de partibus eſſentialibus, manifeſtum eſt autem,quòd ſor.eſt quoddam totum eſſentiale, & animalitas,& rationalitas ſunt partes eſſentiales, ſed iſtæ non diſtinguuntur à toto,puta ſor.ergo &c.

Niſi forte diceretur, quòd in præfato Commento loquitur de toto diffinibili,quod eſt totum metaphyſicum, ſed non de toto phyſico,& eſſentiali,quia tale bene concedit diſtingui realiter à ſuis partibus,de qua diſtinctione loquitur in 7.met.Com.vlti.Sed quicquid ſit.

Aliter fertur ab alijs dicendo, quòd totum poteſt conſiderari dupliciter. Vno modo naturaliter, & phyſice, alio modo metaphyſice, loquendo ergo phyſice de toto, & partibus, dicunt totum, non eſſe aliud à partibus, & ſic loquitur Commen. 1. Phy. loco iam dicto. Loquendo autem metaphyſi. dicunt, quòd partes realiter diſtinguuntur à toto; & ſic prædicta determinatio, & prædictum correlarium non dimittit Com. partes autem tales ſunt materia, & forma, & (quum ipſum totum non includat materiam quidditatiue, & tanquam partem ſuę quidditatis, quum ipſa non ſit quidditas neque pars quidditatis ſecundum Commenta. 7.meta. Comment.34.)

Partes ergo ſimul ſumptæ diſtinguuntur à toto ſecundum eſſe quidditatiuum per ipſam materiam, quia totum in tali eſſe, tantum importat formam, quæ eſt tota quidditas rei. Hæc reſponſio ſicut præcedens

poteſt

poteſt moleſtari, deficit namque ſicut prima, quia non reſpondet ad ſecundum vbi metaphi. loquitur, non autem phyſice. Abſurdum enim eſt dicere, quod Comment. in 7. metaphiſic. loquatur phyſice de toto & partibus.

Aliter ergo diſſoluo difficultatem vnico medio. Ad primum & ſecundum quod Commen. loquitur conſtitutiue, & integratiue, vt ſit ſenſus, quod partes ſimul ſumptę non ſunt aliud a toto, ideſt quod partes ſimul ſumptę integrant & conſtituunt totum, & nihil aliud conſtituit totum quam ipſę partes. De primo enim palam eſt, quod partes continui ſolum conſtituunt & integrant ipſum vt duo pedalia conſtituunt & integrant bipedale, & ſic de alijs, vt patet. 1. phyſic. De ſecundo etiam patet. Nam animalitas & rationalitas ſolum conſtituunt ſor. & non aliud, ſcilicet quidditatiuè, & hoc apparet in Commen. ſcilicet. 20. 7. metaphyſic. vbi dicit Commen. quod ſor. nihil aliud eſt quam animalitas & rationalitas quæ ſunt quidditates eius. Et eodem modo dicatur ad omnes auctoritates, quæ inueniuntur ita dicentes.

Quod totum ſit quædam entitas addita partibus & diſtincta ab illis realiter, apparet per Commen 7. metaph. comm. vlt. & eſt com. 60. ſuperius allegatum eſt, ubi habet quod compoſitum eſt aliquod additum aliud à componentibus, & non tantum reſultans. Et exemplificat de ſyllaba quæ fit ex litteris. Dicit enim ſic, ſyllaba enim non eſt littera ex quibus fit, ſed eſt aliquod additum litteris. Et ſic patet quomodo totum non eſt idem quod partes, ſed partes realiter diſtinguuntur a toto. Loquor enim de toto eſſentiali. Et ſic patet quod iſta determinatio ſupradicta non eſt contra Commen. immò eſt de intentione eius, licet Scot. in 3. ſent. diſtinct. 2. quæſt. 2. dicat, quod Commen. errauit in iſta materia, ſicut & in alijs &c.

Secundum corollarium eſt. Perſonæ diuinæ diſtinguũtur realiter in diuinis, quæ licet habeant eandem exiſtentiam abſolutam, quia tamen habent aliam & aliam exiſtentiam relatiuam propter hoc diſtinguuntur realiter. Nec obſtat, quod vna non poſſit eſſe ſine reliqua, quia hoc eſt propter vnitatem eſſentiæ ſingularis quæ inclu-

ditur

ditur in ipſis, & etiam propter mutuam coexigentiam in relationibus ſuppoſitalibus, quibus conſtituuntur in eſſe perſonali. Vnde dictum eſt, quod illa diſtinguuntur realiter quorum vnum ex natura ſua intrinſeca poteſt eſſe ſine alio & in nullo dependet à poſteriori, ſeu coexigit ipſum, modo pater in diuinis coexigit filium coexigentia quæ requiritur ad naturam corellatiuorum. Et quod dixi de patre & filio, reſpectu filij, idem dicendum eſt de patre & filio, reſpectu ſpiritusſancti.

Quod ſi arguatur. Quæcunque vni & eidem, ſunt eadem inter ſe ſunt eadem, ſed perſonæ diuinæ ſunt eędem eſſentiæ, igitur inter ſe ſunt eædem realiter.

Reſpondetur quod quæcunque ſunt eadem aliqua identitate & vnitate alicui tertio habenti conſimilem vnitatem & identitatem, tali vnitate ſecundum quam ſunt vnum in tertio, ſunt vnum & idem inter ſe. Ita quod duo requiruntur ad hoc quod poſſit inferri aliqua eſſe vnum & idem inter ſe. Primum eſt, quòd illa quæ ſunt eadem habeant talem vnitatem ſecundum quam ſunt vnum & idem tertio. Secundũ quod requiritur eſt, quod illud tertium habeat conſimilem vnitatem ſibi competentem, ſecundum quam extrema ſibi identificantur. Modo perſonæ diuinæ habent in ſe vnitatem perſonalem & ſuppoſitalem, quæ vnitas ſuppoſitalis non competit tertio, hoc eſt eſſentiæ diuinę, ergo non poſſunt dici eſſe vnum inter ſe tali vnitate reali & ſuppoſitali, ex vnitate eorum in eſſentia.

Vel poteſt dici breuiter, quod eo modo qao aliqua duo ſunt idem tertio ſunt idem inter ſe, & tũc dicitur, ꝙ perſonæ diuinę ſunt eædem realiter in eſſentia realitate eſſentiali, & non ſubſiſtentiæ aut perſonali, & ita ſunt & non ſubſiſtentiæ aut perſonali, & ita ſunt eædem inter ſe vnitate & identitate eſſentiali, & tunc conſequens non plus importat niſi quod perſonæ diuinæ ſunt eædem eſſentialiter, quod conceditur, & ſic eſt finis quarti articuli.

Articulus Quintus.

QVantum ad Quintum articulum qui eſt de identitate & diſtinctione eſſentiali &c.

Pro declaratione Quinti articuli, videndum eſt de identitate, & diſtinctione eſſentiali. Pro cuius intelligentia notandum eſt, quòd ordo eſſentialis, vel dependentiá eſt duplex quædam eſt ordo eſſentialis ſimpliciter, & eſt inter illa quorum vnum ſic dependet ab alio, quod oppoſitum ipſius fieri implicat contradictionem per quancunque potentiam, ordo vero eſſentialis ſecundum quid eſt ille cuius oppoſitum non poteſt fieri per aliquam potentiam naturalem, licet ſit poſſibile per potentiam ſupernaturalem.

Primo modo dependet creatura eſſentialiter à Deo, & totum eſſentialiter à ſuis partibus; quia per nullam potentiam poteſt eſſe, quòd creatura non dependeat ab eo, & non habeat in ſe reſpectum dependentiæ ad ipſum, & ſimiliter totum à ſuis partibus. In ſecundo ordine eſt ordo eſſentialis accidentis ad ſubiectum.

Secundo eſt notandum, quòd identitas eſſentialis eſt eorum quæ identificantur vni naturæ ſingulari, & exiſtenti, ita, quòd non tantum habent eandem exiſtentiam, & ſubſiſtentiam, verum etiam eandem naturam, & eſſentiam ſingularem ad quam immediate ſequitur exiſtentia. Vnde diſtinctio, vel identitas eſſentialis diſtinguitur ab identitate, & diſtinctione reali, quia illa, quæ eſt realis fundatur ſuper exiſtentiam rei, hæc vero eſſentialis fundatur ſuper naturam exiſtentem.

Tertio notandum, quòd eſſe idem eſſentialiter alicui, non infert illud eſſe de eſſentia eiuſdem. Sed bene econuerſo Nam ſubiectum, & propria paſſio (ſecundum Scotiſtas) ſunt idem eſſentialiter, quia habent eandem naturam ſingularem exiſtentem, ſecundum quam ſunt inſeparabilia, & tamen neutrum eſt de eſſentia alterius, vt de ſe patet, quia neutrum prædicatur per ſe in primo modo de alio. Non enim paſſio prædicatur per ſe primo

modo de ſubiecto, neque contra, quum ſubiectum cadat in diffinitione paſſionis; vt additum ex. 7. met.

Nonnulli tamen Scotiſtæ diſtinguunt de diſtinctione eſſentiali, & identitate volentes, quòd vno modo aliqua ſunt eadem eſſentialiter quæ habent eandem naturam ſingularem, vt dictum eſt. Alio modo, quando vnũ eſt de eſſentia alterius. Et per oppoſitum dicendum eſt de diſtinctione. Sed quoniam diſtinctio eſſẽtialis eſt quædam ſpecies diſtincta contra diſtinctionem formalem, & eſſe de eſſentia alicuius, eſt eſſe idem formaliter ſibi, ideo diſtinctio, & identitas ſecundo modo dicta non eſt in iſto articulo ponenda.

Vltimo notandum eſt, quòd diſtinctio eſſentialis eſt ſemper inter extrema poſitiua realia, & actualiter exiſtentia. Ex quo ſequitur, quòd inter negationes, & priuationes, ſeu inter entia poſitiua, & priuatiua non poteſt fundari diſtinctio eſſentialis. Vnde, quod dictum eſt de identitate, & diſtinctione, ex natura rei ſuperius, dicatur hic de identitate, & diſtinctione eſſentiali.

Articulus Sextus.

QVantum ad Sextum Articulum qui eſt, de identitate, & diſtinctione ſubiectiua.

Notandum eſt, quòd duplex eſt realitas, vna eſt realitas obiectiua, & alia ſubiectiua. Realitas obiectiua quantum ſpectat ad propoſitum eſt quicquid ex natura rei poteſt eſſe obiectum intellectus, & ex natura ſui terminare actum intelligendi, de qua realitate ſatis dictum fuit ſuperius. Realitas autem ſubiectiua eſt quicquid eſt natura rei in ſuppoſito, vel indiuiduo exiſtente.

Pro quo notandum eſt, ꝙ cuilibet conceptui communi reali correſpondet duplex realitas, vna in ſe, alia in ſuis ſingularibus.

Prima abſtrahit ab omni exiſtentia, & ab his, quæ concernunt exiſtentiam.

Secunda cõcernit exiſtentiam actualem, & ea, quæ cõſequũtur ipſam, quemadmodũ ſuppoſita ſeu indiuidua.

Secundo notandum eſt, quòd realitas obiectiua quædam eſt contrahibilis per aliã realitatem & potentialis ad eam, & iſto modo omnia genera habent reales realitates potentiales, & contrahibiles, ſiue ſint genera generaliſſima, ſiue ſint genera ſubalterna, imo etiam ſpecies ſpecialiſſimæ habẽt realitates contrahibiles per realitates indiuiduales, vt eſt de mente Doc. ſub. in 2. ſen. diſt. 3. q 6. & alibi frequenter. Alia eſt realitas extendendo nomen realitatis ad conceptum realem quæ non eſt contrahibilis per realitatem, ſed præciſe per modos intrinſecos, qui non important diſtinctam realitatem a re cuius ſunt modi, & iſto modo omnia tranſcendentia communia deo & creaturę ſic contrahuntur per modos intrinſecos.

Quibus præmiſſis ponuntur duo modi identitatis & diſtinctionis ſubiectiue. Primus eſt quòd illa ſunt eadem ſubiectiue, quæ quidditatiue conueniunt in aliqua realitate potentiali & contrahibili per realitatem differentiæ, & per oppoſitum illa diſtinguuntur ſe totis ſubiectiue quæ in nulla tali realitate quiditatiue conueniunt.

Et ex iſto modo dicendi eliciuntur tria correlaria quorum primum eſt, quòd quæcunque includunt idem genus quidditaue, ſunt idem ſe totis ſubiectiue.

Secundum correlarium, quòd omnia prædicamenta ſimiliter deus & creatura ſe totis ſubiectiue diſtinguuntur.

Et tertium correlarium perſonæ diuinæ ſe totis ſubiectiue diſtinguuntur.

Tum quia non ſunt in genere. Tum quia realitas potentialis omnio eius repugnat, quum tales perſonæ ſint ſaltem identice infinitæ ratione eſſentiæ quam includunt.

Ex quo ſequitur quòd idẽtitas ſubiectiua eſt inferior ad identitatem obiectiuã, quia quæcunque conueniunt quidditatiue in aliqua realitate potẽtiali & cõtrahibili, in aliquo communi quidditatiue cõueniunt penes quod dicuntur eſſe idem obiectiue, ſed non econtra, quia aliqua conueniunt in aliquo vno communi quidditatiue,

in

in quo nulla eſt realitas communis potentialis, & contrahibilis per realitatem, ſicuti eſt ens, & omnia traſcendentia communia vt dictum eſt.

Per idem ſequitur, quòd diſtinctio ſe totis obiectiue, quæ eſt eorũ, quæ in nullo communi reali quidditatiue conueniunt eſt ſuperior ad diſtinctionem ſubiectiuam. Vnde illa quæ in nullo communi conceptu reali quiddita tiue conueniunt etiam in realitate communi potentiali contrahibili nequaquam conuenire poſſunt.

Alius modus dicendi eſt quòd illa dicuntur idem ſubiectiue quorum realitates poſſunt eſſe in eadem re, vel per identitatem ſic quod eidem rei identificentur realiter, vel per modum informantis, uel informabilis. Et per oppoſitum illa diſtinguuntur ſe totis ſubiectiue, quorum realitates non poſſunt ſimul eſſe in eodem numero aliquo prædictorum modorum.

Ex hoc ſecundo modo dicendi ſequitur primum correlarium quod eſt, Omnia quæ ſunt in diuinis, ſint idem ſubiectiue. Aduertendum tamen quòd aliqua conuenire in aliquo uno numero poteſt eſſe duobus modis. Vno modo indiuidualiter. Alio modo ſuppoſitaliter. Indiuidualiter ſunt in uno numero quæcunque conueniunt in vno indiuiduo & ſingulari aliquo illorum modorum præmiſſorum. Secundo modo quæcunque conueniunt in uno indiuiduo & ſingulari, aliquo illorum modornm præmiſſorum. Secundo modo quæcunque conueniunt in aliquo vno ſuppoſito, dicuntur eſſe idem ſubiectiue ſuppoſitaliter, & ſic ſecundum infert primum, quia ſicut omne ſuppoſitum eſt indiuiduum, non econtra, ita quicquid eſt idem ſubiectiue ſuppoſitaliter eſt idem indiuidualiter, & non econtra. Ex quo ſequitur quòd quũ omnia in diuinis conueniãt in uno indiuiduo ſingulari, quod eſt hic deus, & ei identificẽtur realiter, omnia ſunt eadem ſibi ſubiectiue & indiuidualiter. Sed loquendo de identitate ſubiectiua ſuppoſitali, non eſt uerum quòd omnia in diuinis ſint idem ſubiectiue, quia aliquid eſt in in vno ſuppoſito, quod non eſt in alio. Sicut paternitas eſt in patre & non in filio.

Secũdum correlarium, oĩa in vno indiuiduo ſiue ſint

ſuperiora, ſiue accidentia abſoluta, ſunt idem ſubiectiue.

Tertium corollarium, duo indiuidua eiuſdem ſpeciei maxime de prædicamento ſubſtantiæ, & alterius ſpeciei complete eiuſdem prædicamenti diſtinguuntur ſe totis ſubiectiue.

Quartum corollarium. Duo contraria præſertim in eſſe intenſo duo relatiue oppoſita præſertim de ſecundo modo relatiuorum, ſimiliter differentiæ eſſentialiter diuidentes ipſum genus, diſtinguuntur ſe totis ſubiectiue, ſecundum iſtum modum dicendi.

Articulus Septimus.

QVantum ad Septimum Articulum, ſcilicet de identitate obiectiua &c.

Pro quorum intellectu eſt aduertendum, quòd illa ſunt idem obiectiue de quibus poteſt prædicari aliquod prædicatum quidditatiue ſiue ſit prædicamentale, ſiue tranſcendens, ſiue dicat realitatem potentialem ſiue tantum conceptum realem, & non realitatem, niſi extenſiue capiendo realitatem. Et per oppoſitum, illa diſtinguuntur ſe totis obiectiue, de quibus non poteſt tale prædicatum prædicari quidditatiue.

Ex hoc inferuntur aliqua corollaria. Primum, Deus & creatura ſimiliter decem prędicamenta ſunt idem ſe totis obiectiue. Iſtud corollarium patet, quia omnibus iſtis correſpondet conceptus communis realis entis, qui prædicatur quidditatiue de omnibus iſtis.

Secundum corollarium. Paſſiones entis à ſe inuicem, & ab ente diſtinguuntur ſe totis obiectiue. Iſtud corollarium patet, quia repugnat paſſionibus entis aliquid prædicari quidditatiue de ipſis, quia ſi ens non prædicatur, neque aliquid aliud poterit prædicari de eis, quidditatiue. Et forte etiam paſſiones ſpecificę ſunt tales, quòd de ipſis nihil prædicatur quidditatiue, & æque bene conceptus earum ſunt ſimpliciter ſimplices, ſicut conceptus paſſio-

paſſionum tranſcendentium, & ita ſe totis diſtinguuntur obiectiue.

Tertium corollarium eſt, quòd differentiæ vltimæ,& breuiter omnia illa, quæ ſunt primo diuerſa diſtinguuntur ſe totis obiectiue. Vnde differentiæ vltimæ, quædam ſunt vltimæ vltimitate ſpecificationis, quædam ſunt vltime vltimitate determinationis. Primæ differentiæ ſunt vltimæ differentiæ ſpecierum ſpecialiſſimarum, vel ſpecierum ſubalternarum quæ vltimate ſpecificât, & determinant naturam generis. Quædam ſunt vltimæ vltimitate determinationis,& iſtę ſunt differentiæ indiuiduales, quæ vltimo determinant naturam ſpeciei ſpecialiſſimę. De omnibus iſtis eſt verum, quòd nihil prædicatur de eis quidditatiue, & quòd ſe totis obiectiue diſtinguuntur,& vlterius, quòd ſint primo diuerſę. Vnde aliud eſt dicere. Aliud differens ab aliquo, aliud, quod ſit diuerſum ab illo, ut patet per Ari in 5.meta.c.de eodem,& diuerſo. Et 10.meta.tex. com. 12. primo diuerſa ſunt illa, quæ non ſunt aliquid idem ens, hoc eſt in nullo conueniunt quidditatiue: Licet in aliquo communi poſſint conuenire idẽtice,& denominatiue, ſic, quòd illud commune pôt prædicari de eis per identitatem, ſeu identice. Similiter etiã denominatiue eo modo, quo genus prædicatur de differentia, quod genus eſt extra conceptum formalem differentiæ. Iſta autem apud Ariſt appellantur differentia, quæ ſunt aliquod idem ens, & in aliquo communi quidditatiue conueniunt non tantum identice, & denominatiue, quemadmodum ſunt Deus,& creatura,& decem prędicamenta, ut dictum eſt, quæ conueniunt in ente quidditatiue.

Ex quo ſequitur vnum corollarium, quòd omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primo diuerſa, quia ſi ſor.& plato differunt, igitur aliquibus differunt quæ ſunt principia differendi, illa vero per quæ differũt ſint a.& b. aut a.& b. ſunt primo diuerſa, aut differentia. Si primum habetur propoſitum, ſi ſecundum proceditur in infinitum. —

ARTICVLVS OCTAVVS, & vltimus duabus partibus diuiſus, & in priori continetur inueſtigatio identitatum & diſtinctionum, in altera illatio vnius diſtinctionis ex alia.

QVantum ad vltimum articulum pro complemento quæſtionis qui appellatur illatiuus & inueſtigatiuus identitatum & diſtinctionum &c.

Notandum eſt quod ſicut efficiens extra intellectum producit aliquid in eſſe reali, ita intellectus & quæcun.q; potentia cognoſcitiua producit rem quam cognoſcit in eſſe cognito, quod eſſe cognitum nihil aliud eſt quam reſpectus rationis derelictus in obiecto à potentia cognoſcente. Et ſimiliter voluntas producit rem quam amat & diligit, in eſſe volito, quod eſſe eſt etiam reſpectus rationis, penes quod eſſe rationis accipitur diſtinctio rationis.

Vlterius notandum eſt, quod actus collatiuus intellectus præſupponit actũ rectum quo intellectus cognoſcit rem quam comparat ſeu confert ad aliam rem, & nihil confert ignorans aut non cognoſcendo. Ex quo ſequitur quòd quælibet res comparata ad aliam rem, fundat reſpectum rationis, qui eſt eſſe cognitum & intellectum. Et ſi comparat vnam rem ad aliam rem vt eandem ſibi aut diuerſam, intellectus ſic conferendo cauſat identitatem aut diſtinctionem rationis. Ex quo ſequitur quod licet intellectus conſideret aliquam rem vt eſt intellecta & etiã conſideret non vt eſt intellecta, ſemper tamẽ ipſa res eſt intellecta, & habet eſſe cognitum. Vnde non valet iſta conſequentia. Intellectus conſiderat lapidem nõ ſub ea ratione ſub qua eſt intellectus, ergo lapis non eſt intellectus. Vnde commutatur hic modus in rẽ, & eſt fallacia accidentis, quia licet res conſiderata ab intellectu ſit intellecta & cognita, tamen conſideratur ſub iſto modo, & ſub

ſub iſto reſpectu cognitionis paſſiuę.Et per hoc poteſt ſal uari illud quod dicunt Scotiſtę quòd res intellecta poteſt comparari ad rem non intellectam. Vlterius notandum eſt quod modi concipiendi,ſiue grammaticales ſiue logicales, (grammaticales vt in recto,vel obliquo,logicales, vt in concreto, vel in abſtracto, cum ſint entia rationis & reſpectus rationis cauſati per actum intelligendi rectum & collatiuum) ſunt fundamenta identitatis & diſtinctionis rationis,quia non poteſt eſſe maioris entitatis fundatum quam fundamentum,ergo in quibuſcunque reſpectibus rationis non poteſt fundari reſpectus realis,aut ex natura rei,& ita neque identitas, neque diſtinctio ex natura rei.

Ex quibus ſequuntur aliqua corollaria.

Quia quotieſcunq; res realis comparatur ad rem realem vel realitas ad realitatem (& hoc vel ad ſeipſam vel ad aliam in vno & eodem obiecto formali,vt quando intellectus comparat colorem & diſgregatiuitatem in albedine)quum omnia iſta præſupponantur habere eſſe cognitum & intellectum ſunt fundamenta diſtinctionis vel identitatis rationis.

Similiter quando res rationis,comparatur ad rem realem,ſcilicet quando intellectus comparat genus, hoc eſt iſtam intentionem primam quæ eſt animal, & econuerſo.Vel rem rationis comparat ad rem rationis,ſemper inter iſta fundatur diſtinctio rationis.

Similiter quando iſta comparantur ſub diuerſis modis concipiendi, diſtinguuntur diſtinctione rationis quod non tantum eſt de diuerſis rebus rationis, verum etiam de eadem re ſiue reali ſiue rationis concepta ſub diuerſis modis concipiendi.

Diſtinctio ex natura rei inueſtigatur per quattuor genera oppoſitionis.Primo per oppoſitionem relatiuam. Secundo per oppoſitionem contrariam. Tertio per priuatiuam.Quarto per contradictoriam. Exemplum primi. Impoſſibile eſt eidem omnino,& ex natura rei, & reſpectu eiuſdem, & ſecundum idem ineſſe oppoſita relatiue. Ex quo infertur quod (quum mouens & motum ſint ſic oppoſita,& iſta competant intellectui agenti, aut poſſibi-

li) intellectus agens aut poſſibilis non ſunt omnino idem ex natura rei.

Quod ſi contendatur, quòd intellectus poſſibilis eſt actiuus intellectionis, ex ſententia Doct. ſubti. in quolib. qõ. 15. Et eadem potentia intellectus poſſibilis fundamentalis eſt paſſiua reſpectu intellectionis, igitur idem omnino reſpectu eiuſdem eſt mouens, & motum.

Reſpondetur, quòd eadem potentia fundamentalis eſt mouens, & mota, ſed non ſecundum idem. Nam pro quanto eſt quædam virtus illimitata habens perfectioné cauſatiuam eſt mouens, & in actu, pro quanto autem eſt perfectibilis per actum qué producit, & eſt capax iſtius eſt mota, & in potentia. Iſtæ ſunt diſtinctę perfectiones in intellectu, quia ſunt diſtinctę aptitudines naturales, & diſtincti reſpectus fundamentales aut aptitudinales, & ita non ſecundum idem, idem tñ abſolutum, quod eſt intellectus poſſibilis eſt mouens, & motum in actu, & in potentia. Eſt etiam actu mouens, & agens, reſpectu motus, & actionis, quam elicit, & eſt motum, & in potentia reſpectu termini actionis, & motus.

Quod ſi tu diceres agens recipit actionem, igitur patitur ſecundum actionem.

Reſpondetur aliud eſt formam ineſſe alicui mediante ſimplici inhærentia, aliud eſt formam ineſſe mediante receptione, & paſſione. Actio non poteſt ineſſe agenti per receptioné paſſionis ſeu quæ ſit paſſio, quia ſicut ad motum non eſt motus, ita ad actionem non eſt actio, neque paſſio. Ex 5. phyſi. quod etiam probatur, quia quum actio ſit cauſa paſſionis, & paſſio effectus eius, non poteſt paſſio eſſe principium, & cauſa actionis, ergo in eodem inſtãti in quo actio ineſt agenti, nulla paſſio præcedit ſeu ponitur principium eius. Et ita ſi actio ineſt agenti, non recipitur in agente receptione paſſionis, licet inhæreat agenti. Et per hoc euaditur difficultas, quæ ſolet fieri contra Scotiſtas, quòd ſi actio eſſe in agente omne agens moueretur.

Poteſt & aliter dici, quòd quum actio ſit cauſa motus, & motus ſit terminus eius cauſatus per ipſam, vt diſtinguitur à motu, ſequitur, quòd agens recipiendo actioné

non

non mouetur, quia illud tantum mouetur in quo eſt motus, ſed motus recipitur in paſſo, prout motus accipitur pro forma fluente, & etiam pro fluxu formę, ergo agens actionem recipiens non mouetur, ſed tantum eſt illud per quod aliud mouetur, & ita eſt motiuum, vel moués. Sed contra, quia ſaltem agens recipiens actionem mutauit, quia tranſit de priuatione ad formam.

Ad hoc poteſt dici, quòd ſicut reſpectus non eſt forma ad ſe, ſed ad alterum, ita quicquid recipit reſpectum realem, mutatur non ad ſe, ſed ad alterum, & hoc concedit Simplicius ſuper prædicamenta. Negauit autem Ariſt. ad relationem eſſe motum aut mutationem prout motus, & mutatio eſt ad ſe. Sed loquendo de mutatione ad alterum non eſt inconueniens, quòd ſubiectum recipiēs formam reſpectiuam realem mutetur ad alterum, hoc eſt, quia alterum mutatur ad ſe, vnde nunquam reſpectus alicui acquiritur, niſi quia aliquod abſolutum acquiritur alicui alteri, & ita recipiens reſpectum mutatur ad alterum, quia illud alterum ad ſe mutatur. Iſta reſponſio eſt Doct. ſub. in 2. ſent. diſt. 1. qō. 5. & Simplicij ſuper prædicamenta.

Vel aliter poteſt dici ſecundum Franciſcum in primo ſententiarum diſtinctione 29. quæſtione 2. mutatio eſt duplex. Quædam eſt Phyſica, quædam Metaphyſica.

Prima mutatio concernit ſitum locum, & alia accidētia ſenſibilia, quæ inſequuntur agens, & patiens, & formam inductam ab agente, in paſſo. Actio metaphyſica abſtrahit ab omni ſitu, loco, diſtantia, & ab omnibus accidentibus ſenſibilibus. Et iſto modo non dicimus, quòd ſi Deus crearet vnum Angelum, qui poſtmodum ſeipſum intelligeret, mutaretur de priuatione intellectionis, ad talem intellectionem mutatione metaphyſica, quia hic nulla materia, nulla qualitas, aut accidens ſenſibile concurreret, loquendo de iſta mutatione metaphyſica. Omne recipiens formam realem abſolutam ſiue reſpectiuam mutatur ſecundum talem formam mutatione metaphyſica, vel phyſica, ſed ſi mutet ſolum ad formā reſpectiuam, mutatur mutatione metaphyſica.

Quum

Quum igitur actio ſit reſpectus de prædicamento actionis, agens recipiens actionem mutatur mutatione metaphyſica, & hoc non eſt inconueniens, immo neceſſarium, quòd omne agens citra primum, quod non recipit aliquam formam realem in ſe, de nouo mutetur tali mutatione.

Exemplũ de oppoſitione cõtradictoria, &c. vt in tex.

Diſtinctio formalis quadruplici via inueſtigatur. Primo per viam excluſionis &c.

Circa, quod ſciendum, quòd hæc prima via intelligẽda eſt capiendo diſtinctionem formalem proprie, de quo ſufficienter habitum eſt ſuperius, quia ſi caperetur diſtinctio formalis improprie, tunc iſta conſequentia non eſſet bona. a. non eſt de conceptu formali b. ergo. a. & b. diſtinguuntur in formalitate, & quidditate, ſicut apparet de duobus indiuiduis eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimę.

Secundo per viam diffinitionis. Quæcunque enim habent diſtinctas diffinitiones quarum vna non includitur in alia, illa formaliter diſtinguuntur. Notanter dicitur, quarum vna nõ includitur in alia, quia certum eſt, quòd homo, & animal ſunt idem formaliter, licet non mutuo, & adæquate, & tamẽ habent diſtinctas diffinitiones, quia iſta diffinitio, ſubſtãtia animata ſenſitiua non eſt iſta diffinitio, ſubſtãtia animata rationalis. Ex quo ſequitur, quòd illa, quæ habent ſic diſtinctas diffinitiones quarum vna non competit alteri, neque partialiter, neque adęquate, illa diſtinguuntur formaliter.

Tertio per viam deſcriptionis ſic, quorum deſcriptiones ſunt diuerſę, illa formaliter diſtinguuntur, intelligendo per deſcriptionem manifeſtationem conſtitutam ex genere, & propria paſſione, quia quorum paſſiones ſunt diuerſę, & oppoſitæ, rationes formales etiam ſunt diuerſæ, quum paſſio fluat à ratione formali ſubiecti.

Quarto per viam demonſtrationis ſic, quandocunque aliquid eſt demonſtrabile de aliquo, & de alio non, illa diſtinguuntur formaliter. Nam quum paſſio ſit effectus ſubiecti, & habeat cauſam intrinſecam in ſubiecto, quæ eſt ratio formalis ſubiecti ſi effectus ſunt oppoſiti, & incompoſſibiles, rationes formales ſubiectorum erunt oppoſite,

poſitæ,& incompoſſibiles,non ſimpliciter,quin tales paſſiones conſequentes propria ſubiecta poſſint eſſe in vno, & eodem ſuppoſito,ſed intelligas ipſas eſſe oppoſitas ſecundum ſe, & quoad rationes formales ſubiectorum, quia illud,quod eſt per ſe cauſa, & propter quid vnius paſſionis,non poterit aſſignari propter ſe cauſa reſpectu alterius,& iſto modo habebunt oppoſitionem.

Poteſt etiam addi quinta via reduplicationis ſecundum Franciſcum ſic, quando aliquid competit alicui inquantum tale,& non alij,ſicut viuere,&c.vt in tex.

Diſtinctio vero realis poterit inueſtigari quadrupliciter.

Primo per viam generationis ſic,quorum vnum generatur reliquo non genito,illa diſtinguuntur realiter.

Secundo per viam corruptionis,&c.

Tertio per viam originis. Quia inter originans,& originatum ſemper eſt diſtinctio realis, quia originans præhabet naturam quam communicat originato, qua via vtitur.Aug.primo de Trin.ca.primo aſſignans rationem quare nulla res eſt quæ ſeipſam gignat, vt ſit, quia vt inquit ipſe idem eſſet prius, & poſterius ſeipſo, & præhaberet naturam antequam eſſet.

Quarto inueſtigatur per viam ſeparatæ exiſtentię,vel ſubſiſtentiæ.

Diſtinctio etiam eſſentialis quadruplici via inueſtigatur.

Primo per viam generationis in iſtis inferioribus.

Secundo per viam corruptionis.

Tertio per viam ſeparationis.

Quarto per viam dependentiæ, & etiam per viam generum, & ſpecierum ſic, quę ſunt in diſtinctis generibus,& ſpeciebus illa diſtinguuntur eſſentialiter.

Diſtinctio tamen ſe totis ſubiectiue, per viam actualis ſeparationis poterit inueſtigari iſto modo, quando aliqua actualiter ſecundum eſſe exiſtentię, vel ſubſiſtentiæ,&c.vt in tex.

Sed diſtinctio ſe totis obiectiue ſic inueſtigatur, quæ in nullo quidditatiue conueniunt, illa ſunt ſe totis, &cæt.

Ex

Ex quibus ſequitur, quòd identitas iſtorum per oppoſitum eorum, quæ dicta ſunt &c. vt in tex.

PARS SECVNDA VLTIMI Articuli in qua inueſtigatur modus inferendi unam identitatem ex alia.

QVantum ad ſecundam partem huius Articuli. Primo inueſtigamus modum inferendi vnam identitatem ex alia &c.

Aduertendum eſt de identitate formali de qua iſtæ compoſitor dicit, quòd ipſa infert identitatem realem in his, quæ non ſunt compoſita ex re, & re, ſed non in cõpoſitis ex re, & re. Quia certum eſt, quòd materia, & forma ſunt de eſſe compoſiti naturalis cum ſint partes diffinientis ipſum ſecũdum Philoſophum. 7. meta. t. com. 35. & tñ materia, & forma non ſunt idem realiter cõpoſito.

Contra quem arguitur. Quia aut eſt ordo eſſentialis, & per ſe iſtarum identitatum, aut accidentalis. Si primo modo, iſte ordo eſt ſimpliciter neceſſarius, & neceſſario conſequens extrema ſecundum rationes formales iſtorum extremorũ, & ita poſitis rationibus formalibus iſtarum identitatum de neceſſitate vna erit prior, & alia poſterior, & ita identitas formalis infert identitatem realẽ ſicut inferius, & minus commune infert ſuperius, & magis commune, vel ſaltem ſicut poſterius infert prius prioritate communitatis, & non econtra. Si vero eſt ordo accidentalis, ergo identitas, quæ ponitur prior indifferenter poterit eſſe poſterior, & econtra.

Dicendum eſt igitur, ſaluo ſemper meliori iudicio, quòd identitas formalis eſt maior, & prior in eſſendo, licet non in conſequendo identitate reali, loquendo de identitate formali proprie. Nec eſt verum, quòd ſemper prius in eſſendo, ſit prius in conſequendo ſicut non ſequitur. a. eſt calidum, ergo ignis, ſed bene econtrario, & tamen ignis eſt prior in eſſendo, quàm calidum. Identitas autem formalis proprie eſt eorum, quæ non ſunt ſeparabilia

bilia ſecundum conceptum diſtinctum. Modo quæ ſunt ſic inſeparabilia, ſunt inſeparabilia ſecūdum rem, maior enim inſeparabilitas eſt ſecundum intellectum, quàm ſecundum rem, quia quæ non ſunt ſeparata ſecundum rē, poteſt intellectus ſeparare, & diuidere, ergo quæ intellectus non poteſt ſeparare, & diuidere, non poſſunt ſeparari ſecundum rem. Igitur quæ ſunt eadem formaliter iſto modo, ſunt eadem realiter. Ex quo reſpondetur ad inſtā tiam de materia, & forma, quòd licet materia. & forma in abſtracto, & ſumptę per modum partis, diſtinguantur realiter à toto compoſito per ſe, & naturali, non tamen in concreto, & vt ſumuntur per modum totius. Vnde iſta eſt falſa, homo eſt anima, in prædicatione formali, & per identitatem. Iſta tamen eſt vera in prædicatione formali, & per identitatem realem prædicati ad ſubiectum, homo eſt animatus. Quia licet animatum ſignificet partem non tamen ſignificat ipſam per modum partis, ſed connotando totum cuius eſt pars, penes quam connotationem prædicatum identificatur toti, quia idem eſt animatum, quod prædicatur de homine, & ipſe homo.

Identitas etiam realis infert identitatem eſſentialē. Notanda eſt huius ratio, quæ eſt iſta, quia identitas realis attenditur penes vnitatem exiſtentię, vel ſubſiſtentię. Identitas eſſentialis attenditur penes vnitatem naturæ, & eſſentiæ, cuius exiſtentia, vel ſubſiſtentia eſt modus intrinſecus. Sed ſtante vnitate in poſteriori non poteſt eſſe pluralitas in priore, ſed bene econtra. Igitur ſi eſt vnitas in exiſtentia, & ſubſiſtētia, ſic, quòd ſecundum talem exiſtentiā, talia non poſſint ſeparari, aut actualiter non ſint ſeparata, ſequitur, quòd erit etiam vnitas in natura ad quam conſequitur exiſtentia reſpectu cuius eſt iſta inſeparabilitas, & ita quicūque ſunt idem realiter penes exiſtentiam, & ſubſiſtentiam, ſunt etiam idem eſſentialiter penes naturam, & vnitatem eius.

Identitas etiam eſſentialis infert identitatem ſubiectiuam ſecundū ſecundum modum, propterea, quia illa ſunt eadem eſſentialiter, quæ conueniunt in aliqua vna natura ſingulari, aut identice (ſic, ꝙ identificentur tali naturæ) aut per modum informantis, & informabilis.

lis. Sed illę quæ conueniunt identice in aliqua natura ſingulari ſunt idem ſe totis ſubiectiuè. igitur &c. Identitas tamen eſſentialis non infert identitatem ſubiectiuam ſecundum primum modum, vt patet intuenti.

Identitas ſubiectiua non infert identitatem obiectiuam, nec ſecundũ primum modum ſcilicet quando conueniunt quiditatiue in aliquo limitato. Neque etiam penes ſecundum modum quando videlicet aliqua plura conueniunt in aliquo vno tranſcendenti, vt patet de potentijs animæ, ac etiam paſſionibus entis quæ ſunt eædem realiter inter ſe eſſentialiter ac etiam ſubiectiue, tamen diſtinguuntur ſe totis obiectiue, quum in nullo quiditatiue conueniant.

Quod ſi diceretur quòd conueniunt in aliquo quiditatiue ſaltem deueniendum eſt ad aliqua in ipſis incluſa, primo diuerſa, quæ in nullo quiditatiue conueniunt.

Ex quo ſequitur quòd ſi eſt ordo eſſentialis inter iſtas identitates eſt tantum ordo eſſentialis quantum ad idẽtitatem rationis ex natura rei formalem, realem eſſentialem, & ſubiectiuam quantum ad ſecundum modum poſitum ſuperius. Sed non erit ordo eſſentialis inter identitatem ſubiectiuam & obiectiuam.

Poteſt etiam probabiliter dici, quod identitas ſubiectiua infert identitatem obiectiuam.

Pro quo eſt notandum, quod identitas obiectiua poteſt eſſe duobus modis, uno modo, quando unum extremum iſtius identitatis continet alterum quidditatiue vel aliquid alterius. Alio modo quando unum continet aliud in exiſtendo, & per identitatem, eo modo quo loquitur Scotus de primo diuerſis in ſecundo ſen. di.2.q.5 Reſpondendo ad ſecundum argumentum. Si capiatur identitas obiectiua ſecundo modo & non primo modo, illa quæ ſunt idem identitate ſubiectiua, ſunt idem etiam obiectiue realiter & identice, ſed non primo modo. Et ita apparet reſponſio ad inſtantiam de paſſionibus entis, & potentiis animæ.

Se-

SECVNDAE PARTIS conclusio de modo inferendi vnam diſtinctionem ex alia.

QVantum ad ſecundum de modo inferendi vnam diſtinctionem ab alia ponitur iſta concluſio. Maior diſtinctio infert minorem &c.

Pro quorum notitia eſt ſciendum quod minima diſtinctio eſt diſtinctio rationis, quia ab omnibus infertur & & non econtra. Maxima autem diſtinctio videtur diſtinctio ſe totis obiectiue, quia iſta omnes alias infert, & ipſa à nulla alia infertur.

Licet aliqui dicant, quod diſtinctio iſta non infert alias, vt patet per exemplum adductum de potentijs animæ, & paſſionibus entis quæ diſtinguuntur ſe totis obiectiue, & non ſubiectiue, neque eſſentialiter.

Sed ſi quis bene conſiderauerit quæ ſunt dicta ſuperius paulo ante, facile ſoluet inſtantiam, negando quod tales paſſiones entis, & potentiæ animæ diſtinguantur ſe totis obiectiue omnino ſcilicet, quantum ad rationes formales, & quantum ad vnitatem identicam. Vnde licet ſint primo diuerſæ quidditatiue, non tamen identice & ſint ſic non diſtinguũtur ſe totis obiectiue. Vndequæcũq; diſtinguuntur obiectiue, vtroque modo, ſcilicet quidditatiue & identice (ſic quod in exiſtendo vnum non contineat alterum per identitatem) illa diſtinguuntur ſe totis ſubiectiue. Nam ſicut primo diuerſa ſecundum Doctor. ſubti. ſunt duobus modis. Vno modo, quando vnum non continet alterum quidditatiue, neque aliquid alterius. Alio modo, quando vnum non continet alterum in exiſtendo, & per identitatem, ita diſtinctio obiectiua poteſt intelligi penes primo diuerſa, vel altero iſtorum modorum duorum tantum, vel in vtroque modo. Si ſecundo modo patet quòd quælibet talia primo diuerſa diſtinguuntur ſe totis ſubiectiue, ſicut ſunt duæ differentiæ indiuiduales indiuiduorum de prædicamento ſubſtantiæ,

quemad-

quemadmodum eſt ſcoteitas & platoneitas.

Quod ſi dicatur accipio duas differentias indiuiduales duorum accidentium in aliquo ſuppoſito de prædicamento ſubſtantiæ, ſcilicet hęcceitatem albedinis in lacte, & hęcceitatem dulcedinis. Nam certum eſt quod hęcceitas non continet alteram quidditatiuè neque aliquid alterius, neque vna continet alteram in exiſtendo, & tamen duo non diſtinguuntur ſe totis ſubiectiue.

Ad hoc poteſt dici, quod licet vna iſtarum non contineat alteram identice ratione ſui. tamen ratione entis quod identice includit, vna continet alteram per identitatem; & ita ſunt idem realiter ens, quare &c.

Vel dicendum quod non eſt ordo eſſentialis inter diſtinctionem obiectiuam & ſubiectiuam, ſed bene quantum ad alias. Et quod aliqui arguant de materia & forma, quod videlicet illa diſtinguantur eſſentialiter, & realiter à compoſito eſſentiali, reſponſum eſt ſuperius.

Vel dicẽdum eſt ſecundum aliquos formalizantes, & ſecundum Burleum, quòd non eſt ordo eſſentialis inter diſtinctionem, realem, eſſentialem, & formalem, propterea quia ſecundum ipſum Burleum homo prædicatur per ſe, & in primo modo de ſor. & eſt de conceptu formali ipſius, & tamen non eſt de eſſentia eius ſecundum ipſum (hoc eſt idem ſibi eſſentialiter & realiter,) quia effectus particularis principia conſtitutiua debent eſſe particularia, ergo illa quæ diſtinguunt eſſentialiter & realiter poſſunt eſſe idem formaliter. Sed negãdum eſt, quod homo diſtinguatur realiter & eſſentialiter a ſor. qui eſt idem formaliter ſibi, & in primo modo: & de materia & forma ſatis dictum eſt ſuperius.

Reſponſio cum ſolutione ad argumenta principalia.

AD argumenta principalia. Ad primum quum dicitur. Illę formalitates vel ſunt aliquæ res &c.

Reſpondetur quod ſunt res eſſentiæ, ſed non exiſtentiæ vel ſubſiſtentiæ, ſed penes rem eſsentię non attenditur

tur diſtinctio realis, ſed ſolummodo penes rem exiſtentiæ,uel ſubſiſtentię,vt dictum eſt, & ita non ſequitur q diſtinguantur realiter, prout diſtinctio realis eſt quædam ſpecies condiſtincta contra diſtinctionem ex natura rei,ſeu formalem,& ita capiendo rem proprie,& ſtrictè iſtæ duæ formalitates non ſunt proprie res, ſed magis aliquid rei.

Et ſi arguas, diſtinctio quæ eſt per illas formalitates eſt diſtinctio ſecluſo omni opere intellectus,ergo eſt realis.Reſpondetur quod diſtinctio realis & ſimiliter diſtinctio ex natura rei, Vno modo poteſt capi prout eſt quoddam genus ad omnes ſpecies diſtinctionum quæ non dependent ab actu collatiuo intellectus. Alio modo poteſt capi vtraq; diſtinctio prædicta,ut eſt ſpecies quędam diſparata & condiſtincta cōtra alias ſpecies diſtinctionum. Si primo modo capiatur diſtinctio realis & ex natura rei ſic diſtinctio per formalitates, & quælibet alia quæ habet eſſe ſecluſo opere intellectus eſt realis, & ex natura rei. Si ſecundo modo, ſic diſtinctio per formalitates non eſt realis, ſed ſolum formalis,aut ex natura rei.Vnde vt dictum eſt in corpore quæſtionis, ab alio accipitur diſtinctio realis, ab alio formalis, & ab alio ex natura rei.

Et per hoc apparet reſponſio ad ſecundum, quum dicitur, quę diſtinguuntur ex natura rei diſtinguuntur realiter &c.

Ad tertium quum dicitur, ſicut ſe habet res ſubiecti &c. conceditur ſimilitudo quantum ad hoc quod ſicut res ſubiecti eſt eadem cum re propriæ paſſionis,ita conſimili identitate formalitas ſubiecti eſt eadem formalitati paſſionis,ita quod conceditur iſta. Sicut homo eſt identice & realiter idē riſibilitati, ita formalitas hoīs eſt idē tice & realiter formalitas riſibilitatis.Non tñ pp hoc cōceditur,qđ ſicut homo eſt riſibilis, ſic formalitas hoīs ſit formalitas,quæ abſtractio riſibilitatis,quia in iſta ſecūda propoſitione quę eſt in abſtracto eſt per noīa ſecundarū intentionum) denotatur, quod vnum eſt idem formaliter alteri,quod non fit in alia propoſitione. Vnde eſt regula,quod quotieſcunque abſtractum prędicatur de ab-

ſtracto abſtractione vltimata,& per nomina ſecũdarum intentionum affirmatur,quemadmodum eſt formalitas, ratio formalis,quidditas,ſemper denotatur formalis idẽtitas eorum, quæ ſic prædicantur.Sed in concretis aut in abſtractis per nomina primarum intẽtionum denotatur identitas realis, quando vnum affirmatur de reliquo, & ita conceditur iſta, humanitas eſt entitas per identitatem,& negatur iſta, ratio formalis humanitatis eſt ratio formalis entitatis.

Aduertendum tamen, quòd non ſemper abſtractum prædicatur de abſtracto abſtractione per nomina primarum intentionum, licet concretum prædicetur de concreto, quia hoc tantum verum eſt in tranſcendentibus, vt dictum eſt aliqualiter ſuperius. In alijs autem non eſt verum, quia talia abſtracta abſtrahunt à tertio,quod eſt cauſa identificationis extremorum. Sicut iſta eſt falſa, rationalitas eſt animalitas,& tamen conceditur, rationale eſt animal, quia quodlibet iſtorum concernit tertium in quo identificantur. Similiter conceditur iſta. Homo eſt riſibilis,& negatur iſta humanitas eſt riſibilitas, quia abſtracta abſtrahuntur à tertio ratione cuius inter ſe idẽtificantur. Si tamen diceretur humanitas eſt,id,quod riſibilitas, vel humanitas eſt eadem identice riſibilitati, iſta eſſet concedenda cum iſta additione prædicta, quia hic ſpecificatur identitas realis extremorum,quæ eſt ratione tertij, in quo conueniunt.Sed vbi diceretur,humanitas eſt riſibilitas,denotaretur,quòd humanitas eſt formaliter riſibilitas, & vnum includeret alterum formaliter,quod eſt falſum, quia abſtrahuntur à tertio,quod eſt cauſa identificationis ipſorum. Applicando ad propoſitum, concedo, quòd formalitas ſubiecti eſt,id,quod formalitas paſſionis, & nego, quòd formalitas ſubiecti ſit formalitas paſſionis. Concedo ergo argumentum, à commutata propoſitione, capiendo vniformiter identitatem vtrobique.

Ad quartum quum dicitur formalitas ſubſtantiæ eſt vera res &cæt. Dico quod omnis talis eſt vera res, ſi ſit ſubſtantia in recto. Vnde eo modo quo talis formalitas eſt ſubſtantia,eſt res,ſed non omnis formalitas ſubſtantiæ

eſt

eſt ſubſtantia,& ita non eſt vera res in recto,ſed aliqua in recto,& aliqua in obliquo.

Aduertendum tamen quòd formalitas,quædam eſt totalis & adæquata,qua aliquid habet totaliter & adæquate ſuum eſſe formale:eo modo quo humanitas eſt illud quo homo habet adæquate eſſe quidditatiuum formale hominis, & eſt ei ratio eſſendi in tali eſſe adæquate, & complete. Alia eſt formalitas partialis quæ eſt principium & ratio formalis, qua aliquid habet eſſe quidditatiuum partialiter. Formalitas primo modo dicta,quæ eſt principium eſſendi alicui adæquate in ſuo eſſe quidditatiuo, eſt vera ſubſtantia & res. Sed formalitas partialis non dicitur proprie ſubſtantia,ſed ſubſtantiæ,& ita non dicitur res proprie ſed aliquid rei. Extendendo tamen prædicationem ſubſtantiæ (ad quodlibet quod eſt aliquid poſitiuum extra nihil de prædicamento ſubſtantiæ,vel etiam extra tale prædicamentum ſubſtantię, cui poſſit competere ratio ſubſtantię, aliquo modo) conceditur,quòd quælibet formalitas ſubſtantialis eſt ſubſtantia. Et ita conceditur, quòd eſt res, extendendo nomen rei. Sed penes talem ſubſtantiam aut rem extenſiue acceptam, non attenditur diſtinctio realis, ſed ſolum formalis, aut ex natura rei, & ita non ſequitur contra intentum.

Poteſt etiam dici, quòd ſicut res, quæ eſt fundamentum diſtinctionis realis eſt res exiſtentię, vel ſubſiſtẽtiæ, ita ſubſtantia quæ eſt fundamentum diſtinctionis realis eſt exiſtens, vel ſubſiſtens. Et ita formalitas abſtrahens ab exiſtentia, vel ſubſiſtentia, ſiue ſit partialis ſiue ſit totalis, non eſt ſubſtantia aut res, penes quam attenditur diſtinctio realis. Sed bene eſt aliquid ſubſtantię aut rei.

Ad quintum conceditur, quòd quæcunque haberent diuerſas diffinitiones &c. Si habeant diuerſas diffinitiones quidditatiuas conſtitutas ex genere, & differentia. Non autem ſi habeant ſolum diuerſas rationes formales ab intellectu ex natura rei formaliter conceptibiles, ſic intelligendo, quòd una diffinitio non includat reliquam, neque ſit pars alterius. Sed vbi ſolum habent diuerſas rationes formales ab intellectu ex natura rei conceptibiles:

ceptibiles, non eſt uerum, quòd diſtinguantur realiter. Ratio enim formalis in plus ſe habet, quàm diffinitio, quia quicquid eſt per ſe conceptibile ab intellectu, ex natura rei, eſt ratio formalis ſiue ſit ſimplex ſiue compoſitum, & ad tales rationes formales ſimplices deueniendum eſt in diffinitionibus, vt vult Ariſto. 8.met.t.c. 9. Alioquin daretur proceſſus in infinitum in diffinientibus,& diffinibilibus.

Ad ſextum quum dicitur, quòd tunc ab vno, & eodem &c.vt in tex.

Ad ſeptimum quum dicitur, accipio formam,&c. vt in tex.

Ad octauum quum dicitur. Quæcunque diſtinguuntur quidditatiue, &c. vt in tex.

Poteſt etiam dici, quòd quidditas, & res eſſentię ſunt idem, ſed non quidditas, & res exiſtentię, & ſubſiſtentię, quia inter quidditatem, & talem rem eſt diſtinctio ex natura rei.

Ad nonum quum dicitur nulla propria paſſio &c. Conceditur maior, & ad minorem dicitur, quòd diſtinctio non eſt paſſio vnica, & ſimplex entis, quia ens ad quodlibet ens comparatum non eſt ſemper diſtinctum, ſed eſt idem aut diſtinctum. Et hoc eſt, quod vult Ariſt. 10. meta. t. c. 12. Tamen dato, quòd diſtinctio eſſet paſſio conuertibilis cum ente conceditur totius proceſſus vſque ad minorem proſyllogiſmi in qua dicitur, oẽ ens eſt reale, vel rationis. Dico, quòd omne ens eſt reale, ſcilicet ſecluſo opere intellectus, vel rationis, ideſt dependens ab opere intellectus. Poſtea quum infertur, ergo omnis diſtinctio eſt realis, vel rationis. Dico, quòd omnis diſtinctio eſt realis, i. non dependens ab opere intellectus. Vel rationis, hoc eſt dependens ab opere intellectus, & ſic concedo diſtinctionem non dependentem ab opere intellectus eſſe realem, & ex natura rei, ut diſtinctio talis eſt quoddam genus ad omnes ſpecies diſtinctionum non dependentium ab intellectu cauſante ipſas. Sed ſi diſtinctio realis, aut ex natura rei ſumitur vt ſpecies diſparata, & condiſtincta contra alias ſpecies diſtinctionum, negatur, quòd omnis diſtinctio non dependens

pendens

pendens ab opere intellectus ſit diſtinctio realis, aut ex natura rei,vt dictum eſt ſuperius.

Ad decimum reſpondetur ad maiorem negando ipſam ponendo,quòd vnicuique vniuerſali correſpondeat ſuum proprium indiuiduum,quo poſito: Sicut vniuerſale identificatur inferiori, & minus vniuerſali (quemadmodum animal homini.) ita indiuiduum animalis identificatur indiuiduo hominis, & ita hic homo, & hoc animal licet ſint diſtincta numero,& indiuidualiter,non tamen ſunt diſtincta realiter. Et ad minorem poſſet concedi,quæcunque diſtinguuntur numeraliter, & quòd quæcunque diſtinguuntur formaliter,diſtinguuntur quidditatiue,iſta poſſet admitti licet habeat inſtantiam de proprietate indiuiduali, & natura quam contrahit, tenendo, quòd hæcceitas habeat propriam formalitatem, quemadmodum tenet Anto. And.in 4. met.Et quum tu dicis, quæcunque diſtinguuntur formaliter,& quidditatiue,diſtinguuntur ſpecifice. Verum eſt,ſi quidditas quæ eſt ratio diſtinguendi eſt in genere,ſed vbi eſſet extra genus, non ſequeretur. Et quum infertur diſtinguitur ſpecie,ergo diſtinguitur numero. Iſta poſſet negari ſecundum aduerſarios,quia actio, & paſſio diſtinguuntur ſpecie, & tamen ſunt vnus motus numero, vt ipſi dicunt,ipſa tamen admiſſa, non ſequitur,diſtinguuntur numero, ergo realiter, vt dictum eſt.

Ad vndecimum quum arguebat Franciſcus de Marchia. Illa quæ habent realiter, & eſſentialiter diuerſas formas &c.vt in tex. Et hæc dicta ſufficiant pro declaratione formalitatum.

F I N I S.

1.005.195

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMAN. III

295.

246

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

LABORATORIO PER IL RESTAURO DEL LIBRO
FERNANDO FERRACCI
1962
ASSISI